Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Testamenti Veteris Biblia Sacra, sive libri canonici priscæ Iudæorvm ecclesiæ Deo traditi

https://hdl.handle.net/1874/397277

Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell

Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- **de rug van het boek**
- **de kopsnede**
- **de frontsnede**
- **de staartsnede**
- **het achterplat**

This book is part of the Van Buchell Collection

Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- **the spine**
- **the head edge**
- **the fore edge**
- **the bottom edge**
- **the back board**


106
Pl. C N°. 9

174.
f.

Biblia et interpretes

Folio n°. 30.

Kastcod
M.C n:9

N°. 7. L.

BIBLIORVM PARS QVARTA,

id est,

PROPHETICI LIBRI OMNES,

numero XVI. Latini recens ex Hebræo facti, brevibusque Scholiis ad verborum interpretationem rerumque methodum pertinentibus illustrati ab Immanuele Tremellio & Francisco Iunio.



Ex Donatione Hub. à Biurrel.

FRANCOFVRTI AD MOENVM

Ex officina Typographica And. Wecheli,

M. D. LXXIX.



Autores IIII tomi.

Jeschahhja	*pag. 1.*
Jirmeja	*139.*
Jechezkel	*275.*
Danijel	*395.*
Hoschehhea	*434.*
Joel	*457.*
Hhamos	*465.*
Hhobadja	*481.*
Jona	*484.*
Mica	*489.*
Nachum	*500.*
Chabakkuk	*506.*
Tzephanja	*513.*
Chaggai	*519.*
Zecarja	*523.*
Maleaci	*548.*

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI ET POTENTISSIMO DOMINO, DOMINO GVILHELMO, LANDGRAVIO HASSIÆ, COMITI IN CATZENelbogen, Dietz, Zigenheim, & Nidda, &c. Gratiam & pacem a Deo Patre & Domino Jesu Christo.

ANNUS *jam sextus agitur,* PRINCEPS *Illustrissime, ex quo in novam Testamenti veteris translationem Deo autore & duce incubuimus. Cujus laboris & lucubrationis nostræ specimen aliquod in publicũ edidimus; ut nostram in Deum fidem, in Ecclesiam officium, in omneis studiũ probaremus: aut testatum certè faceremus animum Christianum nostrum, si qui forte Censores tam duri ac morosi offenderentur, qui improbare possent quod per Christũ confidimus Domino probatum esse. Neq; verò dubitamus quin illius laboris nostri qui in lucem jam antè prodiit partem aliquam delibaverit C. T. & pro ea pietate ac peritia quam gratiosè voluit communicatam Dominus, interpretationem nostram cum præcedentibus aliis comparaverit. Ac illa quidem interpretatione nonnihil adjumenti pro modulo nostro afferre viris bonis omnino voluimus: attulisse & agnoscunt quidam, & nos citra jactationem omnem confidimus in Domino; etsi non quantum debetur rerum cælestium & divinarum amplitudini, sed quãtum tenuitas nostra ad rei tantæ illustrationem potuit optima fide, non mediocri diligentia, reverentiaq; maxima comportare. Planè quid præstiterimus & novit Dominus, & boni permulti sentiunt, & T. C. facillimè potest judicare in hoc scriptorum genere exercitatissima:* ἀμέραι δ' ὕστατοι μάρτυρες σοφώτατοι, *ut ait Pindarus. Cùm autem bonam elaboratæ illius nostræ lucubrationis partem Princeps Illustrissimus piæ memoriæ* FRIDERICVS PALATINVS *Elector, partẽq; Illustrissimus Illustrissimi parẽtis filius D.* JOANNES CASIMIRVS *Comes Palatinus, &c. sibi vindicaverint, quæ ipsorum dicatæ nominibus in conspectum publicum pervenerunt, ut subeuntes judicium bonorum omnium Ecclesiam Christi utilitate aliqua, & pios illos Principes honore afficeremus quem deberi a nobis agnoscimus: noluimus profectò, nec verò bona fide potuimus committere, ut in hoc opere nostro ac potius cultura Domini reticeretur nomen T. C. amplissimum. Te itaq;, Princeps Illustrissime, T. C. secundùm Deum appellamus, ut studium illud nostrum, operam, laborem, atq; industriam fideliter in hoc argumento consumptam accipias humanitate tua, judicio probes, veritate colas, & religione tuearis. Hoc enim consilium nostrum, hæc summa voluntatis nostræ, ut Dei gloria illustretur accessione laboris nostri, ædificetur Ecclesia illius, pietas T. C. & fides*

in cultu Dei & veritatis ſanctæ perveſtigatione occupata apud omnes homines prædicetur, ac noſtrum deniq; in T.C. ſtudium officiumq; conſtantiſsimum innoteſcat. Quòd ſi ea humanitate quam T.C. omnibus ſolet exhibere hoc munus noſtrum, noſtrum autem? imò verò Dei opt.max. acceperit, exemplo tuo futurum novimus atq; confidimus ut veritatem, quam ſine cujuſquam præjudicio, ſine offenſione, ſine contentione, & ſine animi (ita nos Deus amet) abalienatione exponimus, eodem animo ſanctè ac religiosè amplexentur quicunq; hos libros a nobis quàm accuratiſsimè fieri potuit recognitos & quàm ſimpliciſsimè illuſtratos attigerint. Nihil hîc neceſſe eſt de horum librorum autoritate & argumento agere, eaq; apud T.C. apud viros bonos, apud Eccleſiam ſanctam prædicare: quorum dignitas, autoritas & majeſtas piis omnibus, & argumentum quoque T.C. eſt perſpectiſsimum. Noſtram operam ut magnopere commendemus vetat pudor, impedit officium noſtrũ, & avertit præſtantiſsima illa rerũ divinarũ humanarumq; notitia quam T.C. jamdiu literarum ſacrarum auditione, lectione, meditatione, & oratione adepta eſt. Formam & præcedentes libri oſtendunt, & T.C. optimè omnium pervidebit. Quanquam in hoc opere nõ injuria poſſumus confirmare, amplius aliquid in legentiũ oculis emicaturũ eſſe quàm in præcedentibus libris fuerit cognitũ. Nam primùm accuratè verba ſimplicia & conjuncta expendimus Prophetarum omnium, eorumq; ſenſum pro eo ac fieri potuit interpretando expreſsimus: deinde verò intellectum, ſi quando opus eſſe videbatur, breviter aperuimus: tum ſeriem argumentorum, methodumq; concionum certam (hanc enim apprimè in his libris ducimus eſſe neceſſariam) certis compendiis explicavimus: deniq; omnia a nobis in hac cauſa eadem fide facta ſunt qua nos animas noſtras Deo & Patri Domini noſtri Jeſu Chriſti committimus, exertoq; capite jucundiſsimum & optatiſsimũ illius Domini & Servatoris noſtri adventũ exſpectamus. Quæ cùm ita ſint, petimus humillimè a T.C. ut noſtrum hoc officium pio humanoq; ſtudio (prout facturam confidimus) accipiat & probet: deinde a piis omnibus, ut autoritate Dei opt.max. exemplo T.C. ſuaque ipſorum pietate & humanitate adducti ita de officio noſtro ſentiant & de labore judicent, ut pietatis in Deum (cui ſervimus ſpiritu mentis noſtræ) charitatis erga fratres in Chriſto ſingularis, & communis in omneis humanitatis legibus præcipitur.

Illuſtriſsime PRINCEPS, *Deum oramus & Patrẽ Domini noſtri Jeſu Chriſti, a quo omnis bona donatio profluit, ut T.C. diutiſsimè ſervet incolumem, tibi adſit, te ſuo Spiritu regat, & confirmet ad omne opus bonum, ac omni benedictionum genere exornet cumulatiſsimè.* AMEN.

T. C.

Servi addictiſſimi,

Immanuel Tremellius,
Franciſcus Junius.

IESCHAHHIA.

ARGUMENTUM.

LIBER Jeschahhjæ Prophetæ omnia prophetiarum genera complectitur quæ ad verum legis divinæ usum demonstrandum pertinent, nimirum doctrinas, redargutiones, hortationes, reprehensiones, & consolationes omnimodas; quas voluit spiritus Dei & privatim & publicè tum ad tempora ipsius, tum ad sequentia, tum denique ad vltima (quibus exhibitus est Christus) exponere Ecclesiæ ad ædificationem ipsius. Quamobrem optimè in duo prophetiarum genera distribuitur; quarū aliæ veteres sive legales dicantur, aliæ novæ & Evangelicæ. Ac veteres quidem hîc illîc Evangelicis promissionibus conspersæ sunt, quia omnes prophetiæ quotquot sunt ab orbe condito complementum suum habent in Christo, per Christum, & propter Christum: sed tamen non inconvenienter in tres classes distingui possunt. Prima est earum quæ ipsi Judææ fuerunt indictæ, usque ad caput 13. secunda, earum quæ exteris Judæorum hostibus in gratiam Ecclesiæ denuntiatæ sunt, etiamq; ipsi Jisraëlitarum regno, usque ad caput 29. tertia, earum quæ Judæis excidium per Babylonios venturum, captivitatem, & mala gravissima prædixerunt, adhibitis suis de regno Christi consolationibus, usque ad caput 40. Nam tria capita historica a capite 37. cur παρέργως fuerint posita, suo loco ostenditur. Evangelicæ verò prophetiæ partim liberationem a captivitate Babylonica, velut symbolum spiritualis liberationis nostræ, exponunt novem capitibus: deinde ad veritatem ipsam & complementum promissionum venientes, Ecclesiam Christianam informant de electione & consilio Dei, de gratuito fœdere, de perpessionibus & gloria futura Christi, de prædicatione Evangelii, de vocatione gentium, & de communicatione beneficiorum Dei omniū cum Ecclesia Christi, ad gloriam Dei & salutem æternam illius.

CAPUT I.

Propheta contestatus cælos & terram, verbis Dei expostulat de ingrato animo apostasiaq; populi: obdurationem exprobrat adversus multas & gravissimas calamitates quas fuerat perpessus, hypocrisin illius redarguit, exhortatur ad resipiscentiam adjectis promissionibus, scelestam optimatum vitam reprehendit; ac postremò judicium omnibus durum, bonis salutare, improbisq; exitiosum denuntiat.

1 VISIO Jeschahhjæ filii Amotzi, quam vidit de Jehuda & Jeruschalaimis; [a] temporibus Hhuzzijæ, Jothami, Achazi, Jechizkijæ, regum Jehudæ.

[a] *Heb.* diebus.

2 "Audite cæli, & auribus percipe terra; nam" Jehova loquitur: "filios educaui & extuli, ipsi autem" defecerunt a me.

3 "Agnoscit bos possessorem suum, & asinus præsepe [b] domini sui: Jisraël" non ag-

[b] *Heb.* dominorum suorum.

noscit, populus meus non animadvertit.

c Heb. gravitatis iniquitatis. d Heb. maleficorum.

4 "Ah, gens peccatrix, populus ᶜ graviſſimus iniquitate, ſemen ᵈ maleficentiſſimum, filii corruptores: "dereliquerunt Jehovam, ſpreverũt ſanctum Jiſraëlis, averterunt ſe retrorſum.

5 "Quamobrem *quo* percutimini amplius, augetis apoſtaſiam? "totum "caput *confectum eſt* eadem ægritudine, & totum cor languidum.

e Heb. humida.

6 "A planta pedis uſque ad caput non eſt in iſto *corpore* integritas; *ſed* vulnus, & livor, ac plaga ᵉ ſanioſa: *quæ* neque comprimuntur, neque alligantur, *quarum* denique nulla emollitur oleo.

7 "Regio veſtra deſolata fuit, "civitates veſtræ exuſtæ igne: terram ipſam veſtram coram vobis, "extranei conſumpſerunt; "quin etiam ita deſolata eſt, vt *ſolet* ſubverſione extraneorum:

8 "Et reliqua facta eſt filia Tzijonis, ut tugurium in vinea, ut tegillũ in cucumerario; "ut civitas obſeſſa.

9 "Niſi Jehova exercituum reliquos feciſſet nobis ſuperſtites, utcunque paucos; ut Sedomum eſſemus, Hhamoræ ſimiles eſſemus.

10 "Audite verbũ Jehovæ, "ductores Sedomi: auribus percipite "doctrinam Dei noſtri, populi Hhamoræ.

11 "Quorſum mihi multitudo ſacrificiorum veſtrorum, dicit Jehova? "Satur ſum holocauſtis arietum, & adipe pinguium: & ſanguine juvencorum, agnorumq; & hircorum non delector.

12 Quòd advenitis "ut compareatis "in conſpectu meo; quis quæſivit hoc a manu veſtra, ut "conculcetis atria mea?

13 Ne pergitote offerre "munus vanitatis, ſuffitus abominationi *eſt* mihi: novilunio, & ſabbatho convocare convocationem ("nõ poſſum *ferre* iniquitatem) denique "interdicti die;

f Heb. laborí.

14 "Novilunia veſtra, & ſtatas ferias veſtras "odit anima mea: ſunt mihi ᶠ laborioſæ, defeſſus ſum ferendo.

g Heb. ſanguinibus.

15 Propterea "expandentibus vobis manus veſtras, occulto oculos meos a vobis; etiam cùm utimini multa oratione, non exaudio: "manus veſtræ ᵍ cædibus plenæ ſunt.

16 "Lavate vos, purificate vos, amovete malignitatem actionum veſtrarum "ex adverſo oculorum meorum; deſinite malefacere.

17 "Diſcite benefacere, quærite "jus; erigite oppreſſum, jus dicite pupillo, ſuſcipite cauſam viduæ.

18 "Venite "jam, & "diſceptemus, inquit Jehova: "ſi fuerint peccata veſtra "velut dibapha, "tanquam nix exalbeſcent; ſi rubra fuerint velut coccineum, ſimilla lanæ erunt.

19 Si acquieſcetis ut audiatis, bono hujus terræ "fruemini.

20 Sin autem renuatis atque rebelletis, "gladio conſumemini: nam "os Jehovæ locutum eſt.

21 Quomodo effecta eſt meretrix vrbs fidelis? & pleniſſima jure, in qua juſtitia "pernoctabat, ea nunc homicidarum *plena eſt*?

22 "Argentum

22 "Argentum tuum [b]abiit in scorias, merum tuum inspurcatum est aqua.

23 Principes tui contumaces & "socii furũ; unusquisque "amat munus, & sectatur retributiones: pupillo non dicunt jus, & causa viduæ non pervenit ad eos.

24 "Propterea, dictum" domini Jehovæ exercituum, robusti *Dei* Jisraëlis: Eheu, "consolationem capiam, de hostibus meis, & ultionem sumam de inimicis meis.

25 "Nam referam manum meam contra te," ut defæcem [i]sua purgatione scorias tuas: & amovebo [k]totum stannum tuum:

26 "Restituamq;" judices tuos sicut primùm, & consiliarios tuos sicut principio; postmodùm [l]" vocaberis civitas justa, urbs fidelis:

27 "Tzijon" judicio redimetur, & "reduces ejus "justitia.

28 [m]" Fragmenta autem defectorum & peccatorum pariter; ac derelinquentium Jehovam," deficient:

29 "Nam pudefient propter "lucos quos "desyderastis, & erubescetis propter hortos quos "elegistis,

30 "Cùm eritis similes quercui defluenti folio suo; & similes horto, cui nulla est aqua.

31 "Eritq; fortissimus quisque velut stuppa, & opus ejus velut scintilla; "ardebuntq; ambo pariter, adeò ut nullus possit exstinguere.

b *Heb.* est.

i *Heb.* secũdum suam purgationẽ.
k *Heb.* omnia stanna tua.
l *Heb.* vocabitur tibi civitas justitiæ.
m *Heb.* fragmentum, zeugmatice.

ANNOTATIO.

1 *Visio*] Continetur hoc versu, libri totius ἐπιγραφὴ sive inscriptio generalis: qua author, genus, & argumentum scripti, tempúsque exponuntur. Author, ac potius scriptor nominatur Jeschahhja; de cujus parente etsi nihil certi ex scripturis cognoscere possumus, non dubium est tamen quin Jeschahhja propheta fuerit summa authoritate, ut ex 2. Reg. 19. & 2. Chronic. 32. 32. & tota ipsius prophetia constat. Genus scripti demonstratur visionis nomine: est enim visio, omnis doctrina divinitus revelata; quia Deus, quibuscunque visum est revelare, res ipsas quodammodo videndas & spectandas oculis servorum suorum exhibet ad obsignãdam earum certitudinem, ut idem Propheta periphrasticè exponit infrà 2. 1. & describit cap. 6. Argumentum est de consilio, voluntate, & administratione Dei ad populum ipsius pertinente & Ecclesiam totam Christi, de qua luculentissimè Jeschahhja concionatus est. Nam etsi hìc illìc prophetiæ de populis regnísque exteris insertæ sunt, Assyriis, Babyloniis, Ægyptiis, Moabitis, Hhammonitis, Edomæis, Palæstinis, Tyriis, Tzidoniis, Samaritanis, Græcis, Romanis, omnibus denique impiis Ecclesiæ Dei adversantibus; tamen hæc omnia propterea de Jehuda & Jerusalaimis dicuntur enuntiari, quia ad historiam Ecclesiæ pertinent; cujus tam interfuit adversarios Dei & suos pessumdari potentia regni Dei, quàm se ab illorum impetu & tyrannide vindicari. Tempus quo prophetavit, quàm fuerit diuturnum, ex nomine quatuor regum satis indicatur: nam (ut missum faciamus quod a Judæis traditur Prophetam hunc imperio Menaschis serra dissectum esse, & vestigiis tantùm scripturæ sacræ insistamus) si ab ultimo Hhuzzijæ regis anno, infrà 6. 1. dicamus prophetasse, usque ad 15. Jechizkijæ, quo Babylonios legatos ad eum missos fuisse est credibile, 2. Reg. 20. 12 non potuit minus annis quadraginta quinque prophetasse: ampliùs utrum prophetaverit (quod tamen verosimilius est) nihil possumus certò statuere. Duo hìc nobis dicẽda restant: unum, de universo ordine prophetiarum; alterum, de quinque primis capitibus hujus prophetiæ. Ad ordinem quod attinet, certum est neque prophetas, neque sacerdotes (per quos prophetiæ in sacrarium relatæ sunt) semper habuisse temporum rationem; sed tamen si capitum seriem observabimus usque ad 40. comperiemus ferè sua tempora prophetiis attributa esse ex ordine: inde ad finem usque, non illud fortè quo prophetiæ dictæ sunt; sed argumenti ipsius tempus observatum esse: nam primùm de instauratione veteris Ecclesiæ agitur, usque ad caput 49. deinde verò de plena restitutione Ecclesiæ per Christum, ad finem usque. Prima autem hæc capita quinque continent purorum & simplicium documentorum summam, quibus Propheta conatus est Ecclesiam bene instituere antè quàm obsignaretur divinitus illius populi obcæcatio, cap. 6. 2 *Audite cæli*] hujus capitis partes sunt quinque: prima est propositio, qua Deus expostulat de ingratissimo populo erga se, usque ad versum 5. secunda est redargutio, a ver. 5. usque ad versum 16. tertia est exhortatio conjuncta promissionibus & minis, inde usque ad 21. quarta, reprehensio impuræ illorum vitæ usque ad 24. ultima, conclusio prænuntians gravitatem judiciorum Dei certa misericordia temperatam, inde ad finem usque. Hujus autem propositionis exordium est patheticum, ut Deut. 32. 1. quo Propheta cælum, terrámque contestatur, quasi afficiãtur verbo Dei; cùm populus neque verbo, neque beneficiis, ac ne brutorum quidem exemplis revocaretur ad officium suum, duob. versib. quibus subjicitur gravissima indignantis exclamatio, ver. 4. *Jehova loquitur*] ad cujus vocem ipsa elementa, inanimáque omnia percelluntur, & obsequuntur voluntati Dei. *Filios*] summa expostulationis: istos adoptavi (inquit Deus) pro meis, adoptatos educavi, educans ornavi & in amplissimam dignitatem evexi. *Defecerunt*] atque etiamnum deficiunt, alienatique permanent. 3 *Agnoscit*] amplificatio per comparationem bru-

torum animantium. *Non agnoscit*] videlicet me, dominúmque suum aversatur. 4 *Ah gens*] exclamatio pathetica, ut diximus in versum 2. continens gradationem elegantissimam ad exaggerãdum peccatum Jisraëlitarum; quòd ita in peccatis vivant, ut amplitudine eorum prægraventur, iis velut patriis & avitis hæreant pertinacissimè, denique omnibus nervis contendant ut peccatorum moles amplius accumulent. *Dereliquerunt*] apostrophe, qua justissimam causam istius exclamationis exponit Deus a sceleribus populi; quæ similiter gradatim tribus verbis ostenduntur, & exaggerantur a natura & gratia Dei quæ illis innotuerat. Reliquerunt me, inquit, revocantem spreverunt, & opposuerũt cervicem: ut ipse Jechizkija ex Jeschahhjæ verbis docet, 2. Chronic. 29. 6. 5 *Quamobrem*] secunda pars, ut diximus in versum 2. qua primùm statuitur summus redargutionis sequentis & reprehensionis locus, hoc versu: deinde verò sigillatim exponitur. Increpationis summa est; non potui apud me continere vos beneficiis: quin fit ut ne castigationibus quidem asperrimis quas experti estis revocemini ad bonam frugem; sed potius certatim exardescatis in apostasiam? Hæc duo posteà ordine explicantur: afflictiones, usque ad versum 10. apostasiæ verò, ad 16. *Totum caput*] ἐργασία, allegoricè ostendens castigationes Judæorum per comparationem corporis humani, quæ comparatio apud Jeschahhjam est frequens. *Caput*] id est: tota administratio politica & Ecclesiastica infirmata est; & quod maximè in populo firmum esse debet, idipsum est tenuissimum. 6 *A planta pedis*] id est: in toto regno nihil est integrum: scatent vulneribus, livore, & pure omnia; atque eiusmodi quæ neque gravibus medicamentis curari, neque suavibus unguentis mitigari possint. 7 *Regio vestra*] explicatio superioris allegoriæ, docens quàm miser antè fuerit status procerum & populi in regno Judæorum. *Civitates vestræ*] videlicet invadente Chazaële Rege Syriæ, & Joascho rege Jisraëlitarum, 2. Reg. 12. & 14. & 2. Chronic. 25. *Extranei*] Chazaël rex Syriæ temporibus Joaschi, 2. Reg. 12. 18. & Joasch rex Jisraëlis temporibus Amatzjæ, 2. Reg. 14. & 2. Chronic. 25. *Quin etiam*] id est: neque tantùm externis bellis, sed etiam intestinis motibus ab ipsis domesticis attrita est; idque tam graviter quàm fuissent facturi extranei. Hoc enim primùm a Nhathaljacæptum est, 2. Reg. 11. deinde perfectum a conjuratis contra Joaschum & Amatzjam, 2. Reg. 12. & seq. & 2. Chronic. 24. & 25. 8 *Et reliqua facta*] id est: totum regnum Judææ ita exhaustum & expilatum est; ut elapso vindemiæ custodiæ've tempore tuguriola custodum (ubi instrumenta rustica asservantur) exportari solent: quod fecerunt partim Chazaël, partim stipendiarii Jisraëlitæ, partim verò Joasch rex Jisraëlitarum: ut iisdem capitibus, quæ modò dicta sunt, exponitur. *Ut civitas obsessa*] cujus aditus, & exitus aut invius, aut periculosissimus est. q. d. omnes regni partes, omniáque itinera diligentissimè fuerunt obsessa; cùm bellis non tantùm externis, sed etiam internis fluctuavit. 9 *Nisi Jehova*] amplificatio peccati Judæorum a misericordia Dei, viam sternens ad exprobrationem apostasiæ Judæorum: exceptum, inquit, ferẽdum est summæ benignitati Dei, quòd non absumpti sumus, vt Lament. 3. 22. nam nisi Deus, qui exercitus illos contra nos armaverat propter peccata nostra, sui nominis rationem habuisset: jam diu de nobis actum esset, ut de Sedomo & Hhamora olim, Genes. 19. Hic autem locus nominatim quidem a Propheta de suis temporibus dictus est: sed universè tamen ad omnia tempora pertinet, quibus Ecclesia tenetur confiteri indignitatem suam, & misericordiam Dei ex gratuita electione ejus: ut Rom. 9. 29. 10 *Audite*] exprobratio apostasiæ Judæorum, ut dictum est suprà in versum 5. quos propterea gravissimè & sigillatim contestatur, hoc versu. *Ductores Sedomi*] id est: malitia atque sceleribus cum Sedomitis comparandi: quibus propterea non immeritò gravissimum excidium importasset Deus, nisi fuisset misertus nostri propter nomen suum. *Doctrinam*] quæ sequentibus verbis exponitur, nimirum de improbitate vestra, officio imposterum, & constantia judiciorum promissionúmque Dei. 11 *Quorsum*] occupatio gravissima, ut Psalmo 50. qua anticipat Propheta objectionem Judæorum quo jure (dixerit quispiam) apostatas, Sedomitas, & Hhamoræos nos vocas, qui sacrificia, templum Dei, solẽnitates omnes, & cultum externum lege institutum tam studiosè observamus? imò verò, inquit Propheta, quid ista ad apostatas pertinent? aut quid istis apud Deum se effecturos putant? Non ista, sed homines ipsos sibi sanctificari jubet Deus, & homines istis (ut vocant) meritis præsidentes aversatur. *Saturfum*] id est fastidio, ἀνθρωποπαθῶς. 12 *Ut compareatis*] ex formula legis quæ habetur Exodi 23. 17. & 34. 23. *In conspectu meo*] id est: non tantùm corpore, sed etiam animo integro sistatis vos & exhibeatis mihi. *Conculcetis*] tantùm; non autem animum vestrum sistatis atque offeratis mihi: quod idem Propheta objicit infra 29. 13. 13 *Munus vanitatis*] id est: quod vanum est apud me, imò verò abominationi est, intolerabile est, ut Proverb. 15. 8. & 21. 27. gradatio, quæ similiter repetitur seq. versũ. *Non possum ferre*] hanc videlicet iniquitatem apostasiæ & animi per hypocrisin culturam Dei simulantis: pathetica parenthesis, evidentissimè exprimens affectum indignabundi & aversantis animi. *Interdicti die*] id est: quocunque die ab omni opere servili cessavistis ex interdicto, sive feriæ essent legitimæ, sive indictivæ, ut Joëlis 1. 13. 14 *Novilunia*] de quibus Num. 28. & 29. *Odit anima*] id est odi ex animo; ἀνθρωποπαθῶς, ut sequentia. 15 *Expandentibus vobis*] id est: in vestris difficultatibus inclamantes aversor; ut qui non tantùm indigni estis; sed etiam imparati, illotis & cruentis manibus accediti. *Manus vestræ*] nimirum quas expanditis me versus. q. d. vos adhuc madetis sanguine & cædibus, omníque peccatorum genere circumfluitis, cùm acceditis me: Quamobrem non est cur speretis exaudiri à me, nisi vos ipsos ab ista impuritate repurgetis; quod sequentes versus docent: synecdoche. 16 *Lavate vos*] tertia pars, exhortatio, conjuncta suis promissionibus & minis, ver. 18. & duobus seq. Exhortationis autem summa est, primùm seria resipiscentia abstinens a malo, hoc versu; & se in bono occupans, sequente: deinde blanda provocatio ad æquam disceptationem causæ, ver. 18. Est autem primum hoc verbum metaphoricum, respiciens ad cruentatas manus, quas modò exprobraverat. *Ex adverso oculorum*] id est: ex animo & corpore vestro, palàm & clàm: quia omnia penitùs introspicit Deus. 17 *Discite*] id est colite disciplinam, & exercitia beneficentiæ. *Ius*] id est: singuli privatim & publicè quicquid est officii vestri recognoscite; quod prolepticè dictum posteà minutatim accommodatur officiis misericordiæ. 18 *Venite jam*] secundum exhortationis membrum; ut si Judæi nondum resipiscere a peccatis didicerunt, saltem ex æquo disceptantem Deum & rationes blandè ineuntem cum ipsis audiant; vicissim si quid causæ habent, proferant ipsi, tantisper dum placet Deo a Judicis partibus abstinere. *Jam*] quandoquidem nondum resipiscitis. *Disceptemus*] id est amicè: & ex æquo inter nos de causa conferamus, ut alter alterum patienter audiat; prout fit partibus inter se litigantibus & eõ ferentibus ad transigendam causam: quod genus contestationis adhibet Deus ad frangendam aut evincẽdam hominũ improbitatem, & testandam patientiã ac misericordiam suam, ut Jirmejæ 2. & Micæ 6. *Si fuerint*] q. d. confirmo fore, si tãtum aurem accommodabitis, ut vero sensu justitiæ meæ & peccati vestri afficiamini; & promitto me aboliturum peccata vestra pro misericordia mea. *Velut dibapha*] id est gravissima & atrocissima: comparatio est a colore sanguinis, cujus dixerat plenas manus esse. *Tanquam nix*] id est: ablutis peccatis fietis albi, & puri: hypallage. Est autem eadem metaphora, Psal. 51. 9. 19 *Fruemini*] non autem fruentur & consument extranei: ut suprà ver. 7. 20 *Gladio consumemini*] vos ipsi, ac non tantùm terra vestra exhaurietur: prout actum esse posteà temporibus Achazi legimus, 2. Chronic. 28. *Os Jehovæ*] in lege sua, Levit. 26. & Deut. 28. 21 *Quomodo*] quarta pars, reprehensio; quam tum demũ adhibet Deus, cùm Judæi neque ad resipiscentiam adducti sunt, neque ad æquã illã disceptationem oblatam a Deo, si suprà 18. Est autem tota hæc reprehensio pathetica per cõparationem tẽporũ inter se: priùs (inquit) fideliter audiebant, sapiebant, officium & jus colebant, aut denique resipiscebant moniti: nũc autem ut procaciissima meretrix, aut sceleratissimus quispiam homicida, resipiscentiam fugiunt perfricta fronte; monentem

bentē Deū nō audiūt, ac potiuş prophetas revocātes mulctāt: ut de Joaſcho & Amatzja legimus, 2. Chronic. 24. 20 & 25. 15. *Pernoctabat*] i. dies noctéſq; colebatur. 22 *Argentū tuū*] allegoria exponēs universam optimatū corruptionē & omniū ordinū, quā ſequens ℣. exponit: ſic Jechezkel. 22. 18. & 19. 23 *Socii furū*] probatis, & participatis furtis: ut Hoſche. 6. 10. *Amat munus*] ut Exod 23. 8. & Deut. 6. 19. 24 *Propterea*] ultima pars: qua Deus oſtendit ſe invitū tādē eò pertrahi, ut immorigeros ac nē audiētes quidē & præfractos Judæos, tāquā hoſtes conjuratos, verberet, hoc verſu: quorū verberū uſus & effecta ſequentibus exponūtur. *Domini*] qui ſe prius non tantùm ut patrem, ſed etiam ut æqualem Judæis ſtiterat, verſu 18. nunc autem judicis partes aſſumit, quas æternā potentia ſua exequatur in contemptores ſui fœderis gratuiti: quō ſpectant omnia hæc Dei epitheta. *Conſolationem capiam*] humanitus dictum: ac ſi Deus ex offenſis acceptis contriſtaretur, & levamen ex ultionibus perciperet. 25 *Nam referam*] expoſitio allegorica judicii & ultionis, quam ſumpturum ſe dixit Deus, ſuperiore verſu: ſubduxeram, inquit, ferulas meas, de quibus ſuprà verſu 5. & ſequentibus: ſed eas, & graviores eis repetam atq; importabo. *Ut defæcem*] id eſt, ut manu mea, tanquam artifex, eos qui improbi ſunt a probis ſeparem, refundendo totam rempublicam velut adulterinum nummum: ſic Jirmeję 9. 7. & Maleaci 3. 3. atque hìc generalis eſt afflictionum effectus, quas denuntiat Deus propter duplicem uſum qui deinceps exponitur. 26 *Reſtituam*] prior uſus, inſtauratio & reformatio totius Reipublicæ atque Eccleſiæ, diſparatis improbis, duobus verſibus. *Judices tuos*] id eſt, ſummatum ordines, ad quos utraque adminiſtratio pertinet, & quibus corruptis non poteſt totus etiam privatorum ſtatus non eſſe corruptiſſimus. *Vocaberis*] id eſt, re ipſa eris, & dicēris, agnoſceriſque ea quæ antè fuiſti, ſuprà verſ. 21. 27 *Tzijon*] brevis occupatio; qua Propheta docet nihil eſſe quod ſibi propterea Eccleſia arroget, aut homines ullamam totum illud opus a Deo eſſe, qui judicio ſuo bonos diſparat a malis, & ſervat propter juſtitiam ſuam. *Judicio*] illo quod denuntiavit verſu 25. *Reduces*] id eſt, quicunque a peccatis ſuis revertentur ad Deum vivum, abducti judiciorum ſenſu & exemplis ad reſipiſcentiam. *Juſtitia*] qua Deus juſtiſſimè præſtat bona omnia quæ promiſit verbo, ut Pſal. 51. 16. 28 *Fragmenta*] ſecundus uſus contra improbos, qui hoc verſu per eandem allegoriam metallorū enuntiatus, ſequentibus explicatur: nam fragmenta vocat particulas & rejectamenta ſcoriæ, quibuſcum improbi comparantur. *Deficient*] id eſt conflagrabunt omnino, & gravitate ignis divini conſumentur. 29 *Nam pudef.*] ætiologia a vanitate idolorum, quibus confidunt improbi: conſumentur, inquit: nam non poterunt dii ipſorum juvare ipſos. *Lucos*] diis illorum conſecratos; prout legimus Hhuzzijæ & aliorum temporibus excelſa non amota fuiſſe, 2. Reg. 15. 4. & 16. 4. *Deſyderaſtis*] apoſtrophe ad populum, gravius exprimens ipſius idolomaniam; cujuſmodi apoſtrophę leguntur in prophetis paſſim. *Elegiſtis*] non acquieſcentes loco quem elegi, Deut. 12. 5. & 2. Chronic. 6. 6. 30 *Cùm eritis*] id eſt, infeliciſſimè marceſcetis & exareſcetis; ut illas ipſas arbores & excelſa videris marceſcere, in quibus idola colitis. Exponit enim Propheta his duobus verſibus rationē qua Deus improbos perditurus eſt: primùm, inquit, ſua ipſorum infirmitate peribunt, hoc verſu; deinde qui volent robore experiri cùm Deo, ſuo robore ſe conficient ipſi, ſeq. verſu. 31 *Eritq;*] id eſt, quiſquis robore fretus reluctabitur, ſuo ipſius labore incendetur & conflagrabit, ut ſtuppa igne. *Ardebuntq;*] id eſt, peribit ipſe cum opere ſuo, & ſuo ipſius gladio jugulabitur.

CAPUT II.

Propheta perſpiciens obſirmatum populi animum, provocat eum ad Zelotypiam prænuntiata vocatione, fide, officioq; gentium: eum increpat vanitatis, avaritiæ, & idololatriæ nomine: graviſſima Dei judicia interminatur eventura in idola, & in populum, ac nominatim ſummos, infimos, viros & mulieres propter peccata ipſorum: pios verò & reſipiſcentes conſolatur enuntiatis promiſſionibus de adventu Chriſti, in quo prædicit glorioſam fore Eccleſiam, percepta ſanctitate & vita ejus, remiſſione peccatorum & defenſione ſingulari.

1 "VERBUM quod "viſione percepit Jeſchahhja filius Amotzi, "de Jehuda & Jeruſchalaimis. *a Heb.* vidit.

2 "Erit ergo [b]" ultimis temporibus, "*ubi* conſtitutus fuerit mons domus Jehovæ in vertice aliorum montium, & elatus ſupra colles; ut confluant ad eum omnes gentes: *b Heb.* in extremitate dierum.

3 "Eantque populi multi dicentes; venite, ut aſcendamus in montem Jehovæ, in domum Dei Jahhakobi, ut doceat nos de viis ſuis, & ambulemus in itineribus ejus: "nam Tzijone prodit doctrina, & verbum Jehovæ Jeruſchalaimis:

4 "Qui judicem aget inter gentes, & corripiet populos multos: ut tundant gladios ſuos in ligones, & haſtas ſuas in falces; non attollat "gens una in alteram gladium," neque diſcant ampliùs bellum. *c Heb.* gens in gentem.

5 "Domus Jahhakobi, [d]" agite, ambulemus in luce Jehovæ. *d Heb.* venite & ambulemus.

6 "Quandoquidem" deſeris populum tuum, domum Jahhakobi; "quia pleni ſunt ab oriente *malis*, & præſtigiatores *ſunt* ut Peliſchtæi: denique" natis alienigenarum acquieſcunt;

e Heb. non est finis thesauris illius: &, non est finis curribus illius.

7 "Et repleta est terra illius argento & auro, & [e] infinitis thesauris; repletaque est terra illius equis, & infinitis curribus;
8 "Repleta est etiam terra illius idolis; operi manuum suarum quisq; incurvant se, illi quod fecerunt digiti ipsius;
9 "Et se deprimit plebeius homo, seque demittit vir præstans: "propterea ne parcito istis.
10 "Ingredere in aliquam rupem, & absconde te in ipso pulvere; propter pavorem Jehovæ, & propter decorem excellentiæ ejus:

f Heb. altitudinis.

11 "Oculis[f] altis homo demittetur, & deprimetur altitudo hominum: edituſque erit Jehova solus" die illa:
12 Cùm dies erit Jehovæ exercituum contra omnem" superbum & excelsum; & contra omnem elatum," ut demittatur,
13 Et" contra omnes cedros Libani celsissimas & elatissimas, & contra omnia" robora Baschanis,
14 Et contra omnes montes celsissimos, & contra omnes colles elatissimos,
15 Et contra omnem turrim altam, & cõtra omnẽ murum munitum,

g Heb. desyderii.

16 Et contra omnes" naves oceani, & contra omnes imagines[g] desyderatissimas:

b Heb. altitudinis hominis.

17 Tunc deprimetur[b] altus homo, & demittetur celsitudo hominum; edituſque erit Jehova solus die illo:
18 "Idolorumque *celsitudo* penitus" transmeabit;
19 Cùm" venient in speluncas rupium & in hiatus pulveris: propter pavorem Jehovæ & propter decorem excellentiæ eius, cùm surget ad violenter exagitandum hanc terram.
20 "Tempore illo abjiciet homo" idola argentea sua & idola aurea sua; quæ fecerunt quisque sibi ad incurvandum se *illis*," talpis & vespertilionibus.
21 Ingrediendo in cavernas rupium & in scopulos petrarum; propter pavorem Jehovæ & propter decorem excellentiæ ejus, cùm surget ad violenter exagitandum hanc terram.

Caput III.

1 "Abstinete vos ab ipso homine," cui halitus *est* in naso ipsius: nam" qua in re æstimandus esset?
2 "Nam ecce dominus ille Jehova exercituum amoturus est Jeruschalaimis & a Jehuda" scipionem & bacillum; omnem scipionem" panis, & omnem scipionem aquæ.
3 "Potentem & bellatorem; judicem & prophetam," sagacemque ac" senem:

a Heb. elatũ facie.
b Heb. sapiẽtem artificum.

4 Præfectum quinquagenis, & [a] honorabilem; consiliariumque ac [b] peritum artificem, & intelligentem eloquentiæ.

5 Datu-

5 Daturus autem sum *(inquit)* pueros principes eorum, qui facinorosè dominentur in eos.

6 Ita opprimet in populo [c] alter alterum, quisque proximum suum: superbient puer in senem, & vilis in honoratum.

7 Si prehendat quis fratrem suum de domo paterna sua, *dicens,* vestis est tibi, ductor esto nobis; ut ruina ista sub manu tua sit:

8 [d] Jurabit die illo dicendo, non essem obligaturus, etiam domi meæ non *est* panis neque vestis: ne ponatis me ductorem populi:

9 Cùm corruerint Jeruschalaima & Jehuda ceciderit: quia lingua eorum & actiones eorum sunt adversus Jehovam, ad exacerbandum oculos gloriæ illius.

10 Obfirmatio vultus eorum testatur contra ipsos, cum peccatum suum sicut sedom enuntient, non celent: væ animo ipsorum, quia afficiunt se ipsos malo.

11 Dicite justo, bene esse; nam fructu actionum suarum fruituros esse.

12 Væ, improbo malè est: nã retributio manuũ ipsius est futura ipsi.

13 Populum meum opprimentium quisque est parvulus, & fæminæ dominium exercent in eum: Populi mi, qui ducunt te, seducunt; & viam itinerum tuorum tegunt.

14 Sistit se ad litigandum Jehova, qui consistit ad judicandũ populos:

15 Jehova ad judicium advenit contra seniores populi sui & principes ejus; at vos depavistis hanc vineam, rapina pauperis *est* in domibus vestris.

16 Quid vobis *est*, quod conteritis populum meum, & faciem pauperum commolitis? dictum domini Jehovæ exercituum.

17 Præterea ait Jehova; eò quòd altę sunt filiæ Tzijonis, & ambulant [e] extento gutture, & nutantes oculis: [f] continenter minutis passibus incedunt, pedibusque suis compeditas agunt:

18 Idcircò scabie afficiet dominus verticem filiarum Tzijonis, & Jehova pudendum earum nudabit.

19 Tempore illo amovebit dominus ornamẽtum istud perisce lidum; ocellataque opera, & lunulas,

20 Myrothecidia, catellasque, & bracteolas.

21 Tiaras, & armillas, redimiculaq;, [g] bucculasque & amuleta.

22 Annulos, & [h] monilia naso impendentia,

23 Syntheses vestium, & amicula, & ventralia, & aciaria,

24 Speculaq;, & sindones, & mitras, & carbasa,

25 Eritque loco aromatis *ut* existat tabes, & loco cinguli dissolutio, & loco operis [i] pexi calvitium, & loco segmentatæ cycladis cinctus cilicii; ustio loco pulchritudinis.

26 Homines tui gladio cadent, etiam [k] potentes tui bello.

27 Quamobrem mærentibus & lugentibus portis illius; cùm expurgata desidebit in terra,

[c] *Heb.* vir virum.

[d] tollet *manum*: synecdoche: vide Genes. 14. 22.

[e] *Heb.* extentæ guttur.

[f] *Heb.* cundo & parvulas agendo incedunt.

[g] *Heb.* domos animę.

[h] *Heb.* monilia nasi.

[i] *Heb.* continentis, id est, ita pexi ut continens esse videatur.

[k] *Heb. viri* potẽtiæ tuę.

28 "Prehendent septem mulieres virum eundem tempore illo, dicendo; cibum nostrum comedemus, & vestimentum nostrum induemus: tantummodò "[1] vocemur de nomine tuo, "aufer probrum nostrum.

[1] *Heb.* invocetur nomẽ tuum super nos.

CAPVT IIII.

[a] *Heb.* die.

1 "[a] TEMPORE illo erit "germen Jehovæ gloriæ & honori; & "fructus ipse terræ excellentiæ & ornamento

[b] *Heb.* evasioni.

"[b] superstitibus Jisraëlis.

2 "Erit enim *ut* qui relictus fuerit Tzijone, & residuus Jeruschalaimis, sanctus [c] dicatur; "quisquis adscriptus fuerit illi vitæ Jeruschalaimis:

[c] *Heb.* dicatur ei, imper sonaliter: ut suprà 1. 26.

[d] *Heb.* sanguines.

3 "Cùm laverit Dominus excrementum filiarum Tzijonis, & [d] cædes Jeruschalaimorum abluerit e medio ipsorum; "spiritu iudicii & spiritu sublationis.

4 "Creabitque Jehova super unumquodque habitaculum montis Tzijonis, id est, super "convocationes ejus, "nubem interdiu, fumumq;, & splendorem ignemque [e] flammantem noctu: nam "super totam gloriam *erit* "protectio:

[e] *Heb.* flammæ.

5 "Cujus *protectionis* tugurium erit umbraculo interdiu ab æstu, & receptui atque latibulo ab inundatione & a pluvia.

ANNOTATIO.

1 *Verbum*] Hanc inscriptionem ad tria capita pertinere constat, quibus Jeschahhja secundò Judæos docet voluntatem & judicia Dei, piosque erigit promissionibus. Videtur autem huic concioni habendæ data esse occasio a pervicacia Judæorum, quos superior concio nihil affecerat. Quamobrem ut eos qui neque bonis allici, neque malis abterreri a peccando poterant, alieno exemplo provocaret; proponit Jeschahhja primùm doctrinam de Evangelica vocatione gentium, tribus versibus: deinde Judæos ab exemplo illius prophetiæ provocat, versu 5. & ne iniquè eos provocare videatur, gravissimam peccatorum enuntiationem adhibet, a versu 6. ad 9. tertiò evictis peccati, intermina tur judicia Dei severissima in populum, & idola, a vers. 9. ad 19. quæ judicia posteà exornantur sigillatim usque ad caput 4. postremò concludit suam concionem elegantissima consolatione piorum a promissionibus Dei, capite 4. *De Jehuda*] nam quod vocatio gentium in ipso limine posita est, propter Judæos fiebat: ut hoc pacto, si fieri posset, adducerentur ad resipiscentiam: ut Deut. 32. 21. & Rom. 10. 19. 2 *Erit ergo*] quasi dicat, quandoquidem superiore concione nihil effectum est apud vos, sed permanetis in peccato: propterea gentes assumet Deus: paralepsis in scripturis usitatissima. *Ultimis temporibus*] nimirum Christi adventu, & doctrina Evangelii, qua tandem revelatum est & explicatum totum consilium Dei in Christo. *Ubi constitutus*] id est, ubi Ecclesia Dei prædicatione verbi ipsius velut spectanda exhibebitur & cognoscenda in oculis omnium: allegoria, qua comparat Propheta Ecclesiam Dei civitati in monte omnium editissimo positæ; unde fax Evangelii totum orbem & ipsas montium angustias perlustrare possit, ac proinde omnibus innotescere. 3 *Eantque*] id est, accedant fide per charitatem operante ad Deum colendum, audiendum, & obsequendum ei in Ecclesia. *Nam*] ætiologia cur gentes ad Ecclesiam tantùm sibi confluendum esse profiteantur: nam (inquiunt) nusquam alibi doctrina verbumque Dei salutare exaudiri potest: tantùm in Ecclesia est, & ab ea in pios omnes derivatur, proutilla est columna & stabilimẽtum veritatis, 1 Timoth. 3. 15. vide in versum 6. 4 *Qui judicem*] id est, omnes inter se quamvis alienissimas conciliabit, adductas ad unum Deum, unam fidem, unum baptisma, unum corpus, & unum spiritum, id est, Ecclesiam unam, & vocatas in unã spem vocationis suæ: Ephes. 4. 4. quo argumento studebunt servare unitatem spiritus per vinculum pacis: quod hic allegoricè pro temporum ratione Jeschahhja prænuntiat. *Neque discant*] sed studeant paci, Ephes. 4. 3. 5 *Domus Jahhak*] secunda pars, exhortatio, Judæos revocans a viis suis pravis ad bene utendam præsentem lucem, ut Joan. 12. 35. cui ex adverso respondet dehortatio infrà 3. 1. 6 *Quandoquidem*] reprehensio ætiologica, sive causam explicans tum superioris prophetiæ de vocatione gentium, tum hortationis proximæ ad Judæos; qua docet Propheta utriusque causam esse positam in sceleribus illorũ, & indignatione Dei ipsos propter scelera reprobante: vide Rom. 9. 10. & 11. Enuntiatur autem hic locus per apostrophen ad Deum, velut certissimum testem & vindicem scelerũ quæ inficiabantur Judæi, ad exaggerandam reprehensionem. *Deseris*] id est, jam jam præstò es, ac velut in procinctu, ut abjicias populũ tuum: quod flagellis tuis (de quibus suprà capite 1.) ex parte ostendisti. *Quia pleni sunt*] quasi dicat, ex omnibus populis finitimis & circumstantibus omne genus scelerum hauserunt studiosissimè, & in regione sua accumularunt: nam Syros & Mesopotamienses (quos nefariis artibus abundasse velut una historia Bilhami docet) ab oriente esse, & Philistæos ab occidente docet propheta infrà 9. 12. *Natis alienigen.*] id est, non acquieverunt doctrinæ & verbo Dei, quod gentes amplexaturæ sunt, suprà vers. 3. sed extera omnia præferunt simplicitati divinæ legis. 7 *Et repleta*] id est, exterorum studiis abducti non dant operam regno Dei; sed pecuniæ, opibusque, & humanis viribus. 8 *Repleta est*] id est, exteris studiis abrepti, & locupleterati, sua abundantia in dedecus Dei & idololatriam abutuntur: ut Hosche. 2. 8. 9 *Et se*] id est, omnes sunt idololatræ, tum infima tùm summa conditione homines. *Propterea*] epiphonema patheticum, quo Propheta exardescens zelo gloriæ Dei judicium ipsius severissimum in idololatras imprecatur, qui non acquieverint domui Jahhakobi, & se ad lucem Jehovæ conver-

convertérint. 10 *Ingredere*] tertius locus, interminatio gravissimorum judiciorum Dei in Judæos pertinaces, & idola ipsorum. Sunt autem hujus interminationis partes duæ: una est prolepsis sive propositio summa istorum judiciorum, usque ad versum 20. altera est ἐξεργασία sive exornatio prolepseos, explicans copiosius singula ipsius membra, ὑστερον πρότερον: primùm enim judicium idolis denuntiatur, usque ad finem capitis; deinde hominibus, capite 3. Incipit autem hæc comminatio a vehementissima apostrophe ad populum; cùm Propheta per Sarcasmum, superbum & præsidentem populum exagitat certissima fiducia judiciorum Dei. q.d. effuge (si potes) manum horrendam Dei, aut terribilem conspectum ejus; sed non succedet: ut ostendit subiectio sequentis ver. 11 *Oculis altis*] subjectio superiorem Sarcasmum explicans, & conatus humani vanitatem: ut infrà 8.10. *Die illa*] id est tempore illo, quod octo sequentibus versib. exponitur: videlicet cùm in homines judicia exercebit, usque ad versum 17. & in idola ipsa, ver. 18. 12 *Superbum*] epitheton eorum qui verbo Dei non acquiescentes extera studia conquisiunt, mundo hærent, & idola anteponunt Deo, quod suprà exprobravit Propheta a ver. 6. *Ut demittatur*] prout confirmatur ver. 17. 13 *Contra omnes cedros*] id est: homines quamvis valentissimos, munitissimos, &c. quæ allegoricè quatuor versibus subjiciuntur. *Robora*] ut suprà 1.30. 16 *Naves oceani*] id est: homines opulentissimos & ornatissimos, allegoricè. 18 [*doloruma*]] altera pars divini judicii, ut dictum est in versum 11. *Transmeabit*] id est: mutabitur planè & abolebitur illorum dignitas, in quam falsa hominū opinione evecta sunt. 19 *Venient*] idololatræ fugientes a judiciis Dei, abiectis idolis suis, ut seq. versus exponit. 20 *Tempore illo*] ἐργασία sive exornatio posterioris membri prolepseos, de perditione idolorum; ut observavimus in versum 10. *Idola argentea*] quæ visum hominum superstitiosorum afficiunt dignitate sua. *Talpis & vespert.*] q.d. cæcis & luscitiosis, nihil aut perparum videntibus: ironia lepida.

In Caput III.

1 *Abstinete vos*] transitio ad secundum locum prolepseos de judicio Dei in homines contumaces, per dehortationem ex adverso respondentem hortationi quæ proposita est suprà 2.5. q.d. Deo adhærescite, & toti pendete ab ipso, non ab hominibus. *Cui halitus*] id est qui infirmissimus est, cujus vita est fumus, ac proinde nulla ex parte est cum Deo omnipotente comparandus. *Quæ in re*] q.d. quid est homo? quid est homini? aut quid in ille potest tantum, quod non intereat ex se, aut amittatur per voluntatem Dei momento uno? sic posita thesi deinceps transit Jeschahhja ad hypothesin, & Judæis hoc dictum accōmodat toto capite. 2 *Nam ecce*] exornatio prioris membri prolepseos judicium Dei hominibus accommodans, ut dictum est suprà 2.10. Docet enim propheta judicium Dei longè latéque Judæam totam pervasurum, summos, infimos, viros, & mulieres, bona, & corpora: viros quidem, usque ad versum 17. mulieres verò, inde ad finem usque; postquam de bonis & rerum omnium possessione actum est, hoc versu. Hæc autem judicia non uno tantùm certo tempore effecta sunt, cùm ea jam inde a sub. tempore cæpisse Propheta docuerit suprà 1.5. & sequentibus; sed ad tempora omnia consequentia pertinent, quibus omnia hæc mala mutationésque Judæi perpessi sunt, usque ad plenum rejectionis tempus. *Scipionem*] id est: quicquid pertinet ad vitam hominum sustentandam, & magnum, & parvum: metaphora. *Panis*] id est cibi & potus, synecdochicè. 3 *Potentem*] denuntiatio continens tum judicium divinum in personas; cujus genera sunt hæc, amotio personarum aptarum, duobus versibus; institutio ineptarum ad administrationem, & ἀταξία illius consequens, ver. 5. & 6. & ἀναρχία, ver. 7. & 8. tum confirmationem justi illius judicii, ver. 10. & sequentib. *Sagacem*] vide in Proverb. 16.10. *Senem*] judicio, ac non ætate tantùm: quomodo pueri posteà sunt accipiendi, ver. 5. & 13. 5 *Daturus*] ineptorum regum & principum institutio, efficiens ἀταξίαν sequentis ver. ut diximus versu 3. 7 *Si prehend.*] ἀναρχία, tertius maledictionis locus: ut diximus ver. 3. *Fratrem suum*] ad quem ex lege deferendus erat principatus, Deut. 17.15. & qui eodem jure fratres suos tenebatur vindicare multò magis in publicis calamitatibus, si facultate instructus esset, quàm in privatis, quarum præceptū habetur Levit. 25. *Vestis*] id est: facultate ampliore instructus es: synecdoche. *Ut ruina ista*] id est: ut manum admoveas ad labem reipublicæ nostræ curandam & instaurandam: metaphora a structoribus, qui collectis ruderibus faciūt opus redivivū. 8 *Jurabit*] id est ejurabit magistratū, adducta imbecillitate & tenuitate sua. q.d. neminem invenient Judæi qui defensionem ipsorū in se velit recipere: ita a Deo abjecti, ab exteris pressi, & a se ipsis confecti erunt mutuis inter se dissidiis & seditionibus. *Non essem obligat.*] id est: non possem curare aut sanare vulnera vestra: metaphora a re medica. *Et tam domi meæ*] id est: ne meis quidem difficultatibus domesticis possem consulere; quanto minus suscipere vestras? 9 *Cùm corruerint*] id est: cùm status publicus semel labefactatus fuerit: prout factum est inprimis inde a temporibus Alexandri magni. *Quia lingua*] ætiologia a blasphemiis Judæorum & peccatis in Deum: qua transitus comparatur ad confirmationem denuntiati illius judicii. *Gloriæ*] id est Dei illius, qui & in se ipso gloriosus est, & glorificandus a nobis, atque adeò se in improbis glorificaturus. 10 *Obfirmatio*] confirmatio justi illius judicii Dei quod Propheta denuntiavit, a Judæorum obduratione in peccatis: quorum proinde damnationem statam esse docet. primùm a naturali judicio & consensum omnium, bonis bene esse oportere, & malis male, tribus versib. deinde a justitia Dei jam jam adversus populum disceptantis opere & verbo, ver. 13. & tribus seq. *Sicut Sedom.*] id est palàm, pertinacissimè & impudentissimè, ut de Sedomitis dicitur Genes. 13. 13. & 19.5. *Væ animo ipsorum*] q. d. non possunt istis non evenire mala, qui in mala ultrò projecti sunt, & sibi fabricantur mala. 11 *Dicite justo*] amplificatio proximè præcedentis sententiæ a contrario, qua Jeschahhja reprehendit securitatem Judæorum secūda omnia sibi pollicentium: ne dicatis, inquit, vobis bene fore, qui injusti estis; nihil ad vos pertinent promissiones justis factæ, sed eas potius justo concedite: vide Deut. 29.18. 12 *Væ*] exclamatio pathetica denuntiantis gravissimas calamitates exitiúmque injusto populo. *Improbo male est*] utcunque sibi de rebus præsentibus gratuletur. 13 *Populū meū*] secundus confirmationis locus a justitia Dei: in quo Propheta primùm introducit Deum exponentem populo suo indignissimam administrationem publicam civilem & Ecclesiasticam, singularémque depravationem omniū, hoc versu; deinde pertinaces, obfirmatósque contestantem, tribus versibus seq. *Est parvulus*] consilio, judicióque, ut suprà ver. 5. q.d. non magis sapiens, consilio, judicio, & administratione valens, quàm parvulus; aut suarum cupiditatum potens, quàm mulier. *Qui ducunt te*] id est sacerdotes & Levitæ, quorum officium esset ducere te in lege & luce Jehovæ: ut Deut. 17.8. & 33.10. *Tegunt*] id est celant te doctrinam legis, in qua tibi cundum esset, neque recedendum dextrorsum aut sinistrorsum, Deut. 5.38. sic accipitur hoc verbum Numeror. 4. 20. 14 *Sistit se*] descriptio Dei cōparentis ad contestationem Judæorum, sumpta a re forensi: Judex, inquit, totius terræ (ut vocat Abraham Genes. 18.25.) Jam præstò est, ut contendat cum populo. Hinc autem incipit secundus locus, nimirum contestationis, ut diximus superiore versu. 15 *Seniores*] officio & dignitate, quamvis re ipsa cum pueris & mulieribus comparandi. *At vos*] Dei contestantis verba per paræpsin. q.d. vestrum erat seniorum, & verorum principum munere perfungi (de quo Exodi 18. & Deuter. 1.) non autem puerorum modo, aut mulierum insolescere: at vos, &c. Continet autem hæc contestatio crimina duo, vim factam alienis bonis, hoc versu; & injuriam personis, seq. versu.

17 *Præterea*]

17 *Praterea*] secundus locus judiciorum Dei contra mulieres, ut diximus suprà in versum 2. in quo exponitur primùm causa, mollities & fœminatissima quę indicium est infiniti luxus, ut ostenditur Deut. 28. 56. deinde judiciatrium generum: quòd delicias suas amittent, versibus septem seq. quòd malis gravissimis, durissimisque afficientur, ver. 25. & quòd sui erigendi facultatem nullam neque viri, neque mulieres deinceps consequentur, trib. vltimis. *Altæ sunt*] id est elatæ animo, quod sequentibus signis ostenditur. *Extento gutture*] id est exerto, ut erectis cervicibus ostentent frontem. *Nutantes oculis*] id est, suis nictationibus lasciviam suam facientes palàm. *Minutis passibus*] id est, minutim & numerosè passus conserunt, ut natare potius summa terra quàm ambulare videantur. *Cōpeditas agunt*] id est, leges numerorum & gressuum modulos observant, ut in saltationibus cinædi faciunt: quasi compedes semper obtinerent, quibus ad modificandos asturconum & tolutariorum gressus utūtur veterinarii, nec modulis assuefacti sint: prout hodie videmus fieri, cùm muli aut equi tolutim incedere docentur. 18 *Verticem*] quem superbè extollunt, & ornant mollissimè. *Pudendum earum*] ac non tantùm pedes, quos suis modulis & sua arte dissimulabāt incedētes. 19 *Periscelidum*] id est, ornamentorum crurulium quibus ad pedes alligatis discebāt modificare gressus, ut diximus superiore versu. *Ocellatas*] ut sunt reticula, & quæcunque raro textu confecta sunt, ut sint translucida; impudicarum ornamenta. *Lunulas*] ut Judic. 8. 21. 20 *Catellas*] pendētes de collo, aut pro cingulis impositas. *Bracteolas*] sive roramenta auri & argenti, ut Capitolinus vocat in Ælio Vero, id est, tenuia veluti foliorum segmenta ex auro vel argento, quæ vestibus ita appenduntur ut quasi stellæ in oculis micent continuo motu: unde nomen apud Hhebræos habent. 21 *Bucculas*] id est, superba illa aulicarum instrumēta, quibus os suum contegunt velut pastomidibus: est enim os meatus animæ sive anhelitus, cujus obex propterea Hhebræis domus animæ appellatur. *Et amuleta*] Hhebræa vox ab incantando & excantando dicitur: quod cum ea crimination cōvenit, qua Propheta vsus est suprà 2. 6. quamobrem amuleta visum est reddere. 22 *Monilia naso impend.*] id est fronti imposita, cujusmodi ferè baccata gestari solent. 23 *Syntheses vestium*] id est, multiplicem mundum muliebrem vestimentorum, ad varietatem & mutationem frequentem. *Aciaria*] sive (ut Græci vocant) ῥαφιδοθήκας, quibus acus & aciculæ infigi aut includi solent. 24 *Sindones*] id est suppara è lino Ægyptiaco: quamobrem etiam Tyriæ sindones veteribus poētis dictæ sunt. 25 *Loco aromatis*] id est unguentorum, & odoramentorum quibus diffluunt. *Tabes*] tum loco mollis unguenti corpora illarum infestans, tum aërem fœtore corrumpēs odoramentorum loco. *Dissolutio*] nimirum cinguli, ita ut laceræ sint mulieres, nudæ, atque turpes. *Calvitium*] id est deformitas summa: quia coma mulieri est gloriæ, 1. Corinth. 11. 15. q. d. tam graves erunt ærumnæ & calamitates publicæ privatæque, ut puellæ comam sibi avellant præluctu, & vltro gloriam suam & ornamentum a se abjiciant. *Segmentata cyclade*] hāc interpretationem ipsa nominis Hhebraici notatio nobis subministrat. Est enim compositum ex nomine frustum sive segmentū significante, & altero significante orbem sive rotunditatem: quamobrem intelligimus hac voce, illa mulierum luxurio sarum ornamēta, quæ cùm induenda sunt, a capite primùm inferuntur, & demissa indè supra femora ita constringuntur in speciem cinguli, ut tota cyclas, id est, segmentatus ille orbis ad imos usque talos dependeat ex angusto latus, & ima sui parte velut quoddam tintinnabulum spatium amplissimum circumscribens; quod genus vestimentorum novum non esse ex Græcis authoribus constat. *Vstio*] id est, pro eo quòd colebant faciem suam venustatis causa & a solis cælique injuriis studiosè defendebant, trahentur & rapientur foras ab hostibus, retectæque soli exponentur atque torrefient. 26 *Homines tui*] secundum judiciorū genus, ut observatum est suprà in versum 17. per apostrophen ad Tzijonem. 27 *Portis*] id est finibus omnibus Judææ, synecdochicè. *Expurgata*] id est exhausta incolis & bonis, diruta quæ ædificiis; quo modo affecta terra luget dicitur per prosopopœiam. *Desidebit in terra*] nimirum Tzijon lugēs calamitatem suam; προσωποποιητικῶς: ab usu lugentium, qui solebāt in terra sedere atque recumbere, ut 1 Schem. 12. 16. Jobi 1. 20. & 2. 13. 28 *Prehendent*] id est, tanta erit penuria virorum, tanta desolatio mulierum, ut ne unus quidem vir in septenas familias inveniri possit. Amplificatur autem hæc desolatio tribus conditionibus iniquissimis: una, quòd mulieres ambitiosæ sint & prehensatrices virum; altera, quòd victum & res omnes necessarias ipsi oblaturæ, quod propriè virorum officium est: tertia, quòd plures contra jus, morem, & ingenium in virum unum consensuræ. *Vocemur*] id est duce nos, maritus esto nobis. *Aufer*] id est, fac ut liberos suscipiamus ex te: nam probrosa olim erat ἀτεκνία.

In Caput IIII.

1 *Tempore illo*] conclusio totius concionis, ut observatum est suprà 2. 1. continens duo promissionum genera: unum de justitia, sanctificatione, redemptione, & gloria, quam Ecclesia percipit in Christo, usque ad versum 4. alterū, de æterna fide & defensione ejus, duobus sequentibus. Tempus autem illud intelligendum est, quo Christus judicia antè denuntiata effecit, & suo adventu populum suum purgavit, infrà ver. 3. *Germen Jehovæ*] 1. Christus Jehova infrà ver. 4. qui intermortuo regno Dei propemodùm, excitatus est a Deo patre & submissus, velut germen e radice repullulans. alii pro Ecclesia repullulante accipiunt ex reliquiis Jisraëlis, hoc sensu: Ecclesia e reliquiis Jisraëlis collecta erit ornatissima; alii pro donis spiritualibus quæ Jehova in Ecclesiam profundit: sed cùm proprium apud Prophetam nomen Ecclesiæ sit Jisraël aut reliquiæ Jisraëlis, hoc versu, & seq. præterea gratiæ sive dona Dei evidentissimis verbis exprimantur, deinde hoc proprium sit attributum Christi, quod deinceps procedente tempore copiosiùs exposuit idem Propheta infrà 11. cujus summam hoc caput continet; interpretationem hāc aliis prætulimus: deinque ipsa quoque verborum consecutio simplicius ita construitur, quàm si dixeris, erit germen Jehovæ reliquiis Jisraëlis, id est, germinabunt à Jehova: dona verò nusquam sic appellantur, sed Christus ipse hanc appellationem & cognatas obtinet infrà 11. Jirmejæ 23. & 33. Zecarjæ 3. & 6. *Fructus ipse*] epitheton Christi, qui ex radice penè mortua suboleſcens, cum surculo comparatur qui e terra enascitur, quod infrà cap. 11. copiosiùs exponitur. *Superstitibus*] id est Ecclesiæ. 2 *Erit enim*] expositio rationum, quibus Christus gloriam collaturus est in Ecclesiam suam. Sunt autem duæ: Justitia & sanctitas illius quæ efficitur nostra ad vitam æternam, hoc versu, & remissio peccatorum atque abolitio, ver. sequente. *Quisquis adscriptus*] id est, ordinatus ad vitam æternam ex decreto Dei: ut loquitur Lucas Act. 13. 48. 3 *Cùm laverit*] id est malum ex Ecclesia sustulerit, tum paleam exurendo igne inextinguibili, tum suorum peccata ventilando atque perpurgando spiritu sancto & igne: ut Johannes prædicabat Matth. 3. & alibi. *Spiritu judicii*] id est spiritu divino suo, qui vnus omnia scrutatur, 1. Corinth. 2. 10. ac proinde solus justissimo judicio omne malum tollit e populo Dei: quamobrem ignis in scripturis appellatur ab officio suo. 4 *Creabitq.*] alterum genus gloriæ, nimirum fides & defensio æterna quam obtinemus in Christo, ne unquam de vita, cui adscripti sumus, decidamus; sed sine metu e manu inimicorum nostrorum liberati serviamus ipsi cum sanctitate & justitia in ipsius conspectu cunctos dies vitæ nostræ, Lucæ 1. 74. *Convocationes*] id est, singulos cœtus Ecclesiasticos, qui omnes ad Tzijonem spiritualem pertinent. *Nubem interdiu*] allegoria respiciēs ad signum illud aspectabile præsentiæ Dei quod præivit Jisraëlitis proficiscentibus ex Ægypto, Exodi 13. 21. pro eo quod est, dux erit & defensor Ecclesiarum singularum, quæ undequaque confluent ad cælestem Jerusalem. *Super totam gloriam*] decorémque excellentiam

excellentiam, & ornatum præstitum Ecclesiis, suprà ver. 1. Sensus est, proteget in Ecclesiis suis gloriosum ornatū suū, & dona sua propter nomen suum conservabit. *Protectio*] alludit ad tegmina quibus totum opus tabernaculi cōtectum erat, quod exponit seq. versu. 5 *Cujus protect.*] id est, quemadmodum tabernaculum olim circumtectum erat ab omnibus cæli injuriis, ita una quæque Ecclesia (prout tabernaculum est & templum sanctum Domino) planè circummunietur adversus omnia mala studio providentiáque Dei.

CAPUT V.

Propheta per vineæ parabolam disceptat verbis Dei cum Ecclesia Iudæorum; beneficia illius ingratumq; istorum animum exponit: peccata ex avaritia, luxu, certaq; malitia ab ipsis perpetrata exprobrat: maledictionem & ultionem suam singulis denuntiat: præcedentes calamitates iisdem peccatis tribuit, & gravissimas a Chaldæis venturas prædicit.

1 CCINAM nūc" dilecto meo cāticum dilecti mei," de vinea ipsi9:" vinea est dilecto meo4" in clivo uberrimo,
2 " Quam circummunivit, & elapidavit, consevitq; generosis vitibus, & exstruxit turrim in ea, ac etiam torcûlar excîdit in ea: sed cùm expectasset ut ederet uvas, edidit labrusca.

a Heb. in cornu filio olei. id est oleoso ac pingui: metaphoræ.

3 " Nunc autem habitatores Jeruschalaimorum, imò viri Jehudæ singuli;" judicate quæso inter me[b] & vineam meam,
4 Quid faciendum amplius fuerit vineæ meæ quod non fecerim in ea. Quamobrem cùm expectassem ut ederet uvas, edidit labruscas?
5 " Jam itaque, notum faciam nunc vobis quid facturus sim vineæ meæ; amovebo sepem ejus ut sit depastioni, disrumpam maceriam ejus ut sit conculcationi:
6 Et exponam eam desolationi; non putabitur, neque resarietur, sed assurget sentis & vepres: insuper nubibus interdicam, ne demittant in eam pluviam.
7 " Cùm vinea Jehovæ exercituum sit domus Jisraëlis, & viri Jehudæ planta deliciarum ejus: & quamvis expectaverit" officium, ecce" pertinacia; justitiam *expectaverit*, ecce autem" clamor;
8 " Væ conjungentibus domum domui, agrum agro[c] adhibentibus; " donec nihil *amplius* sit loci, & efficiamini habitatores vos soli in media " hac terra.
9 d" Me audiente, Jehova exercituum *juravit: ne vivam*, nisi domus multæ desolationi sint, magnæ & præstantes; adeò ut nullus sit futurus habitator.
10 Quin decem jugera vinearum reddent" bathum unicum, & sementis" cori reddet" epham.
11 " Væ surgentibus summo mane, *ut* potum inebriantem sectentur; prorogantibus ad crepusculum usque, *ut* vinum incendat ipsos.
12 In quorum conviviis est cithara ac nablium, tympanum, tibiáque ac vinum:" opus autem Jehovæ non intuentur, & factum manuum ejus non consyderant.
13 " Idcircò" migrat populus meus, quòd" expers sit scientiæ: & [f] honoratissimi ejus homines *sunt*" famelici, ac multitudo ejus aret siti:
14 Idcircò

b Heb. & inter vineam.

c Heb. admoventibus.

d Heb. in auribus meis.

e Heb. ex nō scientia.

f Heb. honoris ejus *homines.*

14 Idcircò dilatat sepulchrum[g] se ipsum, & distẽdit os suum[h] in immensum: ut descendat decor illius & multitudo illius cum tumultuatione sua, & qui exultat in illa.

15 Ita deprimitur homo plebeius, & demittitur vir præstans; oculíque celsorum deprimuntur:

16 Et exaltatur Jehova exercituum judicio suo, & Deus fortis sanctissimus sanctificatur justitia:

17 Ut pascant agni pro more suo, & vastitatibus pinguium advenę fruantur.

18 Væ trahentibus iniquitatem funibus vanitatis; & veluti denso fune plaustri, peccatum:

19 Dicentibus, festinet, acceleret opus suum, ut videamus; & appropinquans adveniat consilium sancti Jisraëlitarum, ut experiamur.

20 Væ dicentibus de malo bonum esse, & de bono malum: statuentibus tenebras pro luce, & lucem pro tenebris; statuentibus amarum pro dulci, & dulce pro amaro.

21 Væ sapientibus[i] judicio suo, & coram facie sua intelligentibus.

22 Væ valentibus potare vinum, & strenuis[k] ad miscendum potum inebriantem:

23 Absolvẽtibus improbum propter munus; & justitiam justorum[l] abjudicantibus ab uno quoque eorum.

24 Idcircò ut absumit stipulam lingua ignis, & torridum gramen flammâ deficit; radici istorũ quasi tabes inerit, & flos istorum ut pulvisculus abibit: Quia contemnunt doctrinam Jehovæ exercituum, & sermonem sancti Jisraëlitarum spernunt.

25 Propterea accensus est ira Jehova in populum suum, & extendẽs manum cõtra eum, percussit eum adeò ut commoti fuissent ipsi montes, fuitq; cadaver istorum succisum in mediis plateis: his omnibus nõ est aversa ira ejus, sed adhuc manus ejus extenta.

26 Nam cùm attollens vexillum ad gentes e longinquo, & sibilans advocaverit ad se ab extremo terræ: ecce citò velox adveniet *exercitus*.

27 Nullus *erit* fessus, nullusq; impingens in eo, non dormitabit neque dormiet; etiam non solvetur zona lumborum ejus, neque avelletur corrigia calceamentorum ejus:

28 Cujus sagittæ *erunt* acutissimæ, & omnes arcus ejus intenti; ungulæ equorum ejus similes rupi reputabuntur, & rotæ *curruum* ejus similes turbini:

29 Rugitus ei ut immanis leonis: rugiénsque ut juvenes leones fremet, & prehendet prædam, salvámque deportabit, & nemo eripiet.

30 Fremet enim in ipsum tempore illo, quasi fremitu maris: ut ut ipse cõtentissimè intueatur in terram, tamen ecce tenebræ, *id est*, angustia simulatq; illuxerit; *mox* obtenebratus fuerit effusis *fluctibus* ejus.

[g] *Heb.* animam suam. [h] *Heb.* ad non modũ.

[i] *Heb.* in oculis suis: ut Proverb. 3.7. [k] *Heb.* viris robustis. [l] *Heb.* justificantibus. [m] *Heb.* amoventibus ab eo.

Caput V.

ANNOTATIO.

1 *Accinam*] Hujus capitis (quod Jeschahhja carmine cecinit ad exemplum Moschis Deut. 32.) summæ partes sunt quatuor: prima est propositio, priore parte hujus versus; secunda, narratio, usque ad versum 7. tertia, denuntiatio generalis justorum judiciorum Dei in populum ingratum & rebellantem Deo, inde usque ad ver. 25. quarta, singularis accõmodatio judiciorũ Dei præteritorũ futurorúmque ad præsentẽ causam, inde ad finẽ usque. Etsi autẽ hoc caput nulla inscriptione a præcedentibus distinguitur; tamen quia summatim argumentum continet duarum concionum præcedentium, seorsim visum est ponere, velut concionem disparatam. *Dilecto meo*] id est Christo sponso Ecclesiæ, cujus amicus & administer fuit. *De vinea ipsius*] summa totius argumenti allegorica. *Vinea est*] narratio continens expositionem rei, hoc versu; factorum, sequente; & consilii, quatuor sequentibus. *In olivo*] q.d. quàm commodissimè & convenientissimè, quò etiam spectat prior pars sequentis versus. 2 *Quam circummunivit*] narratio facti duplicis; nimirum curæ quam adhibuit Christus in informanda, servanda, augenda, & perficienda vetere Ecclesia; & indignitatis qua Ecclesia vetus provocavit Christum. 3 *Nunc autem*] expositio consilii divini in castigandis Judæis: qua primùm ex argumento superioris parabolæ ipsos adigit ad damnandũ factum ipsorum, & probandum suum, duobus versibus (qua ratione Nathan apud Davidem usus est 2. Schem. 12.) deinde sententiam suam judiciúmque denuntiat, ver. 5. & 6. *Judicate*] q.d. appello conscientiam vestram, vos ipsi cognoscite, & bona fide statuite, per utrum steterit quominus fructum dignum conditione sua protulerit: si vel tantillum meritò a me desyderabitur, ego præstabo: sed cùm partibus meis planè perfunctus sim, quid superest nisi ut vinea in culpa dicatur esse. 5 *Jam itaque*] expositio sententiæ aut judicii allegorica, ut diximus in versum 3. pro eo quod est, abjiciam studium illius, nudabo præsidio, bonis, & ornamentis meis, exponámque omnibus injuriis. 7 *Cùm vinea*] transitio ad tertiam partem, quam diximus esse generalem denuntiationem judiciorum Dei, per accommodationem præcedentis allegoriæ ad Judæos; qui hoc versu beneficiorum Dei & improbitatis suæ evincuntur, deinde pro ratione peccatorum verberantur denuntiatione partium judiciorum Dei, & peccatis respondentium. *Officium*] id est, ut missa nativa sua conditione (quæ sterilis est & malarum duntaxat rerum ferax) faceret officium suum. *Pertinacia*] nimirum in vetere homine & corruptione naturali, quæ amplificatur demonstrandi particula. *Clamor*] vide Genes. 18. 20. 8 *Væ*] hujus denuntiationis loci sunt tres, quibus singulis continentur exprobratio peccati, & convenientis pœnæ interminatio: primus locus est avaritiæ sordidissimæ, usque ad versum 12. secundus, intemperantissimi luxus, inde usque ad versum 18. tertius, malitiæ & obfirmationis inde usque ad versum 25. *Donec*] q.d. quorum avaritia adeò est insatiabilis, ut ne tum quidem satis habituri sint cùm nihil amplius superierit acquirendum, & totam terram soli omnibus expulsis possederint arbitratu suo. Hunc locum adducti distinctionibus Hhebraicis sic interpretamur. *Hæc terra*] cujus possessiones neque vendendæ, neque acquirendæ erant lege mancipii, Levit. 25. 23. & Numeror. 36. 7. Hoc enim indicium est publici status depravatissimi, ut 1. Reg. 21. 9 *Me audiente*] hactenus peccatum; sequitur conveniens pœna juramento Dei confirmata, ac proinde inevitabilis: quam se non ex opinione tantùm, aut communibus minis comprehensis lege cognoviße docet propheta; sed ex singulari revelatione Dei, prout manifestum est ex singulari illa denuntiatione quę ponitur sub finem capitis. Sunt autem duo denuntiationis membra, ut in exprobratione; unũ in prædia urbana, hoc versu; alterum, in rustica, versu seq. 10 *Bathum*] id est amphoram Atticam: vide 1. Reg. 7. 26. *Cori*] vide Levit. 27. 16. *Epham*] vide Exodi 16. 35. 11 *Væ*] secundus locus denuntiationis, ut dictum est in versum 8. 12 *Opus autem*] id est nihil respiciunt, nihil audiunt, nihil denique sapiunt nisi luxum suum; & ad nihil eorum quæ facit Deus animum aut sensus advertunt: sic Hhamos 6. 6. & seq. 13 *Idcircò*] hîc subjicitur peccatis interminatio, ut suprà. *Migrat*] id est pergunt Judæi summi & infimi cum iisdem calamitatibus conflictari, quæ cœperũt Joaschi & Amatzjæ temporibus, ut ipse ostenderat suprà 1. 5. & sequentibus, & repetit infrà ver. 25. Sunt autem calamitates istæ, exilii, mortis, & abjectionis omnimodæ, tribus versib. *Expers*] id est, nulla præditus cognitione, aut animadversione factorum Dei; sed brutus est, ut loquitur David Psal. 92. 7. *Famelici*] pro eo quòd cibo & potu luxuriosissimè abusi sunt. 14 *Dilatat*] prosopopœia, qua insatiabilem conditionem sepulchri comparat cum luxu Judæorum insatiabili. *Decor illius*] id est summi & infimi, patricii & plebeii; hypallage: sic enim accipiendum esse ostendit præcedens versus. *Tumultuatione*] id est strepitu illo, qui in comessationibus & perdito luxu personare solet. *In illa*] videlicet urbe & regione tota. 15 *Ita*] id est, his judiciis domantur improbi quicunque sint, hoc versu; Dei gloria asseritur, versu seq. & piis prospicitur, ver. 17. 17 *Agni*] quibus comparãtur pii in scriptura passim. *Advenæ*] pii restituti in possessione terræ quam improbi occupaverant, & inimici exhauserant; ut suprà dixit Propheta. *Væ trahent.*] tertius denuntiationis locus adversus malitiam & obfirmationem Judæorum. Sunt autem hîc genera malitiæ plura: primum est studium accumulandi peccata, quo utuntur ii qui ludificantur Deum, duobus versibus; secundum, cõfusio justi & injusti, & communis omniũ perversitas, ver. 20. tertium, præfidens sui existimatio, ver. 21. quartum, affectata totius naturæ & sensuum omnium conturbatio ad stabiliendum malum, & convellendum bonum, ver. 22. & 23. *Trahentibus iniquit.*] id est, nihil agitantibus nisi malum omni studio suo: allegoria. 19 *Festinet*] verba ludificantiũ Deum, & irrisorum qui in suis ipsorũ cupiditatibus incedũt, ut vocantur 2. Petri 3. 3. 24 *Idcircò*] exprobrata hactenus malitia, Propheta venit ad denuntiationem pœnæ: qua ostendit contumaces istos (qui sibi tam graves visi sunt ad exuendam pietatem & humanitatem) fore aptissimos incendio, atque levissimos, ut nullo negotio judiciis Dei consumantur. *Lingua ignis*] id est, extrema flamma in speciem linguæ se ipsam protendens: metaphora. *Radici istorum*] id est, ab imo ad summum disperdentur, exstirpabuntur, consumentur radicitus. 25 *Propterea*] quarta pars, singularis explicatio judiciorum Dei adversus Judæos, tum eorum quæ priùs fuerant perpessi, ut Joaschi & Amatzjæ temporibus, de quibus suprà diximus, & hoc versu agitur; tum eorum quæ in posterùm erant perpessuri ab Assyriis, Chaldæis, finitimísque omnibus, versibus seq. *Adeò ut commoveri*] id est gravissimè percussit, & tantis malis affecit, ut ipsi montes fuissent sursum deorsum abituri, si Deus in eos tantam indignationem deonerare voluisset: sic per comparationem duricies plus quàm saxea populo exprobratur. *Cadaver istorum*] tam bellis exteris, quàm civilibus: quia exteris Jeruschalaima bis capta sunt, primùm a Sytis, 2. Chronic. 24. 23. deinde a Joascho rege Jisraëlitarum, 2. Reg. 14. & 2. Chronic. 25. civilibus verò, occisi sunt reges ipsi, & occisores mulctati. *Manus ejus*] vexillo sublato accersens hostes, & judicia sua exsequens. 26 *Gentes*] Syrorum, Assyriorum, Ægyptiorum & Chaldæorum, quos excitavit Deus ut perficerent judicium ipsius, tanquam datis signis militaribus. 27 *Nullus erit fessus*] exaggeratio interminationis per descriptionem exercitus cujusque qui in Judæam erat irrupturus, primùm a constitutione militum, armorum, equorum, & omnium ad militiam pertinentium, duobus versibus; deinde ab opere ipsorum effectíque, duobus reliquis. *Non dormitabit*] id est, nõ aget segniter: sed ipsas potius noctes in obsidione occupabit: ut Jir. 6. 5. *Non solvetur*] i. indesinenter in armis erit, & sine impedimento in expeditione perget. 28 *Similes rupi*] id est infractæ atque durissimæ, quæ nullo itinere atteruntur. *Similes turbini*] id est velocissimæ, ocyores Euro. 29 *Rugitus*] altera pars descriptionis, exponẽs

mala quæ efficiet exercitus: nimirum quòd sola voce consternabit, fremitu superabit, vi depopulabitur & deportabit prædam, denique omnem sui eripiendi facultatem oppressis adimet. 30 *In ipsum*] nimirū qui se aut populū eripere conatus fuerit e manu Chaldæorum: prout factum est in posteris Joschijæ, & iis qui Gedaljam interfecerunt ut in Ægyptum transfugerent, 2. Reg. tribus ultimis, & 2. Chronic. ultimo, & Jirmejæ 41. & sequentibus. *Tempore illo*] quoties rebellionem molietur. *Fremitu maris*] id est gravissimo & horrendo; prout sequentia verba exponunt allegoricè. *Ut ut contem.*] allegoria, qua Propheta irritos Judæorum conatus explicat per comparationem hominum qui jactantur alto: quemadmodum enim (inquit) qui fluctibus agitantur, litus quàm studiosissimè prospectant, & lucis ipsius aut phari alicujus aspectu recreantur; ita Judæi liberationem exoptantes minimis quibusque occasionibus in spem libertatis erigentur, sed frustrà. *Angustia*] epexegesis tenebrarum. *Illuxerit*] id est lux aliqua, aut spes libertatis vindicandæ affulserit, & animos suos Judæi ad eam recuperandam erexerint: prout frequentibus rebellionibus factum est. *Mox obtenebr.*] id est, ut qui jactatur fluctibus, illicò lucis quam viderat conspectu orbatur, ingruentibus illis subinde & profundo immergentibus: ita Judæi decidentes expectatione sua novis Chaldæorum copiis subinde atterentur, recursantibus in eorum cervices fluctibus, & allidentibus ipsos. Hanc interpretationem cùm penitus introspeximus, aliis omnibus præferimus: sic Jirmej. 8. 15.

Caput VI.

Propheta Deum conspicit in solio, stipatum satellitio suo ad judicandum Iudæos: cujus verbum prædicantibus angelis terra contremiscit, & ipse exterretur: deinde per signum ab Angelo adhibitum infirmitate liberatus mittitur a Deo, atque confirmatur, ut populo duritiem exprobret, obsignet, & augeat prædicatione verbi, donec novem ferulis correptus decima tandem in exitium abeat.

1 "In quo mortuus est rex Hhuzzija, tū vidi" dominum" insidentem solio celso & elato; "cujus fimbriæ complebant templum ipsum:

2 "Seraphim astantes" supernè *erant* ei; [a] senis alis unusquisque, quarum binis" tegebat faciem suam, & binis" tegebat pedes suos, ac binis" volabat:

3 Et" clamans [b] alter ad alterum" dicebat, sanctus, sanctus, sanctus *est* Jehova exercituum: implenda fuerat tota" hæc terra gloria ejus.

4 "Tum commoti sunt postes liminum a voce inclamāte, & domus ipsa impleta est" fumo.

5 "Quamobrem dixi," Hei mihi, quòd exscindor; quia vir" pollutus labiis sum, & in medio populi polluti labiis habito: cùm regem illum Jehovam exercituum viderint oculi mei.

6 "Sed advolans ad me" unus ex istis Seraphim habens in manu sua "prunam, *quam* forcipibus sumpserat" ab altari,

7 Admovit ori meo dicens," ecce," attingit hoc labia tua: jam amovetur" iniquitas tua, & peccatum tuum expiatur.

8 "Deinde audivi vocem Domini, dicentis:" quem missurus sum? & quis iturus est" nobis? cui dixi, En ego, mitte me.

9 "Tum dixit, i, & dicito populo isti:" [c] audite continenter," at ne intelligatis; & [d] videte continenter, neque cognoscatis.

10 "Fac ut" pingueścat cor populi istius, & "aures ejus ingravescant, oculiq; ejus conniveant:" ne videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat," converténsque sanet se.

11 "Dicenti autem mihi," quousque domine? dixit:" usque dum vastatis civitatibus adeò ut nullus sit habitator, & domibus adeò ut nullus sit homo, etiam ipsa regio vastata sit desolatione:

12 Et procul amovente Jehova hominem quemque," maxima sit ipsa derelictio [e] in ista terra.

13 "Nam

[a] *Heb.* sex alis sex alis.

[b] *Heb.* hic ad illum.

[c] *Heb.* audiendo.

[d] *Heb.* videndo.

[e] *Heb.* in medio istius terræ.

Caput VI.

13 [e] Nam adhuc in ea *erit* decima *derelictio*, & [f] rursus [e] erit depastioni: [e] sicut quercubus illis & sicut roboribus quæ sunt ad *portam* injectus [e] statumen est, *ita* semine sancto statumen ejus est.

[f] *Heb.* revertetur ut sit.

ANNOTATIO.

1 *Anno*] nunc demum est hoc capite secundum tempus, quo Jeschahhja prophetavit. Cùm enim prius temporibus Hhuzzijæ regis populum ad bonam frugem revocasset promissionibus & minis; nunc demum populi obfirmationem & excæcationem denuntiat, ut observavimus suprà 1.1. quo magis admiranda est harum prophetiarum authoritas, cùm obduratio hæc populi & tot flagella quæ deinde fuerunt perpessuri, tot antè annis fuerint prænuntiata: nam Jotham sexdecim annis regnavit tranquillè, Achaz hoc tempore quasi puer quadriennis erat; verumtamen Propheta definit eas calamitates quæ deinceps inde a temporibus Achazi erant Judæam pervasuræ. Continentur autem hoc capite tria: primum est magnifica adumbratio majestatis Dei, quinque versib. secúdum, expositio vocationis a Deo, & authoritatis officiique Prophetæ inperati, inde ad versum 10. tertium, prophetia gravissimorum malorum quæ Judæis erant eventura justo judicio Dei, tribus versibus ultimis. Exponitur verò præstantia majestatis Dei primùm a constitutione ipsius, hoc versu; deinde a persona angelorum cælestium, duobus seq. postremò ab Ecclesia in terris versante, ver. 4. & 5. *Quo mortuus*] id est, quo rex Jotham regnare cœpit: sic autem potius definit quàm a Jothami regno, quia Jotham vivo adhuc parente regnum administraverat, 2. Reg. 15. 5. itaque hac locutione omnem dubitationem tollit. *Dominum*] Jesum Christum, sermonem æternum Patris, qui Deus omne judicium dedit, ut interpretatur Joannes 12. 41. *Insidentem solio*] ut regem judicémque potentissimum & magnificentissimum effectum a Patre. *Cujus fimbriæ*] id est, glorioßissimum & sanctissimum. Nam gloria dispansis illis fimbriis, id est, regali ornatu synecdochicè, sanctitas verò habitatione templi designatur: ut posteà declarant Seraphim, ex quorum verbis interpretamur hoc visionis genus. 2 *Seraphim*] id est electi angeli e cælo, urentes tãquam ignis, ac proinde purgaturi bonos per vocationem Dei, & consumpturi malos: nam visiones quas Deus exhibet, ad rerum suarum argumenta accommodandas esse pro certo habemus: propterea Deum cum judice, angelósque flammantes cum satellitibus comparari. Est autem hîc secundus locus illustrans majestatem Dei a persona factisque angelorum, hoc versu; & a confessione ac prædicatione ipsorum, versu seq. *Supernè*] id est in eodem loco, celso, & elato, ubi inspexi solium Dei. *Tegebat*] dans omnem gloriam Deo, & hoc signo publicè testans a sua tenuitate non posse ferri aspectum infiniti splendoris, gloriæ, & majestatis Dei. *Tegebat pedes*] quasi hominum infirmitati consulens, qui ad aspectum emicantis illius scintillæ sivè particulæ quam angeli de gloria divina consecuti sunt, planè deficerent. *Volabat*] id est, quàm celerrimè ad jussa Dei omnipotentis capessenda expeditus erat. 3 *Clamans*] id est, uno ore conclamantes & hymnum Deo concinentes: nimirum postquàm decretum Dei acceptum est de iis exequendis quæ deinceps narrantur: paralepsis in scripturis ad vitandas repetitiones frequens. *Dicebat*] brevis hymnus iste quem angeli dixerunt domino, accepto decreto de judiciis ipsius contra Jehudæos, continet duas partes: unam, qua sanctitatem Dei infinitam ipsi visique ipsius omnibus & judiciis inesse in sempiternum asserunt; quod genus affirmationis triplice ejusdem vocis enuntiatione ostenditur, ut Jechezkel. 21. 27. quasi dicas, omnino omnium sanctissimus est Deus, & sanctificandus ab omnibus: alteram, qua justitiam confirmant illius judicii, quod Prophetæ huic erant indituri, & per ipsum populo denuntiaturi. q. d. oportuerat populum hunc sanctificare gloriam Dei sui, prout receperat Exod. 19. 8. & 24. 3. *Hæc terra*] quæ Dei est, peculiari quodam jure, & in qua coràm habitat. 4 *Tum commoti*] id est, templum ipsum & res inanimæ audito Angelorum clamore cohorruerunt; postquàm evicti sunt Judæi, & percepta severitas judiciorum Dei in illos. *Fumo*] signo præsentiæ Dei exardescentis in justissimam ultionem Judæorum, ut alibi præsentiam suam testatus est nube ad gratiam & pacem testificandam populo, 1. Reg. 8. 10. 5 *Quamobrem*] conspecto Deo, & audito ab angelis decreto ejus. *Hei mihi*] vide Genes. 16. 13. *Pollutus labiis*] id est, qui ne verbo quidem ritè sanctificavi gloriam Dei, neque adhuc comparatus sum aut aptus ad sanctificandum eam: synecdoche. 6 *Sed advolans*] secunda pars de vocatione Prophetæ; in qua docetur, primùm quomodo ad vocationem suam comparatus atque vocatus sit: deinde quorsum aut ad quod prophetandi genus. Ratio comparandi sive informandi Propheræ est duplex; una, quòd absumptæ & amotæ sunt infirmitates ejus, duobus versibus; altera, quòd functio nominatim fuit ipsi imposita, ver. 8. *Unus ex istis*] administer voluntatis Dei ad confirmandum Prophetam, ut sequentia ostendunt: nam non ampliùs hic verbo & sacramento in Propheta efficit per se ipsum, quàm ministri Dei in Ecclesia: sed unus est spiritus qui operatur omnia in omnibus. *Prunam*] id est, igniculum virtutis donorúm que spiritus Dei, ad repurgandum, illustrandum, & confirmandum me. *Ab altari*] figura Christi, ex cujus plenitudine haurimus omnes per spiritum ipsius. 7 *Ecce*] demonstratio, qua angelus ad sacramentum adhibita ostendit tam certum esse donum Dei intrinsecus, quàm extrinsecus est signum. *Attingit hoc*] sic Jirmejæ 1. 9. & Daniel. 10. 16. *Iniquitas tua*] id est, tuus ille metus & pollutio labiorum de qua conquestus es, ut fortissimus sis in posterum in tua hac functione contra Jisraëlitas: non enim hîc primùm Jeschahhja vocatur ad prophetandi munus, sed denuò confirmatur propter gravitatem sequentis prophetiæ, ne perspectis difficultatibus animum abjiceret; ut Jechezkeli perspè factum est. 8 *Deinde*] postquàm me confirmavit Deus. *Quem*] videlicet hominem: quia visum est Deo hos thesauros suos in testaceis vasculis collocare, ut ejus virtutis præstantia sit Dei, & non ex nobis, 2. Corinth. 4. 7. *Nobis*] nam consilium est Dei Patris, filii, & spiritus sancti: ut Genes. 1. 26. 9 *Tum dixit*] usus Prophetiæ quam Jeschahhjæ imperavit Deus & sequentibus omnibus, usque in adventum Christi; nimirum ut auditione verbi (quod pii odorantur ad vitam) impii obdurentur, & ipsis fiat odor mortis ad mortem suo ipsorum vitio: quamobrem eadem ratione a Christo atque apostolis duo hi versus permultis locis contra Judæos adducuntur. *Audite continenter*] imperandi modus in hac prophetia tum sanctam Prophetarum audaciam in prophetando demonstrat. q. d. audite o scelerati, velitis nolitis, verbum Dei judicis: tum præsentissimam veritatem & efficaciam verbi; quod ita verberat impiorum aures ut animus obstupescat: prout in Judæis factum est, donec planè se ipsos resciderunt a Christo. *Ut ne intelligatis*] q. d. quandoquidem vitio corruptæ & depravatæ voluntatis vestræ verbum Dei non emendavit vos, sed potius attonitos hactenus reddidit; & nunc quoque perstatis in ista depravatione voluntatis vestræ: stat sententia Dei judicis severissimi, ut quisquis non habet, aut cui non est datum nosse mysteria regni cælorum, etiam quod habet tollatur ab eo; ac proinde vos non magis resipiscatis aut percipiatis verbum ejus quàm desperati fontes, qui nullis judicum documentis, promissionibus, minis, evictionibúsque ad officium suum adducuntur; sed potius vos ipsos adversus omnia obfirmetis, versu seq. Nam quæcunque hîc dicuntur, ad formam judicialem pertinent; quasi Deus sceleratos populi animos tum verbo tum flagellis non edomaret, sed ipsi se adversus judicem & omnia flagella obfirma-

rent. 10 *Fac*] amplificatio. q.d. effice prædicatione verbi & denuntiatione judiciorum meorum ut nō tantùm contineat se in eodem statu malitiæ, non intelligendo; sed ut omnibus modis augeſcat malitia ipſius irritata verbo, omnibúſque modis obſirmetur: ut de Parhhone legimus, & idem Propheta repetit infrà 29. *Pingueſcat*] id eſt obeſum reddatur, occalleſcat, & obduretur magis ac magis: metaphora a rebus corporeis, in quibus omne pingue ſenſus expers eſſe conſentiunt Phyſici. *Aures ejus*] id eſt, quemadmodum qui tonitru graviſſimè percellūtur, eorum auditus & viſus hebetatur; ita indies iſti obſtupefiant intonante verbo meo. *Ne videat*] finis obdurationis, nimirum perditio contumacium corpore & animo: qui finis ſingulis ſuperioris obnuntiationis partibus ex adverſo reſpondet ordine præpoſtero. *Convertensq́*] id eſt, converſione ſua recipiat ſanitatem corporis & animi, & a peccatis ſuppliciiſque peccatorum ſuorum liberetur. 11 *Dicenti autem*] tertia pars de graviſſimis malis in Judæos eventuris, quæ Deus occaſione ſumpta a quæſtione Prophetæ deinceps explicat. *Quouſque*] nimirum ego & Prophetæ omnes tui continenter clamabimus ſine fructu, & refractarios rebelléſque obſirmabimus verbo? *Uſque dum*] id eſt, uſque ad excidium totius regni, & deſolationem terræ, Babyloniorum operâ. 12 *Maxima ſit*] id eſt, deſolatio eveniat qualis anteà non fuit: de qua in fine Regum, Chronicorúmque, & apud Jirmejam multa. 13 *Nam adhuc*] exegeſis verborum præcedentium, (maxima ſit dereliction, &c.) qua oſtendit Propheta ſe plurimas adhuc deſolationes immiſſurum eſſe, antequam maximam hāc per Chaldæos importet: decies, inquit, per hoſtes exteros populum hunc flagellaturus ſum; decima verò oppreſſione maximè derelinquetur, & deportabitur per Chaldæos. Fuerunt nempe Judæi cæſi & oppreſſi primùm a Syris, temporibus Achazi, 2. Chronic. 28. deinde ſub Chizkija bis, 2. Reg. 18. ſub Menaſche ſemel, 2. Chronic. 33. ſub Joſchija ſemel, 2. Chron. 35. ſub Joachazo ſemel, ſub Jehojakimo bis, ſub Jehojacine ſemel, ſub Tzidkija ſemel, 2. Reg. ultimo, & 2. Chronic. ultimo: qua poſtrema clade accepta miſſus eſt Nebuzar-Adan præfectus ſatellitum ad exhauriendum Judæam, 2. Reg. 25. 11. & regio per multos annos deſolata. *Erit depaſtionis*] id eſt abſumetur, metaphoricè: ut Numer. 24. 22. *Sicut quercubus*] ætiologia cur Deus non ſit populum celeriter, neque omnino perditurus: nimirum quòd habet rationem Chriſti & corporis electorum ipſi coaleſcentium per fidem in populo, qui cuncti & ſinguli dicuntur ſanctitatis ſemen. Explicatur autem hoc familiari ſimilitudine & ob oculos omnium poſita: videtis, inquit, aggeſtum illud iter, quo a domo regis in templum pergitur, querceto hinc inde confirmatum eſſe, & arbores terram quæ alioqui ruitura eſſet continere firmitate ſua: idem vobis ſtatuendum eſt de rèliquiis bonorum quæ inter vos habitant: nam juſto Dei judicio deturbaremini illico, & periretis funditus, niſi ſuorum rationem haberet Deus: ut ſuprà 1. 9. De hoc autem aggeſto itinere vide 1. Reg. 10. 5. & 2. Reg. 12. 21. & 1. Chron. 26. 14. *Statumen eſt*] nimirum terræ injectæ ſive aggeri, quem ſtatuminant & continent utrimque arbores depactæ in aggeris lateribus.

CAPUT VII.

Propheta regi Achazo de conſpiratione Syrorum & Iſraëlitarum conſternato liberationem ipſius & excidium illorum denuntiat: diffidenti dat optionem ſigni, quodcunque voluerit: impiè repudiantem increpat, exprobratq́ abjectionem fœderis Dei in Chriſto cum Eccleſia iniit: ſignum liberationis exitiiq́ illius quod denuntiaverat, in puero ſuo ſtatuit; ac poſtremò Achazo, familiæ, & regno ſeveriſſima judicia Dei prænuntiat propter infidelitatem & rebellionem ejus.

2.Reg.16.5. 1 ″ EVIT autem temporibus Achazi, filii Jothami, filii Hhuzzijæ regis Jehudæ, aſcendente Retzine rege Syriæ, & Pekacho filio Remaljæ Rege Jiſraëlis Jeruſchalaima, ad oppugnandum ea (quæ tamen nō potuit expugnare)

2 Ut nuntiaretur ″ domui Davidis, dicendo, ″ acquieſcit Syria ″ cum Ephrajimo; & commovetur ″ animus illius, animúſque populi illius, ſicut commoventur arboresſylvæ propter ventum.

a Heb. cor: ſic deinceps.

3 Quapropter edixit Jehova Jeſchahhjæ, prodi jam obviam Achazo, tu & ″ Schear-jaſchub filius tuus; ″ in extremum aquæ ductum piſcinæ ″ ſuperioris, ad aggerem agri fullonici.

b Heb. in extremitatem aquæ ductus.

4 ″ Ubi indices ei, cave tibi ut ſis quietus, ne timeto, & cor tuum ne molleſcat, propter duas ″ caudas titionum fumigantium iſtas; propter ″ accenſam iram Retzinis cum Syris, & filii Remaljæ:

c Heb. accēſionem iræ.

5 ″ Propterea quòd init conſilium contra te Syrus malum, ″ Ephrajim & ″ filius Remaljæ, dicendo;

6 Aſcendamus

Caput VII.

6 Aſcendamus contra Jehudæam, ut [d] fatigemus eam, & [e] diſſectam adjungamus eã nobis: aut præficiamus Regem in ea [c] filium Tabeelis.
7 Ita ait Jehova Deus, non exiſtet, neque extabit *illud*.
8 [c] Nam [c] caput Syriæ Damaſcus, & caput Damaſci Retzin; deinde [c] intra ſexaginta quinq; annos atteretur Ephrajim, [f] [c] ut non ſit populus,
9 Cum capite Ephrajimi Schomrone; & capite Schomronis [c] filio Remaljæ. [c] An non creditis? quòd [c] non confirmamini.
10 [c] Quamobrem perrexit Jehova edicere Achazo, dicendo:
11 Pete tibi [c] ſignum a Jehova Deo tuo; [g] [c] e profundis pete, aut ex rebus altiſſimis.
12 Dicente autem Achazo, [c] non petam, neque tentabo Jehovam:
13 [c] Dixit *Propheta*, Audite jam [c] domus Davidis: [c] an parva res *eſt* præ vobis, fatigare [c] homines, quòd etiam fatigatis Deum [c] meum?
14 [c] Idcircò [c] dat dominus ipſe vobis [c] ſignum: [c] Ecce [c] virgo illa concipiet & pariet filiũ: [c] & vocabis, *ô virgo*, nomen ejus [c] Hhimmanuelem.
15 [c] Butyrum & mel [c] comedet, [c] ut ſciat hic *puer* ſpernere malum & eligere bonum:
16 Quinetiam cùm nondũ noverit hic puer ſpernere malũ & eligere bonum; [c] relinquetur [c] illa terra, cujus cauſa tædet te, [h] a duobus regibus ſuis.
17 [c] Faciet Jehova ut veniant contra te, & contra populum tuum, & contra domum [i] paternam tuam tempora qualia non venerunt, [c] ex qua die receſſit Ephrajim a Jehuda; per [c] Regem Aſſyriæ.
18 [c] Erit enim [c] die illa, ſibilãte Jehova ad [c] muſcas quæ ſunt in extremitate rivorum Ægypti; & ad [c] apes quæ ſunt in regione Aſſyriæ:
19 [c] Ut venientes conquieſcant omnes in vallibus deſertorum locorum, & in projecturis petrarum; & in omnibus [c] virgultis, ac in omnibus laudatis arboribus.
20 Tempore illo [c] abradet Dominus novacula iſta [c] mercenaria, [k] [c] transfluviali, Rege Aſſyriæ, [l] [c] pilum capitis & pedum; etiamque barbam ipſam conſumet.
21 [c] Eritque tempore illo, *ut* qui aſſervaverit buculam [m] armentariam, & duas pecudes,
22 Erit, inquã, *ut* præ copia [n] præbiti lactis comedat butyrũ: [c] nam butyrum & mel comedere poterit quiſquis reliqu⁹ fuerit in media hac terra.
23 [c] Erit etiam tempore illo, *ut* ſit omnis locus [c] ubi ſunt mille vites, millenûm *ſiclorum* argenti; ſit *inquam* in ſenticetum & in vepretum:
24 [c] Sagittis & arcu *inſtructus* venturus ſit eò; cùm [o] ſentibus & vepribus obſita erit tota hæc terra.
25 In omnes verò illos montes [c] qui ſarculo ſarriendi fuiſſent, [c] non adveniet eò timor ſentium & veprium: ſed erit *locus* [p] [c] quò emittatur bos, & quem conculcet parva pecus.

[d] *Heb.* tædio afficiamus.
[e] *Heb.* diſſecemus eam ad nos.
[f] *Heb.* a populo.
[g] *Heb.* profundum fac petẽdo, aut exalta ſurſum: vide Geneſ. 12. 8.
[h] *Heb.* a facie duorum regũ ipſius.
[i] *Heb.* patriæ tui dies, quales non, &c. ſic deinceps.
[k] *Heb.* in regionibus transfluviũ.
[l] *Heb.* caput & pilum pedum: hypallage.
[m] *Heb.* armenti.
[n] *Heb.* faciendi lac.
[o] *Heb.* ſentis & vepres erit.
[p] *Heb.* ad immiſſionem bovis, & ad conculcationem parvæ pecudis.

Ieschahhjæ

ANNOTATIO.

1 *Fuit autem*] nunc demum pervenitur ad tempus tertium, quo Jeschahhja prophetavit, nimirum Achazo rege. Continet autem hoc caput primùm narrationem diffidentiæ & infidelitatis Achazi contra promissiones annuntiatas, signumque oblatum Dei; deinde summam sententiæ Dei, quæ denũtiatur tum in Reges inimicos, tum in ipsum infidelem populum Judæorum; quæ duo capita judiciorum Dei per ὑςέρωσιν explicantur. 2 *Domui Davidis*] id est Regi, proceribusque regni. *Acquievit*] id est, Rerzini regi Syriæ convenit cum Pekacho rege Jisraëlitarum, ut oppugnent te communi opera. *Cum Ephrajimo*] id est, Jisraëlitis, quorum potentissima & præcipua tribus erat Ephrajim, & primus rex Ephrataeus: synecdoche. 3 *Schear-jaschub*] hoc nomen etsi propriumest, non est tamen fortuitò aut imprudenter puero inditum; sed certo consilio, ad significandum misericordiam Dei reducendis & servandis reliquiis. Est enim Schear jaschub (si verbum de verbo reddas) reliquum revertetur: qua appellatione signũ dedit Jeschahhja tum liberationis illius æternæ qua reliquiæ salvæ factæ sunt, suprà 1.9. & 4.2. & infrà 10.21. tum liberationum singularium, quas resipiscentibus pollicebatur Deus, cùm Judæi undequaque cæderentur & in captivitatem raperentur, ut historia docet 2. Chronic. 28. Jubet autem hoc loco Deus Schear-jaschubum puerum cum Propheta Regem accedere, ut promissiones Dei eò certius ac vehementius definirentur ad confirmandum Regem, infrà vers. 15. & seq. *In extremum aquæ*] id est, extra urbem ex adverso regiæ, ubi spatiatur Achaz: vide 2. Regum 18.17. *Superioris*] id est, quæ a superiore Gichone murum supremum urbis ambiente efficitur: sic appellatur comparata cum inferiore, de qua infrà 22.9. 4 *Ubi indices*] prioris hujus sermonis quem Jeschahhja cum Achazo habuit primus locus est hortationis, hoc versu: secundus, denuntiationis, qua Deus suis liberationem, hostibus excidiũ præd cit, usque ad vers. 9. tertius, reprehensionis propter diffidentiam Achazi, vers. 9. *Caudas titionum*] id est, a torribus extremis, quos ego jam tantis calamitatibus incendi ut penè exusti sint, ac nihil amplius nisi fumigare possint: & qui propediem omnino exurentur, ut sequentibus propheta explicat. Respicit enim Deus ad præterita bella quibus regna Syriæ & Jisraëlis attrita fuerant: Syriæ quidem, a Joascho filio Joachazi, 2. Reg. 13.25. Jisraëlis verò, intestinis conspirationibus, & bellis, 2. Reg. 15: & utrumque adventu Pulis Regis Assyriæ, 2. Reg. 15.19. & 1. Chronic. 5.26. 5 *Propterea quòd*] secundus locus, quo Deus primùm causam judiciorum exponit, nimirum nefaria consilia Syrorum cum Jisraëlitis, duobus versibus deinde sententiam pronuntiat, tribus. *Ephrajim*] id est Jisraëlitæ, ut suprà vers. 2. *Filius Remaljæ*] Pekach, cujus nomen ad indignitatem reticetur. 6 *Filium Tabeelis*] id est, certum aliquem Syrum hoc nomine dictum: nam Tabeel sive Tabrimmon Syrorum est appellatio, qui Rimmonem colebant pro Deo. 8 *Nam*] hanc prophetiam suis terminis a Jeschahhja circumscribi pro more certum est; sed in accommodatione temporis variant sententiæ: quamobrem nos duas illarum probatiores lectoribus asferemus. In summa quidem consentiunt omnes exitium regno utrique denuntiari; sed tempus plerique ex antecedente Hhamosi prophetia petunt in fine capitis septimi, hoc modo: Hhamos biennio prophetavit ante terræ motũ, quem Zecarja 14.5. temporibus Hhuzziję contigisse docet, Judæi eodem anno putant quo rex Hhuzzija sacrificandi munere sibi arrogato percussus est lepra, (fuit autem is annus vigesimus quartus regni Hhuzzijæ) itaque hoc modo supputantia vigesimo secundo Hhuzzijæ ad ultimum sunt triginta anni, Jothami quindecim, Achazi quatuordecim, Chizkijæ sex: ita conficiuntur anni sexaginta quinque, intra quos regnum Syriæ primùm, deinde regnum Jisraëlitarum deletum est. Nos autem alteram hanc magis probamus, ut in hac prophetia non antecedentium temporum, sed sequentium ratio ex prophetarum usu habeatur. Nam Jeschahhja his verbis ostendit primùm regnum Syriæ mox excisum iri, & regem moriturum, quod ad summum quarto pòst anno necesse est evenisse: ut ponamus hæc a propheta dici primo ipso Achazi anno: deinde a Syrorum clade usque ad plenam Jisraelitarum deportationẽ, aut ab ipso tempore hujus prophetiæ, fore ut effluant sexaginta quinque anni. Quamvis enim sexto anno Chizkijæ regnum Jisraëlis fuerit abolitum; tamen non statim Jisraël destitit esse populus, cùm pars tantùm aliqua illius deportata esset: verùm omnino populus esse tum demum destitit, cùm per Esar-chaddonem filium Sancheribi novæ coloniæ introductæ sunt, & Jisraëlitæ omnes in servitutẽ rapti: quod ipsi Samaritani exponunt, Hhezræ 4.2. Quamobrem seriem temporum ita statuimus: a quarto Achazi anno, quo regnum Syriæ intercidit, ad finem sunt anni undecim, Chizkijæ viginti novem: ita anno Menaschis regnantis vigesimo quinto fuerit ultima illa Jisraëlitarũ translatio: sin autem a Prophetiæ tempore inceperis, dicetur res incidisse in annum vigesimum primum aut vigesimum secundum Menaschis, quo fortè tempore Menasche captivus in Babyloniam abductus est. *Caput Syriæ*] id est, civitas mater sive metropolis, nimirum atteretur: vide 2. Reg. 16.9. sic sequente versu. *Intra sexaginta*] id est temporibus Menaschis, quibus Esar-chaddon deportavit totas reliquias Jisraëlis: sive is sexagesimus quintus annus fuerit ab hac prophetia, sive ab exitio Syriæ, quod quarto pòst anno ad summum gestum est. *Ut non sit populus*] id est, totus ita atteretur, ut rempublicam nullam omnino habeat: hoc autem tum demum accidit cùm reliquiæ deportatæ sunt: non autem cùm a Schalman-esere devicti tantùm ex parte fuerunt deportati: quod factum est post annos quasi novemdecim ab hac prophetia; a quo tempore usque ad deportationem ab Esar-Chaddone factam interesse runt anni fermè quadraginta sex, quibus adhuc suæ fuerunt Jisraëlitis Respublicæ, utcunque tenues. 9 *Filio Remaljæ*] quem quarto pòst anno ad summum interfecit Hoscheahh, 2. Reg. 15.30. *An non creditis?*] reprehensio diffidentiæ Achazi: quam propterea Jeschahhja objicit, quòd Achazum animadverteret perstare in sua illa trepidatione, cujus facta est mentio suprà versu 2. *Non confirmamini*] nimirum hac promissione Dei, sed potius in vestra trepidatione pergitis. Sic visum est hunc locum potius accipere quàm ut vulgò redditur, tũ propter nativam vocum significationem, tum etiam propter antecedentia & consequentia, quibus interpretationem hanc melius cohærere omnes vident. 10 *Quamobrem*] cùm nudo verbo non confirmaretur rex, tum placuit Deo adhibere signum ad infidelitatem Achazi evincendam. 11 *Signum*] quo confirmeris de hac liberatione & salute quam Deus se promittit effecturum, siquidem non confirmaris verbo. *Eprofundis*] quasi dicat, optio tibi datur ut e cælo, aut e terra, aut undevis petas: nam hoc quoque Deus offert, & præstiturum pollicetur. 12 *Non petam*] indignantis verba, quibus Achaz primùm consilium Prophetæ de petendo signo recusat accipere, deinde promissionem superiorem totam ludificatur, hoc modo: putásne me adeò desipere ut istius Jehovæ, quem prædicas, periculum faciam, committendo ipsi exitum istius belli gravissimi, & in ista opinione fidei, quam a me postulas, vecordia tabescendo? non faciam (inquit) oportet me alia via mihi prospicere. Hunc locum sic interpretamur propter sequentia, & summam illam impietatem Achazi inde a principio regni, quæ exponitur 2. Chronic. 28.19. & sequentibus. 13 *Dixit Propheta* hujus sermonis partes sunt tres: prima est reprehensio, hoc versu, & seq. secunda, promissionis erga piosconfirmatio, duobus seq. tertia, castigationum & judiciorum Dei quæ Regi & Judæis infidelibus ventura erant denuntiatio, vers. 17. & seq. *Domus Davidis*] exaggeratio impietatis Achazi. quasi dicat, ô ingratissimi, degeneres a Davide patre, in Deum impii, & immemores promissionum beneficiorumque maximorum ejus. *An parva*] ut Numer. 16.9. *Homines*] id est, faciísne tam parvi hoc malum, quòd omnibus perscelera & improbitatem vestram estis molestissimi, ac nominatim mihi, cujus prophetiam tam proterve repudiatis; ut etiam audeatis jam in Deum ipsum invehi arrogantissimè, quasi aut nolit, aut non amplius possit promissa efficere? *Meum*] cui hæreo &

reo & servio, ac non amplius tuum: ut suprà dixerat vers. 11. 14 *Idcircò*] ætiologia superioris reprehensionis, amplificans indignissimam Achazi infidelitatem ab æterna benevolentia Dei, quam Ecclesia inde ab orbe condito perceperat ex fœdere illius: quî potestis (inquit Propheta) tã impiè Deo obsistere, cùm ipse benignissimè jam olim perceperat ex fœdere illius: quî potestis (inquit Propheta) tã impiè Deo obsistere, cùm ipse benignissimè jam olim semen mulieris, Abrahami filium Davidisque promiserit, ut in eo promissiones omnes etiam singulares ratæ sint? 2 Corinth. 1.19. Atqui idcircò signum hoc toti Ecclesiæ, ac nominatim familiæ vestræ dedit, ut credatis omnibus universalibus & singularibus, publicis privatisque promissionibus ejus, ac non infidelitate ipsum fatigetis: nam qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, quî non etiam cum eo omnia nobis gratificabitur? Rom. 8.32. *Dat*] id est, ut Ecclesiæ suæ jam olim exhibuit verbo, ita etiamnum vobis & regno vestro, in quo est Ecclesia ipsius, gratiosè offert: sic enim accipitur dandi vel edendi verbum Deut. 13.2. & alibi. *Signum*] id est miraculosum documentum, ac fundamentum fœderis omniumque promissionum ejus. *Ecce*] demonstrandi particula tum rei certitudinem ostendit, tum attentionem perpetuam a piis adhibendam docet cæteris rebus omissis. *Virgo illa*] cujus semen conteret caput serpentis, jam olim a Deo promissa, & a patribus expectata: nimirum Maria, ut interpretatur Angelus Matth. 1.22. *Et vocabis*] id est vocare poteris, & re ipsa agnosces atque testaberis: apostrophe ad matrem. *Hhimmanuelem*] id est, nobiscum Deum fortem: nam sermo caro factus est, &c. Joan. 1.14. 15 *Butyrum & mel*] confirmatio promissionis Dei erga pios de ea liberatione quam Jeschahhja prædicaverat suprà vers. 7. & 8. a præsente signo Schear-jaschubi pueri, quem propterea Deus adduci mandaverat vers. 3. quasi dicat Propheta, etsi infidelitate sua depellit a se domus Davidis beneficentiam Dei, non est tamen cur ego aut piorum quisquam dubitemus de hac ventura liberatione: ego verò hoc filio meo spondere ausim, & prout imperavit Deus puerum in signum liberationis nostræ & excidii istorum statuere, ut ipse meminit infrà 8.17. Est itaque sententia hujus versus: ne puer quidem hic damnum accipiet ab istis regibus; sed vivet invitis illis, educabitur, & grandescet: ac proinde hoc signo regnum Judæ de conservatione sua confirmatum esto. deinde subjungitur amplificatio, seq. vers. imò verò, inquit, jam reges isti perierint, antequam hic puer incipiat sapere. Quamobrem evidenter causa nominativum, qui in seq. vers. expressus est ὑποζευγματικῶς, in hoc versu repetivimus, pro certo habentes hoc simplicissimum esse consilium Jeschahhjæ. *Comedet*] id est, non destituetur commodis hujus vitæ per istos Reges, sed ut parvulus molliter nutrietur. *Ut sciat*] id est, ut educatus adolescat, qua ætate discriminant adulti inter bonum & malum: noëmatica periphrasis, ut seq. vers. 16 *Relinquetur*] id est, tollentur morte e regnis suis, 2. Reg. 15.30. & 16.9. nam uterque intra quartum Achazi annum periit. *Illa terra*] Syriæ, & Israëlis. 17 *Faciet Jehovah*] tertia pars, denuntiatio pœnarum quas Deus sumpturus erat de infidelibus, ut diximus in versum 13. quæ hîc per prolepsin dictæ sequentibus exponuntur. *Ex qua die*] id est, a defectione Israëlitarum, de qua 1. Reg. 12. *Regem Assyriæ*] cui tu, non Jehovæ confidis; ut suprà dixerat Achaz vers. 12. 18 *Erit enim*] expositio singularis prolepseos primùm a factis hostium, usque ad vers. 21. deinde ab eventis, ad finem usque cap. *Die illa*] qua Deus te & familiam paternam tuam judicaturus est, nimirum temporibus tuis, filiique tui. *Muscas*] id est, hostes numerosissimos & velocissimos Ægypti accolas, tum Philistæos sub Achazo, Edomæosque, 2. Chronic. 28.17. & 18. tum Æthiopas sub Chizkija, 2. Reg. 19.9. *Apes*] id est confertissimos, potentissimos, velocissimos, & militari disciplina instructos Assyrios: allegoriæ. 19 *Ut venientes*] id est, oppida & agros occupabunt. *Virgultis*] vocem Hhebræam sic interpretamur hoc loco & infrà 55.13. propter ipsius etymon. 20 *Abradet*] id est, expilabit & exhauriet omnia in regno tuo: altera allegoria. *Mercenaria*] i. quã mercede conduxisti, obstringens te & regnum tuum fide data Assyrio, & pensitationem exhibens, 2. Reg. 16.7. & 8. *Transfluvialis*] id est, quæ trans Euphratem est. *Pilum capitis*] id est, omnia a summo ad imum; nihil relinquet intactum in toto regno, quod allegoricè cum corpore comparatur. 21 *Eritque*] amplificatio calamitatis Judæorum ab eventis superiorum calamitatum, ut diximus in versum 18. sunt autem hæc summatim duo; hominum infrequentia, his duobus vers. & regionis totius horriditas, tribus versum 18. sunt autem hæc summatim duo; hominum infrequentia, his duobus vers. & regionis totius horriditas, tribus reliquis. 22 *Ut præ copia*] id est, ut abundet lacte propter raritatem inhabitantium, ideoque solus laboret de butyro comedendo, & occupando lacte. *Nam butyrum*] id est, tanta erit penuria habitatorum, ut ad eos alendos ea tantùm futura sint plus satis, quæ ultrò provenient in horrente incultaque terra. 23 *Erit etiam*] alter effectus, ut diximus in versum 21. *Ubi sunt mille*] id est locus uberrimus, cultissimus, & pretiosissimus horrescet. 24 *Sagittis*] id est, & quidem adeò horrebit locus, ut feris tantùm propè sit pervius, atque ita abundet illis, ut nemini tutum sit ingredi nisi armata manu. Respicit enim ad interminationem legis Levit. 26.22. 25 *Qui sarculo*] id est incultos: periphrasis. *Non adveniet eò*] id est, non defugietur locus ullus qui nunc planè videtur horridus; sed utcunque nunc horreat, præ aliis locis amœnissimus tum videbitur: tam gravis & acerba futura est Dei in regionem hanc maledictio. *Quò emittatur*] id est, totius regionis pascuosissimus & feracissimus habebitur.

CAPVT VIII.

Propheta aspectabili symbolo docet judicia Dei in Syros, Israëlitasque, & Judæos quoq; infidelitatis, obstirmationis, & alienationis a Deo nomine: deinde verò consolatur pios, ostendens non fore perpetuas calamitates per benevolentiam Dei, cujus periculum jam anteà persæpe fecerant, sed ipsos Assyrios (quorum facta & consilia reprehenduntur gravissimè) vindictam a Deo severissimam certa ratione, loco, & tempore perpessuros: inprimis verò fundamentum consolationum proponit in Christo, cujus gentẽ, dona, officia, effectaque in res omnes creatas, in bonos, & malos ad promovendum regnum suum exponit: ac postremò hujus infinitæ beneficentiæ nomine Ecclesiam Christi docet laudem ejus de malis depulsis & perceptis bonis.

1 DIXIT autem Jehova mihi, sume tibi "volumẽ magnum; "cum Maher-schalal-chasch-bazo, & scribe in eo "stylo "humano.

2 "Quamobrem [b] adhibui mihi "testes" fidos, Urijam sacerdotem & Zecarjam filium Jeberecjæ:

a Heb. mortalis.
b Heb. contestatus sum mihi.

3 (Cùm enim accessissem ad "prophetissam, conceperat pepereratque filium) & dixit Jehova mihi, voca nomen hujus "Maher-Schalal-Chasch-bazum:

4 Nam "cùm nondum noverit hic puer proferre, pater mi, aut mater mea: "asportabit opulentiam Damasci, & prædam Schomronis

e Heb. qui est coram rege: periphrasis servorum, militum, atq; satellitum.

"servus Regis Assyriæ.

5 "Deinde perrexit Jehova alloqui me amplius dicendo:

6 "Propterea quòd sprevit "populus iste "aquas Schiloachi "euntes sensim; "& gaudium *est* apud Retzinem & filium Remaljæ:

7 Idcircò inquam, ecce Dominus faciet ut ascendant "contra istos aquæ "illius fluminis fortissimæ & amplissimæ, Rex Assyriæ, & omnis "gloria ejus: qui "ascendens supra omnes alveos suos, iensque super omnes ripas suas,

8 "Permeabit Jehudam, inundabit, ac transibit, "usq; ad collum pertinget: [d] "implebuntque passæ alæ illius latitudinem "terræ tuæ, "ô Hhimmanuel.

d Heb. & erit expansionibus alarum illius plenitudo latitudinis, &c.

9 "Consociamini, ô "populi, & "conterimini; "auremque præbete quotquot *estis in* locis longinquis terræ: accingimini & conterimini, accingimini & conterimini.

10 Inite consilium, & irritum fiet: loquimini verbum, & non existet; "sed Hhimmanuelis.

11 "Nam ita edixit Jehova mihi "adhibita confirmatione manus; cùm erudiret me non eundum via populi istius, dicendo:

12 "Ne dicatis, conjuratio, in quibuscunque "dicit populus iste conjuratio: & "timore istius ne timeatis, neque expavescendum dicatis.

e Heb. ipse sit timor vester, & faciens ut expavescatis.

13 Jehovam exercituũ ipsum "sanctificate; & "ipse sit timori vobis, idemque sit pavori vobis;

14 Et erit sanctificationi "*vobis*: in lapidem autem allisionis & in rupem offensionis "ambabus domibus Jisraëlis, in laqueum & in tendiculam habitatori Jeruschalaimorum:

15 "In quæ offendant multi; & cadentes confringantur, aut irretiti capiantur.

16 "Liga "contestationem: "consigna legem inter discipulos meos.

17 "Nam præstolans Jehovam, "qui abscondit faciem suam a domo Jahhakobi; & exspectans eum;

18 "Ecce ego & nati quos dedit mihi Jehova, in signa & in ostenta apud Jisraëlitas *sumus*; a Jehova exercituũ habitante in monte Tzijonis.

19 "Cùm enim edicũt vobis, consulite "Pythones aut ariolos, "qui pipiunt & qui mussitant: "nónne populus Deum suum consulit, pro viventibus "mortuos *consulendo*?

f Heb. secundum verbũ istud. *g Heb.* aurora.

20 Adversus legem & adversus contestationem, an non obloquuntur [f] in sententiam istam "cuicunque nulla est [g] lucis scintilla?

21 "Quapropter peragrabit "illam "difficultatibus pressus atq; famelicus:

cus: erítque cùm esurierit & ″efferbuerit, ut maledicat ″Regi suo & ″Deo suo, sive suspiciat ″ sursum;

22 Sive ″ in terram intueatur: quia ecce ″ oppressio & tenebræ, ″ obscurato angustia & caligine impulso *aderunt*.

Caput IX.

1 ″ ″ Sed ″ ″ non obscurabitur quæ affecta fuerit angustia, cùm ″ tempus hoc prius ″ leviùs affecerit ″ terram Zebulunis & terram Naphtali, & ″ posterius illud affecerit graviùs: ″ viâ maris, secundum Jardenem, ″ Galilęa ᵇ populosa,

2 ″ Populus ejus qui ″ ambulant in tenebris, ″ videbũt lucem magnam: super considentes in terra umbræ lethalis lux splendebit.

3 ″ Amplificans ″ hanc gentem, non magnificasti lætitiam: lętati sunt coram te quasi lætitia *quæ agitatur* in messe, cùm exultarunt partientes prædam;

4 ″ Cùm jugum oneris illius & virgam humeri illius, sceptrum opprimentis illum contrivisti; ″ ut die Midjanitarum, Judic. 7. & 8.

5 ″ Quando tota conflictatio, *id est*, confligens *quisque* ″ in concussu, etiam vestimẽtum volutatum in ᶜ cædibus; quasi ᵈ abiit in exustionem, pabulum ignis.

6 ″ Sed ″ puer nasciturus est nobis, ″ filius dabitur nobis, ″ cujus humero adsit principatus ipse: cujus nomen vocat ″ *Jehova*, ″ admirabilem, ″ cõsiliarium, Deum fortem robustissimum, ″ Patrem æternitatis, ″ Principem pacis.

7 Amplitudini illius principatus, & paci nullus erit finis, in solio Davidis & in regno ejus, stabiliẽdo illud & fulciendo illud jure & justitia: ab isto tempore in seculum usque, ″ zelus Jehovæ exercituum facturus est istud. Lucæ 1. 32. & 33.

8 ″ Verbum misit Dominus ″ Jahhakobo, & accidit Jisraëli;

9 Ut cognoscerẽt ″ populus iste totus, ″ Ephrajim, & habitator Schõronis; *qui* elatione & ᵉ insolentia animi dicunt,

10 ″ ᶠ Lateritia opera ceciderunt, sed lapide cæso exstruemus; sycomori excisæ sunt, sed cedros sufficiemus.

11 ″ Sed cùm ″ in editum sustulerit Jehova hostes Retzinis contra ipsum, etiam inimicos ″ hujus ″ commiscebit;

12 Syros ᵍ ab oriente, & Pelischtæos ab occidente, ut devorent Jisraëlem ″ toto ore: his omnib⁹ non averteturira ejus, sed adhuc manus ejus *erit* extenta;

13 Quia hic populus nõ fuerit reversus usque ad ipsum percussorem suum, & Jehovam exercituum non requisierint.

14 ″ Exscindet

a Heb. non *erit* obscuratum cui fuerit angustatum, impersonaliter.
b Heb. gentium.
c Heb. sanguinibus.
d Heb. fuit.
e Heb. magnitudine cordis: ut infrà 10. 12.
f Heb. lateres.
g Heb. ab anteriore, & Pelischtæos a posteriore: vide Deut. 11. 24.

14 "Exscindet enim Jehova ex Jisraële" caput & caudam; ramum, et-
iam juncum die eodem:

h Heb. elatus facie, ut suprà 3. 4.

15 (Senex & [h] honorabilis is *est* caput: propheta verò docens falsita-
tem est cauda)

16 "Quòd fuerint ductores populi hujus seductores; & qui ducũtur
ineo, obrecti.

17 Idcircò de juvenibus ejus "non lætabitur Dominus, & pupillorũ
ejus ac viduarum ejus non miserebitur, quia totus est hypocrita & ma-
leficus, & os omne loquitur flagitia: omnibus his nõ avertetur ira ejus,
sed adhuc manus ejus erit extenta.

18 "Nam exardescet improbitas velut ignis *qui* sentes ac vepres absu-
mit; & incendet perplexa *ligna* sylvæ, adeò ut" in minutissimum pul-

i Heb. elatione fumi.

verem abeant [i] elato fumo.

19 Præ excandescentia Jehovæ exercituum" obscurabitur *populus* ter-
ræ: eritq; iste populus quasi pabulum ignis, nemo in fratrem suum cle-
mentia utetur.

20 Nam" ut scindat ad dexteram, tamen esuriet; & comedat ad si-
nistram, tamen non saturabuntur: singuli" carnem brachii sui come-
dent;

21 Menasche Ephrajimum, & Ephrajim Menaschem;" simul isti cõ-
tra Jehudam: omnibus his non avertetur ira ejus, sed adhuc manus ejus
erit extenta.

Caput X.

1" Æ" decernẽtibus decreta iniqua, & scribentibus mo-
lestiam *quam illi* præscripserint:

2 Ad evertendum de causa tenues, & ad rapiendum
jus pauperum populi mei; ut sint viduæ prædæ ipsis,
& pupillos diripiant.

3 "Ecquid facturi essetis die visitationis & vastatio-
nis e longinquo adventuræ? ad quem confugeretis pro auxilio? aut ubi
relinqueretis gloriam vestram?

4 "Absque me incurvaretur" infra vinctum, & infra interfectos ca-
derent: "omnibus illis nõ averteretur ira ejus, sed adhuc manus ejus ex-
tenta esset.

5 "Væ Assyrio" virgæ iræ meæ; "quamvis" baculus sit in manu ipso-
rum indignationis meæ,

a Heb. excãdescentiæ meæ.
b Heb. imaginatur: ut Judic. 20. 5.
c Heb. cor: sic deinceps.
d Heb ex corde suo.
e vel non parvas.

6 Et" in gentem hypocritam immittens ipsum, contra populum" in
quem excandui dem mandata ipsi; ut" prædetur prædã, & ut diripiat ra-
pinam, denique ut disponat illum conculcationi, tanquam lutum pla-
tearum.

7 Nam ipse non ita [b] sibi proponit, & [c] animus ejus non ita cogitat;
sed perdere [d] ex sententia animi sui, & exscindere gentes [e] non paucas:

8 Nam

8 Nam dicit,nónne ″ principes mei pariter reges *sunt*?
9 ″ Nónne ut ″ Carcemisch *est* ″ Calno? nónne ut ″ Arpad,″ Chamath? an non ut Damascus,Schomron?
10 Quemadmodum assecuta est manus mea regna [f] idolorum suorum,quorum sculptilia ″ præstabant *diis* Jeruschalaimorum & Schomronis:
11 An non quemadmodum feci Schomroni & idolis ejus, ita facturus essem Jeruschalaimis & ″ terriculis eorum?
12 ″ Atqui futurum est,″ cùm perfecerit Dominus totum opus suum in monte Tzijonis & Jeruschalaimis; animadvertam in ″ fructum [g] insolentis animi regis Assyriæ,& in ornatum elationemq; oculorũ ejus.
13 ″ Quia dixerit,virtute manus meę feci,& sapientia mea,quòd prudentia instructus sim; ideò amovi terminos populorum,etiam ″ instructissimos eorum deprædatus sum & dejeci,ut potentissimus,habitatores:
14 ″ Imò assecuta est tanquam nidum manus mea *nidum* opulentiæ populorum, & quasi reciperem ova derelicta, totam terram ego recepi:neque est qui ″ agitet alam,aut ″ aperiat os,aut ″ pipiat.
15 ″ An gloriabitur securis ″ contra cædentem ipsâ? an se magnificabit serra contra agitatorem suum? cùm agitant virgam, *an magnificabit se* contra eos qui tollunt ipsam? cùm attollunt baculum,″ *an* non lignũ *est*?
16 ″ Idcircò ″ immittet Dominus ipse Jehova exercituũ, in ″ pingues ejus ″ maciem:& in ″ loco gloriæ ejus ardebit ″ ardor similis ardori ignis.
17 Erit enim ″ lux Jisraëlis pro igne,& sanctus illius pro flamma; quæ incendet & consumet ″ vepres ejus & sentes ejus ″ eodem die;
18 ″ Gloriámque sylvæ ejus,& arvorum ejus,& [h] spiritu & carne absumet:eritq;″ cùm dissolvetur profugus;
19 Denique ″ reliqua ligna sylvæ illius [i] pauca erunt,adeò ut puer scribere possit ea.
20 ″ Erit autem tempore illo, ut non pergat ultrà reliquum Jisraëlis, & qui evadet in domo Jahhakobi, inniti percussore suo; sed innitetur ″ Jehova sancto Jisraëlis [k] fideliter.
21 ″ Reliquum revertetur,reliquum Jahhakobi ad Deum fortem robustissimum,
22 ″ (Nam si fuerit populus tuus Jsraël *numero*, sicut arena maris,reliquum revertetur ex eo) ″ consummationem præcisam ″ inundaturum justitiâ:
23 Nam cõsummationem & quidem ″ præcisam, Dominus Jehova exercituum facturus est in medio totius terræ hujus.
24 ″ Idcircò ita ait Dominus Jehova exercituum; ne timeto, populi habitator Tzijonis,ab Assyrio:″ virga sua percutiet te,sed ″ baculum suum efferet pro te [l] ratione Ægypti:

[f] *Heb. quoque* idoli sui.
[g] *Heb.* magnitudinis cordis: ut suprà 9.9.
[h] *Heb.* ab anima usque ad carnem.
[i] *Heb.* numeri, id est, facilè numerabilia: ut Gen. 34.30.
[k] *Heb.* in fide.
[l] *Heb.* via: sic ver. 26.

25 Nam

25 Nam adhuc pauliſper, minus puſillo *tempore*; ″conſummata indignatione,″ tum ira mea incumbet conſumptioni iſtorum.

26 ″Excitabit enim contra iſtum Jehova exercituum flagellum, percuſſionem ſimilem Midjanitarum ad rupem Hhorebi; & ſimilem ″baculo ſuo prope mare, & tollet iſtum ratione Ægypti.

Judic. 7. & Exod. 14.

27 Et erit tempore illo ut amoveatur onus ejus ab humero tuo, & jugum ejus a collo tuo: imò deſtruetur jugum ″propter oleum.

28 ″*Cùm* pervenerit″ Hhajanam regionem verſus, tranſierit ″Migrone; ″Micmaſchi depoſuerit ᵐ impedimenta ſua:

ᵐ *Heb.* inſtrumenta.

29 Trajecerint ″tranſitum,″ Gebahhi in diverſorium diverterint; trepidaverit Rama, Gibhha Schaülis fugerit:

30 ″Claram ede vocem tuam filia″ Gallimorum; fac ut audiatur Lajiſchum uſque, ô paupercula Hhanathoth:

31 Cùm migraverit Madmena: habitatores Gebimorum ſe confirmaverint *ad migrandum*:

32 ″Adhuc ipſo die *quo* Nobi ſtabit; agitaverit manum ſuam contra montem filiæ Tzijonis, collem Jeruſchalaimorum:

33 ″Ecce, dominus Jehova exercituum collucaturus eſt″ ramum violenter; adeò ut proceri ſtatura exſcindantur, & alti deprimantur;

34 Et circumputabit perplexa ſylvæ ferro ſuo: denique″ Libanus ipſe ″per magnificum caſurus eſt.

Caput XI.

1 NAM prodibit″ virgula e″ trunco ſucciſo Jiſchai, & ſurculus e radicibus ejus efflorescet,

2 Super quo quieſcet″ ſpiritus Jehovæ, ſpiritus ſapientię & intelligentiæ, ſpiritus conſilii & potentiæ, ſpiritus ſcientiæ & reverentiæ Jehovæ:

3 ″Cujus ᵃ odoratus erit conjunctus ″ reverentia Jehovæ: non autem″ ad aſpectum oculorum ſuorum judicabit, neque ad auditum aurium ſuarum corripiet.

ᵃ *Heb.* odorari.

4 Sed vindicabit juſtè tenues, & corripiet ex æquo manſuetos terræ: percutiet verò terram″ virga oris ſui, & ſpiritu labiorum ſuorum morte afficiet improbum.

Pſal. 45. 4. & 5.

5 Erit enim juſtitia, cingulum lumborum ipſius; & fides ipſa, cingulum feminum ipſius.

6 ″Quapropter″ commorabitur lupus cum agno, & pardus″ cum hœdo recubabit; vitulúſque & juuenis leo, ac *pecus* pingue ſimul erunt, & puer parvulus ducet ea.

7 Et vacca vrſaque compaſcẽtibus, ſimul recubabunt catuli earum; & leo ſicut bos″ comedet ſtramen:

8 Et

8 Et oblectabit lactentem super foramen aspis, & super specum viperæ depulsus a lacte manum suam injiciet.

9 Non afficient malo, neque corrumpent ″ in toto monte sanctitatis meæ: quia plena erit terra hæc scientiâ Jehovæ, ″ velut aquis [b] alveũ maris operientibus.

10 ″ Erit etiam tempore illo ut ad eum qui e radice Jischai stabit in signum populorum, gentes [c] consulturæ veniant; & sit requies ejus [d] gloriosa.

11 *Erit enim* tempore illo, ut adhibeat Dominus ″ secundò manum suam ut acquirat reliquum populum suum; qui reliquus fuerit ab Assyria, & ab Ægypto, & a ″ Patroso, & ab Æthiopia, & a ″ Hhelamo, & a ″ Schinhhare, & a ″ Chamatha, & a regionibus [e] maritimis:

12 Et sublato signo gentibus recipiat ″ depulsos Israëlitarum, & dispersa *membra* Jehudæ congreget ex quatuor [f] oris terræ:

13 Et amota invidentia Ephrajimi, hostibúsque Jehudæ excisis; Ephrajim non invideat Jehudæ, & Jehuda non agat hostiliter contra Ephrajimum:

14 Sed ″ involent in humerum Pelischtæorum [g] ad occidentem, unà diripiant [h] populos orientis: in [i] Edomæos & Moabitas immittãt manum suam, & Hhammonitæ obediant eis:

15 Etiam devovebit anathemati Jehova [k] sinum maris Ægypti, & agitabit manum suam contra ″ ipsum flumen, ″ ea inflante vento ipsius: percutiénsque ipsum flumen per ″ septem fluenta, efficiet ut conculcet *ea* calceis *populus suus*.

16 ″ Erit enim agger reliquo populo suo, qui reliquus fuerit ″ ex Assyria; quemadmodum fuit Israëli, quo tempore ascendit e terra Ægypti.

[b] *Heb.* mare: metonymia.
[c] *Heb.* consulant.
[d] *Heb.* gloria.
[e] *Heb.* maris.
[f] *Heb.* alis.
[g] *Heb.* ad mare.
[h] *Heb.* filios Orientis.
[i] *Heb.* Edomæi & Moabitæ immissio manus ipsorum, & filii Hhammonis obedientia ipsorum.
[k] *Heb.* linguam.

Caput XII.

1 ″ Itaque dices tẽpore illo, celebrabo te Jehova, quia iratus fuisti mihi; sed aversa ira tua ″ consolaris me.

2 ″ Ecce Deus fortis salus mea *est*; confidam ac non expavescam: nam robur meum & carmen *est* Jah Jehova, qui fuit mihi saluti. Exod. 15. 2.

3 ″ Cúmque hauserîtis aquas cum gaudio, è fontibus hujus salutis;

4 Dicetis tempore illo; ″ Celebrate Jehovam, proclamate nomen ejus, notas facite in populis actiones ejus: cõmemorate editum esse nomen ejus: Psal. 105. 1.

5 Psallite Jehovæ, quoniam [a] excellenter fecit: notum fiat istud in tota terra.

[a] *Heb.* excellentiam.

6 Claram ede vocem, & canta quæ habitas Tzijone: magnum esse in medio tui sanctum Jisraëlis.

ANNOTATIO IN CAPVT VIII.

1 *Edixit*] Superiori prophetiæ, quæ privatim Achazo & domui Davidis prænuntiata est, optimè concio hæc ad populum subjicitur: quæ etsi longa est, commodè tamen in quatuor partes distribui potest. Prima est prolepsis sive propositio summa totius concionis, quatuor primis versibus: secunda est denũtiatio tum maleficiorum populi, tum judiciorum Dei in populum maleficum, usque ad finem capitis: tertia est consolatio piorum uberrima, tribus seq. capitibus: ultima est conclusio εὐχαριστικὴ, duodecimo capite. Sunt autem in hac prolepsi partes duæ prudenter distinguendæ: una est, signi aspectabilis quod Jeschahhja statuit in filio suo; altera verbi, quod non tantùm prædicat, verùm etiam testibus adhibitis conscribit, ut sit Judæis testimonium. *Volumen magnum*] tum quia permagna est prophetia quæ in volumen fuit referenda, tum quia grandibus literis fuit exaranda; ut apud omnes testimonio esset. *Cum Maher*] id est, cum filiolo tuo recens edito, quem in signum hujus prophetiæ daturus es, ut Schear-jaschubum, suprà cap. 7. Est autem in his verbis ἀπλοκὴ a nobis ad evidentiam commutata, qua nõ perspecta hic locus fuit adhuc multis quæstionibus & difficultatibus involutus. *Stylo humano*] id est, quo efformatas literas quivis hominum etiam rudissimus possit cognoscere, & prophetiam legendo percurrere; ut Chabakuk 2. 2. 2 *Quamobrem*] nimirum ut filio nomen imperatum a Deo imponerem coram Ecclesia, & hoc signo adducerer ad prophetiam hanc prædicandam, literarúmque monumentis obsignandam. *Testes*] id est viros nominatim advocatos, ut testarentur nomen illud filio meo impositum in Ecclesia, cùm circumcideretur: nam eo tempore indita fuisse olim a parentibus nomina constat ex Genes. 21. 3. & 4. & Lucæ 1. 59. & 2. 21. Atque ex hoc ritu profectum esse illum nostrum constat, quo certi homines speciatim, maximè verò calamitosis temporibus (ut ista futura erant) adhibentur testes accessus ad Christum & ad Ecclesiam per baptismum, & nominis baptismo inditi: ex quo ritu Propheta occasionem sumpsit, ut testes filii sui ad alterum hoc singulare testimonium adhiberet. *Fidos*] id est fide dignos atque idoneos, quorum autoritas & testimonium permagni futurum erat in populo: nam alioqui ad probitatem & integritatem fidei in Deum non spectat Propheta, cùm Urijæ perfidia satis nota sit ex historia Achazi, quæ posteà evenit, 2. Reg. 16. 10. & sequentib. 3 *Cùm enim*] hæc historicè (ut narrantur) accipimus. *Prophetissam*] id est uxorem meam. *Maher-schalal*] id est, accelerando prædam festinat diripiens, nimirum Assyriorum exercitus: ut seqũes versus explicat. Est autem hoc ipsum nomen per anticipationem positum, suprà ver. 1. quo Deus promissionem domui Davidis factam nunc demum voluit in filio Prophetæ coram Ecclesia obsignare. Quamobrem etiam ὁμοιοκαταλεκτα verba in hoc quidem nomine sunt ad celeritatem summam melius exprimendam. vide Genes. 41. 32. 4 *Cùm nondum*] id est ante annum, aut breve aliquod tempus simile: periphrasis maximè familiaris. *Asportabit*] id est, deprædabitur Syros & Jisraëlitas: quod gestum est quarto Achazi anno, 2. Reg. 16. 9. 5 *Deinde*] transitio ad secundam hujus concionis partem; qua Jeschahhja judicia Dei denuntiat in Syros, Jisraëlitas, & Judæos; quæ infantis nomine fuerant præsignificata. 6 *Propterea quòd*] hujus denuntiationis partes sunt duæ; exprobratio scelerũ quibus populi isti tenebantur, hoc versu; altera, judiciorum quibus illos erat visitaturus Deus, duob. seq. quod utrũque caput deinceps exornatur, usque ad finem hujus capitis. *Populus iste*] Judæus. *Aquas Schiloachi*] id est, istis defensionibus suis non fuit contentus, neque acquievit promissioni Dei ultrò pollicentis se daturum salutem ipsi unica virtute sua; sed copias exteras & arma strepentia conduxit ad depellendum hostem: synecdoche in scripturis frequens, ut Psal. 46. *Euntes sensim*] id est nihil crepantes, aut præ se ferentes magnum, quod infideles æstimant: lentum enim & quasi serpentem fuisse Schiloachi fluxum ostendimus Nechemiæ 2. 13. *Et gaudium est*] id est, Syri & Jisraëlitæ ultrò delectantur malo vestro, ac petulanter vos infestant ipsi minimè lacessiti, ut expressit suprà 7. 6. 7 *Contra istos*] Syros & Jisraëlitas, quo consilio Achaz illius operam conduxerat. *Illius fluminis*] Euphratis, quem allegoricè accipit pro Assyrio exercitu: quod sequentium verborum exegesis docet. *Gloria ejus*] id est copiæ de quibus gloriatur, infrà cap. 10. *Ascendens*] id est transiliens omnes pacti cõventi leges, allegoricè. 8 *Pertransiens meabit*] tum superstite adhuc Achazo per expilationes barbaras, 2. Reg. 16. 18. & 2. Chronic. 28. 20. tum regnante Chizkija filio, 2. Reg. 18. *Usque ad collum*] i. usque ad Jeruschalaima, in quibus erat caput regni: allegoria regnũ cõparans cum humano corpore, ut infrà 30. 28. vide Deut. 33. 12. ut 2. Reg. 18. & 2. Chron. 32. ostenditur. *Implebuntq;*] i. Judææ totã occupabunt. *Terra tua*] q. d. quæ neque illius est, neque istorum; sed quam tu tibi vindicasti, & planè absque te perituram ab illo vindicaturus es. *ó Hhimmanuel*] id est Christe, fili Davidis, rex Judæorum, suprà 7. 14. 9 *Consociamini*] superiori denuntiationi sua exornatio subjicitur: qua primùm, ut antè, populi peccata exponit, usque ad versum 21. deinde ventura judicia, in fine capitis: quæ duo per apostrophen sarcasticam his duobus versibus objiciuntur populo. q. d. agite quidlibet, confirmate vos fœderibus, consiliis, armis, auxiliis, & si quid est hujusmodi: id tantùm efficietur quod placebit Deo. *Populi*] Syri cum Jisraëlitis, & Assyrii cum Judæis. *Conterimini*] ex decreto Dei; quod propterea enuntiat Jeschahhja imperandi modo. *Auremq; præbete*] ita ut cognito judicio ipsius celebris efficiatur Deus, & munera Regi Jechizkijæ offerantur: quod legimus factum 2. Chron. 32. 23. 10 *Sed Hhimmanuelis*] id est, hoc verbum fiet, quod pronuntiatur per me Hhimmanuelis Christi administrum. 11 *Nam ita edixit*] hujus exornationis qua peccata judiciáque proponuntur, prior pars exprobrat populo tria peccatorum genera; quæ eadem reprehenduntur in Schaüle, 1. Chronic. 10. 13. primum est infidelitas maxima, præsidia sibi extra Deum comparans, usque ad versum 16. secundum, obfirmatio pertinacissima, ver. 16. & duobus seq. tertium atque gravissimum, dæmonum consultatio, ver. 19. & 20. *Adhibita confirmat.*] id est, me ipsum confirmans adversus populum & omnia adversa per promissionem & virtutem suam, quemadmodum ostenditur seq. versu: sic 1. Schem. 23. 16. 12 *Nedicatis*] id est, neque animo consentiatis, neque verbo conveniat vobis cum hoc infideli populo. hîc enim exponitur primum peccati genus, ut diximus proximè præcedẽti versu, nimirum infidelitas publica Judæorum non acquiescentium aquis Schiloachi, sed alienæ auxilia fœderáque Deo negecto procurantium: quod studium Deus conjurationem vocat, ut eò magis ab illo servos suos deterreat: neque populum totum dehortatur (cujus obfirmationem docet infrà ver. 16. & seq.) sed tantùm Prophetam cum piis & electis e populo, ad quos sermonem habet. *Dicit populus iste*] id est, statuit fœderatos sibi esse adjungendos, quorũ ope ab exteris incommodis defendatur. *Timore istius*] id est infideli timore; qualis timor ita percellit istum, ut promissa Dei repudiet, concilietque in fœdus conjuratos. 13 *Sanctificate*] credendo promissionibus ejus, & fiduciam vestram in eum liberè ostendendo: ut Numer. 20. 12. 14 *Vobis*] eclipsis, quæ ex antitheto membro facilè percipitur. *Ambabus domibus*] Jisraëlitarum Pekacho, & Judæorum Achazo parentium. Est autem hîc explicatio veri effectus Christi contra infideles, ut infrà 28. 16. 15 *In qua*] exegesis superiorum similitudinum, lapidis, & laquei. 16 *Liga*] secundus exprobrationis locus de obfirmatione Judæorum, ut diximus suprà in versum

11. quem

11. quem similiter enuntiat Deus Prophetæ & piis coram toto populo, ut testatum faciat pervicacem esse illorum obdurationem; ac proinde neque prophetias, neque legem ipsam ad illos amplius pertinere; sed ad credentes tãtùm θυοδιδάκλους. *Contestationem*] id est, prophetiam hanc & volumen tuum (de quo suprà ver. 1.) involve, ne amplius sit in oculis istorum, quandoquidem ut infideles ludificantur eam. *Consigna legem*] id est eam annuntia, cõmitte, & crede illis quos nosti doctos a Deo esse, ut infrà 54.13. 17 *Nam præstolans*] cõfirmatio decreti Dei contra obstinationem Judæorum, a signis præsentibus & præteritis quæ Propheta dederat ex mãdato Dei, ut oculorum aspectu infidelis populus magis afficeretur. *Qui abscondit faciem*] id est, se verbúmque suum subtrahit, & me volumen jubet complicare atque recipere. 18 *Ecce ego*] id est, propterea quòd populus iste jam adeò occalluit ut nihil proficiat auditione legis atque Propheta rum, imperavit Deus ut istorum oculis signa exhiberem judiciorum suorum, in me & in liberis meis: ac primùm quidem in Schear-jaschubo, capite 7. quo signo denũtiavi gravissimam ultionem populo, adeò ut reliquiæ tantùm ad salutem perventuræ sint: deinde in hoc puerulo Maher-schalal-chasch-bazo, quo signo ostendi maximam fore direptionem istarum gentiũ: ac postremò in me, cùm voluminis complicatione & legis apud credentes consignatione demonstravi populo huic ipsum a Deo derelictum esse. Quod judicium Dei cùm a Prophetis typicè tantùm designari potuerit, a Christo verò (ut prophetarum principe) exhibitũ sit & re ipsa in Ecclesia præstitum; non mirum est si Apostolus hunc typum per anagogen ad suam æternam veritatem accommodat, Heb. 2.13. 19 *Cùm enim*] transitio ad tertium peccatorum genus per ætiologiam, hoc modo: meritò sanè populus iste a Jehova deseritur, & signis de gravissimis calamitatibus præmonetur. Nam non tantùm infidelitate alienam opem implorat, non tantùm se ipse in peccatis obfirmat, & aversatur Deum; sed diabolo operam dat, & pios in idem scelus sollicitat, ut seducantur si fieri potest. Hoc autem Propheta exprimit sermone conversò ad pios, ut eos instituat de atrocitate istius criminis, & confirmet in bono. *Pythones*] id est, magos aut divinos quosslibet, synecdochicè. *Qui pipiunt*] amplificatio indigni facinoris populi a vanitate istarum divinationum, quam ipsa forma arguit: non sunt, inquit, isti seductores tanta facultate prædíti, ut aut ore aperto claráque voce enuntient, aut verbis planis explicent quæ dicenda forent, sicut nos prophetæ judicia Dei palam voce quàm maxima planíssque verbis prædicimus: sed in ventre suo, aut imis faucibus ita pipiunt, ut pulli nondum excluſi suo putamine; aut si quid voce efferunt, ita illud mussant, ut sibylla ex tripode: quam eandem rationem Propheta explicat infrà 29.4. & historici passim. *Nónne populus*] dehortationis suæ causas duas Propheta affert: unam ex absurdo, non esse homini communicationem ullam cum Deo, qui mortuos consulat; alteram, tationem istam consulendi mortuos & a lege ac prophetiis aberrandi, gentium earum esse quæ ignorant Deum: Deut. 18.9. & seq. *Mortuos*] id est, eos qui rebus mortuis ad divinationem abutuntur. 20 *Cuicunque*] id est quisquis planè ignorat Deum. 21 *Quapropter*] conclusio secundæ hujus partis a summa descriptione judiciorum Dei, ut dictum est in versum 9. tam miseri, inquit, futuri sunt, ut neque in cœlo neque in terra ipsis ostendatur salus ulla, spes salutis, aut consolatio. *Illam*] terram Jisraëlis. *Difficultatibus pressus*] impius quisque Judæus, & Jisraëlita. *Efferbuerit*] præ indignatione & desperatione. *Regi suo*] cujus operà videlicet fuisset servandus ab hostibus & difficultatibus rerum, ac liberandus in terra. *Deo suo*] cui confidebat, sentiens se frustrà confisum esse. *Sursum*] ad Deum suum. 22 *In terram*] ad Regem suum: ὑς ἑρωσις. *Oppressio*] gradatio; pro eo quod est, erit calamitas, & vacuitas ab omni luce, aut spe ex calamitatibus evadendi. *Obscurato*] id est, versante in densissimis & confertissimis miseriis, atque exagitato ab illis magis ac magis; quod compleri cœptum est inde a temporibus istis, bellis subinde emergentibus.

In Caput IX.

1 *Sed non obscurabi.*] tertia pars concionis, consolatio; qua pii ex Jehuda & Jisraële confirmantur adversus futuras calamitates. Sunt autem hujus consolationis universè argumenta tria: primum est ab instabilitate prædictarum afflictionum, ne fortè defetiscantur piorum animi, toto hoc capite, & versib. quatuor primis sequẽtis capitis: secundum est, a misero casu excidióque ipsorum hostium, qui populum Dei malis affecerint, sequente capite inde a ver. 5. tertium & summum est a promissione regni Christi, in quo fons inest liberationum omnium singularium, cap. 11. Quod autem ad primum hunc consolationis locum, observandum est proponi in genere cõsolationem totam, duobus primis versibus, non fore nimirum perpetuas illas oppressiones quibus erat populus Dei castigandus: deinde confirmatur hic consolationis locus a benevolentia Dei erga populum suum propter venturum Christum, usque ad versum quintum. *Non obscurabitur*] id est, postquàm multa incommoda fuerit perpessa terra promissa tota, non semper manebit in illis, ac velut perpetuis tenebris obruetur; sed liberabitur tandem Ecclesia per adventum Christi. *Tempus hoc*] nimirum quo mox Tiglath-Pileser rex Assyriæ ab Achazo conductus Jisraëlitas erat invasurus, 2. Reg. 15.29. *Levius affecerit*] quàm sequens tempus affecturum est: nam pars tantùm Jisraëlis deportata, & terræ occupata est, ibidem. *Terram Zebulunis*] id est Jisraëlitas, per synecdochen: sed horum potissimùm fit mentio, quia ab his cœpit tum calamitas per Assyrios, tum liberatio per prædicationem evangelii Christi, seq. versu. *Posterius illud*] quo Schalman-asar totum Jisraëlem invasurus erat, occupaturus, & deportaturus, 2. Reg. 17. *Viâ maris*] sequitur definitio certissima liberationis per Christum: qua Propheta exponit exortum ac veluti primam lucem Evangelii ibi cœpturam esse nominatim, ubi cœperat calamitas; & locum verbis apertissimis circumscribit, prout accõmodat Matthæus 4.15. His enim verbis definitur inferior Galilæa, non autem superior, ut plerique existimant: quæ secundum Jardenem protenditur, ad mare Tyberiadis sive lacum Genezareth adjacet, & feracissima regio est, teste Mosche Deut. 33.23. ac proinde populosissima. *Galilæa populosa*] quod plerique appellationem hãc tribuunt superiori Galilææ, quia gentibus est cõtermina, habet quidem speciem; sed locutio exemplo caret: præterea a circumstantiis abest quæ modò positæ sunt: ac postremò discedit ab interpretatione Matthæi. Nam has omnes circumstantias nobis quidem constat non ad superiorem, sed ad inferiorem Galilæam pertinere. Fefellit quidem illos nomen gentium: sed nos amphibologiam interpretatione nostra sustulimus. *Populus*] id est Zebulunitæ & Naphtalitæ. *Ambulant in tenebris*] id est, non tantum corporalibus, sed etiam spiritualibus malis, velut densis tenebris, obruuntur. *Videbunt*] id est, incipient videre atque percipere lucem liberationis suæ, unde cæteris etiam Jisraëlitarum partibus affulgebit: nam in partibus illis primùm prædicavit Christus, lucem suam cum hominibus communicans, & ibi fecit prima miracula. 3 *Amplificans*] promissionis præcedentis de liberatione & salute populi causa nũc demum exponitur κατὰ σύγκρισιν, ut diximus in versum 1. Est autem hæc σύγκρισις sive comparatio instituta inter superiorem administrationem quæ præcessit adventum Christi, & illam quæ est in regno ipsius: tota, inquit, superior administratio varia fuit secundis, adversis, lætis, tristibus, duris, facilibus, turbulentis, quietis, omnibus denique rebus instabilibus: adeò ut ne magnificentissimæ quidem victoriæ suo luctu vacaverint: sed regni hujus quod suscepturus est Christus, eóque Ecclesiam suam illustraturus, in eo pax futura est sempiterna: hujus comparationis prius mẽbrum tribus versibus continetur, posterius ver. 6. & 7. *Hanc gentem*] q.d. cùm populum tuum insigni aliquo bono, victoria, aut honore auxisti, lætitiam tamẽ stabilem minimè præstitisti. *Lætati sunt*] id est, nullam lætitiam conceuti sunt ἀκονιτὶ καὶ ἀναιμακτὶ, sine sudore & sanguine; sed permagno illis constitit: nam ardui labores lætitiam bre-

vem anteiverũt, ut ſudores meſtem; & pugnæ graves ſpolia, hoc verſu: quod duob. ſequẽtibus exornatur. 4 *Cùm jugum*] id eſt, quoties liberaviſti populum tuũ ab exterorum tyrannide, quæ metaphoris duabus figuratur. *Ut die Midjanit.*] quo divina victoria a Iſraëlitis reportata eſt; quam etiam propter nobilitatem in exemplum Propheta iterũ adducit infrà 10.26. 5 *Quando tota*] id eſt, quo die tota Midjanitarum caſtra, divinitus inter ſe commiſſa, tanquam igne accenſo, cum rebus ſuis omnibus conſumpta ſunt: etiam huic victoriæ, inquit, ſuæ fuerunt difficultates; & lætitia quam inde percepit populus, non longo intervallo mutata eſt. *In concuſſu*] id eſt repentino motu, quem inter ipſos Midjanitas excitavit Deus, ut obverterent gladium alter in alterum. 6 *Sed*] altera pars συγκρίσεως, ut dictum eſt in verſum 3. *Puer*] Jeſus Chriſtus, is de quo prophetaverat ſuprà 7.14. Etſi puerum fortaſſe alterã etiam de cauſa nominavit, nimirum ut tenuitatem & infirmitatem quæ illi in ſpeciem futura erat oſtenderet, ut Zecarjæ 9.9. qua ratione ampliùs hæc comparatio illuſtratur. *Filius*] Dei videlicet, qui ſolus vocavit nomen illius cùm illum nobis traderet. *Cujus humero*] id eſt, cui nullum jugum unquam imponi poſſit, ſed qui obtineat ampliſſimum & conſtãtiſſimũ imperiũ: ut accipitur infrà 22.22. Hoc enim mẽbrum eſt antitheton jugi illius & virgæ, quæ humero populi incubuiſſe dicitur ſuprà ver. 4. Hujus autem regni conditionẽ deinceps explicat primùm a vocatione Dei, hoc verſu; deinde ab effectis, verſu ſequẽte. *Jehovæ*] æternus pater æterni filii: nam Deus ſolus hæc nomina magnifica poteſt & dare & accipere; ut ipſe dicit infrà 42.8. & 48.11. *Admirabilem*] tum natura ipſius, tũ operibus univerſis, atque inprimis erga Eccleſiã explicatis: eſt enim Deus qui facit mirabilia ſolus, Pſal. 72.18. & 136.4. *Conſiliarium*] ut Proverb. 8.14. *Patrem æternitatis*] qui ipſe ſempiternus eſt, & idem in omnibus æternitatis autor. *Principem pacis*] id eſt autorem & effectorẽ pacis noſtræ, omnes in uno corpore recõciliantem Deo per crucem, peremptis inimicitiis per eam: Epheſ. 2.16. ut ſine metu e manu inimicorum noſtrorũ liberati ſerviamus ipſi, Lucæ 1.74. 7 *Zelus*] id eſt, hæc Deus Pater in Chriſto effecturus eſt propter nomen ſuum. 8 *Verbum*] exornatio præcedentis conſolationis, a circumſcriptione prophetica eorũ tẽporũ quibus judicia Dei fuit perpeſſurus populus, donec per zelotypiam Dei miſſus eſt Chriſtus ad liberationem ejus; ſumpta occaſione a verbis proximè præcedentibus. Continentur autem hac exornatione tria: primum eſt, narratio miſericordiæ Dei, a peccatis populum revocãtis verbo, tribus verſib. ſecundum, prophetica narratio judiciorum, quæ ita eventura erãt immorigeris verbo ut minimè perderentur pro meritis ipſorum, uſque ad caput 10. tertium, narratio beneficentiæ Dei propter ſe ipſum ſervantis reliquias ex populo tã immorigero, verſib. quatuor ſequentis capitis. *Jahhakobo*] id eſt toti populo, Judæis & Iſraëlitis. 9 *Populus iſte*] Judæorum. *Ephrajm*] i. Iſraëlitæ, per ſynecdochen. 10 *Lateritia opera*] proverbiale dicẽdi genus, quo pervicaces in Deum utuntur. q.d. utcunque nos miſerè attriverit Deus, tamen vel ipſo invito reſtaurabimus noſtras magnificẽtiùs inſtaurabimus, & ſuperabimus judicia ejus, reſarciemúſque virtute noſtra: ſic Maleaci 1.4. 11 *Sed cum*] tranſitio a verbo ad judicia Dei, quia verbo prævidet Propheta non fore ut reſipiſcat populus. Eſt itaque in hac continuatione ſermonis paralepſis. q.d. ſed quandoquidem fruſtrà Dominus immiſit verbum, jam audiamus verbera quibus uſurus eſt. Tres autem illorum gradus pro ratione temporum a propheta ſtatuũtur: primus, adventu Tiglat-Pileſeris, tribus his verſib. ſecundus, adventu Schalman-Eſeris utroque, a ver. 14. ad 18. tertius, adventu Sancheribi & Eſar-Chaddonis in Chizkijam & Menaſchem, a ver. 18. ad finem capitis. *In editum*] id eſt, ſuperiores effecerit Aſſyrios, 2. Reg. 16.9. *Hujus*] Iſraëlis. *Commiſcebit*] id eſt, faciet ut promiſcuè omni ex parte convolent operam dantes Aſſyrio, ut verſus ſeq. oſtendit. 12 *Toto ore*] id eſt, ferarum more inhumaniſſimè conſumendo, & nulla ratione parcendo. 14 *Exſcindet enim*] per Schalman-eſerem, 2. Reg. 17. atque hic ſecũdus eſt judiciorum gradus, ut diximus ver. 11. *Caput & caudam*] id eſt a ſummo ad imum, a præſtantiſſimo ad abjectiſſimum: metaphoræ ab animantibus & plantis, quas ſequẽns verſus explicat. 16 *Quod fuerint*] ætiologia a commuĩ corruptione omniũ, ut ſuprà 3.3. 17 *Non lætabitur*] ſed velut invitus ſuppliciũ ſumet de omnibus. 18 *Nam exard.*] tertius gradus judiciorum, quòd populus non tantùm opprimetur Aſſyriorum dominatu Sancheribo & Eſar-Chaddone rege, ſed etiam ſua ipſius operâ magis ac magis labefactabitur; prout non dubium eſt hos in alios fuiſſe tyrannidis Aſſyriorum adminiſtros, quod malum hoc verſu allegoricè enuntiatum ſequẽtibus exponitur. *In minutiſſimum*] id eſt, ſuo ipſorum igne in pulverem & fumum abeant. 19 *Obſcurabitur*] id eſt opprimetur adverſitatibus, ut ſuprà ver. 1. 20 *Ut ſcindat*] id eſt, licet populus undequaque ſtudeat adipiſci victum, & hîc illîc conquirat, erit ſemper egentiſſimus. *Carnem brachii*] id eſt propinquos & neceſſarios ſuos: auxeſis. 21 *Simul iſti*] ut credibile eſt feciſſe, cùm Sãcherib Chizkijam oppugnavit, & Eſar-Chaddon Menaſchem deportavit. Sic enim hoſtes operâ eorum quos bello ſuperaverunt abuti multis exemplis conſtat, ut 1. Schem. 14.22.

In Caput X.

1 *Væ decernentib.*] tertius exornationis locus, quo narratur primùm gravitas ſcelerũ, quibus Iſraëlitæ tenebãtur & maledictionẽ Dei ſibi accerſebãt (quod ſpectat ad amplificãdã Dei miſericordiã) duob. verſibus; deinde miſericordia Dei ſuccurrentis inopibus ad gloriã ſuã, duobus alteris. *Decernentibus*] i. tũ autoribus maleficiorũ, tũ etiã adminiſtris. 3 *Ecquid*] nimirum ſine me, ſeq. verſu. q.d. nónne peccatis veſtris ipſi concideretis, deſtituti omni ope, & tota gloria veſtra ſpoliati, niſi miſereret me veſtrĩ: elegãs cõteſtatio ad amplificandã Dei miſericordiã erga electos. *Ubi relinqueretis*] i. cujus fidei cõmitteretis? ubi deponeretis aſſervandã? 4 *Abſque me*] i. niſi ratione ducerer nominis & veritatis meæ. *Infra vinctum*] i. fieret omniũ longè miſerrimus, mancipio abjectiſſimo aut cadaveri putri minimè comparandus. *Omnibus illis*] i. nec dũ cõquieſceret ira ejus morte, ſed præcipitaret in damnationem æternam. 5 *Væ Aſſyrio*] ſecundus locus cõſolationis, a miſero exitio eorum qui populum afflixerint, ut diximus ſuprà 9.1. Sunt autẽ hujus denũtiationis contra Aſſyrios tres partes: prima eſt propoſitio ſumma judicii & maledictionis Dei contra Aſſyrium, duobus verſib. ſecunda, narratio conſiliorum & factorũ Aſſyrii quibus ſibi creabit malum, a ver. 7. ad 16. tertia, narratio prophetica tũ judicii quod adhibiturus eſt Deus pro liberatione populi, uſque ad ver. 28. tũ expeditionis totius, itineris, loci, & temporis, quo ſuũ illud judiciũ effecturus eſt Deus, inde ad finẽ capitis. *Virga iræ*] i. quo, tanquã virga, irã meã ſum in Iſraëlitas profuſurus. *Quamvis*] occupatio, qua anticipat Deus objectionẽ hanc: atqui ſi virga tua ſunt, quo jure illis maledici poteſt? reſpõdet Deus, quãvis utar ipſius operâ, & per injuſtos adminiſtros juſtiſſimè & ſapiẽtiſſimè conſilium meũ exequar; tamen non continuò immunes a maledictione putandi ſunt. Nã bene foret illis, ſi quo conſilio utitur Deus in adminiſtrandis judiciis ſuis, eodem illi in exequendis ducerentur: verùm alius eſt planè eorũ animus: ſic paratur tranſitus ad narrationem verſus 7. *Baculus ſit*] i. ipſi, velut baculo vel fuſte cẽdẽtes Iſraëlem, exercẽãt indignationẽ meã. 6 *In gentem*] Iſraëlis, & Judæ. *Prædetur prædam*] quod Propheta ſignificaverat ſuprà 8.3. 7 *Nam ipſe*] narratio ætiologica, ut modò diximus, qua exponit Propheta primùm glorioſum conſiliũ invadẽtis, quinque verſibus; deinde ſuperbiſſimã gloriationẽ ex victoria, ver. 12. & duobus ſeq. ac poſtremò cõteſtationẽ adjicit ad excutiẽdã inanẽ cõfidẽtiã ejus, verſu 15. 8 *Principes*] i. duces ſervientes mihi: ut 2. Reg. 18.24. exponit Rabſchake. 9 *Nónne*] i. nónne hãc adæquavi illi, utcũque fuerit potẽs? *Carcemiſch*] de quo 2. Chron. 35.20. *Calno*] ſive Calne, de qua Gen. 10.10. *Arpad*] de quo 2. Reg. 18.34. *Chamath*] vide Gen. 10.18. 10 *Præſtabãt*] dignitate, facultate, numero, & ſi quid eſt ejuſmodi quod cẽſent idololatræ. 11 *Terriculis*] vide 1. Schem. 31.9. 12 *Atqui*] repetitio denuntiationis, μεταβατικὴ ad narrationẽ ſuperbæ gloriationis ex victoria, ut diximus in ver. 7. *Cùm perfecerit*] i. caſtigationem inſtitutam abſolverit, tempore Chizkijæ obſeſſis Jeruſchalaimis.

Fructum

Caput XI.

Fructum insolēt.]i.insolētissimā jactationē, quā ostēdūt proximè sequētes versus. 13 *Quia dixerit*] cōfer hos versus cum 2.Reg.18.& 19.& infrà 36. *Instructissimos eorum*]terminos videlicet, id est, regiones potētissimas & munitissimas. Est autē in tota hac verborū serie gradatio elegantissima. 14 *Imò*] thrasonica allegoria, qua Assyrius, omnia sibi arrogat, & hostes cōparat cū aviculis abjectissimis. *Agitet alam*] ad evolandū, aut involandū. *Aperiat os*] ad impetendum me. *Pipiat*]ad implorandā opē, aut expostulationē faciendā. 15 *Angloriabitur*] contestatio, ut diximus ver. 7. qua Deus Assyriū cōtra evincit imbecillitatis ipsius: se cū artifice, illū cum instrumento cōparans. *Contra cadentem*]ut Assyrius contra Deum extulit vocē suā, sicut idē Propheta loquitur 2.Reg.19.22. *An non lignum*]i. nulla facultate præditum ad movendum se, aut efficiendum quicquā. 16 *Idcircò*]tertia pars, narratio Prophetica bimembris, ut dictum est suprà in ver.5. Continetautē hoc prius mēbrum narrationē judicii cōtra Assyrios, quatuor versib.& usus ex judicio hoc ad populum perventuri, ver.20.usque ad 28. *Immittet Dominus*] qua nocte percussit angelus Jehovæ in castris Assyriorū centū octoginta millia, 2.Reg.19.35.& 2.Chronic.32.21. *Pingues*] id est potentes: sic Judic.3.29.& Psal.78.31. *Macrem*]i.luem repentè ipsos consumentem maci. *Locogloriæ*]i.vbi gloria Dei habitat ante mœnia Jerusalem aliorum. *Ardor*]id est, lues ardentissima confestim Assyrios tabefaciēs. 17 *Lux Jisraëlis*]Deus Jisraëlitas illustrans & sanctificā. *Vepres ejus*]Assyrios, quibus ut sentibus vepribúsque cohorrebat terra. *Eodem die*] eadem nocte, quæ pars est diei: synecdoche. 18 *Gloriam*]i.omnes valētes robore, de quibus gloriatur, 2.Chron.32. *Cùm dissolvetur*] cùm rex ipse profugus, & quidē contentissimè se proripiens fugā, quasi persequēte igne consumetur à filiis cæsus: ut factum esse legimus in libris Regum, & Chronic. ibidē. 19 *Reliqua ligna*] i. superstites Assyrii: pergit enim in allegoria. 20 *Erit autem*] explicatio usus ad populum perventuri ex præcedente judicio & liberatione, nimirum fidei & respiscentiæ. *Percussore suo*] i. Assyrio, virga percutiente ipsum, baculo indignationis Dei, suprà ver.5. *Jehova*]qui verus est percussionis author, virgam suā in percussionibus occupans, ut suprà 9.13. 21 *Reliquum revertetur*] expositio nominis Schear-Jaschub, quo suprà usus est 7.3. 22 *Nam si fuerit*] ætiologia promissionis Dei erga reliquias, ab æterno consilio & potentia ejus, ut accommodat Apostolus Rom.9.27. *Consummationem præcisam*] qui solus Deus fortis potētissimus per justitiam suam & propter veritatē suā id præcisè cōsummaturus est quod ab æterno definiverit, ut sequens versus explicat. *Inundaturū*] i.plenè effecturū, ita ut nullo consilio, nulla vi, non amplius quàm exundans amnis, sisti aut impediri possit; etsi primùm in speciem aquula iens sensim videbatur, suprà 8.6. 23 *Præcisam*] i. præcisè ut decrevit bene placito voluntatis suæ. 24 *Idcirco*] apostrophe ad populum, summam superiorum judiciorū cōtinens ad cōfirmādum ipsum, quatuor versib. *Virga sua*] i. ita agitabit te Deus per Assyrium, ut per Ægyptium olim majores tuos. *Baculum suum efferet*] Jehova ad defensionē & liberationē tui, ut cùm Mosche baculū jussus est protēdere ad secādum mare Exod. 14.16. 25 *Cōsummata indig.*] mea scilicet, qua excādui in te, quēadmodū dixit suprà ver.5.& 6. *Tum ira mea*] ut effectum est die illo cujus meminit suprà, ver.17. 26 *Excitabit enim*] i. momēto illos ita perdet per noctis unius spatiū, ut Midjanitas & Ægyptios olim. *Baculo suo*]quem protēdi mare versus a Mosche imperavit Deus, Exod.14. 26. 27 *Propter oleum*] i. propter Christum liberaberis, in quo quiescit spiritus Jehovæ, quia unxit eū infrà 61.1. Est autem hoc propterea positū, ut trāsitio cōparetur ad tertiū cōsolationis locū, cap.11 quod totum hujus promissionis est exegeticum. 28 *Cùm pervenerit*] alterū narrationis mēbrū, quo Propheta expeditionē totā Assyrii, iter, tempúsque, & locū circumscribit, quo judiciū hoc effecturus est Deus, ad finē usque. *Hhajanam*] i. agrum Hhaji, quod antè eversum fuerat Jehoschu.8. *Migrone*]de quo 1.Schemu.14.3. *Micmaschi*]de quo 1.Schem.13.1. 29 *Transitum*]de quo 1.Schemu.14.1. *Gebahhi*]erat enim Gebahh a meridie, cōtra alterū scopulum ex adverso Micmaschi, 1.Schem.14.6. 30 *Claram ede*]apostrophe quasi in rem præsentem ventum esset, describēs miserabilē & altissimum ejulatū. *Gallimorum*]in tribu Binjaminis, ut alia omnia, præter Lajischū, usque ad ver.32. *Lajischum usque*] i.ad summum usque terminum & remotissimum terræ: vide Judic 18. 32 *Adhuc ipso d.*] i.cùm vix dum Nobo profectus, ad murum accesserit. *Agitaverit*]i.cùm primùm castris positis ad Jerusalaima, bellū Jerusalaimis denuntiaverit, necdum fuerit jaculatus sagittā, aut missilia diffuderit, 2.Reg.19.32. 33 *Ecce*]i.tunc tēporis Deus Assyrios profligabit: quod eadem allegoria sylvæ a Propheta figuratur. *Ramum*]i.procerē quēque. 34 *Libanus*]id est, quamvis elatissimi & numerosissimi: allegoria. *Per magnificum*]Deum utentē angeli operā; aut etiā angelū potētia Dei armatum: nam propterea etiam angeli robustissimi appellantur, Psal.78.25.itémque virtutes, & potestates, potentiæ, imperia, dominiáque, Ephes.1.21.& Colos.1.16.

In Caput XI.

1 *Nam prodibit*]tertius locus consolationis, ut dictū est suprà 9.1.a promissione regni Christi, qui fons & causa est liberationū omnium generalium singulariúmque, corporalium & spiritualium. Sunt verò in hoc consolationis loco descriptiones duæ: una est personæ, officiorúmque Christi; quinque primis versib. altera effectorū, inde ad finem usque. Hoc autē versu allegoricè prænuntiatur Christus, & status stirpis regiæ ex qua nasciturus erat, ut illustrior sit cōparatio beneficentiæ Dei cū judicio proximè præcedente, quod per allegoriā ejusdem generis est adumbratum. *Virgula*] i. humilis in speciem & abjectus Christus, ut observatum est suprà 9.6. *Trunco succiso*] i. regia stirpe Davidis, quæ tùm principatū omnē amiserit, & extincta tota videbitur. In summa, hoc versu gēs ipsa Christi, adeóque Christus describitur, dona in Christū collata, versu seq. regia verò administratio & officiū ejus sanctissimū, trib⁹ aliis. 2 *Spiritus Jehovæ*]i.virtus & dona infinita spiritus, quæ sequēte accumulatione a Propheta designātur. 3 *Cujus odorat.*]i. qui nō infirmè, tenuiter, atq; humanitus singula odorabitur, & cognoscet in speciē; sed recto judicio penitus omnia cognoscēs judicabit. *Reverentia Jehovæ*]& reliquis donis spiritus quæ modò dicta sunt, synecdochicè: sic enim Hhebræi solēt ab ultimo per ὑςέρωσιν incipere. *Ad aspectum*]sine notitia & cæteris donis. 4 *Virga oris*]i.verbo potēte suo. 6 *Qua propter*]altera pars consolationis, ab effectis Christi quę ad nos perveniūt regno ipsius. Sūt autē hæc effectorū genera, primū, pacis in universitate conversatio, usq; ad versum 10. secundū, electorū cōvocatio & adunatio, usq; ad vers. 14. tertiū, adversariorū edomatio ad cōmoditatē & usum suorū, inde ad finē. Primū hoc porrò effectorū genus totū est hyperbolicē: ut infrà 65.25. *Cōmorabitur lupus*]i.potētissimi, ferocissimi, & damnosissimi quiq; ad Ecclesiā adducētur domiti potēria Christi; ac ne trepidi quidem pueruli sibi ab illis ampliùs metuent. 7 *Comedet stramen*]i.nō amplius in homines grassabitur, sed cōmuni pabulo utetur creatione instituto, ut Gen. 1. 30. ℞ eo quod est, instaurabūtur omnia. 9 *In toto mōte sanctit.*]i.in Ecclesia nihil erit dānosum; sed diligētib⁹ Deū omnia cōferēt ad bonū, qui ex proposito ipsius vocati fuerint, Rom.8.28. *Velut aquis*]q.d.erit in Ecclesia mare immēnsum cognitionis Dei, ut etiā ꝓphetatur infrà 54.13.& Jir.31.34. 10 *Erit etiā*]secūdū genus effectorū, ut diximus ver.6.sumptū ex prophetia Jahhakobi Gen.49.10. *Requies ejus*]i. Ecclesia, domus Dei, in qua requiescit Christus, ut Psal.132.14. 11 *Secundò*]ut primò fecerat, cùm liberaret ex Ægypto. *Patroso*]vide Gen.10.14. *Hhelamo*] Gen.10.22. *Schinhhare*]Gen.10.10. *Chamatha*]Gen.10.18. 12 *Depulsos Jisraëlit.*]ex promissione, Deut 30.4. 14 *Involent*]i.mutuas operas præstent,& cōmunes vires uno consensu adhibeant ad subjugādos & domādos hostes regni spiritualis Christi: ut olim in a lipiscēda possessione terræ (quæ symbolū erat spiritualis regni) a Deo fuerat imperatū. Judic.1. 15 *Ipsum flumen*]Nilum Ægypti. *Ea inflante*]nimirū fluēta Nili (quæ mox nominantur)& ipsum fluare. q.d. ita accumulāte aquas vēto ipsius, ut omnia cedant & se accōmodēt ad salutē populi Dei, quēadmodum

fuerat olim factũ, Exod. 14. & Jehosch. 3. *Septem fluēta*] ostiis suis septē irrũpētia in mare. 16 *Ex Assyria*] & Babylone, quia regnum utrumque coaluit postea in eandem Monarchiam: quod genus synecdoches receptũ in scriptura est, ut Hhezræ 6. 22. hæc autē allegoricè dicuntur ad figurandam liberationem spiritualem per Christum, cujus aliæ omnes fuerunt typi atque particulæ.

In Caput XII.

1 *Itaque*] Conclusio laudativa totius concionis (ut dictum est suprà 8. 1.) Continet duo laudationis genera pro duabus partibus salutis acceptæ a Deo per Christum: unum est, liberationis a malo, duobus versib. alterũ, infinitæ beneficētiæ quam in Christo percipiũt credētes, versibus quatuor reliquis. *Consolarúme*] verbo & opere. 2 *Ecce*] propositio fiduciæ in Deum ad futurum tēpus, propter naturã, officiũ, gratiámque Dei, & experientiam anteactam ejus. 3 *Cumq; hauserit.*] transitio ad alterum laudationis genus, ex profusis in Ecclesiam beneficiis Christi salutaribus. 4 *Celebrate Jehovam*] laudatio Dei a majestate, operibúsque ejus, & singularibus in Ecclesiam beneficiis.

Caput XIII.

Deus per Prophetam Babyloniis (qui populũ erāt deportaturi) ruinã denũtiãs, primùm classicum canit, deinde luctum Babyloniis imperat: formam funestissimi judicii sui & personas administras explicat, vastationem Babyloniæ, & liberationem populi: quæ ut melius memoriæ mandari a populo possit, Propheta canticum præscribit, quo horrendum Dei judicium in Babyloniam figuratè explicat, deinde verbis Dei ipsius continuas calamitates Babyloniis denuntiat, & juramento exemplisq; confirmat atque omnipotentia ejus.

a Heb. onus Babeli.

1 ″a Onerosa prophetia in Babylonios, quam vidit Jeschahhja filius Amotzi.

2 ″Super″ montem eminẽtem attollite vexillum, ″efferte vocem ad illos: agitate manum, ut″ ingrediantur portas ingenuorum.

3 ″Ego præcepi″ sanctificatis meis; etiã″ vocavi potentes meos ad iram meam *exequendam*, exultantes *in* excellentia mea.

4 ″Vox multitudinis in istis montibus *auditur ad* similitudinem populi ampli: vox *b* tumultuosa, regna gentium congregatarum, Jehova exercituum lustrat exercitum *c* bellicum.

b Heb. tumultus. *c Heb.* belli.

d Heb. vasa.

5 Veniũt e terra longinqua,″ ab extremitate cœlorum, Jehova & *d* instrumenta indignationis suæ, ad corrumpendum″ totam istam terram.

6 ″Ejulate, nam propinquus *est* dies Jehovæ; cùm vastatio ab omnipotẽte advenerit.

7 Idcircò″ omnes manus remissæ erunt, & omne cor humanum colliquescet,

8 Et conturbabuntur, tormina & dolores corripient *eos*, sicut parturiens indolescent; quisque de proximo suo″ admiratione rapientur,

e Heb. facies flammarũ.

quòd sit″ facies inflammatissima facies eorum.

9 ″Ecce, dies Jehovæ advenit,″ sævus & excandescentiâ & accẽsâ irâ; ad″ disponẽdum istã terrã in desolationẽ, ut peccatores ejus pdat ex ea.

10 ″Nam″ stellæ cœlorũ & sydera eorũ non faciẽt ut luceat lux sua; tenebrosus erit sol ab exortu suo, & luna splendidã non edet lucem suam.

f Heb. in improbos iniquitatem ipsorum.

11 Et animadvertam in orbis habitabilis malitiam & *f* in improborũ iniquitatem; faciámque ut cessel fastus superborũ, elationémque violentorum dejiciam.

12 ″Faciam ut pretiosior sit mortalis auro purgatissimo, & homo insigni auro Ophirino:

g Heb. & in die accensionis iræ ejus.

13 (″Idcircò cœlos commoveo, & concutitur terra e loco suo; in excandescentia Jehovæ exercituum,ᵍ & quo die accenditur ira ejus)

14 ″Nam

14 "Nam erit ut caprea depulsa,& ut pecus,"nullo colligẽte: quisque ad populum suum spectabunt, & quisque in terram suam fugient:
15 Quicunque inventus fuerit transfodietur, etiam omnis decrepitus cadet isto gladio:
16 Et" parvuli eorum illidentur ante oculos eorum; diripientur domus eorum,& fœminæ eorum vitiabuntur.
17 "Ecce ego excito contra istos" Medum; qui argentum non æstimabunt,& ipso auro non delectabuntur:
18 Sed *ipsorum* arcus pueros allident;& fructus ventris nõ miserebuntur,filiolis non parcet oculus eorum.
19 "Eritq; Babylon,"ornamentum regnorum, ornatus excellentiaq; Chaldæorum; similis [h] subversioni, qua Deus subvertit Sedomum & Hhamoram.
20 "Non considebit in æternum,neque habitabit in [i] generationem quamque:neque figet tentorium ibi" Arabs; & pastores non facient ut recubent ibi *greges:*
21 Sed recubabunt illic [k] fera, & implebunt domos eorum [l] noxia animalia:habitabuntq; illic [m] ululæ,&" scopes saltabunt illic:
22 Clamabitq;" terrificum animal in viduatis palatiis ipsius, &" [n] serpens in templis [o] voluptariis; propinquum autem est ut adveniat" tempus ejus,&" dies ejus non protrahentur.

h Heb. subversioni Dei Sedomum;ut nomina apud Hhebræos verborum suorum cõstructionẽ obtinent. Genes. 19.
i Heb. generationem & generationem.
k Heb. deserta,id est, desertum colentia.
l Heb. faciẽtia ah,id est, dolorem & malum hominibus afferentia: est enim participium ductum ex interjectione dolentis.
m Heb. filiæ ululæ,ut Levit. 11.16.
n Heb. draco,id est omnis serpẽtis genus: vide Exod. 7.12.
o Heb. voluptatis.

Caput XIIII.

1 "NAm miserebitur Jehova Jahhakobi,&"eliget rursus Jisraëlitas quos reponat in terra ipsorum;"adjungétque se advena ipsis,& associabunt se domui Jahhakobi.
2 "Nam accipient ipsos populos, adducéntque eos in locum suum, & constituent se possessores eorum "Jisraëlitæ in terra Jehovæ,[b] ut servi sint & ancillæ; & captivos ducent eos qui captivis abusi fuerint ipsis,dominabuntúrque in exactores suos.
3 "Et erit, quo die requiem præstiterit Jehova tibi a dolore tuo & a commotione tua; ac a servitute dura illa [c] quæ exercita fuerit in te;
4 Ut proferas" parabolam hanc de rege Babyloniæ,ac dicas;" quomodo cessavit" exactor,cessavit" aurea?
5 "Fregit Jehova" baculum improborum,sceptrum dominantium.
6 "Percutientis populos excandescentia plaga" est [d] immota: dominans [e]" iracundè gentibus agitatur persecutione, *quam* non" cohibebit.
7 "Quiescit,tranquilla est" tota terra;fragorem edunt cantu.
8 "Etiam" abietes lætantur de te, cedri" Libani, *dicentes*; ex quo occubuisti,non ascendit ullus cæsor contra nos.

a Heb. domus Jisraëlis.
b Heb. in servos & ancillas.
c Heb. qua servitũ fuerit de te:sic Deut. 1.23.
d Heb. sine amotione.
e Heb. in ira sua.

9 ᵉSepulchrum infernè commotum est tua causa, ad occurrendum
advenienti tibi, excitat tibi expertes vitæ, omnes duces terræ: facit ut
surgant e soliis suis omnes Reges gentium;
10 Qui omnes alloquentes te ᵉdicant; ᵉetiam tu infirmatus es sicut
nos? nobis similis factus es?
11 ᵉDeducitur in sepulchrum fastus tuus, strepitus nabliorum tuorũ;
ᵉsubsternitur tibi lumbricus, & obtegit te vermis.
12 Quomodo decidisti ᵉde cœlis ᵉLucifer, ᵉnate Aurora? ᵉsuccisus
es usque in terram? ᵉdebilis es supra gentes?
f Heb. in corde tuo. 13 ᵉAt tu dicebas *f* cum animo tuo, in cœlos ascendã supra stellas Dei
fortis, exaltabo solium meum: & ᵉsedebo in monte conventus, ᵉin late-
ribus Aquilonis:
14 Ascendam supra excelsa nubis densæ, me æquabo excelso.
15 ᵉVerumtamen in sepulchrum dejiciendum, ad latera foveæ,
16 Videntes te consyderabunt te, in te advertent *dicentes*: hiccine vir
ille est qui commovebat terram, qui concutiebat regna?
17 Disponebat orbem habitabilem sicut desertum, & civitates ejus
destruebat; vinctos suos non solvebat *reversuros* domum?
g Heb. in gloria. 18 ᵉOmnes Reges gentium, quotquot sunt; occubuerunt ᵉ*g* glorio-
sè quisque domi suæ:
19 Tu verò abjiceris ᵉe sepulchro tuo, ᵉut surculus abominandus, *ut*
h Heb. onustorum gladio. vestimentum interfectorum, *h* onustorum crebris ictibus gladii: *ut* de-
scendentes ad lapides foveæ, ut cadaver proculcatum.
20 Non adunaris illis in sepultura, quia terram tuam corrupisti, po-
pulũ tuũ interfecisti; non prædicabitur in seculũ ᵉsemen maleficorum.
21 ᵉParate filiis ejus mactationem propter ᵉiniquitatem majorũ i-
psorum; ne surgentes hæreditariò possideant terram, & impleant faciẽ
orbis habitabilis civitatibus.
22 Nã insurgens contra eos, dictũ Jehovæ exercituũ; ᵉexcisurus sum
Babyloniæ nomen, & residuum, filiumq;, ac nepotem, dictũ Jehovæ:
i Heb. in hæreditariam possessionẽ. 23 ᵉEt disponã eam *i* ut sit hæreditaria possessio ᵉanatariæ, & stagna
aquarũ; everrámque eã everriculo perditionis, dictum Jehovæ exerci-
tuum.
24 ᵉJuravit Jehova exercituum dicendo: ᵉ*mentiar*, nisi quemadmo-
k Heb. imaginatus sum. dum *k* proposui mihi, ita fuerit; & quemadmodum consilium inivi, il-
lud exstiterit:
25 ᵉCùm frangendo Assyrium in terra mea, super montes meos pro-
culcavero eum; ut amoveatur ab istis jugum ejus, & onus ejus ab hu-
mero ᵉistius amoveatur.
26 ᵉHoc illud consilium est, quod initum fuit contra totam ᵉillam
terram; & hæc illa manus extensa contra omnes ᵉistas gentes.
27 ᵉNam Jehova exercituum ineunte consilium, ecquis irritum fa-
ciat? & manum ejus extentam, ecquis avertat?

ANNOT

Caput XIII.

ANNOTATIO.

1 *Onerosa*] Cùm Propheta supra capite 5. & 6. sub finem, non obscurè maximam cladem Judæis, eversionemque regni per Chaldæos futuram prænuntiasset, populum, tempus, expeditionémque futuram ita circumscribens ut non posset de ea dubitari: nunc demũ his duobus capitibus populum Dei consolatur duobus argumentis, nimirum narratione prophetica judicii quo Deus Babylonios perditurus est, hoc capite; & narratione restitutionis populi, in qua sit Deum celebraturus & judicium in Babylonios decantaturus, sequente capite. In narratione autem hujus capitis (ut nihil de inscriptione dicamus, versu 1.) tria ex ordine rerũ gestarum exponuntur: primum est proclamatio, qua Medi ad arma, Babylonii ad flebilem ejulatum provocantur, usque ad ver. 9. secundũ est narratio malorũ, quæ Babylonii divinitus & humanitus perpessuri sunt, inde ad ver. 19. tertiũ, eventus ex illa clade a Medis accepta consecuturus, ad finem usque. Quamobrem huic prophetiæ & aliis ejusdẽ argumẽti optimè attributa est oneris sive onerosæ prophetiæ appellatio. 2 *Super montem*] tota hæc proclamatio per hypotyposin scripta, quasi jã in rẽ præsentẽ ventũ esset, primùm ex autoritate Dei Medos armat, qui disertè nominãtur infrà ver. 17. & bellicam rationẽ apparatúmque describit elegãtissimè, versib. quatuor: deinde maximã cõsternationẽ Babyloniis imperat, ver. 6. & duob. seq. *Montem eminentem*] nã inde solẽt dari bellorũ tumultũúmve significationes in mõtosis regionibus & insulis; cujusmodi est Medorũ regio, in qua prædicit fore ut arma cõclamẽtur: sic infrà 18. 3. *Efferte vocẽ*] i. propinquos voce, & lõginquos significatione ad arma cõvocate. *Ingrediãtur portas*] i. invadãt & occupẽt terminos Babyloniorũ, qui ex aliena præda erãt locupletissimi. 3 *Ego præcepi*] ætiologia superioris proclamationis, a decreto & arcano instinctu Dei. *Sanctificatis*] id est Medis & Persis, quos ego destinavi atque comparavi ad exequendum judiciũ meũ. *Vocavi potentes*] i. potẽtia instruxi, & excellentia, atque exultabũda alacritate, quæ milites fortes decet. 4 *Vox multitudinis*] i. conveniũt milites frequẽtia maxima, & Jehova tanquã imperator congregatos lustrat. 5 *Ab extremitate*] i. locis quàm longinquissimis: emphatica hyperbole. *Totam istam terram*] Babyloniam. 6 *Ejulate*] altera pars proclamationis ad Babylonios, ut diximus in ver. 2. 7 *Omnes manus*] i. infirmabũtur Babylonii & corpore & animo: vide Danielis 5. 8 *Admirationem rapiẽtur*] cogitãtes se prius ingenuos strenuósque fuisse, & Medis aliísque gentibus imperasse; jã verò ignavia torpere, & in miseram servitutẽ rapi ignominiosissimè. *Facies ignitam.*] i. perfusa rubore & confusione maxima. 9 *Ecce*] secũda pars narrationis, ut diximus in versum secundũ, similiter per hypotyposin calamitates Babyloniorum explicans. *Sævus & excand.*] i. quo Deus excandescẽs & accẽsus ira sæviet in Babylonios. *Disponendum istam ter.*] hoc enim maximè factum est cùm Cyrus Euphratem derivavit, & in varias paludes distraxit per bonã partẽ Babyloniæ: prout evidentiùs exponitur infrà 14. 23. 10 *Nam stellæ*] explicatio singularis interminationis quæ posita est superiore versu: cœli (inquit) & terra omnibus adversabuntur, usque ad ver. 14. & Medi non parcent cuiquam, inde ad ver. 19. *Stellæ*] quæ alioqui in Chaldæa sunt evidẽtissimæ propter patentia camporũ æquora (ut ait Cicero lib. 1. de divinatione) & nubium raritatẽ. Est autẽ allegoria, ad significandũ gravissimas calamitates in Prophetis frequens. Stellam porrò a sydere hoc loco distinguit Propheta, ut Græci astéra & astrum: nimirum ut stella sive aster sit singulare aliquid, sydus verò vel astrum sit quiddam ex pluribus stellis coagmẽtatum, cujusmodi sunt signa astronomiæ. 12 *Faciam*] i. Medorum Persarúmque animos Babyloniam invadẽtium ita inflãmabo, ut omnibus modis superbos istos & violẽtos persequãtur, neque ullo pretio hûc adduci possint ut parcant illorum vitæ, ut dicitur infrà ver. 17. quod non dubium est tum demum evenisse, cùm occupata est Babylonia, & rex Belschatzar interemptus, Daniel. 5. 13 *Idcircò*] brevis ætiologia, qua Deus hypothesin judicii sui vẽturi in Babylonios confirmat thesi: idcircò (inquit) id est, propter maliũam, iniquitatem, fastum, & violentiam, non possum non excandescere & accendi ira, quam cœlum & terra ipsa perhorrescunt, & (cùm opus est) commoventur ad testificanda & præstãda judicia mea: quod ut fieret evidẽtius, hûc versum parenthesi inclusimus. 14 *Nã erit*] ἐγγαοία comminationis quæ posita est ver. 12. nullo (inquit) pretio superbi isti redimentur: nam fugiẽtes illos persequentur Medi, hoc versu: inventos confodient; & antequàm confodiant, omnes contumelias atrocissimas facient vivis illis atque videntibus, vers. duobus seq. *Nullo colligente*] i. neque ullus vel ex gentilibus & necessariis ipsorum (ut sequentia verba explicant) audebit istorum quemquam in domũ suam recipere. 16 *Parvuli eorum*] vide Psal. 137. 8. 17 *Ecce ego*] conclusio superioris interminationis, in qua judicium gravissimũ & gentem nominatim definit, quam supra obscurè indicaverat ver. 2. & tribus seq. *Medum*] i. Darium Medũ cum copiis suis, & auxiliaribus generi Cyri Persarum regis. 19 *Erit autẽ*] tertia pars narrationis, ut diximus supra in ver. 1. exponens miserabilem desolationem, vastitatémque Babyloniæ: quæ non tota uno tempore exhausta est; sed tamen eò redacta tandẽ, ut tantùm duraret ibi Jovis Beli templum Vespasiani tẽporibus: vide Plin. lib. 6. nat. hist. cap. 26. *Ornamentum*] hæc per appositionẽ legenda sunt. q. d. quę nunc caput est Chaldaicarum gentium, & summam claritatem obtinet in toto orbe, ut ait Plinius ibidem. *Non consídebit*] i. ita vastabitur ut neque suis incolis futura sit commoda ad habitationem vel cõmorationem, neque exteris egentissimis; ac ne pecudibus quidem, cùm planè diruta fuerit, ad pascuum. Primùm enim bellis variis attrita est, deinde oppressa regulorum post Alexandri magni mortem tyrannide, ac postremò exhausta vicinitate Seleuciæ, quam propterea Nicator rex condidit intra lapidem nonagesimum. *Arabs*] i. Nomades scenitæ, & Attali latrones, Babyloniæ cõtermini. 21 *Scopes*] aves deformes motu satyrico, olim inauspicatæ, voce incõdita, quarum meminit Homerus Odyss. 5. Latini etiam asiones vocant, Galli sua appellatione dominas: quæ avis est imitatrix, ac parasita, & quodam genere saltatrix, ut loquitur Plinius lib. 10. natur. hist. cap. 23. Quamobrem nos habita ratione proximè præcedẽtis membri, & huic adjuncti verbi, malumus sic interpretari; quàm ad satyros, faunos, tragopanades, aut ejusmodi portenta accommodare. 22 *Terrificum animal*] i. draco: nam Propheta primùm de quadrupedibus, tũ de volucribus egit, superiore versu; nunc de reptilium genere. *Tempus ejus*] i. quo incipient hæc mala invadere Babyloniam: cœperunt autem illa post ducentos fermè annos quàm hæc a Propheta fuerunt prænuntiata. *Dies ejus*] quibus florebit regnum Babyloniæ, & in Judæos deportatos tyrannidem exercebit. q. d. non durabit diu illorum gloria, aut vestra calamitas: qui finis est μεταβατικὸς ad narrationem sequentem.

In Caput XIIII.

1 *Nam miserebitur*] altera pars narrationis, in qua exponitur primùm causa & forma instaurationis & amplificationis Ecclesiæ, duobus versib. deinde usus promissionis Dei perceptæ in Ecclesia, a ver. 3. ad finem usque. *Eliget rursus*] i. gentem, quæ in speciem fuerat rejecta & alieno dominatui exposita, perinde recipiet quasi de integro electa foret: humanitus dictum. *Adjungetq;*] promissio vocationis gentium per Christum, in quo demum cõsummata est instauratio in plenitudine Judæorum & gentium, ut totus Jisraël servetur, Rom. 11. 2 *Nam accip.*] allegorica figuratio regni spiritualis Christi, in quo fideles servi & ancillæ comparantur Domino ministerio verbi, ut prædixit Joël 2. 29. infideles verò velut mancipia abjectissima cogũtur in ordinem, & subjiciũtur potẽtiæ Christi & Ecclesiæ ejus. 3 *Et erit*] secũdus locus de usu proximè præcedentiũ beneficiorũ Dei, cùm ab Ecclesia fuerint percepta, ut diximus in ver. 1. Est autẽ hic usus, prædicatio judiciorum & veritatis Dei, quam præscribit Ecclesiæ propheta, ad finẽ usque capitis. 4 *Parabolam*] i. cantionem quæ in ore sit omnium; ut Numer. 21. 27. Sunt autem hujus cãtionis sive prædicationis quæ imperatur Ecclesiæ, partes quinque: prima est propositio summa ruinæ Babylonicæ a judicio Dei, trib⁹

versib.

versib. secunda, narratio sarcastica, qua res omnes creatæ etiã mortuæ utuntur ad ludificandum Babyloniam, a vers. 7. usque ad 18. tertia, narratio prophetica judiciorum quæ Deus ampliùs in Babyloniã exerciturus est, usque ad ver. 24. quarta, confirmatio a promissione, juramento, & exemplis judiciorum Dei, ver. 24. & seq. ultima, conclusio, duobus reliquis. *Quomodo*] propositio διαλογισικὴ, qua per admirationem videntur omnes quærere, qui potuerit fieri ut rex tantus & tantum regnum unica nocte intercideret. *Exactor*] tyrannus sævus. *Aurea*] Chaldaica vox ad perstringendam Chaldaicæ monarchiæ superbiam ex fiducia opum maximarum conflatam: quo spectat descriptio illa Danijelis 2. & 3. 5 *Fregit*] ὑποφορὰ sive subjectio ad præcedentem admirationem, duobus versib. exponens quis, quo, quãtóque malo affecerit Babylonios, & quamobrem. *Baculum*] id est durum imperium, quasi exerceretur in belluas: allegoria. 6 *Percutientis*] id est Babylonii, qui percutiebat & vexabat populos indignissimè: ut exempla multa apud Danijelem ostendunt. *Est immota*] id est, plagam istam neque amoturus est Deus (qui inflixit) unquam, neque ullus effecturus potentia sua ut amoveatur a Babyloniis. *Iracundè*] id est ista intoleranda iracundia, quæ etiam ἀδύνατα hominibus imperabat, & de omnium vita conscientiáque tyrãnicè statuebat, ut apud Danijelem videre est. *Cohibebit*] ipse, aut alius quispiam. 7 *Quiescit*] altera pars cantionis, ut diximus in versum 4. qua per prosopopœiam res omnes & viventes, & sensus vitæque expertes inducit Propheta lætitiam agitantes de funesto casu Babyloniæ; primùm quidem totam terram, hoc versu; deinde arbores, seq. versu; postremò verò mortuos, inde ad versum 18. *Tota terra*] i. habitatores terræ, metonymicè. 8 *Etiam*] amplificatio a rebus sensu carentibus, quibus hyperbolicôs exultatio & sermo tribuitur ex trãquillitatis sensu. *Abietes*] ex quibus terra & mari magnifica opera construebantur ad Regum Babyloniorum libidinem. *Libani*] cui reges Babyloniæ, ac deinde Persidis præficiebant saltuarios, ut Nechemjæ 2. 8. 9 *Sepulchrum*] ultimus prosopopœiæ locus (ut observatum est ver. 7.) quo sepulchrum, velut dux mortuorum, suas omnes copias excitat, ut Babyloniũ collapsum alloquantur, & velut indignum qui sepeliatur secum, repudient a consortio suo. 10 *Dicant*] hujus sermonis ficti partes sunt duæ: una est qua fastum immanissimum Babyloniipercontentionem exagitant, usque ad versum 15. altera, qua etiam honore & beneficio sepulturæ illum indignum judicãt & abjiciunt a se, versibus reliquis. *Etiam tu*] ironicus sermo per admirationem, tribus versibus, qui deinde amplificatur per comparationem præfidentis animi & gloriationis qua fuerant usi Reges Babylonii, ver. 13. & 14. 11 *Deducitur*] i. cares omni honore sepulturæ, justáque ipsa (quæ tibi ut potentissimo Regi fuerant solvenda) velut sepulta jacent, neque adhibentur tibi. Hoc enim nõ dubium est evenisse, ex historia quæ habetur Danijelis 5. *Substernitur tibi*] id est, cares omni pollinctura, conditurâque aromatica quæ Regibus adhiberi solet, vermibus & putredini omni ex parte expositus. 12 *De cœlo*] id est, e summa illa velut cœlesti luce & dignitate tua: allegoria dignitatem summam figurans commodissimè. *Lucifer*] stella præveniens solem, & ante matutinum exoriens, magnitudine alia sydera exsuperans, & claritatis tantæ ut unius hujus stellæ radiis (præter solem & lunam) umbræ reddantur: quam alii Veneris, alii Isidis, alii Junonis, alii matris Deûm appellavêre: ut ostendit Plinius lib. 2. cap. 8. natur. histo. Quamobrem allegoricè ad figurãdam dignitatem Babylonii hæc appellatio ipsi attributa est. *Nate Aurora*] i. velut alumnus & comes auroræ, ut pulli hærentes lateribus matrum apud Hhebræos nominantur: quemadmodum observatum est Genes. 18. 7. *Succisus es*] altera allegoria, a similitudine arboris cujus nulla exstent vestigia: quæ allegoria similiter de Nebucad-netzare dicitur Danijel. 3. *Debilis*] id est, magis dejectus justo judicio Dei quàm unquam gẽs ulla fuerit: nam aliorum quidem imperiorum, postquàm eversa sunt, sua superfuerũt vestigia; hujus verò ne ipsum quidem nomen aut tenuissima imperii particula mansit. Ita his verbis inest gradatio, cujus causa verbum Hhebræum accipimus ἀμεταβάτως, ut Ijobi 14. 11. 13 *At tu dicebas*] alterum membrum contentionis, exprobrans gloriationem Babylonio. q. d. ubi nunc est illa gloriatio tua qua tu dicebas, cœlestem quandam dignitatem obtinebo? quod sequentibus verbis proponit rhrasonica illa regis gloriatio. *In cœlos ascend.*] id est sedem, dignitatem, imperium, potestatémque divinam mihi vindicabo: quod finis sequentis versus explicat. *Sedebo in monte*] i. Dei ipsius sedem occupabo, & eundem mihi assumam honorem qui attributus est Deo in monte Tzijonis a Judæa gente. *In lateribus Aquil.*] ad quæ spectat mons Tzijon, si cum situ Jeruschalaimorum comparetur. 15 *Verumtamen*] altera pars sermonis, ut ostendimus in versum 10. qua exponunt mortui ne volentibus quidem Medis & Persis sepelire Babylonium, passuros esse mortuos; sed eum recognitum consensu uno e numero suo ejecturos, propter intolerandã ejus tyrannidem. 18 *Omnes reges*] tertia pars, prophetica narratio gravissimorum judiciorum Dei, tum veluti præsentiũ quæ Judæi erant visuri in regem Babyloniæ, tribus versib. tum deinceps amplius eventurorum, ver. 21. & sequentib. *Gloriosè*] i. non ita turpiter ut tu. 19 *E sepulchro tuo*] i. in quo alioqui fuisses sepeliendus. *Ut surculus*] triplex similitudo evidentissimè hoc loco describit abjectissimum statum Babylonii: prima est putris surculi; secunda, vestimenti undequaque prosciss & fœdati sanguine; tertia, cadaveris, quod ita negligitur ut liberè proculcetur omnium pedibus, & ne tum quidem sepeliatur cùm fovea præstò est; sed jacens ad cippum aut monumentum foveæ deferatur. 20 *Semen malefic.*] i. tuum: sic transitur ad sequentem narrationis partem. 21 *Parate*] alter locus narrationis, quo ostendit Propheta non semel tantùm perditum iri Babyloniam, sed sæpius etiam inposterum, donec tota deserta sit: quamobrem ad majorem emphasim primùm certi velut milites, administri judiciorum Dei accersuntur, & mandatum accipiunt: ut supra 13. 2. & seq. deinde judicium exponit Deus quod ipse effecturus est, duobus seq. Fuerunt autem isti administri judiciorum Dei tum Medi & Persæ, tum etiam Macedones, Characeni, Attali latrones, Parthi, & alii de quibus sparsim in historiis habetur mentio. *Iniquitatem maj.*] i. similem omnino ei quam fecerant majores, ut solent accumulare iniquitates quoscunque abdicavit Deus: sic 2. Reg. 24. 5. Hanc interpretationem comprobant verba proximè sequentia. q. d. æquè atque majores sui viribus suis abuterẽtur suáque amplitudine, nisi hoc facto caveretur. 22 *Excisurus*] istarum copiarum, quas modò accersivi, operâ. 23 *Disponam eam*] i. desertissimam efficiam & palustrem totam: quod factum esse magis ac magis, ex quo tempore Euphrates derivatus est Cyri & Orchoënorum operâ, ipse Ptolemæus testis est. *Anatariæ*] Aquilæ vitam agentis circa lacus; quam Græci Morphnon & Percnon vocant, alij Plancum, de qua Plinius lib. 10. natur. histor. cap. 3. nam hæc interpretatio magis cũ hoc loco videtur convenire; & vocis etymologia, similiúmque locorum comparatione confirmatur, infrà 34. 11. & Tzephanjæ 2. 4. 24 *Juravit*] confirmatio superiorum interminationum in Babyloniam, primùm a juramento Dei, hoc versu; deinde ab exemplo judicii præcedentis contra Assyrios, seq. versu. *Mentiar*] ecliptis in juramentis frequens, ut Numer. 14. 35. 25 *Cum fr. ang.*] prophetica definitio temporis, quo in Babylonios judicia sua exercituros est Deus; nimirum postquàm perfecerit interminationem quam prius Assyrio denuntiaverat, cap. 10. 26. & 27. sic priorẽ illã eversionẽ Assyriorũ monarchiæ tanquam signũ proponit hujus lõgo pòst intervallo eventuræ, ut apud Jirmejam exẽpla legũtur quamplurima. *Istius*] populi mei. 26 *Hoc illud cons.*] cõclusio, ut dictum est suprà in versum 4. *Illam terram*] Babyloniã. *Istas gẽtes*] Babylonias, & parẽtes imperio Babylonico. 27 *Nam Jehova*] ætiologia ab ineluctabili Dei omnipotẽtia: quali utitur Persa quidã apud Herodotum in Calliope verbis elegãtissimis.

Caput XV.

Propheta Pelischtæis bonam partem Iudææ iniquè possidentibus excidium luctuosum denuntiat operâ Regis Chizkijæ: itaque populum Dei confirmat, & instituit Regem.

1 "QVo anno mortuus est rex Achaz, fuit "oneroſa pro- "Heb. onus.
phetia hæc.

2 "Ne lætator, tu Palæſtina tota, "quòd confracta
fuerit virga "percutientis te: nam "e radice ſerpentis
prodit "vipera, etiam fructus illius preſter volans.

3 Deinceps paſcent "primogeniti tenuium, & egen-
tes ſecurè cubabunt; cùm "enecavero fame radicem tuam, & reſiduum
tuum "interfecerit.

4 "Ejula porta, exclama civitas, diffluere te Palæſtinam totam: nam
"ab Aquilone "ut fumus advenit, "neque ullus ſe ſubducturus eſt in cœ-
tibus ejus.

5 "Quid ergo reſponſurus eſt legatis "gentis? "Jehovã fundaſſe Tzi-
jonem, ut in eam ſe recipiant pauperes populi ſui.

ANNOTATIO.

1 *Quo anno*] id eſt, cùm Chizkija ſolus regnare cœpit: nunc demum incipit tempus quartum Prophetiarum Jeſchahhijæ, nimirum quas Chizkija regnante prophetavit. Quamobrem ut hoc caput cum præcedente jungatur neque temporum ratio ferre poteſt, neque argumentum. Sunt autem hujus capitis partes iſtæ, inſcriptio ver. 1. denunciatio inſtantis mali in Peliſchtæos, tribus verſib. & concluſio ab explicatione cauſæ, ver. ultimo. *Oneroſa prophet.*] ut ſuprà 13.1. 2 *Ne lætator*] etſi hæc denuntiatio ad emphaſim compellat Peliſchtæos, non dubiũ eſt tamen quin ad confirmandam regis novi Judæorúmque fiduciam hoc modo fuerit enũtiata. q. d. non eſt quod vos, ô Judæi, animum porrò abjiciatis & cedatis potentiæ Peliſchtæorum: quin potius bono animo eſtote: nã hoc ego conſidenter Peliſchtæis denuntio, non eſſe cur lætentur amplius de victoria ſua, de præda, de oppidis captis, 2. Chronic. 28.18. *Quòd confracta*] id eſt, quòd inde a temporibus Hhuzzijæ liberum vobis fuerit per ignaviam Achazi in Judæam involare, depopulari, occupare, conturbare omnia ſine ullo impedimento. *Percutientis te*] i. Hhuzzijæ, qui Peliſchtæos affecit malis graviſſimis, 2. Chronic. 26.6. *E radice ſerp.*] i. e ſtirpe Hhuzzijæ, qui vos momordit graviter ut ſerpens: allegoria. *Vipera*] id eſt rex Chizkija, qui vos admorſurus eſt graviùs, imò graviſſimis & immedicabilibus malis ſumma alacritate affecturus: quod ſequens gradatio docet. Nã inde a temporibus Chizkijæ Peliſchtæos per ſe tentaſſe quidquam non meminimus legere. 3 *Primogeniti*] i. tenuiſſimi Judæi & ſummè attenuati atque calamitatibus, in hoc ſuo Rege velut paſtore conquieſcent, & fruentur bono: vide Ijobi 18.13. *Enecavero fame*] id eſt fame & bello, parentes & liberos, magnos & parvos conſumpſero, & cùm turres ipſas cuſtodum, tum civitates munitas evertero: quod factum eſt opera Chizkijæ, 2. Reg. 18.8. *Interfecerit*] Chizkija. 4 *Ejula*] explicatio ſummi illius excidii quod modò attigerat, per proſopopœiam. *Ab Aquilone*] id eſt ex Judæa, quæ ratione Peliſchtææ ad Aquilonem ſita eſt. *Ut fumus*] id eſt tanta celeritate, vi, & acrimonia, ut non magis obſiſtere Peliſchtæi poſſint Chizkijæ, quàm venienti fumo & omnia rimanti diligentiſſimè: & quem ignis iræ meæ accenſus excitabit & impelet in vos. *Neque ullus*] id eſt non molleſcent, aut frangentur animi Judæorum Chizkijæ miniſtrantium in exequendis Dei judiciis, ſed procedent cuncti alacerrimè. 5 *Quid ergo*] concluſio; qua Propheta Regem novum informat, quid qua fiducia ſit Peliſchtæorum legatis reſponſurus. *Gentis*] Peliſchtææ. *Jehovam fundaſſe*] id eſt, oſtendet Rex nihil ad ſe pertinere quid Peliſchtæi obtendant, quid poſſint, quídve poſſideant in Judæa; ſed ſe fretum promiſſionibus & potentia Dei procuraturum ſedulò, ut miſeri ſui populi ſedes recuperentur, & tota Judæa ſarta tecta conſervetur.

CAPUT XVI.

Propheta Moabitis graviſſimas calamitates luctumq; maximum prænuntiat: æquas cõditiones a Deo oblatas ipſis in regno Davidis commemorat: inſolentiam illorum exprobrat: ultionem Dei deſcribit, & præfinit tempus illius.

1 "NEROSA prophetia Moabi. Cùm noctu vaſtata
fuerit "Hhar-Moabitarum, exciſa fuerit; cùm noctu
vaſtata fuerit "Kir-Moabitarum, exciſa fuerit:

2 Aſcendet "Bajithum, & "Dibonem, "Bamothas cũ
fletu: ſuper "Nebunte & ſuper "Medeba Moab ejulabit; "in omnibus capitibus ejus calvitium *erit*, omnis
barba exciſa.

3 In compitis ejus accingentur cilicio: ſuper tecta ejus & in plateis
ejus quiſque ejulabit, deſcenſurus cum fletu ſuo.

4 Et

4 Et exclamabit Cheschbon, Elhhaléque; Jahatzum usque audietur vox eorum: propterea expediti Moabi vociferabuntur; vitæ suæ tædebit ipsum, *dicendo*:

5 Animus meus Moabum inclamat, clausuras ejus, Tzohharem usque, *quasi* vitula trima: quoniam per clivum Luchithæ cum fletu ascendit, quoniam via Choronajimorum clamore fragoso boant.

6 Nam aquæ Nimrimorum desolatæ erunt: exaresçet enim fœnum, deficiet tenera herba, viriditas non erit.

7 Idcircò residuum fecerit: at quæcunque recondiderint, in vallem Arabum exportabunt ea.

8 Nam circuibit exclamatio illa terminum Moabi; ad confluentes usque ejulatus ejus, etiam Beer-Elima ejulatus ejus;

9 Quòd aquæ Dimonis plenæ sanguine futuræ sint, cùm disponã in Dimone additamenta: evadentibus *verò* Moabitis leonem, & residuo terræ.

10 Mittite agnum Dominatoris terræ, a Petra ad desertum usque; ad Montem filiæ Tzijonis.

11 Alioqui erit *Moab* quemadmodum avis vaga, nidus dimissus: erunt Moabitides ad vada Arnonis.

12 Ini consilium, fac judicium, dispone tanquam noctis, umbram tuam ipso meridie: absconde propulsos, vagantem ne prodito.

13 Commorentur apud te propulsi mei; ô Moab, esto latibulum ipsis a conspectu vastatoris: nam desinet qui premat, deficiet vastator, consumentur calcatores singuli e terra:

14 Et stabilietur benignitate solium, cui insideat constanter in tentorio Davidis; judex & procurans jus, & promptus ad justitiam.

15 *Verùm* audivimus superbiam Moabi, fastuosum esse admodum: *ut* fastus ejus & superbia ejus, & excandescentia ejus, non ita fient mendacia ejus.

16 Idcircò ejulabit Moabita ad Moabitam, unusquisque ejulabit; de fundamentis Kir-charesethæ effabimini, verumtamen contrita sunt.

17 Quin etiam vites Cheschbonis elanguent, vitis Sibmæ; Domini gentium retundunt lectissimas plantas ejus, Jahhzerem usque attingunt, errãt per desertum: propagines ejus evellũtur, trajiciũt mare.

18 Idcircò defleo fletum Jahhzeris, vitem Sibmæ; irrigo te lachryma mea, ô Cheschbon & Elhhale: quoniam de æstivis fructibus tuis, & de messe tua celeusma concidit,

19 Et intercepta est lętitia & exultatio ex arvis, & in vineis non cantatur, non agitatur vociferatio: vinum in lacubus non calcat calcator, celeusma facio ut cesset.

20 Idcircò viscera mea propter Moabum, tanquam cithara perstrepunt; & interanea mea propter Kir-Heresum.

21 Itaque

a Heb. anima sua mala videbitur ipsi.
b Heb. cor meum.
c Heb. vectes ejus.
d Heb. fractionis, vel fragoris.
e Heb. repositum corũ.
f Heb. evasioni Moabitarum.
g Heb. filiæ Moabi.
h Heb. in veritate.

21 "Itaque erit ut perſpicuum ſit fatigari Moabum in excelſo ſuo, cùm veniens" ad ſanctuarium ſuum deprecatum, nihil tamen potuerit.
22 "Illud eſt verbum quod locutus fuerat Jehova ad Moabum" inde ab illo tempore.
23 Nunc verò loquitur Jehova dicendo, "intra tres annos," ut ſunt anni mercenarii, vilis reddetur gloria Moabi cum tota ſua multitudine maxima: ita ut reſiduum ſit parvum, minus puſillo, invalidum.

ANNOTATIO.

1 *Oneroſa prophet.*] Vide ſuprà 13.1. Hujus prophetiæ partes præcipuæ ſunt tres: prima eſt propoſitio calamitatum luctuoſiſſimarum quæ Moabitis erant eventuræ, uſque ad verſum 10. ſecunda eſt conteſtatio exprobrans beneficia a Deo oblata, ingratumque Moabitarum animum, quo denuntiatas calamitates ſibi accerſiverunt, inde ad verſum 22. tertia, concluſio circumſcribens tempus quo Deus ſuam illam ſententiam erat executurus, duobus verſibus ultimis. In hac autem propoſitione deſcribuntur cladis initia, duabus ſummis civitatibus per Schalman-eſerem exciſis, verſ. 1. luctus graviſſimus totam regionem pervadens, uſque ad verſum 6. & caulæ ex quibus Moabitæ in tantum luctum compellentur: nimirum horriditas regionis totius, verſu 6. commeatus qui ſupererat repentina conſumptio, verſu 7. miſerabilis incolarum fuga, verſu 8. & horrenda ſtrages, verſu 9. *Hhar*] ut Numer. 21. 28. metropolis Moabitarum in agro ejuſdem nominis. *Kir-Moabitarum*] id eſt, kir-chereſ ſive kir-chareſeth, ut nominatur infrà verſ. 16. & 20. quod enim vulgò interpretes confundunt cum kiro, cujus fit mentio 2. Reg. 16. 9. planè abſurdum eſt: cùm illud Medorum ſit, hoc verò diſtinctionis cauſa kir-Moabitarum appelletur, aut kircheres, id eſt, ſolis, qui fortaſſe ibi colebatur. 2 *Aſcendet*] id eſt, hûc illûc circumcurſabit incertus, Deos & homines implorans fruſtra. *Bajithum*] oppidum ab inſigni idololatria dictum κατ' ἐξοχήν, quod alibi dicitur Behhon, Bahhal-Mehhon, & Beth-Bahhal-Mehhon, Numer. 32. 3. & 38. & Jehoſch. 13. 17. in finibus Rëubenitarum, 1. Chronic. 5. 8. *Dibonem*] Rëubenitis attributum, Jehoſch. 13. 17. *Bamothas*] ſive Bamoth-bahhalem, id eſt, excelſa Bahhalis, ut Jehoſchu. ibidem. *Nebunte*] ſimiliter Rëubenitarum, Numer. 32. 38. *Medeba*] Medava Ptolemæo, termino Rëubenitarum, Numer. 21. 30. & Jehoſchu. 13. 16. *In omnibus capitibus*] id eſt, capillum vellent barbamq; præ luctu, quod moris fuiſſe infidelibus oſtendit Moſche Leviti. 19. 27. & 21. 5. & Deut. 14. 1.
4 *Cheſchbon*] hæc oppida ſimiliter fuerant Rëubenitis attributa, Numero. 32. 37. & Jehoſchu. 13. 18. *Jahazum*] id eſt, uſque ad ultimos fines: locus eſt inſignis clade Sichonis, Numero. 21. 23. & Meraritarum habitatione. Jehoſchu. 21. 36. 5 *Animus meus*] proſopopœia emphatica ſtrenuorum Moabitarum, tentantium populares ſuos profugientes confirmare. quaſi dicat, inclamo ex animo & contendo quàm maxima voce poſſum, ut fugientes revocem: ſed fruſtra. *Clauſuras ejus*] id eſt, munitiones limitaneas, quibus aditus & exitus regionum præcluduntur tanquam vectibus: quamobrem Hhebræi vectes vocant, græci φραγὰς quaſi πρόφρονς, latini clauſuras, ſive clauſuras; unde Suidas κλεισοῦρας appellationem ſumpſit, & transformavit in græcam vocem quæ ſignificat clavem ſeu terminii *Tzohharem*] de qua Geneſ. 19. 22. ſenſus eſt, tàm magna voce contendo (inquit ſtrenuus Moabita) ut mea vox ipſos Moabitarum terminos & lacum Aſphaltitem prætervolans Judæam quoque perſonet, quæ terminatur Tzohhare. *Vitula trima*] compàratio elegans ad explicandam vim maximam contentionemque vocis. quaſi dicat, non clamo, ſed boo ac velut intono, ut Moabitarum popularium meorum luctum frangam, & animos confirmem: nam certum eſt juvencam inſuetam jugo, minimè effœtam, ac proinde ferociorem, graviores boatus & valentiores edere; cujuſmodi ferè eſt triennis. *Quoniam*] ætiologia contentionis in clamando, quæ modò dicta eſt: planè (inquit) mihi ſumma vi boandum eſt: cùm hîc omnia ſummo luctu perſonent; proinde vix niſi adhibito clamore ſummo, ac ne vix quidem exaudiri poſſim. *Per clivum*] id eſt, montes & valles ejulatibus ipſorum reboant, ab vno termino ad alterum: nam aſcenſus Luchith Judæam ſpectabat, deſcenſus verò Choronajimorũ (ut nominatur Jirmejæ 48. 5.) in altera parte ex adverſo erat. *Boant*] hîc Propheta verbo ficto utitur & κακοφώνῳ, ad repræſentandam incondìtam tumultuantiũ vocem. 6 *Nimrimorum*] rivorum confluentium ad Nimtam ſive Beth-Nimram in Gaditarum agro, Numer. 32. 3. & 36. Hi autè propterea hîc nominàtur, quòd vallem Moabitarum rigant, ubi ſita eſt Nimra attributa Gaditis, Jehoſchu. 13. 27. *Deſolatæ erunt*] id eſt, exhaurientur, areſcent. *Exareſcet enim*] i. ipſa cõvallis, ut ut ſit irrigua, tota erit ſterilis: quod elegantiſſima gradatione deſcribit Propheta. 7 *Reſiduum fecerit*] conceſſio ironica. quaſi dicat Propheta, comportent illi commeatum arbitratu ſuo, & de cibario ſibi proſpiciant per me licet: non effugient tamen hæc judicia Dei. *In vallem*] i. invadentes agrum & occupantes Aſſyrii, omnia promptuaria veſtra exhaurìẽt, & ad finitimos Arabas Aſſyrio regi fœderatos ſpolia aſſervanda deheẽ: nam propter hoc officium aliaq; hujuſmodi immunes fuiſſe Arabas antè meminimus ex Herodoto lib. 3. Vallem autem idcircò nominat, quia ex Moabitarum agro in Arabiam deſertã ibatur per deſcẽſum Choronajimorum, in montibus quos Ptolemæus vocat Alſadamos. 8 *Circuibit*] i. pervadet agrum totum in oras uſq; extimas. *Ad confluentes*] fluminis Arnonis, quibus definitur terminus Moabitarum, Numer. 21. 15. Hanc vocem, quã alii propriam faciunt, appellativè accipimus. *Beer-Elima*] i. puteum potentũ, a principibus Iſraëlitarum effoſſum: ſic appellatur locus de quo Numer. 21. 16. & ſequentib⁹, communi Moabitarũ appellatione, qui principes Elim, id eſt potentes, vocant, ut Exodi 15. 15. 9 *Aquæ Dimonis*] his verbis alludit Jeſchahhja ad hiſtoriam illam quæ legitur 2. Reg. 3. quaſi dicat, quẽadmodũ temporibus Jehoſchaphati rivus ille, qui a via Edomææ influere tũ primùm cœpit in agrum Moabitarum, non tantùm ſanguinis ſpecie rubuit, qua Moabitæ decepti ſunt; verùm etiam ipſorum ſanguine auctus eſt: ita quoq; deinceps facturus ſum, & eo amplius. Videtur enim Dimon nomen eſſe illius rivi, de quo ternis caſtris bibendũ dederat Deus in illa expeditione, impoſitũ ex eo quòd totus rivus eodem die ſanguine Moabitarum infectus eſt, & ſanguineus Moabitis viſus. Eſt enim Dimon, ſi interpreteris, ſanguineus: quò ſpectat alluſio in verbis Prophetæ, quã Latinis verbis aſſequi non poſſumus. *Diſponam*] i. pergam ſanguinem Moabitarũ fundere, & ampliùs fundã: nam utrumque hoc deſignant Hhebræi, addendi ſive pergendi verbo. *Evadentibus*] i. faciam ut Moabitarum quicunq; fugerint extra terminos ſuos, aut in iis remanſerint, ſint unguibus dentibuſq; ferarum expoſiti: ut de Iſraëlitis dicitur 2. Reg. 17. 25. *Leonem*] i. fera animãtia, ſynecdochicè. 10 *Mittite agnum*] altera pars prophetiæ, ut diximus in verſ. 1. qua Propheta conteſtatur Moabitas, exponens primùm leges & conditiones quibus Moabitarum reliquiæ a Davide fuerant conſervatæ & in fidem clientelamque receptæ, ut verbo uno attingitur 2. Schem. 8. 2. deinde indomitã ipſorum ſuperbiam exprobrat, verſ. 15. ac poſtremò ſententiã dicit ſeveriſſimã probatæ

justitia Dei, usq; ad versum 22. Sunt autem hæ leges trium generum: prima, de præstando canone imperato, hoc v. secunda, de officiis omnibus Regi populoque Dei præstandis versu 12. & 13. tertia, de fide in promissiones Dei, & reciproca Dei regisque in ipsos beneficentia, usque ad versum 15. *Agnum*] id est, agnorum numerum imperatum, sylleptice; qui primùm Davidi & Schelomoni pensitatus est, deinde lacerato regno cessit Jisraëlitis, ut apparet ex 2. Reg. 11. & 3. 4. quamobrem hoc loco nominatur agnus dominatoris terræ, id est, regis Judæ, qui ex jure & autoritate Dei supremus erat illorum Dominus. *A Petra*] id est universi mittite, ex omnibus finibus vestris, qui a meridie agro Edomæorum, a septentrione deserto Jardenis terminantur. Fuit enim Petra sive Jokteel Edomæorum metropolis, 2. Reg. 14. 7. *Ad montem*] Jeruschalaima ad Regem. 11 *Alioqui*] nisi pareant Moabitæ domui Davidis, fugabuntur, deportabuntur, & funesta omnia patientur. *Erunt Moabit.* id est, extra suos terminos deportabuntur. 12 *Ini consilium*] id est, vide ne amplius Jisraëlitis & populo Dei afflicto desis; sed consilio & modis quibuscunque poteris adjuves, & desistas ab antiqua inhumanitate tua; ut Deute. 23. 4. nominatim reprehenditur. *Tanquam noctis*] id est, esto illis securum perfugium, & jucundum refrigerium a meridiano æstu. 13 *Propulsi mei*] id est, e populo meo. *Nam*] tertius locus exponens promissiones Dei accipiendas fide; quarum partes sunt hæ, liberatio a malo, hoc versu; & præstatio omnis boni in regno Davidis per Christum, sequente vers. *Desiner*] id est, cessabit hostis affligens populum meum. 14 *Benignitate*] qua Deus prosequitur domum Davidis in Christo. *Judex*] cùm Chizkija typus, tum Christus absolutissima typorum veritas. 15 *Verùm*] secunda pars contestationis, ut diximus in versum 10. *Fastus ejus*] id est, utcunque turgeat, nihilominus planè de mendace jactatione sua decidet. 16 *Idcircò*] tertia pars contestationis, sententiæ dictio. *De fundamentis*] quæ sola ex omnibus Moabitarum oppidis vetusta erant, nec fuerant eversa trium regum expeditione, 2. Regum 3. *Veruntamen*] paralepsis in pathetico sermone frequens: cogitabamus (inquiunt Moabitæ) tam bene hoc tempore constiturum esse Kir nostrum atque olim stetit, cùm a tribus regibus oppugnaretur: sed mendax fuit fiducia nostra: nam & oppidum corruit, hoc versu; & totus ager exhaustus est: quod per prosopopœiam lugentium deinceps proponitur, usque ad versum 21. 17 *Sibma*] Rëubenitis attributæ, Numer 32. 38. *Domins gentium*] id est, gentes exteræ imperium occupantes. *Retundunt*] id est, identidem calcant & atterunt. *Jahhzerem*] oppidum Meraritis assignatum ex tribu Gadis, Jehoschu. 21. 39. *Trajicerunt mare*] id est, selectę in alias regiones deportantur. Hac autem specie vinearum synecdochicè comprehenduntur omnia facultatum & possessionum genera, quia vitibus maximè præstabat Moabi regio. 18 *Celeusma*] id est vox clamantium, & agitantium hilaria ex messe & fructibus perceptis. 19 *Celeusma fac. &c.*] id est, non possum ferre: luctum potiùs quàm lætitiam impero. 20 *Viscera mea*] id est, ego ex intimis visceribus meis contut batus, ut cithara verberata & pulsata, sonitum luctus mei ad populates meos effero. 21 *Itaque erit*] id est, desolatio Moabitarum omnibus exposita erit, non tantùm de hominibus, sed etiam de diis suis desperantium. *Ad sanctuarium*] id est, templum idolorum suorum. 22 *Illud est verbum*] conclusio, continens primùm definitionem temporis ex quo facta est cum Moabitis contestatio, quæ præcessit inde a versu 10. deinde illius temporis intra quod Deus judicium antè denuntiatum effecturus est, sequente versu. *Inde ab illo temp.*] ex quo Moabitæ venerantin potestatem Davidis, 2. Schemu. 8. 23 *Intra tres annos*] ab hac prophetia, quam principio regni Chizkijæ denuntiatam esse judicamus ex initio præcedentis capitis: nam quod alii tres hosce annos putant incipere ex quo Samaria cœpit obsideri, id est, ex anno quarto Chizkijæ, præter morem scripturarum est. Fefellit autem eos, quòd existimabant Schalman-Eserem tum demùm in Moabitas involasse, cùm Samariam expugnasset: nos autem potius in hac sententia sumus agrum Moabitarum ab illo occupatum esse cùm ad oppugnandam Samariam veniret, ne quid a tergo relinqueret quod sibi damnosum esset aut copiis suis. *Ut sunt anni mercen.*] id est, præcisè ad illud tempus quod præfixit Deus, cui neque addetur neque diminuetur quicquam: sic infrà 21. 16.

CAPUT XVII.

Propheta Syris & Iisraelitis exitium denuntians gravissimum, officium ipsorum exponit in perpessionibus, obstinationem narrat, & propterea omnia ipsorum bona Assyriis adjudicat ex autoritate Dei, ipsos verò excidio & infinitis calamitatibus.

[a] *Heb.* onus: ut supra 13. 1.

[b] *Heb.* a civitate.

[c] *Heb.* filiorum Jisraëlis.

[d] *Heb.* vir messis.

[e] *Heb.* strictura oleæ.

PROPHETIA [a] onerosa "Damasci. Ecce Damascus amovebitur [b] ne sit civitas; eritque" acervus ruinæ.

2 Derelictæ "civitates Hharohheris; pro gregibus erunt, ubi recubantes nemo "exterreat:

3 Desinet enim munitio ab Ephrajimo, & regnum a Damasco, ac residua Syria: "sicut gloria [c] Jisraëlitarum erunt, dictum Jehovæ exercituum.

4 "Erit autem tempore illo; *quo* attenuabitur gloria Jahhakobi, & pingue carnis ejus emaciabitur,

5 "Erit inquam, perinde ac si colligeret [d] messor segetem, & brachium ejus spicas demeteret: denique erit ut qui legit spicas "in convalle Rephaimorum.

6 Tantùm relinquetur in eo "racematio, ut cùm [e] stringitur olea, duæ trésve baccæ in vertice summi rami: quatuor *aut* quinque in ramis ipsius fructiferæ, dictum Jehovæ Dei Jisraëlis.

7 "Tempo-

7 "Tempore illo oportet reſpicere hominem ad opificem ſuum,& oculos ejus ad ſanctum Iſraëlis ſpectare.

8 Non autem reſpicere ad iſta altaria, ad opus manuũ ipſius;& quod fecerunt digiti ipſius,non ſpectare, aut lucos,aut ſubdiales ſtatuas.

9 Sed tempore illo erunt civitates[g] robuſtæ ejus ſimiles " derelicto virgulto ſummoque ramo, quas dereliquerint *Aſſyrii,* " propter filios Iſraëlis:denique erit deſolatio:

10 "Quia oblita es Dei" ſalutis tuæ,& rupis munitionis tuæ non es recordata: idcirco " *ut ut* plantaveris plantas [h] amœniſſimas, etiam palmite [i] extraneo conſeveris ipſum;

11 Quo die plantaſti curaveris ut adoleſcat, etiam mane ipſo feceris ut ſemen tuum effloreſcat:" acervus meſſis erit" die [k] ægritudinis & doloris mortiferi.

[g] *Heb.* roboris ejus ut derelictio virgulti.

[h] *Heb.* amœnorum *fructuum.*

[i] *Heb.* extranei.

[k] *Heb.* ægræ *plagæ.*

ANNOTATIO.

1 *Prophetia*]Etſi Propheta hoc capite non Damaſcenis tantùm,ſed Iſraëlitis etiam (quibuſcum fœdere junctî erant) Dei judicium denuntiat; non dubium eſt tamen quin ad Damaſcenos plurimùm pertineat: quia Prophetæ conſilium fuit Damaſci ruinam per comparationem Iſraëlis confirmare: quaſi dicat non eſſe cur Damaſceni meliora ſperent,cùm ne ſuis quidem Iſraëlitis amplius ſit parciturus Deus. Continentur itaque hoc capite primùm propoſitio ſumma eventuri judicii in utroſque,tribus verſibus. deinde enarratio illius judicii,tribus ſequentibus: poſteà confirmatio a peccatis illorum, tribus aliis; denique concluſio ſummatim ſuperiora complectens, duobus ultimis. Quod autem ad tempus attinet quo hæc prophetia completa eſt,non obſcurum eſt ex verbis Propheræ, verſu 4:nam Iſraëlitæ priores expugnati ſunt, 2. Reg. 17. deinde verò Syri (qui conſilia cum Iſraëlitis rebellantibus communicaverant) eadem opera cum illis deportati; quod per ſynecdochen ex 2. Reg. 17. intelligendum eſt. Capta quidem fuerat Damaſcus a Tiglath-Pileſere ante annos aliquot,& Syria occupata, 2. Reg. 16. 29. ſed tum demum diruta eſt per Schalman-Eſerem, & incolæ deportati in Kirum, cùm Iſraëlis regnum everſum eſt: quod ſexto fermè quintóve anno poſt hanc prophetiam accidit. *Damaſci*]& Iſraëlis ſyllepticè: ſed nominatim Damaſci prophetia appellatur tum propter eam cauſam quam ſuprà attigimus; tum quia Damaſci ruina poſterior fuit, ac proinde priorem complectitur. *Acervus ruinæ*]id eſt, rudetum. 2 *Civitates Hharohh.*]id eſt, totus tractus trans Jardenem (qui ſuis incolis Rëubenitis, Gaditis, & Menaſchitis per Tiglath-Pileſerum exhauſtus eſt, 2. Reg. 16. 29. & 1. Chron. 5. 26) propter defectiones quidem Damaſci & Iſraëlis conturbatur, commeantibus & remeantibus Aſſyriorum copiis, adeò ut miſeris incolis non ſit integrum in agro ſuo paſcere: ſed adveniens Schalman-Aſar ſibi conſulet diſpendio veſtro, ne amplius copiæ tranſmittendæ ſint; nam munitiones evertet & rebelles deportabit. Sic fiet ut regio trans Jardenem (quæ intermedia eſt) liberata milite liberè depaſcatur, ut eſt alioqui paſcuoſiſſima, Numer. 32. *Exterreat*]ut nunc exterretur frequente milite. 3 *Sicut gloria*]id eſt, ut regnum & munitiones Iſraëlitis, denique omnia de quibus gloriantur eripientur ipſis, idem quoque Damaſco accidet. 4 *Erit autem*]ἐρμηνεία propoſitionis (ut ſuprà diximus) per ſimilitudines evidentiſſimas. 5 *Erit inquam*]id eſt, accuratiſſimè Iſraelitas & Syros metet ac colliget Aſſyrius, quos deportet in regionem ſuam. *In convalle*]prope Jeruſchalaima, Jehoſch. 15. 8. nam ſimilitudine populari Propheta utitur. 6 *Racematio*]id eſt, perexiguus incolarum numerus; quem tamen ipſum deportavit poſteà Eſar-chaddon, ut jam antè obſervavimus in caput 9.

7 *Tempore illo*]confirmatio denuntiati iſtius judicii ab obduratione populorum quibus interminatur Deus.

9 *Sed tempore illo*]nimirum cùm adventante hoſte non reſpicient ad Deum,ſed potius ad idola ſua, quæ tum Syris & Iſraëlitis communia erant. *Derelicto virgulto*]id eſt, reliquiæ Syrorum & Iſraëlitarum erunt abjectiſſimæ; ut cùm putato ligno tenuia virgulta cremiaque breviſſima omittuntur a lignatoribus. *Propter filios*]his verbis utitur Propheta, reſpiciens ad conſilium Dei; qui totum Iſraëlem noluerat Aſſyrio tradere, ſed partem conſervaverat, ut tempus ipſis ad reſipiſcendum concederet. 10 *Quia*]concluſio per apoſtrophen ad Iſraëlitas, quibus ſuum peccatum exprobratur,& pœna indicitur. *Salutis tuæ*]id eſt, qui te ſemper atque adeò a recente illo periculo cujus modò memini, ſervavit integram atque confirmavit. *Ut ut plantaveris*]id eſt, regionem tuam coleueris & ſtudioſiſſimè confirmaveris, ut certum ex ea fructum percipias. *Extraneo*]id eſt exquiſitiſſimo; ut exotica ferè non niſi pretioſa afferuntur. 11 *Acervus meſſis*]id eſt, quicquid, quocunque ſtudio, & quantacunque copia præparaveris, adventu Aſſyriorum momento uno conſumetur; tanquam ſi numeroſa caſtra nanciſcerentur parvulum acervũ tritici, unde tolerarent vitam. *Die ægritudinis*]id eſt obſidionis, vaſtationis, & ruinæ tuæ per Aſſyrium.

CAPUT XVIII.

Propheta gentium quæ Sancheribo operam daturæ erant in obſidione Ieruſchalaimorum, excidium prædicit, ſimiliterq; AEthiopum: & ſtudium Dei erga Iudæos explicans, maximam hoſtium cladem figurat, gratiarum ipſi a populo agendarum argumentum.

1 Væ multitudini populorũ amplorũ, *qui* sicut perstrepere sõlent maria, perstrepũt; & tumultuantibus nationibus, *quæ* tumultuatione qualis est aquarũ validarũ tumultuantur;

2 *Multitudini* nationum secundum tumultuationem aquarum multarum tumultuantium; nam increpabit ipsam ita ut fugiat quàm longissimè: & agitabitur ut gluma montium coram vento, & ut rota coram turbine.

a Heb. ultra longinquũ, & persecutionem patietur.

3 Tempore vespertino, ecce terror; cùm nondum *illuxerit* manè nemo aderit: Hæc *est* pars proculcantium nos, & sors diripientium nos.

b Heb. umbrę alarum. *c Heb.* a trãsitu.

4 Væ terræ [b] umbrosæ oris, [c] quę *est* secundũ flumina AEthiopiæ:

5 Mittẽti per mare legatos, & instrumẽtis scirpeis per superficiem aquarũ, *dicendo*: ite nuntii leves ad gentẽ distractã & depilatam, ad populũ formidabilem ex eo loco atq; vlteriùs: gentẽ omnibus [d] delineantem & conculcantem, *inquientes* flumina spernere terram ejus.

d Heb. lineæ lineæ & cõculcationis: sic versu 10.

6 Omnes incolæ orbis habitabilis, & habitatores terræ: cùm attollam vexillum montium, videbitis; & cùm clangam tuba, audietis.

7 Nam ita ait Jehova ad me, quiesco, sed intueor in locum meum: ut æstum serenum super olus, ut dẽsum rorem in æstu messis, *hunc esse*.

8 Nam ante messem cùm perfecta gemma & omphacio educato existit flos; ut exscindit flagella suis falcibus, & sarmenta amovet amputatque *vinitor*:

9 *Ita* derelinquentur pariter volucribus montium & bestiis terræ; ut æstatem transigant cum hoc volucres, & omnes bestię terræ cum hoc hyement.

10 Tempore illo adducetur munus Jehovæ exercituũ *de* populo distracto & depilato, de populo inquam formidabili ex eo loco atq; ulteriùs; gente omnibus delineante & conculcante, cujus spreverant flumina terrã ad locum nominis Jehovæ exercituum, *ad* montẽ Tzijonis.

ANNOTATIO.

1 *Væ*] Etsi huic capiti nulla apposita est inscriptio, tamen non dubitamus quin de Assyriis & Æthiopibus sit accipiendũ; cùm ita planè postulet gentiũ, factorumq; descriptio, qua propheta utitur. Sunt itaq; hujus capitis partes præcipuę tres: prima est prophetia cõtra populos Sancheribo militantes, tribus ℣. secunda prophetia contra AEthiopas; quam certo consilio Deus per anticipationem inferi hoc loco voluit, ne fortè Judæi cogitarẽt fore ut per illum ab Assyrio liberarentur, duobus ℣. tertia est narratio, qua Deus sibi uni vendicat liberationẽ populi sui, ultionemque de hostibus, & sibi accepta hæc ferri postulat, inde ad finem usq;. *Multitudini*] id est, multis illis populis qui in Aslyriorũ castra convenerant, ut Sancheribo militarent, cũ bellico apparatu maximo: quod Propheta figurat eadem similitudine quã adhibuerat suprà 8.7. 2 *Increpabit*] i. cohibebit subitò, ut verbo cohibet mare: quod increpatione scriptura designare solet: ut Psal. 106.9. *Ut gluma*] vide Psal. 83.14. 3 *Ecce terror*] misso videlicet angelo Jehovæ, 2. Reg. 19.35. & 2. Chron. 32.21. & infrà 37. *Nemo aderit*] cæsis centũ octoginta quinq; millibus, & aliis fuga dilapsis, ibidẽ. *Hæc est pars*] epiphonema ad populũ Dei. 4 *Væ terræ*] altera pars, prophetia in AEthiopas, ut diximus in ℣. 1. *Umbrosæ oris*] i. cujus oræ montibus maximis & opacissimis circũclusæ sunt, quales undiq; ad mare rubrũ esse testatur Strabo libro Geographicorum ultimo. *Secundum flumina*] i. AEthiopiæ sub AEgypto, quæ duobus fluminibus maximis alluitur, & profundit Nilum: vide Strabonem lib. 17. & Plinium natur. histo. lib. 5. cap. 9. Æthiopiam autẽ sub Ægypto in scripturis quoties nominamus, Meroën quoq; intelligimus ubi regnabat Cãdace, prout ab Elephantina & Syene incipere docet Herodotus in Euterpe: quamvis alioqui Geographi inter AEgyptum & AEthiopiam seorsim Meroën collocent. 5 *Mittenti*] nimirũ regi Tirhakæ, qui absente Sancheribo indixit bellũ Assyriæ per legatos, & acie instructa tentavit invadere, 2. Reg. 19.9. *Per mare*] rubrum videlicet, sinumq; Avalitẽ, & Persicum. *Instrumentis scirpeis*] i. naviculis e scirpo, junco, aut papyro contextis; qualibus AEgyptii, AEthiopesq; propter Catadupos, Cataractas, & periculosa vada utebantur, tum quòd leviores essent, tum quòd adversis fluctibus scopulisque (quibus Nilus abundat) cederent, ac non dissilirent aut frangerentur sicut lignum: vide Plinium lib. 6. capite 22. *Ite*] verba regis Tirhakæ legationem mittentis in Assyriam ut eam bello lacesseret, quibus exponit singulas

singulas causas consilii & instituti sui. *Leves*] id est, legationem vestrã obite quàm velocissimè, ut repentè in oblem imparata regione, & absente rege. *Distractam*] id est, dispersam hûc illûc, & multis locis occupatam. *Depilatam*] id est, exhaustam suo milite. *Formidabilem*] id est, quæ omnibus nationibus terrori est cis, & trans regionem suam. *Omnibus delineantem*] id est, quę omnibus aliis jus dare arrogat, imperare illis arbitratu suo & pedibus illas iniquissimè terere. *Inquientes*] summa legationis, AEthiopem nihil morari neque curare minas Assyrii, & quàm parvi faciat omnes illius vires re ipsa ostensurum esse. *Flumina*] id est, AEthiopas accolas fluminum, de quibus superiore versu. 6 *Omnes incolæ*] tertia pars, prophetica narratio, qua Deus primùm revocat omnes ab inanibus istis judiciis, ut solum opus ipsius exspectent, hoc versu. deinde sibi asserit defensionem, securitatemque populi sui, & adversariorum excidium, tribus sequen. ac postremò gratias sibi agendas prænuntiat, vers. ultimo. *Cum attollam*] id est, cùm bellum Assyriis suo tempore inferam: humanitus dictum synecdochicè: nam signum pro re signata de more ponitur. 7 *Quiescó*] id est, in præsentia supersedeo ab efficiendo judicio, tanquam otiosus spectator. *Intueor*] id est, populo meo & sedi meæ prospicio tamen. *Ut æstum*] id est, animadverto Assyrium hunc planè adversum esse populo & sedi meæ; atque ita damnosum ut torrens æstus oleribus, aut densæ nubes irrorantes messem, cùm æstus tempestivus esset. 8 *Nam*] expositio promissionis qua modò usus est Deus, se inrueri in sedem suam, per similitudinem vinitoris luxuriantia vitis flagella cædentis, ut commodius maturetur vitis, & pascatur alimento suo. sunt autem hujus similitudinis membra ἀναντιπόδοτα, quorum prius supplet ea quæ desyderantur in posteriore, ut contrà posterius ea quæ priori desunt. *Sarmenta*] quæ relinquit humi; non autem curat ut vitem, ex sequenti versu. 9 *Ita*] nimirum excisi Assyrii & amoti per angelum Dei, 2. Regum 19. 35. *Pariter*] æquè ac AEthiops, de quo versu 4. & 5. *Ut æstatem*] id est, ut annum integrum pascantur illis præ occisorum copia. 10 *Adducetur*] id est, munera de spoliis Assyriorum, qui tam magnifici fuerant, magnifica offerentur Deo: ut factum olim fuisse post insignes victorias legimus, Numer. 31. & 2. Schem. 8. 11.

CAPVT XIX.

Deus per Prophetam civiles motus & tyrannidem paulò pòst AEgyptios oppressuram denuntiat: Regem & consiliarios compellat ac ludificatur: graviora etiam in futurum prædicit, donec AEgyptus edometur; ac postremò vocationem illorum, omniumq; aliarum gentium proponit ad communionem cum Deo & Ecclesia ipsius in regno Christi.

1 PROPHETIA [a] onerosa Ægypti. Ecce Jehova insidens densæ nubi levi, invasurus est Ægyptum, adeò ut commoveantur idôla Ægypti a cõspectu ejus, & cor Ægyptiorum colliquescat in medio ipsorum. *a Heb.* onus: ut supra 13. 1.

2 Nam commiscebo, *inquit*, [b] Ægyptios interse, ut pugnent quisque contra fratrem suum, & quisque contra amicum suum; civitas contra civitatem, regnũ contra regnum. *b Heb.* AEgyptios cũ AEgyptiis.

3 Et exhausto spiritu Ægypti in medio ipsius, ubi consilium ejus absorpsero; consulent sua idola, & præstigiatores, pythonesque, & ariolos:

4 Et concludam Ægyptios in manum dominorum [c] durè dominantium; donec Rex rigidus dominetur in eos, dictum Domini Jehovæ exercituum. *c Heb.* duri cujusque.

5 (& arescat: Nam deperdẽt aquas [d] ne influãt in mare, adeò ut fluvius siccetur *d Heb.* a mari.

6 Et retrò abjicientes flumina, exhaurient & siccabunt rivos [e] ductos aggeribus: arundo & alga languebunt: *e Heb.* obsessionis, id est, quos obsident aggeres: chomata Ulpianus vocat.

7 Papyri juxta rivos, in [f] ora rivorum: & omnis sementis rivorum arescet, depelletur nec erit amplius: *f Heb.* ore.

8 Et mærebunt piscatores, lugebũtq; omnes qui projiciũt in rivos hamũ: & qui expandunt retejaculũ in superficie aquarũ, languebunt:

9 Et erubescent opifices [g] lineorum, generosorumque; & textores alborum *operum*. *g Heb.* linorum.

10 Denique erunt propositis ipsius contriti; omnes facientes excipulum, stagnaque [h] voluptaria.

11 Enimverò stulti sũt Principes Tzohhanis; sapientũ & consiliariorũ Parhhonis, consiliũ obbrutescet: quomodo dictatis Parhhoni, filius *h Heb.* desyderii.

sapientum sum, ″filius″ regum [i] antiquissimorum.

12 Ubi sunt ″illi? ubi nam sapientes tui ″ qui indicent jam tibi? ″ cognoscãt igitur quid consilii ceperit Jehova exercituum contra Ægyptum.

13 ″Stultè agent ″ Principes Tzohhanis, decipientur Principes ″ Nophi: seducent Ægyptum ″ *usque ad* [k] extremitatem tribuum illius.

14 ″Jehova miscente in medio ejus spiritum [l] perturbatissimum; faciẽt ut erret Ægyptus in omni opere suo, sicut oberrat ebri⁹ in vomitu suo:

15 ″Neque existet in Ægypto opus; *nihil* quod faciat ″ caput aut cauda, ramus aut juncus.

16 Tempore illo erit Ægyptus similis mulieribus: trepidabit enim & pavebit propter agitationem manus Jehovæ exercituum, quam agitabit contra ipsam.

17 ″Eritque terra Jehudæ Ægypto titubationi; quicunque mentionem fecerit ejus apud se, pavebit: propter consilium Jehovæ exercituum, quod capturus est contra eam.

18 ″Tempore illo erunt ″ quinque civitates in terra Ægypti loquentes [m] sermone Cenahhanęo, & juratæ Jehovæ exercituum: civitas destructionis dicetur unaquæque.

19 Tempore illo ″ erit Jehovæ altare in media terra Ægypti, & ″ statua juxta terminum ejus Jehovæ:

20 ″Eritque in signum & testimonium de Jehova exercituum in terra Ægypti; cùm inclamant Jehovam propter oppressores, immittere eis servatorem & magnatem qui eripiat eos.

21 Ita innotescet Jehova Ægyptiis, agnoscentque Ægyptii Jehovam tempore illo: & colent sacrificio & munere, & voventes votũ Jehovæ pendent.

22 ″Si plaga afficiet Jehova Ægyptũ, ″ plagis afficit & sanat: cùm conversi fuerint usq; ad Jehovam, & exoratus fuerit eis, sanabit eos.

23 Tempore illo erit ″ agger ″ ex Ægypto in Assyriam, qua commeent Assyrii in Ægyptum, & Ægyptii in Assyriam: ut colant Ægyptii cum Assyriis.

24 Tempore illo erit [o] Jisraëlitarum gens tertia Ægyptiæ & Assyriæ: ″ *denique* benedictio in medio *populo* terræ.

25 Cui benedicturus est Jehova exercituum, dicendo: benedictus populus meus Ægyptius, & opus manuum mearum Assyrius, & possessio mea Jisraëliticus.

[i] *Heb.* antiquitatis.

[k] *Heb.* angulum: ut Judic. 20. 2.

[l] *Heb.* perversitatum.

[m] *Heb.* labio: ut Genes. 11. 1.

[n] *Heb.* plaga afficiendo & sanando.

[o] *Heb.* Jisiael.

ANNOTATIO.

1 *Prophetia*] Hujus capitis, quo Propheta populum Dei consolatur a judiciis ipsius contra AEgyptios & vocatione gentium ad regnum Christi, duæ sunt partes summæ: prior est judiciorum, usq; ad versum 18. posterior promissionum, ad finem usque. Judiciorum autem descriptio tribus membris constat: primum est de civilibus motibus quibus paulò post quassanda erat AEgyptus, usque ad versum 11. secundum reprehensionem sarcasticam continet totius administrationis, duobus vers. tertium denuntiationem graviorum adhuc judiciorum Dei in posterum, donec se ad Deum converterint, inde ad versum 18. *Ecce Jehova*] particula demonstrandi emphasim habet, qua Prophetæ res paulò post futuras, velut præsentes, digito commonstrat: regnabat enim hoc tempore in AEgypto Sethon sacerdos Vulcani vir stollidus, ut refert Herodotus in Euterpe: quo mortuo sequentia omnia, prout a Propheta fuerant denuntiata, evenerunt. Continet autẽ hic versus prolepsin, id est, propositionem summã totius hujus prophetiæ:

Insidens]synecdoche anthropopathica, quasi Deus quàm velocissimè in nubibus accurreret, ut Psal.18.10. & seq. Hoc autem nominatim AEgypto denuntiat Propheta, quia illi nubes hujusmodi habebãt pro inauspicatissimis: cùm AEgyptus nubibus minimè infesta sit. *Adeò ut commoveantur*]finis judiciorum Dei, pertinens ad secundam partem capitis; nimirum ut idola omnia & homines Deo cedant; illa planè labefactata; hi verò dejecti animis, ut ad Deum vivum convertantur. 2 *Nam commiscebo*]id est, civiles motus & gravissimos excitabo: quod factum est, cùm Sethone mortuo duodecim reguli tyrannidem in AEgypto occuparunt, magnifica opera confecerunt miserum populum opprimẽdo, Psammetichum unum de suo numero expulerunt, & ab eo postea vicissim expulsi sunt, donec solus regnum obtineret, quò tyrannicè abusus est, ut multis narrant Herodotus & Diodorus Siculus. 3 *Exhausto spiritu*]id est, AEgypto veluti exanimata tantis civilibus bellis: hyperbole ex comparatione humani corporis. *Consilium ejus*]id est, ita exagitavero, ut nesciant quò se vertant, aut quid consilii capiant. *Sua idola*]id est, dæmonia quæ ipsis responsum dabant, maximè verò idolum Latonæ, in oppido quod vocatur Butum contra ostiũ Nili Sebennyticum, de quo Herodotus ibidem: ubi etiam exponit varias istorum regulorum consultationes. 4 *Et concludam*]id est, constrictos tenebo AEgyptios & obsessos bellis civilibus, regulorumque suorum tyrannide, ut illi suos pisces in vivariis tenent: elegantissima descriptio tyrannidis. *Dominorum*]nimirum duodecim tyrannorum, qui Sethoni successerunt. *Rex rigidus*]Psammetichus, qui tandem solus obtinuit tyrannidem. 5 *Nam deperdent*]id est, omnia opera naturæ miseri sui populi operà oppugnabunt, & aquas Nili avertent vel ad siccitatem usq;, ut stagnum Mœrios cum suis Pyramidibus & Labyrintho perficiant, adducti sola libidine animi sui: vide Herodotũ ibidem. *Fluvius*]Nilus, divortio facto in stagnum Mœrios. 6 *Et retrò abjicientes*]id est, nõ curante s publicam utilitatem, quã AEgyptus tota percipit ex derivato Nilo: sed veluti a tergo ponentes, ut indulgeãt suis voluptatibus. *Arundo*]palustres herbæ & frutices in ripa Nili nascentes: synecdoche. His autẽ verbis & tribus versibus sequentibus exponuntur damna perventura ad AEgyptios ex derivatione Nili in stagnum Mœrios, & alia voluptaria. 7 *Papyri*]hanc vocem plerique prò virentibus rebus accipiunt ex inepta accommodatione loci alterius: sed nos tum notatione & forma vocis, tum antitheto in altera parte hujus vers. posito adducimur, ut interpretemur βύβλον sive papyrum. Nam vocis etymon & forma accedit ad alterum nomen, quo significatur cutis: quia papyrus Nili in multas cutes sive coria & plagas (ut artifices vocant) dissecabatur arte: vox verò antitheta ostendit hoc loco agi de rebus instativis quas producit Nilus, cuiusmodi esse papyrum (ut carentem semine) testatur Plinius lib.13. naturalis historiæ, cap.11. Accedit huc, quòd papyrus una fuit ex præcipuis opibus Ægypti: quarum detrimenta commemorantem Prophetam non est credibile papyri oblitum fuisse, qui algam & juncum nominaverit. *Arescet*]gr[illegible] elegantissima, qua ex ordine ostenditur ut perrecturũ sit judicium Dei in Ægyptiorum damna. 8 *Et mærebunt*]exhaustis videlicet rivis, vivariis, & piscinis suis. *Piscatores*]summi opifices Ægypti, & apprimè necessariam artem exercentes: quia Ægyptus plurimùm piscibus vescebatur superstitiosè a multis carnibus abstinens, & quia noxia animalia quibus abundat Nilus venabantur: ut docent historici. *Retejaculum*]sic vertimus ex Plauto illud retis genus quod Herodotus lib.2. vocat ἀμφίβληστρον. Est enim retejaculum accipiendum non pro illis permagnis plagis quibus utuntur piscatores multi, neque pro funda aut everriculo; sed pro minoribus illis plagis, quas piscator in superficiem aquarum projiciens revolvit & retrahit ad se peridromo aut reste, piscibus involutis: hoc enim genus esse ex eo demonstrat Herodotus, quòd eos qui in paludibus habitant singulos narrat sua habere retia, quę per diem adhibeant piscibus capiundis, per noctem verò circumdandis cubilibus adversus culices conopæorum loco. atque ex hoc usu probabile est hæc retia apud Hhebræos nomen sortita esse, ab atrore culicum per noctem retibus istis inclusorum. 9 *Erubescent*]id est inopia materiæ, quam inopiam isti effecerint derivato Nilo, sua expectatione delusi omnes artifices cessabunt ab istis suis opificiis, quorum mercibus olim Ægyptus commendabatur, teste Plin. lib.18. cap.1. *Alborum*]ex lino, byssо, xylino, aliisque rebus pretiosis quas profert Ægyptus, ut Esteræ 1.6. 10 *Denique*]conclusio, incommoda summatim exponens tempore pacis ad Ægyptios perventura, de quibus inde a vers.5. actum est. Miser (inquit) populus (ut paucis absolvam) non ab exteris, sed a suis hominibus indignè occupabitur in officiis vanissimis & laboriosissimis, prout Israëlitas antè occupaverant. *Propositis ipsius*]id est consiliis, quæ Ægyptus ipsa, sive ipsi Principes Ægypti sibi proposuerint. quasi dicat, suis cædentur virgis. *Omnes facientes*]id est Ægyptii, quibus reges tanquam mancipiis & abjectis operis durissimè abutentur. *Excipulum*]id est canalem, & instrumenta omnia eò pertinentia, ut excepta Nili aqua in stagnum Mœrios duceretur, & deduceretur de eo arbitratu Regum. Erat enim stagnum ter mille sexcentorum stadiorum in ambitum, quinquaginta passuum justorum altitudine. 11 *Enimverò*]secundus locus, σαρκασμὸς, ut dixim⁹ in vers.1. *Tzohanis*]vide Numero.13.22. *Quomodo dicitis*]apostrophe ad consiliarios & adulatores aulicos, quos reprehendit tum mendacis adulationis nomine, hoc versu: tum ignorationis, versu sequente. *Parhhoni*]Sethoni (ut diximus in versum 1.) Regi contempto & stollido. *Filius sapient.*]id est, quidam velut alumnus sapientiæ, quę permansit apud majores meos. *Regum antiq.*]nam sacerdotes Ægyptii jactabant a primo rege ad Sethonem progenies hominum fuisse trecentas quadraginta unam, id est, duravisse regnum decies mille trecentos quadraginta annos. 12 *Illi*]nimirum Reges majores tui: apostrophe ad Regem. *Qui indicent*]id est, consilia bona proponant tibi & prospiciant regno, ut fidos consiliarios & viros bonos decet. *Cognoscant igitur*]transitio ad sequentem locum. quasi dicat, veniant saltem, & attendant ad ea quæ ampliùs sum denuntiaturus. 13 *Stultè agent*]tertius locus, ut diximus in versum 1. quo exponit Propheta primum conturbationem summatum, populi, & totius regni a præsentibus malis, tribus versib. deinde consternationem & metum ab aliis opinione præceptis, vers.16.&17. *Principes*]quorum divulsis consiliis distractum fuit regnum; ut suprà diximus. *Nophi*]id est Mempheos, quod oppidum fuit summum Æthiopiam versus, impositum Nilo, conditum a rege Mene, clarum amplitudine sua, pyramidibus, & monumentis Regum: quod idem appellatur Moph, Hosch.9.6. a monte propinquo Mophi, cujus meminit Herodotus lib.2. Principes autem hoc pacto distribuit, eò quòd hi duo summi conventus in Ægypto essent: unus, mare mediterraneum; alter, Æthiopiam versus. *Usque ad extremit.*]id est, universam conturbabunt, nullus erit nomos liber ab istorum insania. 14 *Jehova miscente*]id est, fundente in illos efficacitatem erroris; quem velut medicatum poculum exhauriant, ut summatum animi, judicia, consiliaque pervertantur: metaphora. *Facient*]id est, insania sua miserum populum in tantas angustias conjicient, ut neque bono animo in opus incumbere possit, neque consilium capere. Nam inde a Psammetticho regnum Ægypti continenter infestum fuit maximis calamitatibus. 15 *Neque existet*]id est, nihil ad exitum perducetur, sive instituerint summi, sive infimi: adeò erunt perturbata omnia. Hoc autem effectum esse vel ex eo liquet, quòd Psammetichum in obsidendo Azoto fuisse occupatum per annos viginti octo narrat Herodotus in Euterpe. *Caput aut cauda*]vide suprà 9.14. 17 *Erit*]id est, non tantùm a Deo, verùm etiam a populo ejus sibi metuent, & sola recordatione afficientur graviter: sic alludit Propheta ad sermonem Ægyptiorum, Exod. 14.25. 18 *Tempore illo*]secunda pars capitis, de vocatione gentium: in qua duæ partes explicantur; prior de communicatione cum Deo, usque ad versum 23. posterior, de communicatione cum Ecclesia qua delectatur Deus, tribus ultimis. Tempus autem illud intelligit, quo gentes serio metu Dei perculsæ committent se illi, illum alloquentur ut populus ipsius, & fidem dabunt illi: quod synecdochicè Ægypti nomine designatur, quemadmodum Ægypti

& Assyriæ, infrà vers. 23. *Quinque*] id est certæ, quæ certò definitæ sunt in consilio Dei ad vitam æternam: numerus finitus pro infinito. *Civitas destructionis*] id est servata, educta ex destructione, ereptaque divinitus: quasi dicas reliquias civitatū; ut reliquias populi nominavit suprà 1.9. & 10.21. simile genus constructionis vide infrà 25.6. 19 *Erit altare*] id est coletur Deus: synecdoche. *Statua*] id est, monimentum & professio publica quam Ægyptii statuent ad restandam fidem, & communionem suam cum Deo & Ecclesia ejus, & ad agnoscendam grato animo misericordiam Dei, servantis reliquias ex beneplacito voluntatis suæ. quibus nominibus Israëlitæ olim posuerant monimenta Jehosch. 4. & 22. sic accipiendum esse versus sequentes docent. 20 *Erit*] id est, his modis ostendent se natura, officioque & operibus Dei ita confirmatos esse de salute sua, ut in maximis angustiis glorientur de fide in Deum, & spe certa liberationem ab eo exspectent. 22 *Si plaga*] id est, communicabit cum eis promissiones factas Davidi, 2. Schem. 7.14. *Plagis afficit*] id est, hoc ipsius est officium atque authoritas: ut 1. Schem. 2. 6. ac proinde præstabit suis, ut sequentia docent. 23 *Agger*] id est, communio spiritualis & Ecclesiastica: quæ allegoricè humanis communicationibus figuratur. *Ex Ægypto*] id est, communio hæc erit posterorum Chami cum Japheti posteris, & utrorumque cum Israelitis ex genere Schemi; ut prædixerat Noach, Genes. 9.27. 24 *Denique benedictio*] id est, omnes populi totius terræ benedictione perfundentur in Christo.

Caput XX.

Propheta signo dato denuntiat cladem Ægyptiorum atque Æthiopum; qua ostendit fore ut Philistæi consternati abjiciant omnem spem liberationis ab illis exspectatæ.

1 In no quo venit "Tarthan" Aschdodum, mittente eum Sargone Rege Assyriæ; quo oppugnavit Aschdodum, & cepit ipsum:

2 Tempore illo locutus est Jehova [a] per Jeschahhjam filium Amotzi, edicendo: abi, & solve istud "cilicium a lumbis tuis, & calceamentum tuum extrahe de pede tuo: cùm fecisset ita, incedens" nudus & discalceatus,

3 "Elocutus, inquam, est Jehova; quemadmodum incedit servus meus Jeschahhja nudus & discalceatus; "[b] tertii anni signum & ostentum contra Ægyptios & contra Æthiopas:

4 Ita abducet rex Assyriæ captivam multitudinem Ægyptiorum, & deportandam turbam Æthiopum" puerorum & senum, nudam & discalceatam; etiam denudatos nate, *in* probrum" Ægyptiorum.

5 Ita" perterrefacti erubescent; ab Æthiopibus exspectatione sua, & ab Ægyptiis gloriatione sua.

6 Et dicet incola" regionis istius tempore illo; Ecce, ita habet exspectatio nostra, quò confugiebamus ad auxilium, ut eriperemur a conspectu regis Assyriæ: & quomodo evademus" nos?

[a] *Heb.* per manum Jeschahhjæ filii.

[b] *Heb.* trium vel tertii annorum: nā receptū est cardinalia pro ordinalib⁹ ab Hhebreis accipi.

Annotatio.

1 *Anno*] Hujus capitis (quod brevitate sua obscurum, variis interpretationibus amplius obscuratum est) tres sunt præcipuæ partes: notatio temporis, vers. 1. signum a Propheta ex Dei mandato exhibitum, vers. 2. & prophetica signi explicatio, cæteris versibus. summa est, fore ut Ægyptiorum Æthiopumque copiæ intra triennium fusæ veniant in potestatem Assyriorum; ac proinde frustrà Philistæos auxilium & liberationem ab illis exspectaturos. Est igitur hic annus, sententia nostra, duodecimus regni Chizkijæ; quo Sancherib rex Assyriæ, qui hic nominatur Sargon, pergebat occupare civitates munitas Jehudæ; ex quibus tum erat Aschdod; tam propter jus quod Jehudæ attribuitur, Jehoschu. 15.47. quàm propterea quòd Chizkija priùs illud cum Palæstina reliqua occupaverat, 2. Reg. 18.8. & suprà 15. *Tarthan*] unus e principibus Sancheribi, de quo 2. Reg. 18.17. *Aschdodum*] Azotum vulgò, clarum idolo Dagonis, 1. Schem. 5.2. Satrapia Philistæorum, Jehosch. 13.3. & urbis amplitudine præstantiaque, quam celebrat Herodotus lib. 2. 2 *Cilicium*] id est, villosum vestimentum tuum, quo ferè utebantur Prophetæ, ut apparet ex Zecarja 13.4. *Nudus*] id est, nudatus veste sua prophetica, synecdochicè; ut 1. Schem. 19.24. nam hæc ita gesta esse adeò aperte ipsa verba docent & signum flagitat, ut planè sit alienum visionem tantùm hoc quidem loco statuere. Quamobrem hoc ita factum fuisse intelligimus; Prophetam exuta toga induviatum fuisse; denique ad eum modum compositum quo solent esse qui in captivitatem rapiuntur; ut rei cum signo conveniat. 3 *Elocutus*] nunc demum apponitur prophetica signi explicatio: qua continentur historia illius victoriæ quam consecutus est Sancherib contra Ægyptios & Æthiopas, & historia desperationis Philistæorum, postquàm viderunt captivos abduci eos a quibus liberationem exspectaverant, binis vicibus. *Tertii anni*] id est, signum est tertio anno post hanc prophetiam fore ut fundantur, cædantur & captivæ fiant Ægyptiorum & Æthiopum copiæ, quas ductarus est Tirhaka: ut per occasionem attigerat suprà 18.4. Nam etsi Ægyptiorum in castris nulla fit mentio; tamen cùm

men cùm illorum res magis quàm AEthiopum ageretur, inter se fœderati essent, & Sethon rex AEgyptiorum esset ignaviſſimus (quæ Herodotus in Euterpe docet) nihil mirum est si copiæ omnes AEthiopi creditæ sunt. 4 *Juvenum*] nimirum eorum qui duce Tirhaka in aciem processerant extra fines suos: pueros enim pro administris & gregario milite, senes verò pro hominibus consilio & authoritate valentibus hoc loco accipimus. *AEgyptiorum*] AEthiopumque, synecdochicè. 5 *Perterrefacti*] Aschdodæi & Pelischtæi reliqui, ut seq. versu. 6 *Regionis istius*] Pelischtææ: nam quod aliis ad Judæam referri placet, nobis minimè probatur: tum quia ab ista exspectatione Chizkija erat alieniſſimus, tum quia vocem Hhebraicam qua propheta utitur Judææ accommodari nusquam memini mus. *Nos*] nimirum soli sine aliorum auxilio: fuerant enim Pelischtæi omnino debilitati a Chizkija, supra 15. & amplius exhausti hac sua recente clade, invadentibus Assyriis & occupantibus.

CAPUT XXI.

Propheta graviſsimum populi dolorem in deportatione Babylonica exprimens, consolatur eum ab excidio regni Babylonici per Medos & Persas, & signo de eo confirmatur: deinde Edomæis ruinam, nisi resipiscant; ac postremò incolis Arabiæ Petræ miserrimam fugam & cladem prænuntiat.

1 [a] ONEROSA prophetia deserti maris; sicut [b] turbo vehementiſsimus in Austrum permeando, a deserto eventura, e regione formidabili:

2 Visio dura nuntiatur mihi: Perfidus iste perfidè agit, & vastator iste vastat; Ascende Hhelā, obside Madai; totus gemitus hujus faciā ut cesset, *dicentis*:

3 Idcircò implentur lumbi mei ægritudine; tormina corripiunt me quasi tormina parturientis: contorqueor ex auditu, conturbor ex visu.

4 Errat animus meus, horror perterrefacit me; crepusculum [c] desyderatiſsimum mihi disponit mihi in trepidationem.

5 Instrue mensam, speculetur [d] speculator, comede, bibe: surgite ô Principes, ungite scutum.

6 Nam ita edixit Dominus mihi: Abi, constitue speculatorē, quod viderit indicet.

7 Cùm itaque vidiſset [e] currus, duplices equites, currus asinorum, & currus camelorum: & attendiſsetf attentè, attentiſsimè:

8 Clamavit, *ut* leo; In specula, Domine, ego consistam jugiter interdiu, & in observatione mea ego perstabo totis noctibus.

9 Intereà ecce jam ingressi erant currus virorum, duplices equites: tunc elocutus est dicens, cecidit, cecidit Babylon, & omnes sculptiles Deos ejus perfringens *dejecit* in terram.

10 O tritura mea, & [g] edite in area mea: quod audivi ex Jehova exercituum Deo Jisraëlis, annuntio vobis.

11 Prophetia onerosa Dumæ: Ad me clamat e Sehhire; vigil quid de nocte, vigil quid loquitur?

12 Dicit vigil; advenerat mane, sed etiam nox *advenit*: si quæsituri estis, quærite, revertimini, venite.

13 Prophetia onerosa in Arabiā: Per sylvas, in Arabia pernoctabitis, ô cœtus commeantes Dedanæorum.

14 Obviam sitienti venientes afferāt aquas; incolæ regionis Themæ, cibo suo præveniant evagantem:

15 Cùm propter gladios evagabuntur; propter gladium extensum, & pro-

[a] *Heb.* onus: ut suprà 13. 1. & infrà 11. & 13.
[b] *Heb.* turbines.
[c] *Heb.* desyderii mei.
[d] *Heb.* speculatio.
[e] *Heb.* currum, par equitum. syllepsis: ut 2. Reg. 6. 17. & infrà ℣. 9.
[f] *Heb.* attentione, multitudine attentionis.
[g] *Heb.* fili areæ meæ.

& propter arcum tensum, denique propter gravitatem belli.
16 "Sic enim ait Dominus ad me: intra annum," ut sunt anni mercenarii, tum deficiet tota gloria" Kedaris:
17 Et reliquus numerus jaculatorum, potentes Kedareni diminuentur: quoniam Jehova Deus Jisraëlis locutus est.

ANNOTATIO.

1 *Onerosa*] Etsi hoc caput secundum varias prophetias fuit dividendum; tamen tum propter duarum posteriorū brevitatem conjunctas retinuimus, tum etiam ne capitum numerus augeretur. Sunt itaque hic prophetiæ tres: prima in Babyloniam, 10 versibus; secunda in Edomæam, vers. 11. & 12. tertia in Arabiam reliquam, ad finem usque. Primæ autem prophetiæ partes in universum duæ sunt; una, qua hostes regni Babylonici a Deo provocantur in Babyloniam, usque ad versum 6. altera, qua eventus & funestus Babyloniæ casus exponitur, usque ad versum 10. quæ propheta deinde concludit apostrophe ad populum elegantissima, versu 10. *Deserti maris*] id est, Babylonię: sic enim appellatur obscuriore nomine Babylonia & Chaldæa tota, tum propter ingentes paludes & lacus Chaldaicos, in quibus altera pars Euphratis Babylonem & Otrin permeans cōsumitur, ut scribit Plinius lib. 5. nat. hist. cap. 26. tum etiam propter statum in quo futura erat Babylon cùm a Cyro obsessa est. Nam mare ingens sive palus trecentorum viginti stadiorum in latitudinem operâ Nitocris reginæ septentrionem versus effecta fuerat, & regio quoque supra Babylonem versus pagum nomine Ardericam, in quamplurimos anfractus deducto Euphrate deserta facta, ut scribit Herodotus in Clio: quæ regionis forma propheticè his verbis præfigurata est. *Sicut turbo*] id est, impetu & celeritate summa, quam sinuosus & tortuosus Euphrates minimè sit impediturus. *In Austrum*] id est, in Babylonem, quam Darius & Cyrus a latere septentrionis adorsi sunt. *A deserto*] id est, ab ea parte quam Nitocris sinuato Euphrate & mari effosso desertam effecerat. *Regione formid.*] videlicet Media, abs qua jam antè Nitocris illa sibi metuens curaverat fieri maxima illa opera, quæ modò diximus. 2 *Visio dura*] quam onus sive onerosam prophetiam nominavit, præcedente versu. *Perfidus iste*] hinc usque ad vers. 6. populo subministrat Propheta Dei verba, quibus in captivitate Babylonica cōfirmaretur de ruina Babylonis & liberatione sua: ac propterea advocat Deus illos quorum operâ erat utrumque effecturus. Causæ hic ponuntur duæ: una, impietas & improbitas Babyloniorum; altera, populi calamitas: quæ duo per ὑστέρωσιν sequentibus explicantur. Perfidi enim & vastatoris appellatione Babylonius intelligitur in perfidia sua contra Deum & inhumanitate pergens: quemadmodum apud Danijelem exemplis Nebucad-Netzaris & Belschatzaris ostenditur, a primo capite ad 6. *Ascende Hhelam*] id est, Persa synecdochicè: est enim Hhelam incola Elymaidis ad Mediam: vide Genes. 10. 22. *Madai*] ut Genes. 10. 2. sic nominatim ostenduntur populi, quibus administris post annos amplius centum septuaginta erat usurus Deus, Dario Medo & Cyro Persa ducibus, ad evertendum imperium Babylonicum. *Hujus*] nimirum Ecclesiæ indignè perferentis perfidiam & inhumanitatem istius, quam posteà compellat versu 10. quasi dicat, nō possum amplius ferre istorum improbitatem, & hujus querimonias: tempus est hanc liberandi, & istum perdendi. 3 *Idcirco*] propter istorum perfidiam, inhumanitatem, & ærumnas meas: verba Ecclesiæ gemitus suos exponentis allegoriis gravissimis. 4 *Crepusculum*] id est, ne ipsam quidem noctem, humanæ quieti attributam & mihi optatissimam, sinit quietam esse; sed noctes æquè ac dies abutitur me, ut durissimus dominus mancipio abjectissimo: cujus sola recordatio ita animum meum afficit, ut totas etiam noctes cohorrescam. 5 *Instrue mensam*] hîc Deus ad denuntiationem revertens Babylonios primùm per concessionem vocat ad diem festum celebrandum, de quo Danijel. 5. deinde altera parte versus obsessores excitat & classicum canit, ut Babylonem irrumpāt. *Speculetur*] id est, genio tantùm indulgeto; ne laborato de custodia Babylonis: qui volet sollicitus esto. Nam ista indefinita imperandi genera sunt negligentium, ac ferè inutilia, ut docet Xenophon κύρου παιδείας α. *Surgite*] apostrophe ad Darium & Cyrum, Medorum & Persarum duces. *Ungite scutum*] id est, arma vestra comparate ad irruptionē: synecdoche. 6 *Nam ita*] altera pars hujus prophetiæ, qua Deus superiorem denuntiationem visione confirmat, & Babylonis excidium præfinit; quod suprà obscurius fecerat, capite 13. & 14. *Constitue speculatorem*] id est, ut amplius confirmeris de prænuntiato excidio Babylonis ad liberationem populi, ac proinde alios in eadem expectatione confirmare possis; adhibe testem alterum, nimirum Prophetam aliquem ex discipulis tuis, qui res visas ad te referat. Hic autem propterea speculator dicitur, quòd officium esset populi, velut e specula venturum in Babylonem judicium certa fiducia præcipere: quod studium opponitur Babyloniorum oscitantiæ, de qua præcedente versu. 7 *Vidisset*] in visione a Deo exhibita. *Currus*] signa hæc quæ videnda exhibuit Propheræ Deus figuræ sunt exercitus, quo Darius & Cyrus Babylonios expugnarunt. Cùm enim Babylonii (ut docent historiæ prophanæ, & nominatim recenset Herodotus lib. 1.) equitatu valerent plurimùm, visum est Dario & Cyro hac arte Babylonios aggredi, ut equis illorum camelos tantùm & mulos Persicos objicerent; quorum illi equos aspectu & odore deterrent, hi viribus sunt valentiores & velociores: quod stratagema Cyrus jam anteà experientia didicerat, in prælio ad Sardeis commisso contra Crœsum, ut ibidem refert Herodotus. Hoc autem naturale esse odium inter camelos & equos docent Aristot. de historia animalium, & Plin. lib. 8, cap. 18. Mulos verò orientales viribus & celeritate præstare, vel ex Abschalomi historia constat, & ex Persarum angariis. Etsi haud scimus an commodiùs mulorum nomen impedimentis tribuatur, cùm dimidius ferè exercitus in commeatu apportando occuparetur: quia deserta erat regio supra Babylonem, totus ager operâ Babyloniorum exhaustus, & in oppidum comportatus. Hæc ex Herodoto, Ctesia, & Diodoro Siculo. *Duplices equites*] id est, duos ordines equitum, horum supernè, illorum infernè ingredientium Babylonem. 8 *Clamavit*] id est, quàm maxima voce potuit testatus est hanc attentionem suam, & studium amplius attendendi in posterum ad ea quæ dicturus, facturus, aut demonstraturus esset Dominus. 9 *Intereà ecce*] id est eodem momento, cùm nondum absolvisset speculator ostendere studium suum, jam illi ordines Babylonem irruperant ab utraque parte. *Elocutus est*] speculator. *Cecidit cecidit*] repetitio, summę lætitiæ & celeritatis signum: cujus lætitiæ rationes subjiciuntur, ab honore Dei, & liberatione Ecclesiæ. *Dei*] quos laudabat Belschatzar, cùm sacris vasis convivans abuteretur in contemptum Dei, Danijel. 5. 4. *Perfringens*] nimirum Deus per Medos & Persas. 10 *O tritura*] apostrophe ad Ecclesiam: cujus Propheta se membrum esse agnoscens, docet Ecclesiam quantum sit beneficium Dei revelantis consilia sua, & quantum ipsius studium in informanda de illis Ecclesia: triturum autem & editum in area vocat populum Dei, qui in Babylonia quasi in area fuerat triturandus atque ventilatus, ut cùm triturando e gluma, & follibus suis utriculisq; triticum educitur: quæ similitudo in scripturis

est fre-

est frequentissima: ut infrà 28.27. 11 *Prophetia oner.*] secunda hæc prophetia, quò brevior, eò est obscurior. Nos sententiam nostram (ut simplicissima videtur) afferemus. Dumam plerique accipiunt synecdochicè pro Jischmaelitis, ab illo Duma cujus fit mētio Genes. 25.14. Sed hoc improbamus duabus de causis maximè: una est, quòd Sehhir mons Edomæorum hìc nominatus est; altera, quòd Duma illa æquè ac Kedar sequente Prophetia continetur. Dumam itaq; accipimus pro Edomæa per aphæresin, ut cùm Ram pro Aram, Pasdammim pro Ephesdammim, & similia dicuntur: ac propterea duos hosce versus accommodamus Edomæis, hoc argumento: priore versu Edomæi ludificantur studium & attentionem pervigilem piorum, & minas Dei contemnunt; posteriore verò Propheta eas-dem minas repetens docet judicia Dei instare, nisi mox resipuerint; quæ deinde absolutè & sine ulla conditione denuntiantur infrà 34.5. *Clamat*] Edomæus ridens. *E Sehhire*] monte Edomææ, Genes. 36. & Deut. 2. *Vigil*] id est Propheta, qui se custodem esse gloriatur, & excubare pro salute populi, judiciaque Dei explorare. *De nocte*] id est de calamitatibus, quas alii toties cantarunt nobis eventuras esse. 12 *Ad venerat mane*] id est, excusso jugo Israëlitarum e collo tuo (ut dicitur Genes. 27.42) libertate, copia bonorum, ac prosperitate usus es. *Sed etiam nox*] id est, altera tibi instat ab Assyrio calamitas, qua velut tenebris noctis obscuraberis. *Si quæsituri*] Deum videlicet resipiscentiâ, quasi dicat, si est vobis in animo, mox facite ut ad Deum convertamini, & statim redite ab instituta via vestra: quæ hortatio fraterna ad Edomæos emphasin habet, positis verbis pluribus asyndetis. 13 *Prophetia onerosa*] tertia hæc prophetia similiter ostendit quantam cladem Sancherib Arabibus Judææ conterminis allaturus sit, postquam Pelischtæos & alios circumjacentes debellasset, justo Dei judicio: ac propterea primùm calamitatem describit, tribus versibus; deinde præfinit tempus, duobus ultimis. *In Arabiam*] Petræam videlicet, Judææ Ægyptoque conterminam; quæ proinde sæpius Æthiopibus & Ægyptiis operam suam commodaverat contra populum Dei, ac fortasse etiam Tirhakæ contra Sancheribum. *Per sylvas*] id est, latebitis metu Sancheribi. *Dedanæorum*] posterorū Abrahami ex Ketura, Genes. 25.3. 14 *Obviam*] ἐγγαοίοις ab historia incolarū Arabiæ desertæ, ubi sita est Tema Jischmahhelitarum, Genes. 25.15. qua summam penuriam Petræis Arabibus fore ostendit, cùm ab iisipsis mendicaturi sint victum, qui ex suo agro non possunt se ipsos alere. *Evagantem*] incolam Arabiæ Petrææ. 15 *Gladios*] id est, armatas Sancheribi copias. *Extensum*] id est, pervadentem totam Arabiam. 16 *Sic enim*] confirmatio a tempore, ut antè diximus. *Ut sunt*] vide suprà 16.23. *Kedarii*] id est, Arabiæ Petrææ synecdochicè: vide Psalm. 120.5.

Caput XXII.

Propheta Iudæam ab Assyrio vastandam alloquens luctum venturum illius describit: Iudæos reprehendit quòd mediis humanis, nō Deo confidant: severissimam ultionem verbis Dei prænuntiat Reipublicæ; & nominatim Schebnæ præfecto prætorio, quem deturbandum de authoritate sua, & alterum substituendum, post gravissimam reprehensionem pronuntiat.

1 "PROPHETIA "onerosa" vallis visionis. "Quid tibi jam est, "quòd ascendis tota in tecta tua? *a Heb.* onus: ut suprà 13. 1.

2 *Quòd* tumultuationibus plena, civitas strēpera es, ô urbs *antè* exultabunda? "confossi tui non sunt confossi gladio, neque mortui bello?

3 "*Quòd* omnes ductores tui "evagantes pariter, "ita vincti sunt ut non utantur arcu: quicunque præsentes sunt tuorum, vincti pariter, "a longinquo fugiunt? *b Heb.* vincti sunt ab arcu.

4 Propterea dico, "respicite *aliorsum* a me, amaritudine afficiam *me* in isto fletu; ne urgeatis ut consolemini me, "*nimirum* propter vastationem "filiæ populi mei:

5 "Quia dies est "vexationis, conculcationisque, & perplexitatis Domino Jehovæ exercituum, in valle visionis; "*dies* destructionis muri, & "vociferationis ad montana.

6 Et "Hhelamita gestat pharetram, cum curribus hominum & equitibus: & "Kir expromit clypeum.

7 Eveniet enim "lectissimis convallibus tuis, ut impleātur curribus; cum equitibus suis "continenter ponant *castra* "ad portam: *c Heb.* ponēdo ponant.

8 Quia "retegente *hoste* "operimentum Jehudæ "intueris quidem eo tempore in arma "domus saltus,

9 "Et rimas civitatis Davidis consyderatis multas esse, & colligitis aquas "piscinæ "inferioris,

10 Domosq;

10 Domosque Jeruschalaimorum "recensentes, diruitis "domos quasdam ad muniendum murum.

11 Insuper" conceptaculum facitis inter duos muros pro aquis "piscinæ veteris; sed non intuemini "in opificem illius, & formatorem ejus "e longinquo *tempore* non animadvertitis:

12 "Cumque" vocaverit Dominus Jehova exercituũ tempore illo; ad fletum, & "ad planctum, & "ad calvitium, & ad cincturam cilicii;

13 Ecce lætitiam & gaudium, occidendo boves, & jugulando pecudes, comedendo carnes, & bibendo vinum, *dicentium*; edamus & bibamus, "cras enim morituri sumus.

d *Heb.* in auribus meis: ut suprà 5.9.

14 "Atqui revelavit se, [d] me audiente, Jehova exercituum; *ne vivam*, si expietur ista iniquitas vobis, "donec moriamini, inquit Dominus Jehova exercituum.

15 "Ita ait Dominus Jehova exercituum; age, accede" adjutorẽ istum, Schebnam, qui præest domui.

16 "Quid tibi hîc? & quis tibi hîc *est*? quòd excidisti tibi" hîc sepulchrum: "ô cædens in edito sepulchrum suum, ô statuens in petra habitaculum sibi.

17 "Ecce Jehova," qui contegit te integumento" *quantum potest esse* viri; & qui amicit te [e] bellè,

e *Heb.* amiciendo.

f *Heb.* volutando volutabit te.

18 [f]" Egregiè volutabit te volutatione, *ut* pilam in regionem amplam spatiis: ibi morieris, ibique *desinent* curricula gloriæ tuæ; "ô ignominia domus domini tui.

19 Propulso te de statu tuo, *inquiens*, de statione tua destruet te.

20 "Erit autem" die illa, ut vocem servum meum "Eljakimum filium Chilkijæ:

21 Et" induens eum tunica tua, baltheoque tuo confirmans eum, dominationem tuam tradam in manum ejus; ut sit "loco patris habitatoribus Jeruschalaimorum, & domui Jehudæ:

22 "Et imponam clavem domus Davidis "humero ejus: eo aperiente nemo claudet, & claudente nemo aperiet:

23 Et" infigam eum velut paxillum in loco firmo, eritque "solio honori, &" domui paternæ suæ.

24 "Et appendent ei totam gloriam domus paternæ ipsius, prognati & editæ illa, omnia instrumenta *etiam* minimi; [g]" tum instrumenta craterum, tum omnia instrumenta utrium.

g *Heb.* ab instrumentis craterũ usq; ad omnia, &c.

25 "Die illa, dictum Jehovæ exercituum, discedet paxillus iste infixus in loco firmo: & amputatus decidet, exscindeturque" onus illud quod erat impositum ei; nam Jehova locutus est.

ANNOTATIO.

1 *Prophetia*] Hujus capitis prophetia est duplex: una ad rempublicam totam pertinens, usque ad versum 15. altera, ad Schebnam præfectum prætorio, inde ad finem usque. Priorís autem prophetiæ partes sunt tres: prima, est propositio dialogistica calamitatum & luctus Judæis omnibus eventuri, usque ad versum 7. secũda, propositio causarum quibus

quibus ad calamitatem istam importandam adducitur Deus, usque ad versum 14. tertia est conclusio qua sentētiam fert Deus de immittendis in Judæam calamitatibus, ver. 14. *Vallis*] id est Judææ; quæ a situ quidem vallis nominatur, quia montosa est; visionis verò, & quia Deus præsentiam suam quodammodo aspectabilem videndamque populo suo exhibebat, & quia sedes fuit prophetarum Dei, ad quam propriè olim prophetiæ tum aliæ omnes, tum hæc ipsa pertinuerunt: sic infrà ver. 5. Cæterùm quod interpretibus visum est priorem hanc prophetiā referre ad ea tempora, quibus Judæam totam occupavit Babylonius post annos amplius centum, nobis minimè placet: quia singula quæ hic dicuntur animadvertimus planè ad tempora Chizkijæ pertinere, & secunda prophetia hujus capitis confirmat. *Quid tibi*] dialogismus quo Propheta Judeam de calamitatum & luctus causa interrogat, tribus versibus: Judæa verò responsionem subjicit, tribus alteris. *Quòd ascendis*] i. comparas te ut publicè in oculis omnium testatum facias luctum ingentem tuum: nam ita publicè in tectis & plateis agitabatur luctus in malo publico, ut Jirmejæ 48. 38. 2 *Confossi tui*] i. quòd homines tui non exspectato adventu hostis, velut trās fossi, examinātur metu. 3 *Quòd omnes ducto.*] i. quòd omnes in fugam se dant, abjectis armis. *Evagantes*] i. vagi hûc illûc discurrunt, & alii concurrunt Jeruschalaima, 2. Chronic. 32. 3. *Ita vincti sunt*] i. oppressi metu ac velut constricti, ita ut arma capiendi non sit illis animus. *A longinquo*] i. cùm adhuc procul abest hostis. 4 *Propterea*] responsio hæc Judææ primùm gravitatem luctus velut immedicabilis explicat; deinde causam, quæ paucis verbis exposita in fine versus, duobus sequentibus explicatur. *Respicite alior.*] id est finite me, aliis rebus incumbite quàm ut me cōsolemini. *Nimirum propter*] ἀπόδοσις particulæ *propterea*, positę in principio versus: quæ ut evidentior fieret, vocem *nimirum* interjecimus. *Filiæ populi*] id est, unius cujusque oppidi in Judæa, quod Jeruschalaimis velut matri paret. 5 *Quia dies*] ex ornatio sive explicatio præcedentis causæ a duobus locis: nimirum a persona Dei, hoc versu; & a persona inimicorum, versu seq. *Vexationis*] id est quo Judæa, vallis visionis dicta, a Domino vexatur, conculcatur, &c. *Dies destructionis*] id est quo oppida Judææ tormentis bellicis destruūtur: hæc ut ita accipiamus adducimur tum evidentiâ loci, tum Hhebraicis distinctionibus. *Vociferationis*] id est, quo singuli cedentes hosti perfugium vociferando in montanis quærunt. 6 *Hhelamita*] ist est Persa synecdochicè, ut suprà 21. 2. *Kir*] id est Medus, synecdochicè: vide 2. Reg. 16. 9. 7 *Eveniet enim*] secunda pars, prophetica causarum propositio quibus Deus severum hoc judicium exsequitur. *Lectissimis*] id est agro tuo, quem prius depopulatus est, deinde eo ordine peragravit Sancherib, de quo suprà 10. 28. in secunda expeditione, cùm veniret ad obsidendum Jeruschalaima. *Ad portam*] i. munitas quasque civitates Jehudæ obsideat diligentissimè, 2. Reg. 18. 13. 8 *Retegente*] id est cùm fines tui, aut civitates præsidiariæ & loca limitanea ab inimicis invaduntur atque expugnantur. *Operimentum*] id est præmunitiones & propugnacula, metaphoricè. *Intueris quidem*] id est, animum appellis ad rationes humanas, quibus prospicias defensioni tuæ; quod non est simpliciter ex sua ipsius natura damnandum: vide 2. Chronic. 32. *Domus saltus*] id est armamentario regio, ubi ex saltibus & sylvis missilia omnia, tormenta, & machinę omnes bellicę comparantur. Sic malumus hanc appellationem metonymicè accipere, quàm referre ad domum saltus Libani a Schelomone exstructam, 1. Reg. 7. 2. & 10. 17. & 21. quia hæc jam longo intervallo Judæorum esse desierat. 9 *Et rimas*] vide 2. Chronic. 32. 5. *Piscinæ*] id est, piscinam novam facitis ad confirmandum locum: itáque nominatur facta Nechem. 3. 16. quia ex aquis fontium extra civitatem erat effecta, 2. Chronic. 32. 3. & 4. *Inferioris*] vide suprà 7. 3. 10 *Recensentes*] id est lustrantes numerum civium, & singulos ad munus suum bellicum cōparantes. *Domos quasdam*] ineptas videlicet & incommodas ad defensionem muri, quæ stantes fuissent impedituræ. 11 *Conceptaculum*] quò deduceretur aqua Gichonis ex superiore alveo infernè ad occidētem civitāti Davidis, 2. Chronic. 32. 30. & 2. Reg. 20. 20. *Piscina veteris*] id est superioris, ut suprà 7. 3. quā efficiebat Gichon ex vetere porta profluens. *In opificem*] id est Deum effectorem illius vexationis, conculcationis, & perplexitatis, de quibus ver. 5. *longinquo*] id est, qui jam pridem consilio suo admirabili præstituit vobis & informavit illud malum. 12 *Cum ergò*] confirmatio præcedentis exprobrationis a signo: ad Deum (inquit) vos non respicere sic probo; nam non respicitis ad opera ejus: luctuosa fuerūt temporibus Achazi, & adhuc luctuosa sunt; vos autem ridetis, comessamini, &c. *Vocaverit*] judiciis suis in vos, & in Jisraëlitas fratres vestros. *Ad calvitium*] i. neque tantùm habendum dolorē in animo vestro; sed etiā signis publicis & externis testando resipiscentiā vestrā. Nam etsi calvitium induci pro mortuo interdictū est lege (Levit. 19. 27. & 28. & Deut. 14. 1.) tamen certum est in sancta resipiscentia, cui nihil cū desperatione cōmune est, calvitiū probari atque imperari: ut Micæ 1. 16. 13 *Cras enim*] i. postmodùm desinemus esse: propterea, dum vita supereſt, voluptatibus nos expleamus: sic 1. Corinth. 15. 32. atheorum & perditorū hominū sermo. 14 *Atqui*] conclusio hujus interminationis, ut diximus in versum 1. *Donec moriamini*] i. unquam: nam in hac vita locus est remissionis peccatorum & veræ resipiscētiæ; deinde verò mors sola manet immorigeros, ut Chaldæus ipse interpres observavit. 15 *Ita ait*] secunda hæc prophetia (quæ cū superioris argumento planè cōjuncta est, ut ostendit adjutoris appellatio) duas partes continet: unam, denuntiationem judicii in Schebnam, usque ad versum 20. alteram, prophetiam de sufficiendo in locum illius Eljakimo, ver. sequentibus. *Adjutorem*] i. fautorem & magistrum impiorū istorū, quibus modò judiciū denuntiatū est. *Qui præest domus*] i. præfectū prætorio. Videtur autē hic Schebna ex hoc loco, & 2. Reg. 18. fuisse vetus præfectus prætorio inde a temporibus Achazi: quibus vetus illa vulpes in impietate & maleficiis consenescens ita invaluit authoritate, ut non potuerit quam primum a Chizkija abdicari; ac proinde ipsius Chizkijæ tēporibus impios & maleficos confirmasse, & reformationem publicā & privatā, Ecclesiasticam & politicam toto conatu impediviſſe: propterea cùm percepta fuit ipsius impietas a Rege, ex præfecto prætorio (ut hîc nominatur) scriba honorarius effectus esse, velut emeritus ætatis nomine, 2. Reg. 18. 18. 16 *Quid tibi hic*] i. quā hæreditatē a parentibus tuis, aut quā agnationē habes Jeruschalaimis, ut hic tibi instituas sepulchri locū? non meministi te hæreditatē planè nullā a parentibus habuisse? inopem, egentem fuisse, & terræ filiūt hic primus locus est istius partis, nimirū reprehensio gravissima; cui subjicitur denuntiatio, tribus versibus. *Hic*] in hac civitate, Jeruschalaimis. *O cædens*] i. tu qui summa amplitudine & dignitate sepulchrū tibi hîc curasti excidendū. 17 *Ecce*] hæc denūtiatio venturā calamitatē Schebnæ proponit duplice similitudine: una, pilæ quæ in longinquissimū projicitur, duobus versib. altera ædificii, ver. 19. *Qui contegit te*] i. qui unus te in hoc fastigiū dignitatis evehit: dignitas enim ut ab insignibus vestimētis cognoscitur, ita synecdochicè in scriptura designatur vestimentorū appellatione, ut Gen. 41. 41. & sequentibus. Hoc autē verbum Hhebraicū ex cōparatione sequentis membri ita reddimus, servata significatione simplicis verbi quod legitur Nechem. 3. 15. *Quantum potest*] i. amplissimo: erat enim Schebna secūdus a Rege. 18 *Egregiè*] i. procul arcebit & divexabit te: sive in exilium fuerit actus a rege, sive ab Assyriis interceptus, sive ultrò ipse e Judæa profectus, postquàm & dignitate sua & honoribus excidisset: nam horū nihil meminimus in scriptura definiri. *O ignominia*] i. qui par pari non retulisti, serviens Domino tuo regi; sed omne genus ignominiæ domui illius inussisti, qui te omni genere honoris cohonestaverat. 20 *Erit autem*] altera pars, ut dictū est in versum 15. *Die illa*] qua Deus sentētiā hāc cōtra Schebnā cœperit exequi. *Eljakimum*] de quo 2. Reg. 18. 18. & 2. 6. & 37. 21 *Induens eum*] vide suprà ver. 17. *Loco patris*] ut Gen. 45. 8. 22 *Et imponam*] i. plenā administrationē regni secundo loco a rege cōmittā ei, ut imperet, vetet, permittat, puniat, denique efficiat quicquid justū fuerit, & cohibeat injustū: allegoria in scripturis frequēs. *Humero*] vide suprà 9. 6. 23 *Infigam eum*] id

est, confirmabo eũ in dignitate ipsius, & stabiliam vehementissimè; ut erga omnes fungatur officio suo, & vicissim omnes ab ipso pẽdeãt: vera descriptio pii magistratus hærẽtis ꝓmissionibus Dei, duobus versib. *Solio*] i. Regi synecdochicè. *Domui pater.*] i. Jehudæ, hîc & seq. versu, ut nominaverat suprà ver. 21. 24 *Et appendent*] officiũ bonorũ populariũ erga magistratũ piũ, figuratũ eadẽ allegoria quæ cœpta est superiore versu. *Prognati*] i. omnes viri & mulieres e Judæorũ gẽte, sine discrimine ætatis, sexus, &c. aut personarũ acceptione. *Omnia instrumenta*] i. non tãtùm homines curæ futuri sunt ipsi, & quidẽ homines tenuissimi; sed etiã minutissima ipsorũ instrumẽta, ne quã jacturã faciãt ipsi, aut ab aliis damnũ patiãtur. *Tum instrumenta*] i. omnia instrumẽtorũ genera sustentabit, & parva, cujusmodi sunt crateres; & magna, cujusmodi utres; quorũ hi ad excipiendũ, illi ad fundendum liquorem pertinent: species pro genere, synecdochicè. 25 *Die illa*] ἀναβασις sive regressio ἀντίστροφος ad sermonem de Schebna, concludens prophetiam hanc descriptione allegorica judicii quod perpessurus erat Schebna, cõtrariis planè verbis quàm Eljakimo promisit Deus, versibus præcedẽtibus. *Onus illud*] i. quicunque pependerũt ab eo, & in eo cõquieverũt.

CAPUT XXIII.

Propheta promulgans luctum Tyriis & propter eos aliis gentibus; fastum illorum, consilium Dei in dejiciendo fastu, & sententiam ejus explicat; exemplo confirmat; tempora judiciorum circumscribit per Nebucadnetzarem & Alexandrum Magnum: & postremò illis promittit vocationem ad regnum Christi per gratuitam Dei misericordiam.

1 ″ROPHETIA oneros̃a Tyri: ″Ejulate ″naves Oceani; ″vastatã esse″ [a] a domesticis, ″ab advenis, a ″regione Cittæorum, revelatur in illam.

[a] *Heb.* a domus, ab advẽtus *viris.*

2 ″Silete habitatores″ insulæ; tu *quam* mercatores Tzidonis pervagantes mare, implent:

3 ″Cujus proventus aquis multis *est*″ semen Schichoris, ″messis rivi *AEgyptiaci*: & quæ es mercatus gentium.

4 ″Erubesce Tzidon; quia loquitur″ mari″ munitio maris, dicendo: ″non parturio, neque pario, neque éduco juvenes, *aut* tollo virgines.

5 Quemadmodum″ rumore de Ægypto, ″intremant æquè rumore Tyri.

6 ″Transite per Oceanum, ejulate habitatores″ insulæ.

[b] *Heb.* antiquitatis.

7 ″Hæccine vobis exultabunda *videretur*; cujus pedes a diebus [b] præcedentibus, præcedente statu ipsius ducunt eam ad ″peregrinandum procul?

8 ″Quis cepit consilium hoc contra Tyrum illam″ coronariam? cujus mercatores erant principes, cujus negotiatores honoratissimi terræ.

[c] *Heb.* prophanandũ.

9 Jehova exercituum consilium illud cepit; ad [c] fœdandum fastum omnis gloriæ, ad elevandum omnes honoratissimos terræ.

[d] *Heb.* filia.

10 ″Remea in terram tuã, ″similis rivo: [d] navis Oceani, ″nulla est zona amplius.

11 ″Manum suam extendit super mare, cõmovet regna. Jehova præcipit″ contra Cenahhanem perdere munitiones istius,

12 Dicens, non perges amplius exultare: ô oppressa″ virgo filia Tzidonis, ad″ Cittæos surge, transi, etiam illîc non erit quies tibi.

13 ″En terram Chaldæorum; ″ipse populus illius non est, Assyrius ″fundavit eam pro barbaris: ″erexerant exploratorias speculas suas, excitaverant palatia illius; *Assyrius* disposuit illam″ in ruinam.

14 ″Ejulate naves Oceani, quia vastatur munitio vestra.

15 ″Erit

Caput XXIII.

15 "Erit autem tempore illo, cùm "oblivioni tradita fuerit Tyrus "ſeptuaginta annis, ſecundum dies "" regni unius: *ut* "exactis ſeptuaginta annis "ſit Tyro ſimile canticum meretricio.

16 "Sume citharam, circui civitatem, ô meretrix oblivioni tradita: [f] optimè pulſa, utere quàm plurimo cantico, ut renovetur memoria tui.

17 "Sed erit ut exactis "ſeptuaginta annis "reviſat Jehova Tyrum, quæ reverſa fuerit ad quæſtum ſuum: "deinde ſcortabitur cum omnibus regnis regionis, in ſuperficie terræ.

18 "Tandem erit merx ejus, & queſtus ejus [g] ſanctificatus Jehovæ; "nõ reponetur in theſaurum neque recondetur: "ſed pro habitatoribus [h] expoſita Jehovæ erit merx ejus, "ad comedendum in ſaturitatem & ad tegumentum validum.

[e] *Heb.* regis: ut apud Danijelem ſæpè.

[f] *Heb.* benefac pulſando, multiplica canticum.

[g] *Heb.* ſanctitas.

[h] *Heb.* corã Jehova: ut Gen. 13. 9.

ANNOTATIO.

1 *Prophetia*] Hæc prophetia ad conſolationem populi, contra Tyrios prænuntiata fuit iis tẽporibus, quibus ſtare Tyrus & inexpugnabilis eſſe videbatur: nam præter naturam loci munitiſſimã celeberrima victoria acceſſerat contra Schalman-Eſeris & Phœnicum claſſem, ut ex Menandro Tyrio Joſephus narrat ſub finem libri 9. antiquitatum Judaicarum. Cùm itaque Tyrii naturæ loci, induſtriæ, opibúſque ſuis cõfiderent, & omnibus eo nomine invicti eſſe putarentur, in propinquos Iſraëlitas & alios ferocirent, nihil denique non arrogarent ſibi; declarat hoc capite Propheta non eſſe cur alii habitationẽ Tyri expetant, aut ipſi de ea ſibi gratulentur: novas enim indies illis calamitates exorturas. Continentur itaque hoc capite documenta quatuor: primum eſt, denũtiatio luctus pro ea lætitia quæ tũ agitabatur, uſque ad verſum 8. ſecundũ, explicatio cauſæ ex qua hic luctus Tyriis importatus eſt, inde ad verſum 15. tertium, prophetia ſingularis tempora ex ordine circumſcribens quibus erat affligenda Tyrus, uſque ad 18. ultimum, prophetia de vocatione illius ad gratiam Dei & ſui ſanctificationem, verſu ultimo. *Ejulate*] exordium ex abrupto per prolepſin, quo ad luctum provocantur omnes Tyrii, & alii victum quærentes Tyria navigatione; & cauſæ ponũntur, quas Propheta deinceps explicat. *Naves*] id eſt naviculatii, & mercatores ex navigatione facientes quæſtum, metonymicè: ut infrà ver. 10. & 14. *Vaſtatam eſſe*] i. vaſtandam, ut ſequentia omnia prophetice. Hîc autem ponuntur tria vaſtationis tempora per congeriem, quę ſingula ex antiqua hiſtoria conſtant evidentiſſimè. *A domo ſticis*] i. ſervis Tyriorum, qui cùm attritas dominorum vires animadverterent, conſpiratione facta omnem liberum populum cum dominis interfecerunt, Rempublicam invaſerunt, & Stratonem fecerunt regem, ut ſcribit Juſtinus lib. 18. *Ab adventu*] Chaldæis ſive Babyloniis, authore Nebucadnetzare, qui Tyrum annos tredecim obſeſſam expugnarunt: vide Jirmejæ 47. Jechezkel. 26. & ſeq. & Joſephum lib. 1. contra Appionem Alexandrinum. *Regione Citæor.*] i. Cilicia, unde profectus Alexander Macedo irrupit in Orientalem tractum: vide Gen. 10. 4. 2 *Silete*] i. miſſam facite iſtam exultationem veſtram (de qua verſu 7.) & a commerciis veſtris, præpediti luctu quieſcite. Hîc enim promulgatur luctus (ut antè diximus) Tyriis, duobus verſibus; & commeantibus Tyrum omnibus, in ſeq. *Inſulæ*] Tyri, quæ inſula fuit, donec Alexãdri Magni operibus continẽs effecta eſt. 3 *Cujus proventus*] id eſt, quæ proventum colligis ex alieno agro tuis navigationibus. *Semen Schichor.*] id eſt linum Ægypti, quæ ſynecdochicè a termino ſuo appellatur: vide Jehoſchu. 13. 3. *Meſſis*] id eſt, triticum quo abundat Ægyptus; irrigata rivis e Nilo ductis; ut dictum eſt ſuprà 19. 4 *Erubeſce Tzidon*] apoſtrophe ad Tzidonem, quæ fuit quodammodo parens Tyri: nam Tzidonii a rege Aſcaloniorum expugnati, (ut Juſtinus ibidem ait) navibus appulſi Tyrum urbem condiderunt. q. d. antehac quidem gloriata es de iſto felice partu; jam verò alia ſunt tempora, quibus Tyrus orba & ἄτεκνος futura eſt. *Mari*] id eſt, omnibus e mari appellentibus ad ſe, metonymicè. *Munitio maris*] id eſt Tyrus, periphraſis. *Non parturio*] id eſt jam meis orbata ſum, & inepta aliis in poſterum comparandis, ac velut gignendis: allegorica expoſtulatio. 5 *Rumore de AEgypt.*] cùm audientes populi judicium Dei contra Ægyptios, cõmoti ſunt, dolore correpti, turbati, tremefacti, & diffluxerunt irruente ſuper ipſos pavore magno, ut narrat Moſche Exodi 15. 14. & ſeq. *Intremant*] populi perculſi judicio Dei contra Tyrum. 6 *Tranſite*] hypotypoſis elegantiſſima præcedentis luctus; qua Propheta primùm Tyrios migrare & vagari jubet per maria incertis ſedibus (nam etiam hujuſmodi occaſionibus Tyrii novas ſedes compararunt, & Carthaginem, Leptin, Uticam, & Gades condiderunt) deinde ſermone ad alias gentes converſo Tyrum per ludibrium traducit, ſeq. verſu. *Inſulæ*] Tyri: ut ſuprà ver. 2. 7 *Hæccine vobis*] ſarcaſmus, ex comparatione præſentis abjectionis cum antecedente faſtu & gloria. *Peregrinandum procul*] id eſt quærendas peregrinas ſedes, de quibus modò diximus. 8 *Quis*] ſecunda pars, de authore & cauſa luctus Tyriorum. *Coronantem*] id eſt, quæ non tantùm ipſa regina erat, ſed etiam gignebat quodammodò reges, & mercatores ſuos opibus coronabat; ut ſequentia verba explicant. 10 *Remea*] apoſtrophe ad mercatores exteros, illuſtrans gravitatem mali Tyriis eventuri: *Similis rivo*] i. indeſinenter & citò, ut rivus a natura fertur ſecundo alveo. *Nulla eſt zona*] id eſt, planè infirmata eſt Tyrus, nullæ ſunt amplius vires illi, nulla latera, quibus accingatur aut ſe ipſam confirmet: ut Ijobi 12. 21. 11 *Manum ſuam*] explicatio conſilii quod Jehova cepiſſe contra Tyrum dicitur. Sunt autem hæc Prophetæ verba, dicentis; Tyrii Tzidone orti, ac proinde Cenahhanæorum reliquiæ, nunc mare obtinent arbitratu ſuo; & omnia regna vicina commovent victo Schalmaneſere atque Phœnicibus; & his victoriis partis omnes ſibi ceſſuros exiſtimant: ſed aliud viſum eſt Jehovæ. *Contra Cenahh.*] id eſt Cenahhanæos, qui adhuc ſuperſunt Tyri, Tzidone, & cæteris locis. 12 *Virgo filia*] id eſt Tyrea Tzidoniis condita, ut meminimus in verſum 4. *Citæos*] Cilicas: ut verſu 1. 13 *En*] confirmatio prophetiæ, ex exemplo Babylonici regni quod Sancheribi majores occupaverant atque everterant; ut apparet ex 2. Reg. 17. 24. & 30. & 19. 12. cui argumento ineſt comparatio a majore. *Ipſe populus*] id eſt, jam nulla eſt ipſorum reſpublica,

sed devênit in potestatem alterius. *Fundavit*] id est, statuit in ea colonos barbaros, regioni incognitos. *Erexerant*] Babylonii, sese omnibus modis confirmantes. *In ruinam*] id est evertit totam regionem. 14 *Ejulate*] ἀπόδοσις præcedentis exempli, concludens hanc partem verbis primi versus. Hæc autem prædictio de tempore Nebucadnetzaris accipienda est; qua transit Propheta ad singularem temporum descriptionem, quam suprà diximus. 15 *Erit autem*] tertia pars exponens statum Tyri, qui fuit primùm septuaginta annis a vastatione effecta per Babylonios, hoc versu: deinde a tempore Cyri ad Alexandrum usque Macedonem; quæ spatia definiuntur ipsis temporibus historiæ Judæorum (ut ex scriptura commonstrabimus) usque ad versum ultimum. *Oblivioni tradita*] id est, neglecta & nullo pretio habita. *Septuaginta annis*] deportationis Babylonicæ a Nebucadnetzare ad Cyrum usque. *Regni unius*] nimirum Babylonici. *Exactis*] id est, ineunte regno Persico; cùm Cyrus regnare cœpit, qui alienus erat ab odio illo hæreditario, quo prosequebantur Tyrum Babylonii propter obsidionem diuturnam, cujus antè ex Josepho meminimus. *Sit Tyro*] id est, reflorescens Tyrus opibus, ad se pelliciat iterum mercatores suos: ut ex parte cognoscitur ex Hhezræ 3.7. 16 *Sume citharam*] apostrophe ad Tyrum, qua Propheta oculis subjicit florentem statum & luxuriantem Tyri, ex quo cœpit assurgere ineunte regno Persico: nimirum per annos centum viginti fermè, quibus stetit regnum Persarum. 17 *Sed erit*] explicatio secundæ calamitatis importatæ ab Alexandro Magno. *Septuaginta annis*] ab instauratione videlicet Jeruschalaimorum, ut indicatur in Chronico libri Nechemjæ. Cur autem his annis spatia Tyriis definiat, hæ rationes adduci possunt; quòd hæc Judæis scripta sunt; & quòd communis mox prædicanda fuit vocatio Tyriorum ad regnum Christi, de quo ver. ultimo. *Revisat*] id est, secundò rescindet per Alexandrum. *Deinde*] id est, ne iterato quidem judicio revertetur in bonam frugem: scribit enim Justinus Tyrios Alexandri auspiciis conditos parsimonia & labore quærendi citò convaluisse. 18 *Tandem*] ultimum documentum de vocatione piorum ad regnum Dei, ut diximus in versum 1. cui simile est suprà 19. 18. & seq. *Non reponetur*] id est, tam seria erit Tyriorum resipiscentia, ut non amplius studeant coacervandis opibus; sed omnia liberali animo sanctificent & conferant in usum quem præscribit Deus, & exponit Propheta sequente membro. *Sed pro habitat.*] id est, omnes possessiones ac facultates suas consecrantes Deo dispertient Ecclesiæ, prout cuique opus erit, & nullus erit egens inter eos: vide Actor. 2.44. & seq. & 4.34. & seq. *Ad comedendum*] id est, ad justum alimentum & amictum, quibus contenti sunt pii, 1. Timoth. 6.8.

CAPUT XXIIII.

Propheta summam contrahens judiciorum omnium quæ suprà denuntiaverat, residui servati per electionem Dei lætitiam explicat, & celebrem gratiarum actionem de improbis deturbatis & salute in bonos collata: deinde formam exponit judiciorum, quibus adversarios perditurus & suos traducturus est in admirationem Deus: tum præscripta laudatione qua Ecclesia suam firmitatem in Deo, & fidem in illum operaq; illius prædicat, Propheta inforeat tandem populum de officio ipsius in mediis calamitatibus; adversariorum exitium cũ verberibus piorum comparat; gratiam Dei asserit, & de futura liberatione confirmat.

1 ECCE Jehova exhausturus est terram, & exinaniturus eam; & pervertens superficiem ejus dispersurus est habitatores ejus.

2 Erítque perinde populo ac præsidi, perinde servo ac Domino suo, perinde ancillæ ac heræ suæ; perinde emptori ac venditori, perinde mutuo danti atque mutuo accipienti, perinde fœnore accipienti ac ei qui fœnerat ipsi.

3 Planè exhaurietur terra, & planè diripietur; quia Jehova elocutus est sermonem hunc.

4 Lugebit, concidet terra; languebit, concidet orbis habitabilis: languebunt celsi populorum terræ.

5 Etiam hæc terra contaminata est sub habitatoribus suis; quia transgrediuntur leges, mutant decretum, irritum faciunt fœdus perpetuum.

6 Idcircò execratio consumet terram, & desolabuntur habitantes in ea: idcircò exardescent habitatores terræ, & reliqui fient mortales perpauci.

7 Lugebit

a Heb. exhauriendo exhaurietur, & diripiẽdo diripietur.

b Heb. celsitudo populi terræ.

c Heb. seculi.

7 "Lugebit muſtum," languebit vitis; ſuſpirabunt omnes læti [d] animo.

8 Ceſſabit gaudium" tympanorum, deſinet ſtrepitus exultantium; ceſſabit gaudium citharæ:

9 Cum cantico" non bibent vinum," amareſcet potus inebrians bibentibus ipſum:

10 "Confringetur urbs [e] inanis futura; claudetur omnis domus, [f] ne *quiſquam* ingrediatur.

11 "Querela erit ſuper ipſo vino in plateis; "adveſperaſcet omnis lætitia, emigrabit gaudium terræ:

12 "Reliquum factum in civitate, deſolatione; & vaſtitate atteretur porta.

13 "Quando" ita fuerit in medio terræ inter populos iſtos," ſimiles [g] olivis deſtrictæ oleæ, ſimiles racemis cùm finita eſt vindemia,

14 Hi efferentes vocem ſuam cantabunt propter excellentiam Jehovæ; claram vocem edent" inde a mari, *dicentes*,

15 "Idcircò" in ipſis ignibus glorificate Jehovã:" in inſulis maris, nomen Jehovæ Dei Jiſraëlis.

16 "Ab ora terræ" pſalmos audiveramus, decorem *fuiſſe*" juſto;" jam autem dico," macies eſt mihi, macies eſt mihi; Hei mihi: perfidi perfidè agunt, & perfidia quidem [h] perfidiſſima perfidè agunt.

17 Pavor, & fovea, & laqueus [i] imminent tibi; ô habitator terræ.

18 Erit enim *ut* fugiens [k] ab audito pavore incidat in ipſam foveam; & qui aſcendet e medio ipſius foveæ, capiatur laqueo:" nam cataractæ ex alto aperientur, & concutientur fundamenta terræ.

19 [l]" Omnino confringet ſe terra, omnino diſrumpet ſe terra; omnino nutabit terra.

20 Omnino commovebitur terra tanquam ebrius, & evagabitur ut tegillum; & ingraveſcente ſuper eam defectione" ipſius, ita cadet ut nõ ſurgat amplius.

21 Et erit tempore illo," animadvertente Jehova in exercitum excelſi cujuſque cum ipſo excelſo; & in omnes Reges terræ cum terra ipſorum:

22 "Ut colligantur" [m] collecti, vincti in foveam, & occludãtur in claſtro; & "poſt" multos dies deſyderentur.

23 "Denique pudebit ipſam lunam, & erubeſcet ſol ipſe: cùm regnabit Jehova exercituum in monte Tzijonis & Jeruſchalaimis, & coram ſenioribus ſuis" *erit*° glorioſus, *dicentibus*,

[d] *Heb.* corde.

[e] *Heb.* inanitatis.
[f] *Heb.* ab ingrediendo.

[g] *Heb.* ſtrigmẽto oleę.

[h] *Heb.* perfidorum.
[i] *Heb.* ſuper te.
[k] *Heb.* a voce pavoris.

[l] *Heb.* confringendo confringet, diſrumpendo diſrũpet, & ſic ſequẽtia: ut ſuprà ver. 3.

[m] *Heb.* collectio, vinctus: per ſyllepſin.
[n] *Heb.* multitudinem dierum.
[o] *Heb.* gloria.

Caput XXV.

1 IEHOVA Deus meus es, exalto te, celebro nomen tuum, quia feciſti mirum: ″ conſilia a longinquo *tempore prædicta* fides *ſunt*, veritas.

2 ″ Nam diſpoſuiſti ex civitate acervum, *ex* urbe munita ruinam: ″ palatium extraneorum ex civitate, in ſeculum non ædificabitur.

3 ″ Idcirco honorabunt te populus fortis, urbs gentium formidabilium reverebuntur te:

4 Quòd fueris munitio tenui, munitio egenti, cùm aliqua anguſtia eſſet ei; receptus ab inundatione, umbra ab æſtu, ″ cùm ſpiritus violentorum ſimilis eſſet ᵃ inundationi labefacturæ murum:

ᵃ *Heb.* inundationi muri.

5 ″ Sicut æſtum in ſiccitate, tumultuationem extraneorum depreſſeris; æſtum, *inquam*, umbrâ denſa, ″ *qui* propagini violentorum reſpondebat.

6 ″ Faciet autem Jehova exercituum omnibus populis ″ in monte hoc ″ convivium *rerum* pinguium, convivium ᵇ *vini* defęcati; pinguium *inquam* ſaginariorum, *vini* fæcibus expurgatis:

ᵇ *Heb.* fęciũ: quod genus locutionis explicãt ſequẽtia: ſimile vide ſuprà 19.18.

7 Et ″ abſorbebit in monte hoc ᶜ ſpeciem iſtius veli obvelantis omnes populos, & iſtius operimenti obducti ſuper omnes gentes:

ᶜ *Heb.* faciẽ.

8 Abſorbebit ipſam mortem ″ in victoriam, & abſterget Dominus Jehova lachrymas ab omnibus faciebus; & opprobrium populi ſui amovebit à tota terra (nam Jehova locutus eſt)

9 Ut dicat tempore illo; ″ ecce Deus noſter hic *eſt*, exſpectamus eum & ſervat nos: hic *eſt* Jehova quem exſpectamus, exultabimus, & lętabimur de ſalute ejus.

10 ″ Nam quieſcet manus Jehovæ in monte hoc: triturabitur verò ″ Moab ″ in loco ſuo, ut trituratur palea ″ ad ſtercorationem.

11 ″ Expandet enim manus ſuas in medio ejus, ſicut expandere ſolet natator ad natandum; & demittet ″ ſuperbiam ejus, ″ ᵈ cataractis manuũ ſuarum:

ᵈ *Heb.* cũ cataractis.

12 ″ Ita munitionem editum q́; locum murorum tuorum deprimet, demittet; deturbabit in terram, uſque in pulverem.

Caput XXVI.

1 ″ EMPORE illo cantabitur canticum hoc ″ in regione Jehudæ: ″ civitas ᵃ fortis eſt nobis, ″ ſalutem diſponit muris & præmunitioni *Deus, dicendo*,

ᵃ *Heb.* roboris.

2 ″ Aperite portas, & ingrediatur gens ″ juſta conſervans ᵇ omnem fidem.

ᵇ *Heb.* fides:

3 ″ ᶜ Cogitationi innitenti cuſtodis ᵈ continuam pacem, cùm tibi confidit.

ᶜ *Heb.* figmento. ᵈ *Heb.* pacẽ pacem.

4 ″ Cõfidite Jehovæ uſque in ſempiternum: nam in Jah Jehova ″ rupes ſeculorum *eſt*:

5 Sed

5 Sed deprimit habitatores *loci* alti, urbem editam: dejicit eam, dejicit eam usque in terram, deturbat eam usque in pulverem:
6 Ut conculcet eam pes; pedes pauperis, vestigia tenuium.
7 Iter justo rebus æquissimis, recto orbitam justi libras. *e Heb.* rectitudinibus.
8 Etiam *in* itinere judiciorum tuorum, Jehova, exspectamus te; ad nomen tuum & ad memoriam tui *fertur* desyderium animæ:
9 Animo meo desydero te per noctem; etiã spiritu meo *qui est* in me, tempestivè quæro te: nam cùm judicia tua exstant in terra, justitiam discunt incolæ orbis habitabilis:
10 Cùm gratia fit improbo, non discit justitiam: in terra *f* æquissima iniquè agit, & non consyderat celsitudinem Jehovæ. *f Heb.* æquitatum.
11 Jehova, cùm exaltatur manus tua, non vident; videbunt erubescentes *g* zelum erga populum: quin etiam ignis ipsos hostes tuos consumet. *g Heb.* Zelũ populi.
12 Jehova, dispones pacem nobis: nam etiã omnes *h* res nostras confeciſti nobis. *h Heb.* facta nostra, passivè, pro eo quod est, quæ facta sunt nobis.
13 Jehova Deus noster, imperabant nobis domini præter te: tãtùm per te recordamur nominis tui.
14 *Hi* mortui non reviviscent; expertes vitæ non resurgent: propterea visitans perdidisti eos, & profligasti omnem memoriam eorum.
15 Adjeciſti huic genti Jehova, *vitam*; adjiciens huic genti glorificas te: *genti quam* procul amoveras *ad* omnes extremitates terræ.
16 Jehova, in ipsa angustia visitaverunt te: fuderunt submissam orationem, castigatione tua *premente* ipsos.
17 Ut prægnans propinqua partui, dolet, exclamat in doloribus suis; ita fuimus a conspectu tuo, Jehova: *i Heb.* appropinquans ad pariendum.
18 Gravidi fuimus, doluimus, quasi pareremus vẽtum: salutem ullam non fuissemus effecturi terræ; neque casuri fuissent incolæ orbis habitabilis. *k Heb.* salutes.
19 Reviviscunt mortui tui, cadavera quæque mea resurgunt: expergiscimini, *inquis*, & cantate qui inhabitatis pulverem; nam ros olerum ros tuus est, postquam in terram expertes vitæ dejeciſti. *l Heb.* cadaver meum.

Caput XXVII.

1 AGE populè mi, intra in conclavia tua, & occlude fores tuas tibi: latita quasi exiguo momẽto, donec præterierit indignatio.
2 Nam ecce Jehova proditurus est e loco suo, ad animadvertendum iniquitatem habitatoris terræ in eum; & reteget terra cædes suas; neque obteget ultrà interfectos suos. *a Heb.* sanguines.
3 Tempore illo animadvertet Jehova gladio suo durissimo, maxi-

b Heb. vectē: ut Ijobi 26. 13.

moque & validissimo, ″ in balænam [b] serpentem oblongum, & in balænam serpentem tortuosum; & interficiet draconem qui *est* ″ in mari.

4 ″ Die illa, vineam ″ rubentis meri, acclamate ei.

5 ″ Ego Jehova sum custoditurus eam, momentis irrigaturus eam; ne quis invisat eam, noctes dieśq; custoditurus sum eam.

c Heb. dederit me in prœlium.

6 Æstus non est mihi: qui [c] induxerit me ″ sente & vepre ad prœlium, *hunc* cautè ingrediens ″ eam succendam *ex* ea ″ simul:

7 ″ Sin prehendet robur meum facturus pacem mecum; ″ pacem fecerit mecum.

8 Ut ″ advenientes Jahhakobi posteri radicentur faciet, efflorescet, & germinabit Jisraël; denique implebunt superficiem orbis habitabilis proventu.

d Heb. an secundū percussionem percussoris, &c. an secūdū interfectionem interfectorū.

9 ″ [d] An ut percussit ″ percussorem ejus, percutit eum? an ut interfecti sunt ″ interfecti illius, interficiuntur?

10 ″ [e] ″ Moderatè ″ emittendo eum contendis cum eo: ″ *illum* aufert spiritu suo duro, ″ *quasi* tempore Euri.

e Heb. in modio: metaphora.

11 ″ Idcircò hac re expiatur iniquitas Jahhakobi, & hic est totus fructus ut amoveat peccatum ejus; ″ cùm disponet omnes lapides altaris ut lapides calcis dissipatos, ″ nec consistent luci aut subdiales statuæ:

12 ″ Sed *illius* civitas munita erit solitaria, caula dissecta, & derelicta velut desertum; ″ ubi pascebat vitulus & ubi recubabat, etiam absumet ramos ejus.

13 A refacto ramo ejus, frangentur *ramusculi*, ″ mulieres venientes incendent illum: quia non est [f] populus ulla intelligentia præditus; idcircò nō miseretur ejus, qui fecit eum; & qui formavit eum, non facit gratiam ei.

f Heb. populus intelligentiarum.

14 ″ Erit autem ″ tempore illo, excutiente Jehova inde ″ a fluxu illius fluminis usque ad torrentem Ægypti; ut vos ″ colligamini [g] ″ sigillatim, ô Jisraëlitæ.

g Heb. ad unum unum.

15 Erítque tempore illo, ″ quando clangetur buccina magna, ut veniant qui perierant in terra Assyriæ, & qui depulsi fuerant in terram Ægypti; & incurvent se Jehovæ in monte sancto Jeruschalaim.

ANNOTATIO.

1 *Ecce Jehova*] Quatuor hæc capita propterea unà conjunximus, quòd vnius sunt concionis; ut narratio & series argumentationum ostendet. Sunt autem hujus concionis tres præcipuæ partes: prima est, narratio prophetica judiciorum quæ Deus in gratiam populi sui effecturus erat (ut Propheta denuntiavit capitibus antecedētibus, quibus hæc concio velut colophon fuit imposita) usque ad versum 6. capitis 25. secunda pars est, narratio prophetica formæ quam Deus adhibiturus erat in judiciis exsequendis ad Ecclesiæ bonum & consolationem, inde ad finem capitis 26. tertia, est institutio populi in retinendo officio suo, & amplectendis promissionibus Dei, quæ exponuntur inde ad finem capitis 27. In prima autem propositione continentur tria: narratio judiciorum Dei contra peccatores, duodecim versibus; & gratiæ ejus erga Ecclesiam, usque ad versum 16. deinde confirmatio denuntiati illius judicii, usque ad finem capitis; & postremò usus illius, nimirum prædicatio gloriæ Dei in Ecclesia, quinque primis versibus capitis vigesimi quinti. *Exhausturus*] tum habitatoribus, ut sex primi versus ostendunt; tum rebus omnibus, sex aliis ver. quæ duo his verbis prolepticè continentur. *Terram*] i. singulas illas regiones suis verberibus castigaturus quāque. *Pervertens*] i. ferens, agēs sursum deorsum omnia; tū ad personas, tū ad res ipsorū pertinentias;

pertinentia: ut sequens versus demonstrat. 2 *Eritq;*] id est, omnes personarum omnium ordines confundentur calamitatibus, æquè summos atque infimos opprimentibus. *Præsidi*] vide Gen. 41. 45. Nos enim hoc quidem loco hanc significationem malumus, quàm vulgarem illam sacerdotis, propter antitheton. 3 *Exhaurietur*] ut dixerat de Ægypto suprà 19.3. *Dirupietur*] ut suprà 8.3. & 10.6. & 11.14. & 17.14. 4 *Lugebit*] ut suprà 3.27. & 19.8. *Concidet*] ut prædixerat suprà 1.30. *Languebit*] ut suprà 16.17. & 19.8. *Celsi populor.*] ut interminatus fuerat suprà 2.11. & sequentib. & 31. & 9.14. 5 *Etiam hæc terra*] ætiologia, a peccatis hominum asserens justitiam Dei; quam Propheta amplificat per comparationem Judæorum, seq. versu; ut ad alterum judiciorum genus transeatur. simile vide Numer. 35.33. *Leges*] naturales & politicas, ad publica & privata hominum officia pertinentes. *Decretum*] positum in ceremoniis & externo Dei cultu. *Fœdus perpetuum*] cum Abrahamo initum circumcisione; Genes. 17. & redintegratum in traditione legis, Exod. 24. 6 *Execratio*] videlicet cui se Israëlitæ ipsi devoverunt si transgrederentur leges, mutarent decretum, irritúmque facerent fœdus perpetuum: Exod. 24. & Deut 29.10. & sequentib. nam hoc prius membrum ad Israëlitas respicit, de quibus nominatim dixerat posteriore loco. *Idcirco*] nimirum propterea quòd gentes transgrediuntur legem, cujus opus scriptum gestant in cordibus suis, unà testimonium reddente ipsorum conscientia, &c. Roman. 2. 15. Nam hoc posterius membrum per ὑστέρωσιν de aliis gentibus est accipiendum, quarum Propheta meminerat priore loco. *Exardescent*] id est, incendio iræ Dei conflagrabunt, ut suprà 9.18. & 10.16. 7 *Lugebit mustum*] altera pars prolepseos, de qua versu 1. expressa prosopopœiis vehementissimis. *Languebit vitis* ut suprà 16.17. 8 *Tympanorum*] de quibus suprà 5.12. 9 *Non bibent*] i. non convivabuntur pergræcando. *Amarescet*] i. ingratus erit, adeò obruentur calamitatibus: metaphora. 10 *Confringetur*] ut de Babylone & Tyro dictū est suprà 13. & 23. 11 *Querela erit*] ut suprà 16.16. *Advesperascet*] i. occidet, ut sol iuncte vespera, & terminabitur luctu: metaphora. 12 *Reliquum factum*] i. denique nihil omnino integrū relinquetur. 13 *Quando*] secundus locus narrationis de gratia Dei erga Ecclesiā, ut monuimus versu 1. quo cōtinentur primùm explicatio salutis percipiēdæ a Deo, hoc versu; deinde professio illius, & gentium omniū provocatio ad percipiendam & agnoscendā illā, duobus seq. *Ita fuerit*] i. judicia Dei perfecta fuerint. *Similes olivis*] i. illi qui secundum electionē gratiæ residui facti fuerint, & servati a Deo: ut suprà 17.6. & 9. 14 *Inde a mari*] i. ubicunque fuerint in omnibus finibus terræ. 15 *Idcircò*] genus sive formula professionis, qua boni a Deo servati hortantur alii alios, propter probationē sive experimētum mirificæ liberationis suæ; qua spē in se ipsis confirmant, & in aliis exēplo doctrinâque excitant: spes autē non pudefacit, Rom. 5.4. *In ipsis ignibus*] i. vos qui adhuc versamini in mediis tribulationibus, exēplo nostro securi de liberatione vestra, gaudete spe, in afflictione tolerātes, Rom. 12.12. *In insulis maris*] i. quicunque, quocunque loco, & inter quoscūque sitis. 16 *Ab ora*] cōfirmatio judiciorum quæ modò prædicta sunt, primùm a peccatis præsentibus perfidiâque populi, in quam non potest ira Dei nō revelari e cœlo, tribus versib. deinde a fide cæterarum rerum in cœlo & terra, in exsequēdis & testificādis Dei judiciis, ad finem usque capitis. Sunt autē prima hæc verba emphatica, quibus Propheta amplificat indignitatē præsentē a cōparatione priscæ dignitatis quæ in populo Dei emicuerat; ut Psal. 44. *Psalmos*] i. beneficia Dei quæ Psalmorū sunt argumēta, & prædicationis illorum: synecdoche. *Justo*] i. populo Dei alieno a præsente perfidia, & amplectenti justitiam Dei per fidem Christi. *Jam autem*] expostulatio gravissima abundās anaphoris, homœoteleutis, antonomasiis, metaphoris, gradationib⁹, & cōparationibus patheticis; quibus exaggerat Propheta tum peccata, hoc versu; tum peccatorum pœnas, sequentibus, usque ad versum ult. *Macies est*] id est, mœrore a rebus istis indesinenter contabesco. 18 *Nam cataractæ*] id est, cōmunis erit cæli & terræ conspiratio ad efficienda judicia Dei. Sunt autē hæc verba desumpta ex Mosche Gen. 7.11. per allegoriā; & ex Davide Psal. 18.8. 19 *Omnino confringet*] i. pessumdabuntur & ruent omnia: quod hic exaggeratur congerie verborum. 20 *Ipsius*] i. habitatorum, metonymicè, ut seq. versu. 21 *Animadvertet*] *Jehova*] i. Reges & subditos, summos & infimos puniente, ut dixerat suprà ver. 2. 22 *Ut colligantur*] i. captivi teneantur potentia Dei quicunque adversantur ipsi: metaphora a regno humano ad regnū spiritale Dei. *Post multos dies*] id longo intervallo non extollant se adversus Deum, neque existent inimici ejus. Hoc autē propriè significari visitandi verbo in hac conjugatione, cùm absolutè ponitur, exempla omnia confirmant. 23 *Denique*] i. nulla planè lux sive gloria lunę aut solis ipsius futura est, si cum Dei regnātis in Ecclesia luce cōparabitur: puderet ipsos, si cum Deo comparentur. *Coram senibus*] prosopopœia hypothetica. *Erit gloriosus*] tum gloria sua operúmque suorum maximè, tum sanctorum prædicatione: ad quam hæc verba sunt μεταφατικά.

Caput XXV.

1 *Jehova*] Tertius locus propositionis præcedētis, de usu judiciorum Dei. Est autē usus illorum in Ecclesia, prædicatio gloriæ Dei, qualis habetur his quinque versibus: in quibus primùm gloria Dei prædicatur, & causę illius prolepticè ponūtur hoc versu; deinde causæ proponuntur duæ: una est, judiciorum in hostes Ecclesiæ, ver. 2. altera, beneficiorum in Ecclesiā, versibus sequentibus. *Consilia*] i. promissiones & minæ, quas ab æterno decretas in cōsilio tuo prædixisti suo tēpore, nunc demum fidelissimè atque verissimè cōpletæ sunt. 2 *Nam*] exornatio præcedētis ætiologiæ, qua docet Propheta cōplemētum minarū, hoc versu; & promissionum, ver. 4. & 5. ut antè diximus. *Palatium*] i. ita evertisti & subruisti oppidum, ut ne ab exteris quidem advenis ex totius oppidi ruderibus unica domus excitari possit. 3 *Idcircò* ἀναφορὰ sive repetitio laudationis, trāsitum cōparās ad sequētē causam. 4 *Receptus*] exornatio beneficētię Dei fideique erga pios duabus cōparationibus; quæ posteà his duob. versib. ord. ne exponūtur. *Cum spiritus*] ἐργασία prioris comparationis, qua hostes Ecclesiæ cum aquis inundātibus, Deus verò cū receptus & perfugij loco cōparatur. 5 *Sicut æstum*] ἐργασία secundæ cōparationis, qua tumultuatio extraneorū cum æstu ficcissimo, & Dei protectio erga suos cū dēsissima umbra cōparatur. *Qui propagini*] i. qui æstus improbis erat optatissimus atque gratissimus: quia illi, dum torrentur pii calamitatibus, se valdè augeri judicant, & tanquā luxuriare suas propagines: pergit enim Propheta in allegoria. 6 *Faciet autem*] secunda hæc prophetia formā exponit tum judiciorū quibus propter Christum usurus est Deus, hoc capite; tum laudum quibus Ecclesia prædicatura est beneficentiā illā Dei, cap. sequente. Forma autē judiciorū est duplex: una, ut inimicæ gētes amicè ad sacrū Christi epulū & cōmunionē provocentur verbo, usque ad ver. 10. altera, ut cōtumaces qui extolluntur ad versus cognitionē Dei prosligētur, ver. 10. & seq. *In monte hoc*] cujus meminit suprà 24.23. ut etiā prædixerat suprà 2.2. *Convivium rerū*] i. opimū & munificentissimū, quod exhibetur sanctis prædicatione Evāgelii & virtute spiritⁿ Christi: allegoria res spirituales figurās corporeis: ut Matt. 22. & Luc. 14. 7 *Absorbebit*] enarratio beneficiorū quæ populi in cōvivio Christi percepturi sunt: primum est, vindicari illos ab excæcatione, & quasi sublato velamine donari cognitione Dei, hoc versu; ut ostendit Paulus 2. Corinth. 3. secundum est, domita potestate mortis donari vita æterna, 1. Corinth. 15. 54. tertium, donari gaudio & pace per spiritum sanctum, Rom. 14.17. & Apocalyp. 21.4. ex quibus consequitur effectus, ver. 9. nimirum constantissima beneficii divini prædicatio. 8 *In victoriam*] id est, ita ut in sempiternum devicta & prostrata iaceat, neque amplius in beatos illos convivas Christi dominetur. 9 *Ecce Deus noster*] elegantissima prædicatio illius lætitiæ a præsentia Dei benigna in Ecclesia; qua transitio comparatur ad alteram speciem judiciorum ejus contra

præfractos

præfractos atque contumaces, ut diximus in versum 6. *Moab*] id est, contumax quisque & perversus hostis Dei & Ecclesiæ, synecdochicè, ut infrà 31.8. *In loco suo*] i. ubicũque fuerit. *Ad stercoratsonem*] i. abjectissima palea, quæ nullum alium usum præstat quàm ut ea stercorentur agri. 11 *Expandet enim*] altera comparatio venustissima ad explicandum judicium Dei contra inimicos suos; pro eo quod est, omnia subjiciet sibi. *Superbiam ejus*] de qua suprà 16.15. *Cataractis*] i. amplissimis & valentissimis manibus suis, quibus superbiam rebellium ita compressurus est ut obicibus & cataractis coërcentur aquæ. Hanc interpretationem, quia optimè cum allegoria convenit, aliis præferimus. 12 *Ita*] apostrophe ad Moabum, & omnes homines adversantes Deo, quos docet ad ferulam ipsius ita diffluxuros ut aqua diffluit; sicut dicitur Exodi 15.15.

Caput XXVI.

1 *Tempore illo*] exposita prophetia de beneficiis Dei erga Ecclesiam, subjicitur pars altera de prædicatione Ecclesiæ; cujusmodi ordinem jam antè observavimus principio capitis præcedentis. Sunt autẽ in hoc cantico partes quatuor: prima est, exordium prædicans firmitatem Ecclesiæ in Deo, ver. 1. secunda, propositio Ecclesiæ omnes ad se & ad Deum jubentis accedere per fidem, usque ad versum 7. tertia, cõfirmatio ab operibus Dei, inde ad versum 19. postrema verò, conclusio, versu 19. *In regione Jehudæ*] id est in Ecclesia, quæ olim ea regione circumscripta & figurata erat. *Civitas fortis*] id est Ecclesia, in qua nos versamur, est potentissima; quippe quæ munita est præsentia & præsidio Dei. *Salutem disponit*] id est, in salute quam dedit servat, adeò ut ne ipsæ quidem inferorum portæ prævaleant adversus eam: Matthæi 16.18. 2 *Aperite*] amplificatio superioris prædicationis, a forma gratiosissima quam observat Deus; tum servos suos & administros Ecclesiæ informando, ut patefiant januæ Evangelii ministerio ipsorum, tum justos & pios in Ecclesiam intromittendo. *Justa*] nimirum ex fide in Christum qui justificat impium, ut sequentia verba docent exegeticè. 3 *Cogitationi*] transitio ad secundam partem, videlicet propositionẽ; qua Ecclesia omnes ad Deum provocat in Christo, sumpta occasione ex præcedentibus Dei verbis: quæ primùm epiphonemate confirmat, hoc versu; deinde omnes jubet eandem fidem in Deum adhibere ad percipiendam salutẽ, usque ad versum 7. Est autem cogitationis nomen synecdochicè accipiendum, pro viro qui tota cogitatione & toto animo confidenter nititur Deo per fidem in Christum, ut fine versus explicatur. 4 *Confidite*] propositio Ecclesiæ omnes ad fidem hortantis a natura, promissione, & operibus Dei, ut modò diximus. *Rupes*] ut Deut. 32.4. id est, immota arx & propugnaculum fidelium: quod illustratur antithesi sequentis versus. 5 *Habitatores loci*] id est, omnem sublimitatem quæ extollitur adversus cognitionem Dei, 2. Corinth. 10.5. *Dejicit eam*] id est, certissimè & indesinenter dejicit: nam hic est usus ἀναδιπλώσεως, ut suprà ver. 3. 7 *Iter justo*] tertia pars, narratio confirmans hortationem præcedentem ab operibus Dei: quorum asseritur primùm justitia & æquitas summa, usque ad versum 11. deinde veritas, usque ad 19. *Justo*] illi qui definitus est suprà ver. 2. & 3. *Rebus æquissimis*] id est, facis ut omnia fidelibus tuis succedant æquissimè, & vtramque lancem secundarum & adversarum rerum justius quàm ulla aurificis statêra moderaris: quod dictum similiter amplificatur repetitione, ut antè vidimus. 8 *Etiam*] accommodatio, qua Ecclesia superiorem thesin de administratione Dei considit ad se pertinere, & eam a se experti docet, ut Dei justitiam magis ac magis agnoscat ex ipsius operibus. *In itinere*] id est, tantisper dum in hac vita versamur, & exercemur judiciis tuis. 9 *Nam*] ætiologia præcedentis propositionis & optati a depravatione carnis nostræ: quæ adeò fera & indomita est etiam in filiis Dei, ut retundi non possit & justitiam illius discere, nisi crebris gravibúsque ferulis revocetur: ac proinde in reliquo mundo lõgè ferocior est, cùm neque gratiosis verbis, neque verberibus corrigatur; sed tantùm evincatur, velit nolit, ut fiat inexcusabilis. *Discunt*] pios quidem ad salutem docentibus calamitatibus justitiam Dei, impios verò convincentibus; ut Judic. 3.2. 10 *Cum gratia*] ἐργασία superioris dicti ex antithesi diversa administrationis: verè, inquit, judicia tua opus est adhiberi, si voles ut ad ea animum advertat mundus: nam quò magis certat beneficentia tua cum improbitate illius, eò amplius obliviscetur tui & præsidit sibi. *In terra æqu.*] id est, quò æquiorem te in ipsum, leniorémque & mitiorem exhibes, eò fit sceleratior. 11 *Jehova*] altera pars narrationis, qua Ecclesia asserit veritatem judiciorum Dei prolepticè, tum in improbos, hoc versu; tum erga pios, sequente: quæ postea pluribus exponuntur elegantissimè, usque ad versum 19. *Cùm exaltatur*] id est, non consyderant celsitudinem tuã (quod dixit superiore versu) sed experientur tandẽ suo magno malo: sic asseritur cum veritate justitia judiciorũ Dei, & cum noxia comparatur pœna. 12 *Jehova*] secũdum membrum prolepseos, quo Ecclesia docet improbis velut stipula conflagrantibus, Ecclesiam utcunque ferventem adversis rebus, tanquam in olla, manu Dei conservatam esse; & porrò statuit conservatam iti ex antecacta Dei administratione. *Omnes res*] id est, quæcunque adhuc nobis evenerunt, sive cùm alii insolenter cruciarunt nos (de quibus agitur duobus versibus proximè sequentibus) sive cùm servasti & liberasti nos misericorditer. 13 *Jehova Deus noster*] exornatio superioris dicti, Deum confecisse res omnes Ecclesiæ: quæ per antithesin hìc confitetur se ita pressam fuisse mundi tyrannide, ut neque per illum licuerit facere mentionem Dei, neque ipsa per se potuerit; ac proinde per Deum solum effectum esse, ut Ecclesiæ sua facultas restitueretur ad laudandum illum. *Præter te*] qui tum illegitimè dominium occupabant in populum Dei, tum eo perinde abutebantur ac si Deus non immisisset ipsos; denique nihil minus quàm de consilio ipsius cogitabant, ut dictum est suprà 10.5. & seq. *Recordamur*] i. superstites sumus, ut celebremus te in æternum liberati metu omnium inimicorũ, versu seq. 14 *Hi mortui*] id est, domini isti & tyranni non amplius impedient nos, quin celebremus te: alludit enim his verbis & sequentibus ad genus illud liberationis quo usus est Deus cùm educeret populum ex Ægypto, Exodi 14. & 15. 15 *Adjecisti*] amplificatio superioris narrationis de veritate judiciorum Dei in Ecclesiam admirabilium, a circumstantiis: primùm enim, inquit, erant depulsi in terras extimas, hoc versu; deinde summis angustiis & doloribus pressi, duobus seq. tertiò planè perditi & mortui, nisi majestas tua succurrisset, versu 18. & 19. & tamen (ait Ecclesia) eadẽ opera gloriæ tuæ cõsuluisti, & saluti meæ. 16 *Submissam orat.*] ut solent qui demissi sunt & dejecti castigationibus cum lachrymis submissè deprecari. 18 *Pareremus fœtum*] i. nihil unquam possemus parere; sed perpetuis torminũ ventorúmque inter se in utero colluctantiũ cruciatibus constringeremur. *Salutem ullam*] exegesis verborũ proximè præcedentiũ. q. d. Ecclesia, non fuisset mihi ex me facultas aut virtus pariendi, aut præstãdi quicquam ad servandum meos, aut deturbãdum adversarios: sed utrumque penes Deum est, qui præstat utrumque verbo, sequente versu. 19 *Revivíscunt*] i. instaurantur, & ex calamitatibus, tanquã ex morte, rediviva mẽbra Ecclesiæ servãtur verbo illo potente tuo. Est autẽ hìc cõclusio cantici, qua Ecclesia singulare Dei beneficiũ prædicãs sibi de mirifica hac salute gratulatur. *Expergiscimini*] prosopopœia, qua Deus inducitur populũ suũ ex angustiis, velut e sepulchro, excitãs ad gloriã suã. *Nãros olerũ*] ætiologia a potẽtia verbi Dei: verbũ Dei (inquit Ecclesia) cũ cœlesti rore, fideles dejecti malis cũ semine in terrã, pjecto, corrupto, & moriẽte cõparãtur: quẽ admodũ autẽ ros e corrupto semine excitat herbã, ita verbũ Dei restituit pios cũ putri semine cõparatos.

Caput XXVII.

1 *Age populi*] ultima pars prophetiæ per apostrophen ad populũ Dei; qua instituitur populus de officio suo, & promissionibus Dei erga se: quorũ illud, hoc versu cõtinetur; hæ verò, reliquo capite: hæ autẽ partim positæ sunt in profligandis

Caput XXVII.

ligādis adversariis, versu 2. & 3. partim in ornādis, curādis, educandis, purgādis, & colligēdis Israēlitis, inde ad finē. *Intrā*] i. recipe te ad Dei protectionē fide, & in statione in qua ipse te collocaverit firma patiētia in spe & silētio conquiescē, neque istis calamitatibus quæ terras pervaturæ sunt dimovetor. Respicit autē Propheta his verbis ad formā liberationis ex Ægypto, qua interdixerat Deus ne exiret ullus e porta domus suæ, qua nocte ,pcssurus erat ad percutiendum Ægyptū, Exod. 12. 22. 2 *Nam ecce*] prior promissionū locus, ultio de adversariis, ut Exod. 12. 23. *E loco suo*] i. e cœlis, unde revelatur ira Dei in omnem impietatem & injustitiā hominū, Rom. 1. 18. 3 *Gladio suo*] i. infinita potentia sua & potente verbo: humanitus dictum. *In bālanum*] i. in sublimitatem omnem spiritualem & corporalem, quæ extulerit se adversus Deum vi, fraude, vel utroque simul: quæ omnia allegoricè his appellationibus figurantur. *In mari*] i. in fluctuante hujus seculi æstuario. 4 *Die illa*] secundus promissionum locus, propositio summa beati status in quo Ecclesia futura est, & sibi gratulatura in Domino: quæ deinceps exponitur suis gradibus a cura & attentione Dei erga illam, ut qui solus est author & effector beatitudinis. *Rubentis meri*] i. feracem vini generosissimi, quod in scripturis ferè a rubore commendari solet: ut Gen. 49. 12. & Proverb. 23. 31. allegoria contrariā illi qua Propheta usus est suprà 5. 2. 5 *Ego Jehova*] pergit in eadem allegoria vineæ, ut suprà 5. ubi contrariæ minæ similibus verbis exponuntur. 6 *Æstus non est*] occupatio illius objectionis quam poterant Judæi ex argumento superiorum propheriarum adducere: quid? dixerit quispiam, nihil nisi gravissimas & severissimas minas prophetiæ tuæ denūtiant, in cursiones, depopulationes, cædes ab Assyriis, Ægyptiis, & Babyloniis: ecquando igitur tēpus istius promissionis quam modò significas futurum esset? hanc objectionē anticipat Deus per Prophetam: ne putetis, inquit, me iracundum esse, morosum, atque difficilem: non est in me, sed in vobis culpa istarum calamitatum: ego vos fugientes revoco, accedentes obviis ulnis amplector, & cupientes pace dono. Quamobrem non est quod dubitetis de fide & misericordia mea: si pergatis in improbitate, pergam in judiciis; sin autem pacē quæratis, jam exposita est omnibus quærentibus eam: hæc est complexio duorum versuum. *Sente & Sepre*] i. obfirmata malitia & peccatis suis, allegoricè: ut suprà 5. *Eam*] vineam videlicet, id est, Ecclesiam, in qua perfidi, hypocritæ, & contumaces se extulerint adversus Deum. *Simul*] videlicet eos omnes qui Deum ad præsum indignis suis facinoribus provocaverint. 7 *Sin prehender*] altera pars dilemmatis, promissio erga fideles prehendentes Deū fide, & conquiescentes in robore ejus. *Pacem fecerit*] i. illicò facta fuerit, cùm fidem & resipiscentiam suam exponet: sic regreditur Propheta ad promissionē cœptā. 8 *Advenientes*] regressio ad promissionem, quā præcedens occupatio interruperat; qua Propheta continuat allegoriā vineæ. 9 *An ut percussit*] amplificatio beneficentiæ Dei, quā promissionibus significaverat; a fine castigationū quibus in Ecclesiā utitur, quæ illustrātur per comparationē earū quas in suos inimicos adhibet Deus. Hæc autē antithesis hoc versu posita per interrogationem explicatur subjectione elegātissima, quatuor versibus seq. *Percussorem ejus*] i. inimicū a quo populus Dei infestatur: de quibus castigationib⁹ dictū est inde a capite 13. suprà. *Interfecti illius*] id est, homines e percussoribus & inimicis populi, quos Deus curavit interfici. 10 *Moderatè*] subjectio ad quæstionem præcedentē: qua Propheta primùm modum castigationum explicat in populum & in adversarios Dei prolepticè, hoc versu; deinde usu proposito exornat, tribus seq. *Emittendo eum*] e terra promissa in miseram servitutē, sub Assyriis & Babyloniis. *Illum*] hostē suū, percussorē populi sui. *Quasi tempore*] i. abripit & cōvellit radicitus. 11 *Idcirco*] amplificatio gratiæ Dei in castigationibus populi sui, a fine aut usu earum; nimirum ut purgetur populus a peccatis suis. *Cùm disponet*] i. ex animo tollet abolebítque omnia quæ adversantur gloriæ Dei, ut passim imperatur lege. *Nec consistent*] i. evertentur & cædentur. 12 *Sed illius*] alterū membrum propositionis de castigationibus Dei in adversarios, quæ dicuntur fore gravissimæ, & humanis rebus describuntur. *Ut pascebat*] i. omnia sursum & deorsum perdet ab humili herba ad summas arbores. 13 *Mulieres*] i. etiam imbecilla mulierum manu cōsumentur; adeò dejectæ futuræ sunt. 14 *Erit autem*] summa promissionū de restitutione populi; quæ est veluti quædam conclusio totius prophetiæ, & signum primum aditúsque ad promissiones reliquas quæ antè dictæ sunt. *Tēpore illo*] quo Deus inimicos ita cōsumpserit, ut Babylone factum est. *A fluxu*] i. ab Euphratis alveo usq; ad Schichorē Ægypti terminū, de quo Jehosch. 13. 3. *Colligamini*] i. eruamini & educamini e media illa veluti area, in qua populos per Cyrū est trituraturus Deus. *Sigillatim*] ut etiā prophetat Jirmeja 3. 14. & Jechezk. 39. 28. 15 *Quādo clāgetur*] id est, promulgabitur mādato Cyri per totū regnū ipsius, 2. Chron. 36. 22. & Hhezræ 1. 1.

Caput XXVIII.

Propheta regno Israelis propter fastuosum & præsidentem animum ruinam denuntiat: Judæis salutem promittit: & quia hos in illorum scelera prolapsos esse cognoverat, ea gravissimè exprobrat, indocilitatem evincit, improbitatem illudentem Deo increpat, & exitium perstantibus in ea severissimum prædicit: ac postremò credentes & resipiscentes confirmat de mirifica Dei administratione.

1 "Væ" coronæ fastus, ebriosis Ephrajimi," cujus ornatus
decor *est* flos caducæ *plantæ*; "eis" qui præsunt" valli
2 "pinguissimæ, obtusis vino.
"Ecce" robustus & fortis Domino, similis inundationi grandinis turbini" exitiali; similis inundationi
aquarū validarū exundantiū, dejiciet in terrā" manu.
3 Pedibus conculcabuntur; corona fastus, ebriosi Ephrajimi.
4 Tum erit turba florū caducæ *plantæ*, decor ornatus illius quisquis
præest valli pinguissimæ; "ut fructus præcox cùm nondum est æstas,
quem ubi videt[d] quispiam dum adhuc est in manu sua, deglutit.
5 "Tempore illo erit Jehova exercituum" pro corona decoris & pro
diademate ornatus, reliquo populo suo:

6 "Et

a Heb. qui sunt in capite vallis, ut infrà ver. 4.
b Heb. pinguedinum.
c Heb. exitii.
d Heb. videns.

6 "Et pro spiritu judicij; "ei qui præsidet judicio," & "potentibus re-
gerentibus bellum in portam.
7 "Verumtamen etiam isti vino errant, & potu inebriante oberrant:
"præses ac Propheta errant potu inebriante, absorbentur a vino: ober-
rant præ potu inebriante, erraht in functione videntis, titubant in judi-
catione:
8 Nam omnes mensæ plenę sunt vomitu & excremento, "non *super-
est* locus.
9 "Quem doceret scientiam, & cui proponeret intelligendum do-
cumentum? depulsis a lacte, avulsis ab uberibus?
10 "Cùm" præceptum præcepto, præceptum præcepto, delineatio
delineationi, delineatio delineationi; pauculum hîc, pauculum illic
fuerit additum:
11 "Cùm [f] peregrino sermone & lingua exotica allocutus sit populũ
istum:
12 "Cùm dixerit eis, hæc *est* ipsa requies," quietẽ tribuite lasso, & hæc
est respiratio; & noluerint auscultare:
13 "Sed fuerit eis verbum Jehovæ, præceptum præcepto, præceptum
præcepto, delineatio delineationi, delineatio delineationi, pauculum
hîc pauculum illîc; ut pergerent, & corruentes retrorsum confringe-
rentur, & irretiti caperentur:
14 "Idcircò audite verbum Jehovæ, viri [g] irrisores; dominatores po-
puli hujus qui *est* Jerusalaimis.
15 Quoniam dicitis; "pepigimus fœdus cum morte, & cũ sepulchro
"egimus cautum:" flagellum inundantis cùm transibit, non obveniet
nobis; quia" disponimus fallaciam receptum nostrum, & in mendacio
abscondimus nos.
16 "Idcircò ita ait Dominus Jehova; "ecce ego [h] fundamentum posui
in Tzijone lapidem: "lapidem" probationis," angularẽ, pretiosum," fun-
dationem [i] fundatissimam; qui credit," non præfestinabit.
17 "Disponam enim judicium ad lineam, & justitiam ad perpẽdicu-
lum; ut excernat grando receptum fallaciæ, & [k] latibulo *suo* aquę inun-
dent.
18 Tum abolebitur fœdus vestrum cum morte, & cautio vestra cum
sepulchro non stabit; flagellum inundantis cùm pertransibit, tum eri-
tis ei conculcationi.
19 "Ex quo transiverit, intercipiet vos; nam [l] quolibet mane pertrãsi-
bit interdiu & noctu:" eritq; tantummodò commotioni," cùm propo-
net intelligendum documentum.
20 "Nam" brevius erit stratum quàm ut protendat se; & stragula an-
gusta, cùm" colliget *se cubans*.
21 Nã" sicut in monte Peratzimorum exsurget Jehova; sicut *in* valle
" ad Gibhhonem irascetur: ad faciendum factum suum, extraneum
factum

[e] *Heb.* Siris potentiæ.

[f] *Heb.* ridiculis labio. i. peregrinis: quia vulgo peregrinus sermo non intellectus ludibrio est.

[g] *Heb.* irrisionis.

[h] *Heb.* fundator lapidis.

[i] *Heb.* fundationis.

[k] *Heb.* latibulo aquarum inundẽt: ut Gen. 9. 6.

[l] *Heb.* in mane mane.

[m] *Heb.* proponendo.

factum ſuum, ad operandum opus ſuum, "alienum opus ſuum.
22 "Nunc itaque ne pergatis ludificari, "ut non confirmentur vincula veſtra: nam "conſummationem & quidem "præciſam audivi a Domino Jehova exercituum contra totam hanc terram.
23 Aures adhibete & audite vocem meam, attendite & audite ſermonem meum.
24 "An totum diem arat arator ad ſeminandum? ſulcat & occat terram ſuam?
25 An non cùm æquavit ſuperficiem ejus, & ſparſit melanthium, cyminumque diſperſit; aut diſpoſuit triticum præſtans, vel hordeum inſigne, vel ſpeltam *in* termino ſuo;
26 Deinde "colligat illud "ad eam rationem, *quam* Deus ejus docet eum?
27 "Nam non tribula trituratur melanthium, aut rota plauſtri ſuper cyminum verſatur; ſed baculo excutitur melanthium, & cyminum virga:
28 "Panis verò "comminuitur: "non tamen in perpetuum" pergit triturare ipſum, aut quatit rota plauſtri ſui, neque equitibus ſuis comminuit ipſum.
29 "Etiam hoc a Jehova exercituum prodit; *qui* mirificus eſt conſilio, magnificus re ipſa.

n Heb. tritū-rando tritu-rat.

ANNOTATIO.

1 *Væ coronæ*] Hujus capitis duæ ſunt præcipuæ partes: una, de regno Iſraëlitarum, quod in exemplum Judæis proponitur verſibus quatuor; altera, de regno Judæorum, a verſu 5. ad finem uſq;. Tractatur autem prior hæc pars per ſimilitudines elegantiſſimas, & comparationem ſingulorum judiciorum Dei cum peccatis Iſraëlitarum, quæ propriè expoſita ſunt hoc verſ. *Coronæ faſtus*] id eſt, ſuperbiſſimo regno Iſraëlitarum; ut Hoſch. 5. 5. & 7. 9. & infrà verſ. 3. *Cujus ornatus*] id eſt, qui momento defluxuri ſunt, ut flos marceſcentis herbæ: nã ſtatim hoc regnum labefactatũ eſt per Schalman-eſerem anno ſexto Chizkijæ, 2. Reg. 18. 10. *Eis qui præſunt*] id eſt, principibus opulentiſſimi regni, ac proinde luxu propter ſummas opes diffluentis. *Vallis pinguiſſimæ*] id eſt agro Iſraëlitarum, qui tanquam vallis ſubjacet Libano, eſtque huberrimus: ut oſtendunt Jahhakob & Moſche Gen. 49. & Deut. 33.
2 *Ecce robuſtus*] ſingularis explicatio maledictionis, a perſona Aſſyrii quem Deus erat in Iſraëlitas immiſſurus, & a malorum gravitate quæ erant perpeſſuri. *Robuſtus*] nimirum Schalmaneſer Aſſyrius cum copiis, adminiſter judiciorum Dei contra Iſraëlitas. *Manu*] videlicet una. quaſi dicat, nullo negotio: nam regnum totum intra triennium occupatum eſt. 4 *Ut fructus*] id eſt velociſſimè decerpetur, & avidiſſimè conſumetur; ut ſequentia verba explicant: nam una expeditione regnum Iſraëlitarum deletum eſt; non autem ſæpius reſtitutum, ut regno Jehudæorum fecerunt Babylonii. 5 *Tempore illo*] ſecundus locus prophetiæ de regno Jehudæ, ut diximus in verſum 1. Sunt autem hujus prophetiæ partes quatuor: prima, eſt promiſſio ſalutis in Judæa permanſuræ, cùm profligabitur Iſraël, duobus verſibus: ſecunda, querela de peccatis Judæorum, & conteſtatio, inde ad verſum 14. tertia, denuntiatio judiciorum Dei in futurum, uſque ad verſum 22. poſtrema, concluſio a doctrina & uſu ſuperiorum omnium, ad finem uſque. Tempus autem illud intelligit quo fuerunt Iſraëlitæ profligati, & Judæi ſervati incolumes. *Pro corona*] id eſt erit gloria, decus, & ornamentum Judæorum. 6 *Et proſpiritu*] id eſt, autor erit effectorque judiciorum, quæ in Judæa pacis & belli tempore fuerint opus. *Eis qui præſid.*] id eſt Regi, & omnibus militiam forenſem exercentibus. *Et portentibus*] id eſt ducibus, militibuſq; hoſtem non tantùm propulſantibus, ſed etiam invadentibus terminos illius, ut 2. Reg. 18. 8. 7 *Verumtamen*] ſecunda pars prophetiæ, ut diximus in ℣. 5. continens primùm querimoniam de indignitate Judæorum, verſ. 7. & 8. deinde conteſtationem, uſq; ad verſ. 14. *Præſes*] ut Gen. 41. 45. nam interpretationem hanc alteri præferimus propter finem verſus, quam huc pertinere non dubitamus.
8 *Non ſupereſt*] videlicet purus a ſordibus & immunditie ipſorum. 9 *Quem doceret*] conteſtatio contra Jehudæos per occupationem: dicetis fortaſſe (inquit Propheta) vos non ita abſorberi a vino, & in peccatis ſepultos eſſe, quin adhuc poſſitis percipere ſpiritum judicii a Domino: imò vos ſpiritum illum obtinere; ſed fruſtra illud obtenditis: nam primùm non magis valetis ſenſu ad percipienda documenta judiciorum Dei quàm pueruli, ſenſu infantes eſtis, hoc verſu; deinde verò non eſtis infantes malitia, ſed ſcurræ, deriſores, & contemptores Dei, verſu decimoquarto. 10 *Cum præceptum*] ἐργασία proximè præcedentis criminationis in Judæos de infantia & inſcientia illorum, quatuor verſibus: ſic enim argumentatur Propheta, neque puerilia rudimenta doctrinæ ſalutiferi corum, & minutiſſimæ accuratiſſimæque præceptiones & inſtitutiones a Deo propoſitæ, neque extraneorum puerilium ineptiarum ſtudium profuit ad vos informandos, neq; paternum imperium, tribus verſibus: ſed his omnibus tanquam pueruli abuſi eſtis in pernicie veſtram ℣. 13. ecquis veſtrũ ergo eſt quem doceat Deus? *Præceptum præc.*] alludit Propheta ad viam illam facilem qua informantur pueri, quibus præceptiones ſubinde dantur & inculcantur, & manus adſcriptionem ducitur, denique documenta ſingularum rerum ſingulis propè momentis quàm facillimè fieri poteſt tra-

duntur eis: quod officium per prophetas a Deo factum esse constat, ut 2. Chron. 36. 15. 11 *Cùm*] quasi dicat, cùm Deus pueros facilibus & obviis domesticorum suorum documentis non credentes, per extraneos in Judæam introductos exercuerit & castigaverit; quod sæpius factum fuisse commonstrant sacræ historiæ: secundũ ad infidelitatem evincendam argumentum, ut loquitur Paulus 1. Corinth. 14. 12 *Cùm dixerit*] tertium argumentum ad evincendam infidelitatem. quasi dicat, cùm Judæi ab extraneis vexati atque agitati audiverint Deum sibi redintegrantem promissiones suas, nisi per ipsos staret quo minus eas obtinerent: ut 2. Reg. 21. 8. & 9. *Quietem tribuite*] id est, si quidem lassi estis & cruciatibus magnis fatigati; videte ut quietem hanc obtineatis observando præcepta mea. 13 *Sed fuerit*] id est, ac potius omnia illa documẽta Dei (quæ hic synecdochicè intelligenda sunt) Judæorũ improbitate in ruinam ipsorum conversa sint: ut infidelibus Evangelium & omnia quæ Deus exhibet per se salutaria, odori sint mortis ad mortem per ipsorum vitium, 2 Corinth. 2. 16. 14 *Idcircò*] tertia pars, denuntiatio judiciorum Dei: in qua Propheta Judæis primũ omnem excusationis speciem adimit, exprobrãs impietatem summã & ludificationem Dei, duobus versib. posteà judicium severissimum prædicit. 15 *Pepigimus fœdus*] id est, nos ab omni malo sumus securissimi: thrasonicæ hyperbolæ. *Egimus cautum*] id est, tantum nobis prospeximus, quantum viri cauti & prudentis est prospicere. *Flagellum inundantis*] id est, malum repentè invadentis Dei, ut torrentes solent irrumpere: duplex allegoria, qua Propheta usus est ad servandam antonomasiam. *Disponimus*] id est, ut moles & obices opponuntur aquis irrumpentibus, ita nos adversus ista mala quæ interminaris nobis, sagacissimè prospeximus, velut objectis aggeribus: quos tu fallaciæ nomine & mendacii appelles licet, nos tamen illis freti in securitate vivimus. 16 *Idcirco*] jam sequitur denuntiatio judicii, ut in versum 14. dictum est: qua exponitur primùm quæ sit causa & fundamentum omnium judiciorum Dei, nimirum Christus, qui unus salutis piorum & exitii infidelium effector est, hoc versu: deinde quæ forma judiciorum in derisores istos futura sit, versibus seq. *Ecce ego*] emphatica exprobratio adversus incredulos inest particulæ demonstrandi & toti huic orationi. quasi dicat, ego ab æterno posui fundamentum Ecclesiæ Christum, eundem vobis exposui & Ecclesiæ toti, ut fide adhærentes ei non traduceremini præcipites ad amplectenda studia & judicia carnis vestræ; sed fide in ipsum (quæ est demonstratio rerum futurarum) patienter exspectaretis opus Dei: jam verò cùm omisso Christo, abjectaque fide festinetis ad res præsentes, quæ amanteis sui omnino confusuræ sunt; propterea disponam, &c. ut versu seq. *Lapidem*] Christum, ut Psal. 118. 22. *Probationis*] id est electum, veluti probatissimum; quomodo interpretatur 1. Petri 2. 6. *Angularem*] ut Psal. 118. ibidem. *Fundationem*] id est, cui omnes qui superstructi fuerint, non poterunt concuti, neque vel ab ipsis inferorũ portis superari, Matth. 7. 24. & 16. 18. *Non præfestinabit*] id est, ex impatientia & infidelitate ad res præsentes non confugiet, ut fecit Achaz suprà 7. & vos quoque, ô irrisores, facitis, qui mavultis cũ morte & sepulchro pacisci quàm pendere ex promissionibus Dei: quod vobis in confusionem exitiumq; cessurum est. Quamobrem hoc verbum per metalepsin a Græcis redditum est καταισχυνθῇ vel καταισχυνθήσεται, Rom. 9. 33. & 1. Petr. 2. 6. 17 *Disponam*] descriptio judiciorum Dei, illustrata per antithesin peccatorum, quibus suæ comparantur pœnæ a justitia Dei sapientissima: atque hujus veritatem propterea Deus metaphoricè appellat lineæ & perpendiculi nominibus. *Ut excernat*] id est, ut quicquid struxistis (velut straminea casa arenæ impositum) repentino Dei judicio ut grandine corrumpatur, & torrentium impetu abripiatur: allegoriæ, ut Matth. 7. ibidem. Excernere autem quod dicit, accipiendum est de illis quasi ramentis populi sui; quæ non tantùm everturum scopis, ut anteà, sed etiam pala minatur ejecturum e medio suorum: quod Hhebræum verbum significat. 19 *Ex quo*] id est, ubi cœperit in vos irrumpere, non desinet donec pereatis e via. *Eritq; tantummodò*] id est, neq; tantùm gravitate operum Dei commovebimini in exitium vestrum, verùm etiam verbo, quod nunc petulanter ludificamini: deniq; consternabimini omnibus testimoniis præsentiæ Dei, a quo abhorrebitis tanquam judice severissimo. hæc ut ita accipiamus facit comparatio versus 9. 20 *Nam brevius erit*] ἐγγυαλία proximè præcedentis denuntiationis, Deum pertransiturum interdiu & noctu, Judæosq; gravitatẽ judiciorum experturos, quod per ὑστέρωσιν exponitur: primùm enim nocturnæ angustiæ, hoc versu; postea diurnæ versu seq. ab exemplo demonstrantur. *Brevius erit*] id est, infernè, supernè, nulla denique ex parte poterit se a Dei flagellis tegere. *Colliget se*] id est, corpus suum in arctũ contrahet. 21 *Sicut in monte*] i. ita vos ex improviso opprimet citra humanam artem, ut olim Pelischtæos, 2. Schem. 5. 22. & seq. & 1. Chron. 14. 13. *Ad Gibhhonem*] percussit enim Pelischtæos Deus inde a Gibhhone Gezerum usq;, 2. Schem. 5. 25. & 1. Chronic. 14. 16. *Alienum*] id est, insolens & summè admirabile. 22 *Nunc itaque*] quarta pars, conclusio, ut diximus in vers. 5. cujus in universum loci sunt duo: prior, quo revocat Judæorum reliquias ad resipiscentiam, ut sibi præcaveant a malo, duobus vers. posterior, quo Dei administrationem & veritatem asserit ut tempestivè resipiscant, vers. 24. & seq. *Ut non confirmentur*] id est, non constringamini valentioribus vinculis potentiæ Dei, ac proinde vincti non permaneatis, donec exardescente igne iræ Dei consumamini. quasi dicat, peccatis vincula hominum confirmantur, solvuntur resipiscentiâ: videte ergo ut resipiscatis maturè. *Consummationem*] ut suprà 10. 22. & 23. *Præcisam*] nisi resipiscatis, ut modò dictum est: nam hæ promissiones & minæ hypotheticæ sunt ex lege. 24 *An totum diem*] secundus conclusionis locus, quo propheta administrationem & veritatem Dei asserit per comparationem agricolæ; ut illusores humano exemplo evincat suo tempore judicium Dei eventurum, & pios confirmet in exspectatione ejus: sua sunt (inquit Propheta) rebus omnibus agendis tẽpora, novandi, arandi, occandi, æquandi, serendi, metendi, colligandi, & excernendi grani, & suæ rationes singulis; quæ omnia agricolarum prudentia discernit a Deo indita: quî ergo posset Deus author prudentiæ vacare prudentia in administratione suâ? populum suum quodammodo novavit, aravit, occavit, &c. jam verò audivi tempus messis impendere, quod vocatur consummatio præcisa, vers. 22. ne itaq; ampliùs ludificemini. 26 *Colligat*] id est, ex iis demessis manipulos efficit, circumpositis vinculis, de quibus diximus in vers. 22. *Ad eam rationem*] id est, ut manipulis illis suis faciat quod Deus lege naturæ faciendũ docuit; videlicet excutiendo granum suis modis, acusq; & stipulam ab eo excernendo; ut grana recondantur, & paleæ consumantur. 27 *Nam non*] hi duo versus velut per parenthesin inserti sunt, exegetici illius rationis quam proximè Propheta nominavit. Rationem hanc (inquit) Deus indidit agricolis, ut leviora & teneriora semina leviùs, graviora fortioraq; graviùs excutiantur. 28 *Panis*] id est, triticum ex quo panis conficitur, metonymicè: ut Ecclesiast. 11. 1. *Comminuitur*] nimirum tribula, rota plaustri, & equitibus, ut sequẽtia verba ostendunt: quod genus excutiendi frumenti in partibus illis & Italia tota usitatum esse constat. Vide Varronem lib. 1. de re rustica cap. 43. *Non tamen*] alterum exemplum prudentissimæ administrationis Dei, consolandis bonis: ut non semper ferit beneficia, ita etiam non semper triturat & affligit malis. His autem verbis observandum est reticeri alteram partem exempli, de judicio Dei adversus improbos: quod modestissimum loquendi genus docet quàm sanctè Propheta de Judæis cogitaverit, quos ad resipiscentiam provocabat. 29 *Etiam hoc*] hac eadem prudentia utitur Deus in momentis temporum & rationibus observandis; ut bonos beneficiis & afflictionibus perducat ad perceptionem quietis suæ, & improbos perdat.

CAPUT

Caput XXIX.

Propheta urbi & templo Dei excidium a Babyloniis denuntiat propter ignorantiam, obfirmationem, & hypocrisin Iudæorum: quas ubi comprobavit, primùm in subdolas mentes venturum judicium prædicit, & pios excipit: post eà verò in contumaces, quia regnante Tzidkija auxilium ab AEgyptiis imploratum, prophetarumq; monita neglecta sunt: quapropter in utrumque hominum genus venturam severitatem judiciorum Dei per Babylonios prædicit: reliquiæ verò de salute & gloria promissa exemplo Sancheribi confirmantur, & de hostium profligatione: postremò concio hortatione ad resipiscentiam & promissis concluditur.

1 Væ Arieli, Arieli; in urbem castra metaturus est Davidis: adjicite annum ad annum, sacrificiis festorum capita exsecent:

2 Attamen angustabo Arielem; eritque mœror & mœstitia, cùm erit mihi *urbs* ut Ariel.

3 Nam castra metabor pilata acie contra te; & obsidens testatione, erigam contra te obsidionalia munimenta:

4 Adeò ut dejecta, e terra loquaris, & e pulvere musslitet sermo tuus; sitq; quasi Pythonis e terra vox tua, & e pulvere sermo tuus pipiat.

5 Nam erit ut pulvisculus tenuis multitudo extraneorum tuorum; & velut gluma transiens multitudo violentorum, adeò erit in momento repente.

6 A Jehova exercituum visitabitur tonitru, & terræ motu, sonoq; magno; turbine, & procella, flammaque ignis consumentis.

7 Erit enim tanquam somniaret viso nocturno multitudo omnium istarum gentium, quæ militaturæ sunt contra Arielem; & singuli militaturi contra eam munitionemque ejus, & angustaturi eam:

8 Erit inquam, ac si somniaret famelicus quòd ecce comedit; cùm autem expergiscitur, vacua est anima ejus; aut quasi somniaret sitiens quòd ecce bibit; expergefactus autem ecce lassus est, & anima ejus appetit: ita erit multitudo omnium istarum gentium quæ militaturæ sunt contra montem Tzijonis.

9 Cunctantur, quin admiramini; delicias agunt, quin vociferamini: inebriantur, at non vino; vacillant, non autem inebriante potu.

10 Sed perfudit vos Jehova spiritu soporis alti, & obstipavit oculos vestros; cum prophetis etiam primorum vestrorum prudentissimorum *oculos* obtexit.

11 Ideò est vobis visio istorum omnium similis verbis literarum obsignatarum, quæ si dentur scienti literas, dicendo, lege quæso hoc; dicet, non possum, quia obsignatum est.

12 Sin autem denturliteræ ei qui nescit literas, dicendo, lege quæso hoc; dicet, nescio literas.

13 Dixit enim Dominus, propterea quòd appropinquans populus iste, ore suo & labiis suis honorant me; cor autem suum

a *Heb.* festis: ut Exodi 23. 18.

b *Heb.* quasi dent: impersonaliter dictum.

c Heb. præcepto hominum edocta.

procul amovet a me: estq; reverentia eorum erga me, c quam præcepto hominum edocti sunt:

d Heb. res mirificas faciendo, & mirum.

14 Idcircò ecce ego perrecturus sum res mirificas agere cum populo isto d continenter, & admirabiles: & peribit sapientia sapientum ejus, prudentiaque prudentum ejus "sese abdet.

e Heb. profundantib" abdere.

15 "Væ e "abdentibus in profundum a Jehova consilium; qui existente "in tenebris opere suo quoque dicunt, "quis videt nos? & quis animadvertit nos?

f Heb. vertere vos.

16 f" Res inverti a vobis an sicut lutum figuli reputandum est? "cùm "dicet opificium de opifice suo non fecit me, etiam figmentum" dicet de fictore suo, non intelligit.

17 "An non adhuc pauliſper, *tempore* perpusillo; etiam convertetur Libanus in arvum, & arvum pro sylva reputabitur?

18 "Et audient die illa surdi isti" verba litterarum, & "ex caligine atq; e tenebris oculi cæcorum videbunt:

19 "Et cumulabunt mansueti in Jehova lætitiam, egentissimique hominum in sancto Jisraëlis exultabunt:

20 Quòd desierit violentus, defeceritque derisor; & excisi fuerint quicunque sedulò observant vanitatem,

21 Peccati reum peragentes hominem" propter verbum, & corripienti in porta ponentes tendiculam; denique pervertentes sua inanitate justum.

22 "Idcircò ita ait Jehova de domo Jahhakobi, "qui redemit Abrahamum: "non jam erubescet "Jahhakob, neq; jam facies ejus expallescet:

23 Sed cùm videbit natos suos, " opificium manuum mearum in medio sui, sanctificantes nomen meum; tum "sanctificabunt sanctum Jahhakobi, & Deum Jisraëlis expavescendum prædicabunt:

24 Ut cognoscant" errabundi spiritu prudentiam, & "susurrones discant doctrinam.

Caput xxx.

a Heb. tegendum tegumento.

1" Væ "filiis contumacibus, dictum Jehovę, ad agitandum "consilium, at "non ex me; & ad" "obducendum tegumentum, at non spiritus mei: ut adjiciant peccatum peccato:

2 "Proficiscentibus ut descendãt in Ægyptum, cùm os meum" non consuluerunt; ut roborentur robore Parhhonis, & recipiant se in" umbram Ægypti.

3 "Nã erit vobis robur Parhhonis pudori, & receptus iste in umbram Ægypti ignominiæ.

4 Cùm fuerint "Tzohhane principes" istius, & legati istius "Chanesum pervenerint:

5 "Omnes pudefaciet" per populum, non profuturos illis: non adjumento, neque emolumento; sed pudori, etiamque probro *futuri sunt*.

6 "Onus

6 "Onus "jumentis Auſtralibus; "in terram "oppreſſionis & anguſtiæ, "*ad eos* ex quibus immanis leo, iuveniſque leo, vipera, & preſter volans *proditurus eſt*, deportabunt humero aſinorum opes ſuas, & gibbo camelorum theſauros ſuos, "ad populum *qui* non proderunt.

7 Nam Ægyptii in vanum & inaniter adjuvabunt: idcircò "proclamo "de hoc, "fortitudinem ipſis fore ut maneant.

8 "Nunc veni, inſcribe hoc tabulæ apud eos, & in libro exara ipſum: "ut ſit [b] temporibus ſequentibus in ſempiternum, uſque in ſeculum.

9 Nam populus [c] rebellis eſt, filii mendaces; filii qui nolunt audire legem Jehovæ:

10 Qui edicunt videntibus, ne videatis; & prudentibus, ne provideatis nobis recta: loquimini nobis blanda, providete illuſiones:

11 Recedite a via, deducite ab itinere; facite" ut ceſſet a facie noſtra ſanctus Jiſraëlis.

12 Idcircò ita ait ſanctus Jiſraëlis; quandoquidem ſpernitis verbũ hoc: confiditis autem fraudi & [d] præfractæ vitæ, ac innitimini ea:

13 Idcircò erit vobis iniquitas iſta, "ſimilis rupturæ cadentis *muri* "*quæ* ventrem faciebat in muro edito: cujus repentè in momento advenit fractura.

14 "Franget autem eam quaſi fractura utris figulorum contuſi, non parcet: adeò ut non inveniatur in contuſione ejus teſta ad capiendum ignem e foco, aut ad depromendum aquas e lacuna.

15 "Ita enim dicit Dominus Jehova ſanctus Jiſraëlis, "reverſione & deſcenſu ſervabimini; in tranquillitate, & fiducia erit potentia veſtra: ſed non acquieſcetis,

16 Dicentes, "nequaquam, ſed "inſidentes equo fugiemus; idcircò fugietis: at levi jumento vehemur; idcircò leviores erunt qui perſequentur vos.

17 [f] "Mille hominum ab increpatione unius, ab increpatione quinque fugietis *omnes*: donec" reliqui fiatis ſimiles cippo "in vertice hujus montis, & ſimiles vexillo in hoc colle.

18 "Idcircò autem" exſpectabit Jehova gratiam facere vobis, & idcircò elaturus eſt ſe ad miſerendũ veſtri; "quia Deus juris *eſt* Jehova, "beati omnes qui exſpectant eum.

19 "Nam populus Tzijone habitabit, Jeruſchalaimis: [g] porrò non flebis, omnino gratiam faciet tibi ad vocem clamoris tui; ſimul ac audierit, exaudiet te.

20 "Dabit quidem vobis Dominus panem anguſtiæ, & aquas oppreſſionis: ſed non includetur angulo ampliùs ullus docentium te; quin oculi tui videbunt doctores tuos:

21 Et aures tuæ audient verbum a tergo tuo, dicentium: hæc illa *eſt* via, incedite per eam, "cùm dexteram aut cùm ſiniſtram petetis:

22 "Et polluetis tectorium ſculptilium argenti tui, & amictum fuſilis

b Heb. die poſt vẽturo.
c Heb. rebellionis.
d Heb. præfracto.
e Heb. tumẽtis.
f Heb. mille unum.
g Heb. flendo non flebis, gratiam faciẽdo gratiam faciet tibi.

ex auro tuo: "separabis ea, ut laborantem ex mensibus; apage, dices eorum cuique:

23 "Tum dabit pluviam sementis tuæ qua conseveris terram, adeò ut panis, proventus terræ sit uber & pinguis: depascent pecora tua die illa pascuum latum.

24 "Boves etiam, & asselli colentes tellurem farraginem meram comedent; quæ ventilata fuerit vanno & ventilabro.

25 "Eruntque super omnem montem altum & super omnem collem elatum, rivi, processus aquarum; "tempore cædis magnæ, cùm ceciderint "turres.

26 "Et erit lux ipsa lunæ sicut lux solis, lux autem solis erit septupla, ut lux septem dierum; "quo die obligaverit Jehova fracturam populi sui, & fractionem plagæ illius curaverit.

27 "Ecce "nomen Jehovæ venit "e longinquo, "ardens ira sua & gravitate incendii: cujus labia erant plena indignatione, & lingua ut ignis consumens:

28 Et spiritus ejus tanquam torrens inundans "*eum qui* ad collum videbat; agitando "gentes agitatione "vanitatis, "fecit ut errent "fræno imposito maxillis populorum.

29 "Illud canticum est vobis, "ut noctis qua sanctificatur festum: & "lætitia[h] animi, qualis est euntis cum tibia, ut veniat in montem Jehovæ ad rupem Jisraëlis:

30 "Fecisse Jehovam ut exaudiatur decor vocis suæ, & "descensum brachii sui demonstrasse, indignatione iræ, "& flamma ignis consumentis; dispersione & inundatione ac lapide grandinis:

31 Cùm voce Jehovæ contritus est Assyrius, "*qui* virga "solitus erat percutere.

32 "Sic erit[i] omnis locus quà transibit "virga fundatissima, cui imposuerit Jehova eam, "cum tympanis & cum citharis; quando "[k]bellorum agitationem ipsam expugnaverit.

33 "Etenim paratus est[l] jam antè "exitii locus, hic etiam ipsi regi constitutus est, "profundissimum, latissimum fecit *Jehova:*" pyræ ejus, ignis, & lignorum multum *est*, flatus Jehovæ quasi torrente sulphuris incendit eam.

[h] *Heb.* cordis.

[i] *Heb.* omnis transitus virgæ fundationis.

[k] *Heb.* bella agitationis: hypallage.

[l] *Heb.* ab heterno die: synecdoche, ut Genesis 32 1.

Caput xxxi.

supra 30. 1. 1 "Væ descendentibus in Ægyptum ad auxilium, & *qui* & seq. innituntur equis; qui confidunt curribus cùm multi sunt, & equitibus cùm sunt numerosi valde; neque respiciunt ad sanctũ Jisraëlis, & Jehovam non requirunt.

2 "Atqui ipse etiam sapiens est, qui cùm infert malũ, verba sua non sinit amoveri: sed insurgit in domum "maleficorum, & "in auxilium operantium iniquitatem.

3 Ægy-

3 Ægyptius verò homo *est*, non autem Deus fortis; & equi eorum caro, non autem ſpiritus: quare Jehova extendente manum ſuam corruet adjutor, & cadet adjutus, pariterque hi omnes deficient.

4 "Sed ita ait Jehova ad me; "quemadmodum rugiens leo & juvenis leo ad prædam ſuam, cùm vocatur contra eum multitudo paſtorum, a voce eorum non terretur, & a ſtrepitu eorum non demittit ſe: ita deſcenſurus eſt Jehova exercituum ad militandum" pro monte Tzijonis, & pro colle ejus.

5 "Sicut aves volucres, ſic proteget Jehova exercituum Jeruſchalaima; protegendo etiam eripiet," tranſeundo etiam liberabit.

6 "Revertimini ad eum, "quem ſumma apoſtaſia provocant filii Jiſraëlis.

7 "Cùm die illa ſpernent quiſque idola argentea ſua, & idola aurea ſua; quod faciunt vobis manus veſtræ, peccatum *denique*:

8 "Tum cadet" Aſſyrius gladio" non virili, & gladius non humanus conſumet eum; & fugâ conſulet ſibi [b] metu gladii, iuveneſque ejus & lectiſſimi ejus [c]" tributarii erunt.

9 Nam" petra ejus præ formidine [d] evaneſcet, & conterentur" præ ſigno principes ejus; dictum Jehovæ," cui" ignis *eſt* Tzijone, & " furnus Jeruſchalaimis.

a Heb. in quem profundant apoſtaſiam, ſive profundam faciũt. ſuprà 30.22.

b Heb. a facie.

c Heb. tributo.

d Heb. trãſibit.

ANNOTATIO IN CAPVT XXIX.

1 *Væ*] Hujus concionis, quam tribus hiſce capitibus contineri judicamus, quatuor ſunt in univerſum partes: prima eſt denuntiatio ſummæ judiciorum in totum regnum & populum Judæorum, quæ per Babylonios erat effecturus Deus, usque ad verſum 15. ſecunda & tertia ſunt prioris denuntiationis partes, quibus judicium illud univerſè pronuntiatum duobus modis accommodat pro perſonarum ratione: ſecunda enim pars eſt denuntiatio contra hypocritas, a verſu 15. hujus capitis ad finem uſque: tertia verò, contra deſertores Dei manifeſtos, capite 30. quarta eſt concluſio, populum ad bonam frugem revocans, capite 31. Primæ autem denuntiationis partes ſunt duæ: propoſitio, uſque ad verſum 9. & narratio cauſarum ex quibus hoc judicium eventurum eſt, uſque ad verſum 15. Hoc enim væ, non eſt imprecantis, ſed prænuntiantis vocabulum, quo Propheta excidium tum ipſius templi, tum civitatis oſtendit. *Ariel*] id eſt altari, ac proinde templo ſynecdochicè; eſt autem Ariel vox compoſita, ſignificans de verbo ad verbum leonem Dei fortis: quo nomine intelligitur ἑστία ſive focus ingentis illius altaris ærei, de quo 2. Chron. 4. 1. quia velut immanis leo holocauſta allata conſumebat igne perpetuo, cujus mentio eſt in fine hujus prophetiæ infrà 31. 9. ſic etiam accipitur Jechezk. 43. 15. & 16. Eſt autem in priore hujus verſus membro prolepſis ſive propoſitio ſummæ utriuſque calamitatis, quam ſequentia verba ex ordine interpretantur. *Caſtra metat.*] Deus per Babylonios, temporibus Tzidkijæ, 2. Reg. & 2. Chron. ultimis cap. *Adjicite*] apoſtrophe ad obſeſſos, qua Propheta oſtendit diuturnam fore obſidionem, & inutilem Judæorum laborem in defendenda urbe, atque adeò irritum externum cultum Dei quem adhibuerint: nam obſidio illa duravit triennio, 2. Reg. 25. 4. & Jirmejæ 52. 2 *Attamen*] id eſt, neque viribus veſtris, quas ad propulſandos Chaldæos occupabitis, neque ſacrificiis quibus vos iram meam molituros præſumetis, impediar quo minus in ſummas anguſtias templum meũ, urbemq; veſtram, & vos ipſos redigam. *Mæror &*] id eſt, ſumma & incredibilis anxietas. *Cum erit*] id eſt, cùm urbem æquè atque templum perdam. 3 *Nam caſtra*] ἐργασία ſuperioris denuntiationis, uſque ad verſum 9. *Pilata acie*] ut Jiobi 15. 24. harum autem minarum complementum vide 2. Reg. 25. 4. 4 *Et terra loquar.*] id eſt, humillimè & ſubmiſſiſſimè, ut ii faciunt qui corpore & animo abjecti ſunt. *Sicq; quaſi*] vide ſupra 8. 19. 5 *Ut pulviſculus*] id eſt, erit multitudo numeroſiſſima: nam omnes copias Nebucadnetzar adduxit. *Velut gluma*] id eſt, promptiſſima erit & velociſſima ad exſequenda ſine mora judicia mea. 6 *Viſitabitur*] urbs Davidis videlicet. *Tonitru &*] id eſt, fragoſis, repentinis, vehementibus, immedicabilibuſque plagis: quæ hac verborum congerie allegoricè deſignantur. 7 *Erit enim*] ætiologia proximè præcedentis congeriei, qua graviſſimas calamitates Propheta deſignavit: non eſt mirum, inquit, ſi Chaldæi in vos intonaturi ſunt, &c. nam rapientur odio contra vos inſaturabili, neque ſatis habebunt unquam vos crudeliſſimè & inhumaniſſimè contumeliis, plagis, cædibus, incendiiſque confeciſſe: quod genus odii ſæviſſimi & inexplebilis duabus ſomniantium figuris illuſtratur. 8 *Ac ſi ſomniaret*] id eſt, ſemper ardentiſſimè eſuriet (ut ita loquamur) & ſitiet malis afficere te, neque adhuc allatis graviſſimis malis acquieſcet: quam rabiem optimè deſcribit Jirmeja in Lamentationibus. *Cunctantur*] narratio, ut diximus in verſ. 1. qua exponũtur excidii prædicti cauſæ duæ: una eſt ſtupor & cæcitas populi Judæorũ, verſibus quatuor; altera, obdurationis a Deo ſententia, verſ. 13. & 14. In his autẽ verbis (quorũ alluſiones ſunt elegãtiſſimæ) eſt cõteſtatio, qua Propheta primùm omnib⁹ palàm facit ſtuporẽ populi, deinde per apoſtrophẽ ad populũ ipſius officiũ oſtẽdit, quod ſi laboraret facturus eſſet. Hæc ita accipienda eſſe diſtinctiones docẽt, quę exſtãt in manuſcriptis ex ẽplaribus nõſtris.

Cunctantur, inquit, nimirum resipiscere & credere monitis servorum Dei. *Admiramini*]id est, rapti in admirationem Deo vos tradite, & glorificate ipsum. *Delicias agunt*]id est, genio indulgent & cupiditatibus. *Vociferamini*]ad Deum videlicet, missis deliciis & omni luxu implorantes misericordiam ejus, & tempestivè judicia prævertentes. *Inebriantur*]Judæorum animi studiis occupati, ne accipiant Prophetarum verba: metaphoræ. 10 *Perfudit vos*]id est, Deus obthuravit animũ & oculos vestros justo judicio suo: allegoria. *Cum Prophetis*]id est, neque tantùm plebeios, sed etiam utriusque ordinis, civilis & Ecclesiastici, curatores soporavit: quod sequente similitudine illustratur. 11 *Scienti literas*]periphrasis peritorum, ut prophetæ atque primores sunt. 12 *Ei qui nescit*]periphrasis imperiti & illiterati vulgi. 13 *Dixit enim*]altera pars narrationis, nimirum sententia obdurationis a Deo; exponens causam & judicium ejus. *Propterea quòd*]duæ judiciorum causæ; una hypocrisis, altera superbia non acquiescens præceptis Dei, sed humana anteponens. 14 *Sese abdet*]id est, non ampliùs exstabit, peribit, ut modò dixit: metaphora. 15 *Væ abdent.*]secundus hic concionis locus explicat unum peccati genus, cujus causa in populum judicium denuntiatum est, nimirum hypocrisin, ut diximus in versum 1. Sunt autem tres hujus loci partes: prima est propositio summa judicii in hypocritas, hoc versu; secunda, confirmatio per redargutionẽ, a versu 16. ad 22. tertia, piorum consolatio, inde ad finem capitis. *Abdentibus in*]id est, iis qui omnem industriam consumunt in consiliis capiendis, quæ etiam Deum ipsum fugere videantur, adeò sua hypocrisi conantur celare Deum, & putant notitiam ejus posse subterfugere: ut sequentia verba explicant. *In tenebris*]id est, in abditissimo occultè institutis, & sententia ipsorum imperveſtigabilibus consiliis. *Quis videt nos?*]quasi dicat, ne Deus quidem ipse videt. 16 *Res inversi*]confirmatio per redargutionem ἐξ ἀντιθέτου a persona ipsorũ, & persona Dei: prius enim argumentum est: putatisne vobis esse tam facile factu ut evertatis consilia Dei, & rebus omnibus utamini arbitratu vestro, quàm facile est figulo tractare lutum atque transformare? hoc versu: posterius autem, imò verò hoc unius Dei est, atque ita se habere facto experiemini, vers. sequentibus. *Cùm dicer*]hypothesis ironica sive concessio, qua in ludibrium traducit Deus hypocritarum arrogantiam: mirum est, inquit, vos ita desipere, ut ne ipsa quidem naturæ principia cognoscatis: priùs enim opus negabit opificem suum, aut factum infectum erit, quàm consilia & cogitationes vestræ fugiant cognitionem meam; nedum ut minimã meorum consiliorũ partem labefactent. *Dicer*]id est dicere poterit: nam potentialis est (ut vocant) significatio. 17 *An non*]altera pars antitheseos, qua Deus, contra quàm putabant hypocritæ, potentiam suam asserit, quasi dicat, meum est momento dejicere elatos, & exaltare humiles: quod per allegoriam hoc versu dictum, in sequentibus ab effectis illustratur. 18 *Et audient*]effectus interminationis de cædendo Libano, quo ferè elati & insolentes homines figurantur: tam graviter (inquit Deus) percutiam illos, ut velint nolint cogantur audire, videre, & sentire modis omnibus judicia mea; ad quorum denuntiationes agebant surdos, & cæcutiebant ad signa. *Verba liter.*]de quibus suprà vers. 11. & 12. *Ex caligine*]in quam se putaverant profundissimè abditos esse a Jehova, suprà vers. 15. 19 *Et cumulabunt*]effectus promissionis de arvo in sylvam attollendo, vers. 17. 21 *Propter verbum*]id est, susceptа offensione etiam levissima de causa, aut planè nulla. 22 *Idcirco*]tertia pars, consolatio reliquiarum, a promissionibus Dei malum arcentis ab Ecclesia, eamque servantis, & informantis. *Qui redemit*]id est, adductus sola sua & gratuita misericordia, qua Abrahamum servavit, ex idololatria liberans, & posterorum salutem spopondit ei. *Non jam*]id est, cùm prædictum opus effecero. *Jahhakob*]id est Ecclesia, quæ hactenus abundavit filiis degeneribus, ac propterea probris affecta est atque deformata. 23 *Opificium manuum*]id est, regenitos spiritu meo, quomodo accipit Paulus Ephes. 2.10. *Sanctificabunt*]Ecclesia cum filiis suis. 24 *Errabunds*]id est, miseri homines seducti a via veritatis, ac proinde hûc illûc impulsi variis doctrinarum ventis. *Susurrones*]qui prius prophetis obstrepuerant, eorumque monita tulerant indignissimè, discant conticescere & placidè accipere sermonem Dei.

In capvt xxx.

1 *Væ*]tertius hic concionis locus, qui hoc toto capite exponitur, alterum genus peccati explicat quo populus in se accersivit judicia Dei, nimirum defectionem. Constat autem ex quatuor partibus: prima est propositio & denuntiatio summa contra defectores, usque ad versum 8. secunda, narratio mandati quod Propheta accepit a Deo denuntiandum populo, inde usque ad vers. 15. tertia, contestatio gravissima cum populo, usque ad versum 27. postrema, confirmatio ab exemplo Assyriorum, ad finem usq; capitis. *Filiis contumacibus*]id est Judæis, qui regnante Tzidkija contumaciam majorum sua cumularunt, obdurantes cervicem suam, & animum obfirmantes, &c. 2. Chron. 36.13. cujus contumaciæ insigne documentum fuit rebellio in Nebucadnetzarem contra fidem datam & prophetarum monita, & consociatio cum Ægyptiis, de qua hîc agitur, & Jirmejæ 37. & Jechezk. 17. *Consilium*]de rebellione in Babylonium, & fœdere cum Ægyptio. *Non ex mẽ*]cujus videlicet dicuntur filii: sic amplificatur criminis atrocitas. *Obducendum regum.*]id est, asciscendam sibi protectionem defensionemque aliam, quàm spiritus Dei, nimirum eam quæ sequentibus 6. versibus exponitur; idque tam occultè, ut non prius de ea Nebucadnetzar cognoverit quàm copias in Judæam immisisset: ac propterea recipere eas coactus est inopinato adventu Ægyptii, Jirmejæ 37.9. 2 *Proficiscentibus*]id est, euntibus in Ægyptum, ut fœdus jungant & consequantur auxiliares copias. *Non consuluerunt*]quin potius nuntios meos subsannarunt & spreverunt verba mea, 2. Chron. 36.16. μείωσις. *Umbram AEgypti*]ad fruendum protectione ejus, ut modò dixit, & figuratur Jechezk. 17.7. 3 *Nam erit*]ἐργασία sive exornatio denuntiationis præcedentis, quinque versibus. 4 *Tzohhane*]vide Numeror. 13.22. hæc autem historia habetur Jechezk. 17. ut antè diximus. *Istius*]regis Jehudæ, nimirum Tzidkijæ. *Chanesum*]id est, Daphnas Pelusias (ut Herodotus vocat lib. 2.) quæ cæteris scripturæ locis appellantur Tachpenes de nomine illius reginæ quæ memoratur 1. Reg. 11.19. aut etiam Tachpanches Jirmejæ 43.7. Obiter tamen observandum est corruptum esse Herodoti locum tum in Græco contextu, tum in Latina interpretatione, ubi hoc modo legendum est, ἐπὶ ψαμμήτιχου βασιλέως φυλακὰς κατέςασαν ἔν τε ελεφαντίνῃ πόλι πρὸς Αἰθιόπων, καὶ ἐν Δάφνησι τῆσι πελουσίησι ἄλλη πρὸς Ἀραβίων καὶ Ασσυρίων, καὶ τὰ λοιπά. Hujus interpretationis nostræ authorem secuti sumus Jonathanem Chaldæum. 5 *Omnes pudef.*]nempe rex Judæorum: id est, hac defectione sua & Ægyptiorũ societate ruinam pudendam omnibus suis popularibus afferet. *Per populum*]id est Ægyptios, qui ipsis potius confusioni & damno futuri erant: ut sequentia ostendunt, & docet Jirmeja 2.36. 6 *Onus*]amplificatio, per antitheſin sive comparationem studii & munerum ad Ægyptios transmissorum, cum malis quibus Judæos ipsos affecturi sunt & beneficia illorum compensaturi. Hæc autem verba non facere initium novæ alicujus prophetiæ tam perspicuè verborum series commonstrat & interpretatio nostra, ut pluribus non sit opus. *Jumentis Austr.*]id est, camelis Arabicis & asinis, quemadmodum sequentia docent. *In terram*]id est Ægyptum, ad cujus nomen alludit Hhebræum oppressionis vocabulum. *Oppressionis &*]id est, qua tantùm opprimi & in angustias cogi ex more, non adjuvari Judæi possunt. *Ad eos*]id est Ægyptios, Judæis tam mortiferos quam sunt leones, viperæ &c. *Ad populum*]ut suprà ℣. 5. 7 *Nam AEgyp.*]vide Jirmejæ 37.7. *De hoc*]consilio & institutо Judæorum ad legationẽ mittendam. *Fortitudinem ipsis*]id est, si fortes & salvi esse volunt, ne legatione in Ægyptum mittant. 8 *Nunc*]secunda pars

hujus

hujus loci, nimirum narratio, ut diximus in vers. 1. cujus membra sunt duo: unum, obsignatio prophetiæ propter incredulitatem populi, quatuor versibus: cujus generis obsignationem adhibuerat Mosche ex præcepto Dei, Deut. 31.19. & seq. alterum, summa Prophetiæ de exitio populi, usque ad versum 15. *Ut sit*] ut Deut. 31.19. *Ut cesset*] id est, desinat nos per prophetas obtundere. 13 *Similis ruptæ.*] id est, proinde facitis hac iniquitate vestra, ac si vectibus aut malleis jam inclinantem murum vestræ reipublicæ momento deturbaretis in cervices vestras: sic Psal. 62.4. 14 *Franget*] id est, & quidem franget minutissimè, ut Jirmejæ 19.11. amplificatio. 15 *Ita enim*] tertia pars hujus loci, contestatio: qua Propheta primùm contumaciam populi cum Dei mandato comparat, hoc versu, & sequentis parte; deinde gravissimas calamitates prænuntiat, tribus seq. ac postremò piorum animos consolatur eritque amplissimis promissionibus, usque ad versum 27. *Reversione*] id est, si tranquillis & sedatis animis certa fide conquiescentes in Deo, non autem Ægyptios implorantes (ut suprà versu 7.) ad Chaldæorum regem, cui vos Deus tradidit, revertamini atque descendatis: ut Jirmejæ 38.17. & seq. 16 *Nequaquam*] id est, nolumus reverti; sed potius omnia tentare, ut illorum effugiamus manus: vide Jirmejæ ibidem. *Insidentes equo*] vide, historiam 2. Reg. & 2. Chron. ultimis capitibus, & Jirmejæ 39. & 52. 17 *Mille hominum*] confer cum Jirmejæ 37.10. ex decreto Dei Levit. 26.8. & Deut. 32.30. *Reliqui fiatis*] id est, reliquiæ ex vobis servatæ per electionem gratuitam parvo numero, spectandæ proponantur in oculis omnium gentium, ad colligendam Ecclesiam Dei, ut suprà 2.2. *In vertice*] id est, in Ecclesia versantes, quæ Tzijone monte figuratur. 18 *Idcircò*] tum ut vos perdat, tum ut reliquias ex vobis servet. *Exspectabit*] id est differet, donec judicium de impiis fuerit exsecutus. *Quia Deus*] id est, propter se utrumque effecturus est. *Beati omnes*] epiphonema μεταβατικὸν ad alterum locum de consolatione piorum. 19 *Nam populus*] consolatio a promissionibus Dei, primùm de restitutione Ecclesiæ, hoc versu: tum de incorrupto Dei cultu, tribus seq. postremò de benedictionibus Dei in terra & cælo, vers. 23. & sequent. 20 *Dabit quidem*] occupatio, ne offenderentur piorum animi malorum sensu quæ inciderunt post restitutionem: docet enim Deus se quidem castigaturum esse virga hominum, sed nunquam suos relicturum esse orphanos, quin a doctoribus & ministris Dei assiduè corrigantur, informentur, &c. 21 *Cùm dexteram aut*] id est, cùm aberrabitis a recta via; aut aliquantum deflectetis. 22 *Et polluetis*] id est, abhorrebitis ab iis omnibus quæ cultui divino adversantur. *Separabis ea*] id est abjicies & abstinebis studiosissimè, velut a re turpissima & impurissima. 23 *Tum dabit*] id est, Deus tibi se hoc modo colenti benedicet. 24 *Boves etiam*] id est, adeò abundabitis proventu terræ, ut etiam optimus & purgatissimus cibo jumentis esse possit: hyperbole. 25 *Erunt*] id est, irrigua erunt omnia, etiam quæ natura fuerint aridissima. *Tempore cædis*] id est, cùm Deus Ecclesiam suam repurgaverit cæsis hypocritis & contumacibus, in quos antè invectus est. *Turres*] ut suprà 2.15. 26 *Et erit*] id est, illustrissima erit & gloriosissima omnia in restitutione Ecclesiæ: hyperbole. *Quo die*] id est, cùm Ecclesiam ex inutilibus & abalienatis membris laborantem admota manu, tanquam chirurgus, curaverit: metaphora. 27 *Ecce*] postrema pars hujus loci, confirmatio prophetiæ ab exemplo Assyriorum quod exponitur versibus quinq; tum verò ad prophetiam accommodatur duobus ultimis. In exemplo autem proponuntur duo: primum est mirificum judicium Dei contra Assyrios, duobus vers. alterum fructus inde perveniens cùm ad Judæos exultantes, tum verò ad Deum ipsum, cujus beneficium & gloria perpetuo cantico celebratur. *Nomen*] *chovæ*] id est, majestas Dei nominatissima. *E longinquo*] id est, quando judicio non tantùm Assyriorum, sed Judæorum quoque, ac deniq; carnis, procul a Judæis abesse videbatur, ut hos liberaret illosque perderet: concessio. *Ardens ira*] id est, zelotypus pro defensione & liberatione Ecclesiæ suæ, ac proinde armis potentissimis instructus ad præstanda judicia sua, quæ allegoricè & humanitus tribuuntur Deo. 28 *Eum qui*] id est Assyrium, qui jamque rerum omnium potiri videbatur, omnibus occupatis præter Jeruschalaima: vide suprà 8.8. *Gentes*] ex quibus conflatus erat Assyriorum exercitus. *Vanitatis*] id est tanta agitatione, ut illi in vanitatem abeant. *Fecit ut errent*] id est, ita propulsavit ut palantes reliquiæ reverterentur in regionem suam. *Fræno*] Vide 2. Reg. 19.28. & infrà 37. 29 *Illud canticum*] id est, hoc tanto beneficio habetis quod lætemini, & vnde glorificetis Deum. *Ut noctis*] id est, tam celebre & lætum, quàm est principium festorũ solennium, quæ a nocte incipiebant ex lege. *Lætitia*] vide Psal. 42.5. & 84.5. & seq. lætitiæ istius exempla. 30 *Fecisse*] argumentum cantici prædicantis beneficium Dei erga Ecclesiam suam, duobus vers. *Descensum brachii*] id est, tanquam homo exerto & vibrato brachio, vitium suarum documentum insigne cõtra Assyrios edidisse. *Et flamma*] his quatuor comparationibus effecta iræ Dei qua profligati sunt Assyrii, optimè describuntur, perinde ac si igne fuissent consumpti, in minutissima frusta (quod suprà dixit versu 14.) dissilivissent, torrentibus abrepti & mersi, aut grãdine attriti essent: etsi utrum angelus Dei his armis adversus Assyrios usus fuerit, an verò hæc dicantur διὰ παραβολῆς, non possumus confirmare. 31 *Qui virga*] ut suprà 10.5. & 24. *Solitus erit*] nam multoties Israelem afflixerant Pul, Tiglath-pileser, Schalman-eser, & Sancherib, de quibus 2. Reg. 15. & seq. 32 *Sic erit*] ἀπόδοσις sive accommodatio exempli ad argumentum hujus prophetiæ; qua docet Propheta populum quidem Dei ab hostibus mala perpessurum, ut castigetur paterna dispensatione; sed tamen semper illis fore exitum lætum a Deo, hostibus verò ingratissimum. *Virga fundatiss.*] id est certissima ex Dei decreto immutabili, super quo fundata est, ac proinde immota, & nulla arte evitabilis. *Cum tympanis*] id est, reddetur lætissima & exhilarabitur liberatione Dei: synecdoche ab vsu veterum, cujus exempla sunt Exodi 15.20. & 1. Schem. 18.5. & Psal. 68.26. *Bellorum*] id est hostes, quorum suos agitat opera, profligaverit. 33 *Etenim*] exornatio proximè præcedentis membri de adversariorum expugnatione, cujus forma allegoricè describitur. *Exitii*] hîc singularem vocem adhibet ad notandum singulare judicium quo in regem Babyloniæ erat usurus Deus: nam deducitur a nomine Topheth, qui locus fuit amplus (unde nomen habet) ab idololatris celebratus, ut ex Jirmejæ 7. & 19. constat: quemadmodum etiam ante hæc tempora filios ab Achazo Rege in eodem loco fuisse exustos legimus 2. Chron. 28.3. Cùm itaque impurissima illa sacrificia palàm fierent ad portam Jeruschalaim orum maxima pompa atque apparatu, Propheta illustrissimum Babylonii regis exitium magnificentissimè efficiendum in oculis Ecclesiæ ipsius nominat conjugata & affini voce; quò etiam spectant singula illa descriptionis verba sequentia. *Profundissimum latiss.*] exegesis magnifica loci quem Propheta modò nominavit, ut ostendat convenientia fore Dei judicia cum personis: vide suprà 14. nam quòd illic Propheta prædicit fore ut Babylonius sepulchro cùm aliis nõ capiatur, hîc altera locutione ostendit. *Pyræ ejus*] sic pergit in allegoria a comparatione eorum qui in valle Hinnomi comburebantur, adhibitis rebus quæ hic dicuntur ad incendium, & conflagrationem illorum.

In caput XXXI.

1 *Væ*] Ultima pars concionis, conclusio, hoc capite continetur; cujus partes sunt duæ: una est, prophetiæ præcedentis repetitio summa, usque ad versum 6. altera, exhortatio ad resipiscentiam promissionibus conjuncta, ad finem usque. Repetitionis porrò duo sunt loci: minæ contra Judæos & Ægyptios, tribus versibus; & promissiones erga Ecclesiam, vers. 4. & 5. 2 *Atqui*] ἀντανάκλασις, qua refringit Propheta vanam Judæorum, Ægyptiorumque confidentiam

dentiam per comparationem sapientiæ & potentiæ Dei: esto sanè, inquit, sint sapientes, sint potentes Ægyptii: jam verò multoties fecerunt periculum quàm facilè ipsorum sapientiam & potentiam deludat & evertat Deus, ut legimus Exodi 1. & sequentibus. Quamobrem non dubium est quin idem porrò sit facturus ad vindicandum gloriam suam. *Maleficorum*] quos filios contumaces & populum rebellem nominavit, suprà 30.1. & 9. *In auxilium*] id est, in Ægyptios opitulantes Judæis. 4 *Sed*] occupatio, qua temperat Propheta proximè præcedentes minas; cadent quidem (inquit) adjutor Ægyptius, & Judæus adjutus Babyloniorum operâ; sed reliquias servabo & liberabo e manibus illorum: ut copiosè promisit suprà 30.19. & sequentibus. *Quemadmodum rugiens*] id est planè inpertertitus a numero potentiaque hostium Ecclesiam infestantium. *Pro monte Tzijonis*] id est Ecclesia, synecdochicè. 5 *Sicut aves*] nimirum protegunt nidum suum, ita Deus Ecclesiam suam perget protegere, protegendo eripere, &c. gradatio. Est autem hîc eclipsis relati nominis, ut Levit. 21.4. *Transeundo*] quasi dicat, nocte vna, sicut in Ægypto factum est, Exodi 12.29. nam nocte una similiter dejectum est Babyloniorum regnum ad liberationem populi, Danijel. 5.30. 6 *Revertimini*] alter conclusionis locus, reliquias populi exhortans ad resipiscentiam, hoc versu; tum promissiones subnectens. 7 *Cum die illa*] expositio promissionum in resipiscentes, quorum resipiscentia describitur hoc versu περιφραστικῶς. 8 *Tum cadet*] id est, quando reconciliatus fuerit Deus cum resipiscente Ecclesia, omnia succedent optimè: Deus enim ipse Ecclesiam suam protegens victoriam tribuet ab omnibus hostibus, eorum spoliis locupletabit Ecclesiam, denique cumulabit benedictionibus: quæ promissio synecdochicè ab exemplo recentis victoriæ contra Assyrium (quo uno potentissimo hoste fuerat tunc infestata Ecclesia) describitur. *Assyrius*] id est quisquis, ut Assyrius, fuerit hostis Ecclesiæ: synecdoche, ut suprà 25.10. *Non virili*] sed divino, id est, spiritu Dei, ut Zecarjæ 4.6. *Tributarii erunt*] id est, Ecclesiæ ministrabunt & servient: ut psal. 72.8. & sequentibus. hinc autem apparet non propriè hoc quidem loco agi de cæde exercitus Assyriorum regnante Chizkija (quia tunc temporis minimè effectum est, ut illi Assyriorum fierent tributarii) sed victoriam Ecclesiæ in regno Christi cum illa victoria comparatam, numeris omnibus illi anteferri. quasi dicat, & illud fiet, & multò amplius. 9 *Petra ejus*] id est, receptus ejus, cui confidit tanquam firmissimo munimento regni, dejicietur, & habitatores diffluent formidine. *Præsigno*] id est, metu signi aut vexilli, quod contra ipsos Deus erexerit; ut Exodi 17.15. *Cujus ignis est*] his attributis Dei summas causas attingit Propheta prædictę administrationis: Deus (inquit) in Ecclesia sua habitat, & in ea deposuit quicquid tum ad cultum suum, tum ad ultionem de hostibus sumendam pertinet: ac proinde quicunque in Ecclesiam invehuntur & Dei cultum labefactare volunt, se ipsos tanquam in furnum ardentem, ingerunt in iram Dei: ut dictum est suprà 30.30. & 33. *Ignis*] ad colendum Deum sacrificiis. *Furnus*] ad consumendos adversarios Dei & Ecclesiæ.

Caput XXXII.

Propheta administrationem regni Christi a doctrina, veritate, & simplicitate commendans, piosq; ad certam illius exspectationem erigens, desolationem totius Judææ antegressuram prænuntiat, ut populares resipiscerent: deinde fructus & effecta regni Christi in Ecclesia prædicans concludit sermonem æternæ beatitudinis promissione.

1 ECce in justè regnaturus est Rex, & principes jure principatum gerent:

2 Et erit vir tanquam absconsio *a* vento, & latibulum ab inundatione: ut rivi aquarum in arido loco, ut umbra petræ ingentis in terra fessa *exsiti*.

3 Neque connivebunt oculi videntium, sed aures audientium auscultabunt:

4 Animusque inconsyderatorum intelliget scientiam, & lingua balborum *b* expeditè eloquetur *verba* explanata.

5 Neque flagitioso amplius indetur nomen ingenui, & tenax non dicetur liberalis:

6 Sed flagitiosus *dicetur* flagitium eloquens, cujus animus efficit iniquitatem; exercendo hypocrisin, & proloquendo in Deum errorem, exhauriendo animam famelici, & potum sitientis subtrahendo.

7 Et tenacis instrumenta mala *dicentur*; qui scelerata consilia init ad perdendum humiles sermonibus falsitatis, etiam cùm egens eloquitur jus.

8 Ingenuus verò, qui ingenua cõsilia init; & q̃ rebus ingenuis insistit.

9 Fœminæ tranquillæ surgite, audite vocem meam: filiæ confidentes auribus percipite sermonem meum.

10 Annis

a Heb. cor præcipitũ: sic deinceps. *b Heb.* festinabit loqui nitida.

10 [e]Annis multis continentibus commovebimini, ô confidentes: quia[f] defecerit vindemia, collectio non provenerit.

11 Trepidate ô tranquillæ, commovemini ô confidentes;[g] exuite atque nudate vos, denique accingimini lumbis.

12 [h]Propter ubera plangant; propter agros[i] desyderatissimos, propter vitem fructiferam.

13 In terra populi mei spina sentica assurget:[k] ustio in omnibus domibus lætis, *in* urbe exultabunda.

14 Nam[l] palatium deseretur,[m] strepitus civitatis derelinquetur:[n] clivus & exploratoria specula erit pro speluncis[o] usque in seculum, gaudio onagris, pascuo gregibus:

15 [p]Donec infundatur super nos[q] spiritus de excelso; &[r] redigatur desertum in arvum, &[s] arvum pro sylva reputetur:

16 [t]Habitetq; in deserto illo judicium, & justitia in arvo resideat.

17 Tunc erit opus justitiæ pax; effectus, inquam, justitiæ tranquillitas & securitas usque in seculum:

18 Nam residebit populus meus in caula pacis; & in habitaculis[u] securissimis, atque in locis ad quietem tranquillissimis;

19 [x]Ut ut petat grandinis casus sylvam, & depressione deprimatur civitas.

20 [y]O vos beatos, qui severîtis[z] secundum omnes aquas;[a] qui immiserîtis *eò* pedem bovis & asini.

[e] *Heb.* annis dierũ super annũ: de anno & mense dierum, vide Gen. 29. 14.

[d] *Heb.* desydorii.

[e] *Heb.* securitatum.

ANNOTATIO.

1 *En juste*] Hujus prophetiæ, quam Propheta scripsit ad consolationem Ecclesiæ per regnum Christi, partes præcipuæ sunt quatuor. prima est hypotyposis sive propositio, oculis piorum subjiciens constitutionem illius regni, usq; ad versum 9. secunda est hortatio populi ad prævertendas resipiscentia calamitates eventuras ante illius regni constitutionem, usque ad versum 15. tertia, descriptio bonorum, quæ percepturi fuerunt pii ex regno Christi, usque ad versum 20. ubi est conclusio epiphonematica. Sunt autem in hypotyposi illius regni observanda duo: unum est salutaris administratio, duobus versibus: alterum, vera institutio & simplicitas in publica & privata administratione omnium, versibus seq. *Rex*] Christus: nam de Chizkija aut alio ullo accipere alienum esse a vero tum sequentes promissiones ostendunt, tum verò antecedentium calamitatum descriptio; quam Propheta in hoc capite posuit de industria, ut superiorum esset corollarium. *Principes*] id est, administri regis & Ecclesiæ sanctè ministrabunt: allegoria ab humano regno. 2 *Vir*] homo Christus, spes & perfugium nostrum, mala depellet a suis, & bona conferet: quæ figurantur suis comparationibus, hoc versu. *Terra fessa*] ut Psal. 63. 2. 3 *Neque connivebunt*] expositio veræ institutionis in Ecclesia per Christum, hoc versu quidem allegorica, sequente verò plana. quasi dicat, omnes erunt edocti a Deo veritatem, infrà 54. 13. Est autẽ hoc versu oppositio ἀναντιπόδοτος sive eclipsis contrariorum, hoc modo; neque connivebunt oculi, neque obsurdescent aures; sed videbunt oculi, & aures. &c. 5 *Neque flagit.*] expositio simplicitatis ex certissima veri notitia profectę: verè, inquit, discernẽt spiritus, & verè ac sine hypocrisi agent quoscunq; Christus instituerit; ac proinde malum malum, & bonũ bonum appellabunt. 6 *Cujus animus*] exegesis flagitiosi, qui designatur ab animo, verbis, & factis in Deum, atque in homines. *Errorem*] id est, quicquid aberrat a veritate ejus. 7 *Instrumenta*] id est, non tantùm ipse malus judicabitur; sed etiam omnia quibus utetur ingrata omnibus & fastidiosa erunt, tanquam maculata contagione peccati: quamobrem hac allusione emphatica Propheta usus est, cujus lepos in vertendo perit. *Qui scelerata*] exegesis tenacis, quòd falsitate corradit omnia, & ne egentissimo quidẽ ulli parcit in causa justissima. 9 *Fœminæ tranquillæ*] secunda pars, qua regnum Judæorum singulæq; civitates ejus provocantur ad resipiscentiam, ut antevertant judicia severissima, quæ antè denuntiaverat Deus, & hìc summatim complectitur. *Tranquillæ*] id est, civitates diffluentes luxu, & nihil mali jam sentientes, aut in posterum præcaventes animo: sed otio torpentes. *Surgite*] ut verbum Dei accipiatis reverenter: vide in Genesi 49. 33. 10 *Annis multis*] septuaginta deportationis, & aliis etiam consequentibus; ut ostendit præfinitio temporis vers. 14. & 15. *Defecerit vind.*] id est, terra exsolverit sabbatha sua, ut prædixerat Deus Levit. 26. 34. & 43. 11 *Exuite*] nimirum ordinariis vestibus, ut lugubres induatis, & cilicio accingamini. quo etiam modo hortatur Joël 1. 14. 12 *Propter ubera*] id est, estote in luctu gravissimo, ac ne infantes quidem sugentes ubera ab eo liberate: ut Jonæ 3. 5. & seq. 13 *Ustio*] sic accipimus hanc vocem, ut suprà 3. 25. adducti fide historiæ 2. Reg. 25. 12. & 2. Chron. 36. 19. & Nechemiæ 1. 3. & 2. 3. 14 *Palatium*] domus regis succensa igne. *Strepitus*] vel multitudo, ut Lament. 1. 1. *Clivus*] de quo 2. Chron. 27. 3. & Nechem. 3. 26. ubi erat turris magna & prominentissima (quam ab usu vocabant speculatoriam) teste Nechemja ibidem: Josephus a situ Ophlam vocat propter Hhebræam clivi appellationem, lib. 6. de bello Judaico, cap. 6. *Usque in seculum*

culum]id est diu, per longum tempus: nam tempus calamitatum definitur seq. versu. 15 *Donec*]tertia pars, in qua describuntur bona piis eventura cùm exstiterit plenitudo temporum. Sunt autem duo bonorum genera prolepticè hoc versu posita: unum, est communicatio spiritus & virtutis Dei in Christo; alterum, effectus sanctæ hujus communicationis, bonis salutaris, & improbis capitalis. *Spiritus*] qui propter effecta proximè sequentia appellatur spiritus judicii & spiritus sublationis, suprà 4.3. *Redigatur desert.*] id est pius, qui priùs horridus esse videbatur, sit tanquam excultus ager fructum ferens Domino. *Arvum pro*] id est impius elatus, qui prius videbatur esse cultissimus, horrescat; quod nudè dixerat versu 5. & seq. sic supra 29.17. 16 *Habitetque*] ἐργασία sive exornatio effectorum spiritus Dei in sanctis: erunt, inquit, fructus spiritus in arvo, id est Ecclesia Dei, justitia, pax, & gaudium; ut Rom. 14.17. 19 *Ut ut petat*] id est, quamvis totus mundus alioqui inhorrescat malis, hi tamen ab omnibus immunes conservabuntur. Describitur autem mundus κατὰ μερισμὸν, cùm sylvam & civitatem Propheta nominat, quasi dicat, ut ut perdantur omnia in urbe & rure: sic etiam piorum securitatem commendat Propheta Psal. 46. 20 *O Φος beatos*] conclusio epiphonematica, qua Propheta pios cum beatissimis agricolis comparat qui agrum optimum coluerint, propter venturam messem. *Secundum omnes*] id est, locis tam irriguis ut est Ecclesia Dei; vide in Eccles. iast. 11.1. *Qui immiseritis*] id est, colueritis immisso bove, &c. periphrasis culturæ.

Caput XXXIII.

Hac concione Propheta prædicaturus magnificentiam regni Christi, primùm universè adversariis Dei exitiū & piis salutem prænuntiat: deinde argumentis a natura gratiaq; Dei, & Assyriorum exemplo petitis confirmat justos de fide & defensione Dei, de stabilitate regni Christi, & amplitudine Ecclesiæ ejus: postea gentibus adversis excidium, earumq; regionibus horrendam vastitatem prædicit: quorum judiciorum nomine postremò res omnes docet recreatum iri, itaq; ad instaurationem Ecclesiæ conspiraturas, ut regnum Christi ex omnibus gentibus ad ipsum conversis constituatur per redemptionem ejus.

1 VÆ tibi vastator, qui ipse non vastaris; & tibi perfide, contra quem non agitur perfidè: cùm desieris *esse* vastator, vastaberis; cùm absolveris perfidè agere, perfidè agetur contra te.

a Heb. cùm perfidè non egerint contra te: tertia pluralis impersonaliter: sic in fine versus.

2 Jehova, gratiam fac nobis, te exspectamus: esto brachium horum singulis matutinis, etiam salus nostra tempore angustiæ:

b Heb. a sono strepitus: hypallage.

3 A sonoro strepitu pervagantur populi, ab exaltatione tua disperguntur gentes:

c Heb. secundum discursionem locustarum.

4 Et colligitur præda vestra, collecta bruchi; discursione qualis est prasocuridum discursantis in eam.

5 Editus est Jehova, nam habitat altum; implet Tzijonem judicio & justitia.

d Heb. salutum. *e Heb.* sapientia *tua* & scientia.

6 Est itaque firmitas temporis tui, robur [d] omnis salutis, [e] sapere te & nosse: reverentia Jehovæ est thesaurus ejus.

f Heb. Ereel, quod dicitur Ariel 2. Schem. 23. 20.

7 En [f] valentissimi horum clamaverant foris; legati pacis amarè fleverant:

g Heb. transiens itinere.

8 Desolati erant aggeres, cessaverat [g] viator; irritum fecerat fœdus, spreverat civitates, non habebat rationem *ullius* mortalis:

9 Lugebat, languebat terra, pudebat Libanū, languebat; erat Scharon quasi solitudo, rudebatque Baschan & arvum:

10 Nunc surgam, dixit Jehova; nunc exaltabor, nunc extollam me.

h Heb. combustionibus calcis: vide simile Jehoschhuæ 11.8. & 13.6.

11 Concipitis torridum gramen, parietis stipulam; spiritus vester, est ignis consumpturus vos.

12 Ita fuerunt populi *velut inditi* [h] fornacibus calcariis: *ut* spinæ succisæ, igne exusti sunt.

13 Audi-

13 ᵉAudite ᵉlonginqui quod feci, & agnoscite propinqui potentiam meam.

14 ᵉExpaverant Tzijone peccatores, corripuerat tremor hypocritas: quis diversabitur, *ajebant*, ex nobis ᵉ*cum* igne consumente? quis diversabitur ex nobis *cum* ᵉardoribus ⁱperpetuis?

15 ᵉQui ambulat ᵏjustissimè, & qui loquitur ˡrectissimè: qui spernit lucrum *ex* fraudibus, qui excutit manus suas ne teneat munus, qui occludit aurem suam ne audiat ᵐcædes, & obstipat oculos suos ne videat malum.

16 ᵉHic *velut* altissima loca habitabit, *ut* propugnacula petrarū, ᵉlocum editum ejus; ᵉpanis ejus dabitur, aquæ ejus statæ *erunt*:

17 ᵉRegem in pulchritudine sua videbunt oculi tui, spectabunt terram ⁿlonginquissimam:

18 ᵉᵒAnimus tuus ᵉmeditabitur terrorē; *dicens*, ᵉubi est ᵉlegis peritus? ubi ᵉpensator? ubi ᵉcensor turrium?

19 Populum robore præditum ᵉ non videbis; populum ᵖ profundioris sermonis quàm ut intelligatur, ᵍperegrinæ linguæ, ac ʳnon intellectæ.

20 ᵉAspice Tzijonem, urbem conventuum nostrorum: oculi tui videant Jeruschalaima, ᵉcaulam tranquillam, tētorium *quod* non dissipabitur, cujus paxillorum nullus recedet in æternū, neque ulli funes ejus disrumpentur:

21 ᵉSed ibi magnificus Jehova erit nobis loco fluviorum, rivorumq; amplorum spatiis: ᵉnō itura est in eo ˢclassis impulsa remis, neque navis magnifica pervasura eum:

22 Nam Jehova vindex noster, Jehova legislator noster, Jehova Rex noster, ipse servabit nos.

23 ᵉDeserent rudentes tuos: cùm nondum confirmaverint erectum mâlum suum, non expanderint velum, tunc dividetur pręda spolii permulti, ᵉclaudi diripient prædam.

24 ᵉNeque dicet habitator, ægrotus sum: populus habitans in ea, levatus *erit* ab iniquitate.

i Heb. seculi.
k Heb. justitiis.
l Heb. rectitudinibus.
m Heb. sanguines.
n Heb. longinquitatū.
o Heb. cor tutum.
p Heb. pfunditatum labu præ audire.
q Heb. ridiculum lingua, ut suprà 28. 11.
r Heb. cujus non est intelligentia.
s Heb. classis remi.

Caput XXXIIII.

1 ᵉAccedite gentes ad audiendum, & nationes attendite; audiat terra, & quæ implent eam, orbis habitabilis, & quæcunque progignuntur in eo.

2 ᵉNam fervens ira *est* Jehovæ contra omnes gentes, & ęstuans ira contra omnem exercitum earum: internecioni devovebit eas, tradet eas mactationi:

3 Et confossi earum projicientur, cadaverumq; earum ascendet fœtor: & ᵉcolliquescent montes ex sanguine eorum:

4 ᵉEtiam contabescet totus exercitus cœlorum, convolventúrque

tãquam liber cœli: & totus exercitus eorum decidet ut decidit folium e vite, & ut deciduus fructus e ficu.

5 "Nam inebriatus est in cœlis gladius meus: ecce "super Edomæos descendet in judicium, & "super "populum quem devovi interneciо- *a Heb.* populum anathematis mei.
ni.

6 "Gladius Jehovæ implebitur "sanguine, pinguefiet adipe, sanguine agnorum & hircorum, adipe renum arietum: cùm sacrificiũ erit Jehovæ "Botzræ, & mactatio magna in terra Edomæorum.

7 Descendent quoque "unicornes cum eis, & juvenci cum robustis *tauris*; "adeò ut inebrietur terra eorum sanguine, & pulvis eorum adipe pinguefiat:

8 Cùm dies ultionis Jehovæ, annus retributionum "ob causam Tzijonis *erit*.

9 "Itaque mutabuntur torrentes ejus in picem, & pulvis ejus in sulphur; erítque terra ejus pro pice ardente.

10 Noctu & interdiu non exstinguetur, in seculum ascendet fumus ejus: a generatione in generationem vastata manebit, "in sempiternum nemo transibit per eam: *b Heb.* in æternitatem æternitatũ.

11 Sed hæreditariò possidebunt eam "platea, & "anataria, noctuáque, & corvus inhabitabunt eam: " & extendet super eam lineam deformationis, & lapides inanitatis:

12 "Clarissimos ejus ad regnũ vocabunt, sed nemo erit ibi; & omnes principes ejus futuri sunt nihil.

13 Et assurget in palatiis ejus spinarum multitudo, chamæleon, & spina in munitionibus ejus: erítque caula draconum, atrium ululis:

14 Et concurrent " fera animalia cum terrifico, & scops proximo suo acclamabit: tantùm ibi resîdet strix, inveniétque sibi quietis locum:

15 Ibi nidificabit "merula, & "ponet; cumq; "eruperit, colliget ad umbram suam: tantùm ibi congregabuntur milvi "alter cum altero. *e Heb.* mulier *ad* sociã suã: sic versu sequente.

16 "Quærite ex "libro Jehovæ, & legite; unum ex his non defuturum est, unum alterum non desyderabunt: nam "os meum est quod præcipit, & spiritu suo idem congregabit ea.

17 "Nam cùm projecerit illis sortem, & manu sua distribuerit illis ad amussim; usque in seculum hæreditariò possidebunt illam, per "generationem quamque habitabunt in illa. *d Heb.* generationem & generationem.

CAPUT XXXV.

1 "LÆTABUNTUR "de his "desertum & solitarius locus; & exultabit solitudo, ac florebit tanquam rosa:

2 "Magis ac magis florebit, & exultabit etiam exultatione *sua* & cantu: gloria Libani dabitur ei, decor "arvi & Scharonis; ista videbunt gloriam Jehovæ, decorem Dei nostri, *& dicẽt*, *a Heb.* floridendo florebit.

3 "Confirmate

3 ″Confirmate manus remissas, & genua labantia fortificate:

4 Dicite ᵇ inconsyderatis animo; confirmamini, ne timeatis: ecce Deus vester, ultio advenit, retributio Dei, ipse advenit servaturus vos.

ᵇ *Heb.* præcipitibus corde: ut suprà 32.4.

5 ″Tunc aperient se oculi ′ cæcorum, & aures ″ surdorum patefient:

6 Tunc ″ saliet claudus velut cervus, & cantabit lingua ″ muti: ″ erupisse in deserto aquas, & torrentes in solitudine:

7 Abiisse torridum locum in stagnum, & siticulosum in scaturigines aquarum; in caula draconum, ″ cubili cujusque, ″ gramẽ esse cum arundine & juncõ.

8 ″Et erit illîc ″ agger & via, quæ via sanctitatis vocabitur, quâ non transibit ″ pollutus, sed erit ″ istorum: ′ viator, ne stulti quidem poterunt deerrare.

′ *Heb.* incedens via.

9 Non erit ibi ″ leo, & ᵈ violenta ulla fera non cõscendet eam, non invenietur ibi: sed ambulabunt *ea* vindicati:

ᵈ *Heb.* violẽta ferarũ.

10 Et redempti Jehovæ revertentur, ″ perveniẽntque Tzijonem ″ cum cantu, & lætitia ′ ″ perpetua super caput suum: gaudium & lętitiam assequentur, ″ fugientq; mœror & gemitus.

′ *Heb.* seculi.

ANNOTATIO.

1 *Væ tibi*] Hæc concio comprehensa tribus capitibus, a Propheta de industria fuit subjecta superioribus omnib⁹; quia nunc demum singularia judicia omnia omittuntur, ut transeatur ad justam constitutionem regni Christi, quod post judicia illa omnia erat adventurum: Sunt autem in hac concione summatim quatuor partes: prima est prolepsis, sive propositio, universè malis malum, & bonis bonum denuntians, versibus quatuor: secunda est propositio sive explicatio secundæ partis prolepseos per ὑςέρωσιν Hhebræis familiarem, toto hoc capite: tertia est explicatio prioris partis prolepseos, toto capite 34. postrema est conclusio, exponens gloriam regni Christi, piorúmque gloriationem ex constitutione ejus, capite 35. Hac autem prolepsi primùm mala improbis prædicuntur, ver. 1. deinde bona invocantibus Deum per fidem, tribus seq. nam quæ hoc loco dicuntur, non ad certam aliquam & singularem gentem referimus; sed ad omnes reluctantes Deo, & Ecclesiam ejus viæ fraudibus infestantes. *Qui ipse*] id est, qui præsentibus commodis, & divitiis benignitatis ac patientiæ Dei abuteris, ut aliós non lacessitus circumvenias. *Cùm deseris*] id est, cùm mensuram scelerum tuorum ad saturitatem impleveris, & cumulaveris. 2 *Jehova*] alterum membrum prolepseos exponens fidelium preces, hoc versu: & consecutura bona, duob. seq. *Horum*] id est, tuorum defensio te exspectantium: sic Ecclesia pro singulis precatur, & singuli pro Ecclesia tota. 3 *A sonoro*] explicatio bonorum quę in salute percipiunt pii: unum est, liberatio a malis, hoc versu; alterum, omnis boni perceptio, versu seq. *Sonoro strepitu*] id est, vel solo auditu judicii adventantis tui perduntur: quæ verba elegantissimè opponit Propheta præcedentibus, esto brachium horum singulis matutinis, etiam salus, &c. 4 *Et colligitur*] id est, & vos, ô pii, de hostibus triumphatis, eorúmque spoliis locupletamini: apostrophe gratulatoria ad pios, quam Propheta conficit ex accumulatione & observatione omnium judiciorum Dei inde a temporibus Abrahami, prout in scriptura leguntur. *Collecta bruchi*] id est, prædæ vobis erit quicquid sibi comparavit hostis, qui tanquam bruchus & locusta depopulatur omnia. *Præsocurridum*] id est, locustarum viriditatem terræ exedentium, quæ Græcis dicuntur hoc nomine ab effectu: sic Hhamos 7.1. 5 *Editus est Jehova*] secundus hic locus expositionem continens secundæ partis prolepseos, ut antè diximus, explicat primùm argumenta propositionis, usque ad versum 13. deinde documenta fidei & sanctimoniæ ad obtinendas promissiones, usque ad versum 20. postremò per hypotyposin ostendit promissionum fructum, ad finem usque capitis. Argumenta autem ducuntur a natura & fœdere Dei, hoc versu; a fide nostra & pietate in Deum, ver. sequente; postremò ab operibus, ac nominatim a recente exemplo rei gestæ contra Assyrios, verũbus seq. *Implet Tzijonem*] id est, præsens est ex fœdere cum Ecclesia inito, ut judicet improbos, & justitiam in suis exerceat. 6 *Est itaque*] sensus est, neque vita stabilis, neque firma salus potest cuiquam contingere, nisi per fidem quæ in sapientia scientiáque certa versatur; & nisi thesaurum pietatis reconditum possideat in bona conscientia, qua repulsa non potest non fieri naufragium fidei, 1. Timoth. 1.19. 7 *En Valentissimi*] tertium argumentum, ut diximus ver. 5. exponens historiam calamitatis Judæorum, ver. 7. 8. & 9. & mirificæ liberationis a Deo, tribus seq. quo exemplo voluit Propheta Judæos ita confirmare, quasi in rem præsentem adduxisset manu. *Valentissimi horum*] id est, præfecti Judæorum, missi a rege Chizkija ut audirẽt legationem Rab-schakis, 2. Reg. 18.37. *Legati pacis*] id est, qui bellum refugiebant, & pacem factam cum Assyrio servari & coli postulabant. 8 *Desolati erant*] id est, aversa omnis commeandi ratio, obsessis per Assyrium itineribus: quod genus calamitatis similiter narrat Debora Judic. 5.6. *Irritum fecerat*] Sancherib accepta pecunia, 2. Reg. 18.17. *Spreverat civitates*] tum destruendo, tum etiam gloriando, 2. Reg. 18.33. & 19.12. 9 *Lugebat*]

id est, miserrima erant omnia atque miseranda: metaphora prosopopœética. *Scharon*] vide 1. Chron. 5. 16. *Baschan &*] id est pascua & arva, synecdochicè, ut infrà 35. 2. 10 *Nunc surgam*] altera pars narrationis, ut dictum est ver. 7. qua consilium Dei, objurgatio improborum, & profligatio docentur, tribus versibus. *Exaltabor*] opere mirifico: humanitus dicta. 11 *Concipitis*] increpatio allegorica, qua Deus Assyriorum consilia & conatus cremio, animos verò igni ardenti comparat, quæ unà consumi solent. 12 *Ita fuerunt*] eventus Assyriorum descriptus allegoricè, prout narratur 2. Reg. 19. 13 *Audite*] ex superioribus argumentis profluunt duo illi propositionum rivi de quibus in versum 1. prior, vocans pios ad fidem & sanctimoniam, hoc capite; posterior, judicium improbis denuntians, capite seq. Hujus autem propositionis exordium hoc versu continetur: documenta, sex versibus seq. ac postremò hypotyposis, ut diximus in versum 5. *Longinqui prop.*] id est omnes, ex Judæis & gentibus. 14 *Exhaverant*] propositio de fide & sanctimonia piorum, occasione sumpta a dubitatione & incredulitate hypocritarum, qui instruente obsidionem Sancheribo diffidebant promissionibus Dei, & perfidiam suam obvelabant specie quadam reverentiæ; quasi tenuitatem suam ex animo cognovissent indignam esse quæ accederet infinitam majestatem Dei: cujusmodi exemplum in Achazo vidimus supra 7. 12. *Cum igne consumente*] sic abutitur hypocrisis apertis Dei verbis; Deut. 4. 24. quasi dicerent, frustrà exspectaretur liberatio a Sancheribo; quia oblita est Judæa fœderis Jehovæ, & fecit sibi sculptile: quamobrem nihil amplius a Deo exspectandum est quàm ut consumat nos, quia ignis consumens Deus zelotes est; ac proinde stat sententia ejus de ulciscendis peccatis, non autem de instaurando fœdere & continuando nobiscum. *Ardoribus perpetuis*] id est, quis subsistat ad constantissima judicia ejus? quæ non possunt ab hominibus expugnari: vide supra 10. 16. hæc enim verba sunt desperantium de salute, quam Deus per servos suos promiserat. 15 *Qui ambulat*] subjectio adversans superiori hypocritarum desperationi; qua Deus pios & justos (quorum definitio hoc versu continetur) confirmat in exspectatione promissorum Dei. 16 *Hic*] promissa quæ justo fiùt his quatuor versibus, continent liberationem a malis & malorum metu, bonorúmque omnium communicationem, quam privatè & publicè in Ecclesia pii percepturi sunt. *Locum editum*] Tzijonem, Ecclesiam Dei. *Panis ejus*] id est, omnibus vitæ ejus commodis a Deo consuletur: synecdoche. 17 *Regem*] id est, non amplius squalentem & luctuosum videbis Regem, aut regionem occupatam; sed gloria magnificentissima abundabit Rex, & inimicos superabit, quorum sedes quamvis longinquas te vidente adjunget sibi. Hoc autem typicè quidem in Chizkija factum est, 2. Chronic. 32. 23. sed perfectum & consummatum in Christo. 18 *Animus tuus*] id est, nihil metues amplius; sed habebit delectationem securæ præteritorum malorum recordatio, adeò ut liberè queas ludificari omnia consilia, rationes, conatus, & turbas hostium infensorum tibi: atque huc spectavit Paulus 1. Corinth. 1. 20. *Meditabitur*] non sollicitus, sed exultabundus. *Ubi est*] hic sermo est piorum, qui ad Ecclesiam se recipientes & freti præsidio Dei securè hostibus insultant: quod his interrogationibus Propheta facit, q. d. si quid est in rebus humanis ad bellum rectè gerendum opus, hæc profectò sunt; consilia a peritis, pecuniæ a pensatoribus sive quæstoribus, munitiones a censoribus & tribunis militaribus, robur denique & copia militum: sed ubi sunt ista omnia? si fortè possunt Deo obsistere: evanuerunt jam olim; & in perpetuum; ut liquefit cera ab igne, ita perībūt improbi a conspectu Dei, Psal. 68. 3. *Legisperitus*] videlicet castrensis sive militaris. *Pensator*] quæstor præfectus ærario militari. *Censor turrium*] id est, tribunus præfectus censendis & curandis machinis, tormentis, munitionibúsque bellicis, synecdochicè. 19 *Non videbis*] id est, nullo pacto experieris, ac ne videbis quidem. 20 *Aspice*] hypotyposis confirmans promissiones præcedentes, qua proponuntur oculis piorum duo; præstantia Ecclesiæ propter Deum habitantem & insidentem in ea, tribus ver. & fructus ad singulos perventuri, duobus ultimis. *Caulam tranq.*] allegoria duplex, Ecclesiæ quidem infirmitatem & tenuitatem proponens, sed ita ut eò amplius commendetur Dei erga illam beneficentia. 21 *Sed ibi*] hoc est, quemadmodum Mesopotamia fluviis circumquaque firmata est, Euphrate & Tigri, & sicut Ægyptus Nilo in omnes partes deducto; sic Deus, imò valentius multò Ecclesiam firmaturus est, & futurus pro rivo amplissimo, ut sit Ecclesia extra omnem tel. jactum: similiter alibi Deus igneum murum se fore prædicit Ecclesiæ suæ, Zecarjæ 2. 8. & 9. *Non itura*] id est, non perferet rem ullam adversantem nobis; sed potius judicio suo perdet & immerget, sicut olim Ægyptios: μείωσις. 23 *Deserent*] apostrophe gloriosa ad classem inimicorum, qui Ecclesiam cogitant invadere: illi, inquit Propheta, primo impetu a Deo consternati cum animis abjicient omnia, & præda erunt Ecclesiæ. *Claudi*] id est, etiam tenuissimi quique nullo negotio depopulabuntur illos; adeò offendent imparatos a rebus omnibus: proverbium facilitatem rei quæ agitur indicans, ut 2. Schemu. 5. 24 *Neque dicet*] id est, omnes incolumitatem & pacem obtinebunt per remissionem peccatorum, justificati fide in Christū Jesum Regem & servatorem nostrum.

In Caput XXXIIII.

1 *Accedite*] Nunc demum venit Propheta ad priorem partem prolepseos, de qua diximus supra 33. 1. nimirum ad propositionem judicii divini improbis eventuri. Sunt autem hujus propositionis tres partes: prima est exordium, hoc versu, quemadmodum in superiore quoque propositione fuisse ostendimus, supra 33. 13. secunda est narratio judiciorum futurorum a Deo, usque ad versum 16. tertia est confirmatio, duobus ultimis. Est autem exordium hoc patheticum, quo Propheta res omnes creatas provocat, ut afficiantur gravitate judiciorum Dei, quemadmodum fecerat supra 1. 2. 2 *Nam fervens*] narratio hæc judiciorum Dei duas partes continet convenientes exordio: unam, de judiciis Dei contra homines improbos, usque ad versum 9. alteram, de effectis judiciorum in terram ipsam & res creatas omnes, inde ad versum 16. 3 *Colliquescent montes*] hyperbole elegantissima optimè exprimens severitatem judiciorum Dei, ut sequente ver. q. d. cœlum & terra exhorrescent tam atroces pœnas quas Deus sumpturus est de inimicis suis, ut supra 13. 10. 4 *Etiam contabescet*] similem planè hyperbolen, atque hinc desumptam vide Apocalyp. 6. 12. & seq. 5 *Nam inebriatus est*] ætiologia a decreto Dei, pro eo quod est, res jamque in cœlis concluſa atque confecta est: fixum est decretum, & immutabile. Inebriari autem dicitur gladius metaphoricè, id est, rubere & circumfluere sanguine, ut Jirmejæ 46. 9. *Super Edomæos*] hos primo loco Propheta nominat, tum quia ex propinquitate erant notissimi, tū quia Jehudæis ab omni memoria hostes fuerant infensissimi, ut Psal. 137. 7. Hhamos 1. 11. Hhobadjæ 10. & seq. Lament. 4. 21. Jechezk. 25. 12. & supra 21. 11. *Super populum*] id est, super alios omnes excidio destinatos. 6 *Gladius Jehovæ*] altera descriptio judiciorum Dei: qua ostendit quàm gratum sibi futurum est cùm inimicos Ecclesiæ profligabit; a similitudine sacrificiorū, quæ ipsi odora fuerunt olim in Ecclesia per Christum. *Sanguine*) q. d. consumam eos planè: nam sanguis & adeps in sacrificiis (quibuscum improbi comparantur) solebant consumi Jehovæ, Levit. 3. 16. & 17. *Botzra*] quam Ptolemæus Bostram vocat, in Edomæa. 7 *Unicornes*] id est, etiam indomiti & potentissimi quique potentia Dei mittentur sub jugum: nam unicornium

unicornium natura indomita esse dicitur, ut Ijobi 39. 12. & seq. *Adeòut*] hyperbole, ut suprà 3. & 4. id est, copiosè perfundatur. 8 *Ob causam Tzij.*] id est propter Ecclesiam. 9 *Itaque*] altera pars narrationis, ut diximus in versum 2. de effectis Dei terrificis: quorum duo in universum ponuntur capita: unum, fore terras incendio, duobus versibus; alterum, fore horridas, desertas, & solitariis tantùm bestiis habitabiles. 11 *Plateæ*] vide Levit. 11. 18. *Anataria*] vide suprà 14. 23. *Et extendet*] id est, quisquis instaurare conabitur, frustrà consumet operam: ita Deus materiam adimet ædificandi, & res ædificatas destruet, Maleaci 1. 4. 12 *Clarissimos ejus*] id est, non poterunt instaurare regnum amissis regibus, neque domos suas deintegrò exstruere. Verborum autem ἐμφλοκὴν, quæ versu hoc inest, ad evidentiam transposuimus. 14 *Fera animalia*] vide suprà 13. 21. 15 *Merula*] avis solitaria (unde Merulam dictam volunt Grammatici) assultim incedens, qui saliendi usus apud Hhebræos avi nomen dedit. *Ponet*] ova sua. *Eruperit*] id est, excluså fuerit pullities, quæ per eclipsin hoc loco intelligitur. 16 *Quærite*] confirmatio superiorum denuntiationum ab eventu, quo veritatem sermonis sui examinandam & probandam Deus exhibet, ut Deuter. 18. 22. *Libro Jehovæ*] id est libro prophetiarum, quas Jehova edit per prophetas suos actos ipsius spiritu. *Os meum est*] id est dixi, & præstabo dictum verbo potentissimo. 17 *Nam cum*] id est, ex quo semel regiones istas feris habitandas assignaverit, nunquam desinet maledictio eis regionibus pronuntiata: assignationem autem Propheta figurat duobus modis, sorte & funibus, qui modi tunc in usu erant: ut terra tribubus sorte, & agri funibus in familias distributi sunt, Numer. 26. 54. & Jehosch. 18.

In Caput xxxv.

1 *Lætabuntur*] Conclusio totius concionis, ut dictum est suprà 33. 1. qua Propheta partim hyperbolicis orationibus, partim puris atque simplicibus præstantiam illius regni explicat quod consummatur in Christo. Sunt autem hyperbolæ duorum generum: prius est de rebus creatis rationis expertibus; posterius, de hominibus. Cæteris rebus creatis tribuuntur duo hyperbolicè: unum est sensus cum effectis suis, alterum est sermo ad homines habitus, quatuor versibus primis. q. d. gestient quodammodo omnia, & gloriam Dei prædicabunt in Christo. *De his*] tum liberatione bonorum, capite 33. tum judiciis in hostes Ecclesiæ, capite 34. *Desertum*] id est, etiam loca quæ videntur omnium ineptissima. 2 *Arbi*] ut suprà 33. 9. 3 *Confirmate*] id est, alii alios docete, jubete bono animo esse, & salutaribus monitis adjuvate: metaphoræ, ut Ijobi 4. 3. quæ versu sequen. exponuntur. 5 *Tunc aperient se*] alterum genus hyperboles: quod tamen ex parte, quoties visum est, in corporibus præstabat Christus, & in animis suorum quotidie præstat. *Cæcorum*] ut Matth. 9. 27. & 11. 5. & 12, 22. & 20. 30. & 21. 14. & Joann. 9. *Surdorum*] ut Matth. 11. 5. & Marci 7. 32. 6 *Saliet*] ut Matth. 11. 5. & 15. 30. & 21. 14. Johan. 5. & Actor. 3. 2. & 8. 7. & 14. 8. *Muti*] ut Matth. 9. 32. & 12. 22. & 15. 30. *Erupisse*] argumenta cantus fidelium, omnia instaurata & restituta esse in Christo: quod figuratè hoc & sequente versu exponitur. 7 *Cubile cujusque*] id est, in locis etiam abditissimis & incultissimis: sic accipiendum esse hunc locum Hhebraicæ distinctiones docent. *Gramen esse*] id est, locum qui fuerat aridissimus (qualem dracones expetunt) uliginosum effectum esse. 8 *Et erit illic*] secunda pars conclusionis, qua tum Ecclesiæ accessus, duobus versib. tum fructus, versu ultimo exponuntur: sumpta allegoria a constitutione priscæ illius Ecclesiæ, quæ erat Tzijone. *Agger &*] id est, aggesta & excelsa via: hypallage, sive potius ἓν διὰ δύο, ut Grammatici dixerunt. *Pollutus*] id est infidelis, aut sceleratus ullus. *Istorum*] nimirum quorum oculi & aures apertæ, crura correcta, & linguæ explicatæ fuerint beneficio Christi ad prædicandum Deum, id est, quos ille vindicaverit atque redemerit, ut sequentia docent. 9 *Leo*] id est inimicus ullus Dei, aut Ecclesiæ damnosus. 10 *Pervenient*] id est, recipientur in Ecclesiam, & ingredientur in ea. *Cum cantu*] ut solebant qui festis anniversariis proficiscebantur Jerusalaima, ut annotavimus suprà 30. 29. *Perpetua*] ac proinde illam priscæ Ecclesiæ lætitiam numeris omnibus superante. *Fugient q. mær.*] id est, & quidem constantissimum assequentur gaudium, nullóque pacto mutabile.

Caput xxxvi.

Eodem est argumento, & propè iisdem verbis cum 2. Reg. 18.

1 Factum est enim decimoquarto anno regis Chizkijæ, ut ascendens Sancherib rex Assyriæ contra omnes civitates Jehudæ munitas, occuparet eas. 2. Reg. 18. 13.

2 Misit autem rex Assyriæ Rab-schaken Lacischo Jeruschalaima, ad regem Chizkijam, cum copiis numerosis: qui substitit ad aquæ ductum piscinæ superioris, *qui est* in aggere agri fullonis. 2. Reg. 18. 17.

3 Et egressus est ad eum Eljakim filius Chilkijæ, qui præerat domui; cum Schebna scriba, & Joacho filio Asaphi a memoria.

4 Ad quos dixit Rab-schake, dicite jam ad Chizkijam; sic ait rex maximus rex Assyriæ, quæ *est* fiducia ista qua confidis?

5 Dixero (verumtamen verba futilia) *adesse* consilium & fortitu-

dinem ad bellum; nunc cui confidis quòd rebellas contra me?
6 Ecce fiduciam habueris in scipione arundinis istius quassatæ istô, in Ægyptio; quo si quis innixus fuerit, intrans volam ejus perforabit eam: ita *est* Parhho Rex Ægypti omnibus fiduciam habentibus in ipso.
7 Quòd si dixeris ad me, in Jehova Deo nostro fiduciam habemus: an non is *est* cujus abstulit Chizkija excelsa & altaria, edicens Jehudæ & Jeruschalaimis, coram altari hoc incurvate vos?
8 Sed nunc misceto quæso bellum cum Domino meo Rege Assyriæ: & dabo tibi bis mille equos, si poteris suppeditare qui equitent eos pro te.
9 Quomodo ergo averteres faciem ducis unius e servis domini mei minimis? sed fiduciam tuam habes in Ægyptio, propter currus & propter equites.
10 At nunc an absque Jehova ascendi contra regionem hanc ad perdendum eam? Jehova edixit mihi, ascende in regionem istam, & perde eam.
11 Dixit verò Eljakim, Schebnaq;, & Joach ad Rab-schaken, alloquere quæso servos tuos Syrè; intelligimus enim: neque alloquitor nos Judaicè, audiente hoc populo qui est super murum.
12 Sed dixit Rabschake, an ad dominum tuum aut ad te misit me dominus meus, ut loquerer verba hæc? nónne ad homines istos qui desident super murum, ut comedant excrementa sua, & bibant lotium suũ vobiscum?
13 Itaque subsistens Rabschake exclamavit voce magna Judaicè, & dixit; audite verba Regis maximi, Regis Assyriæ.
14 Ita ait Rex: ne vos decipiat Chizkija: non enim poterit eripere vos.
15 Neque adducat vos Chizkija ut fiduciam habeatis in Jehova, dicendo; certò eripiet nos Jehova: nõ tradetur civitas hæc in manum Regis Assyriæ.
16 Ne auscultetis Chizkijæ: nam sic ait Rex Assyriæ, transigite mecum munere, & prodite ad me; sic comedite quisque *fructum* vitis suæ, & quisque *fructum* ficus suæ, ac bibite quisque aquas cisternæ suæ:
17 Usque dum veniens assumam vos *deducendos* in terram similẽ terræ vestræ; terram frumẽti & musti *feracem*, terram *abundantem* pane & vineis:
18 Ne fortè seducat vos Chizkija, dicendo; Jehova eripiet nos: an eripuerunt dii gentium quisque terram suam e manu Regis Assyriæ?
19 Ubi *sunt* dii Chamathæ, & Arpadi? ubi dii Tzepharvajimorum? quin etiam eripuerúnt *ne* Schomronem e manu mea?

20 Qui

20 Qui ſunt inter omnes deos regionum iſtarum, qui eripuerint regionem ſuam e manu mea: ut eripiat Jehova Jeruſchalaima e manu mea?

21 Obticuerunt autem, neque reſpõderunt ei quicquam: præceptum enim Regis fuerat edicentis; ne reſpondeatis.

22 Venit itaque Eljakim filius Chilkijæ qui præerat domui, Schebnáque ſcriba, & Joach filius Aſaphi a memoria, ad Chizkijam lacerjs veſtibus: & indicaverunt ei verba Rabſchakis.

ANNOTATIO.

1 *Fuerat enim*] Hoc caput & tria ſequentia in hunc locum inſerta ſunt, non tantùm ad lucem ſuperioribus prophetiis afferendam, ut a Jeſchahhja conſcripta ſunt; verùm etiam quia commodè ad proximè præcedentis prophetiæ interpretationem pertinent. Nam hac hiſtoria geſta, & mirifica liberatione accepta divinitus, occaſio Prophetæ data eſt prophetandi de regno Chriſti; & ex gloria Chizkijæ ac totius regni, amplificandi gloriam Chriſti & Eccleſiæ, quæ tribus præcedentibus capitibus fuit explicata. 5 *Dixero*] conceſſio ironica. q. d. ut dem te virum eſſe valentem conſilio & fortitudine; certum eſt tamen te unum nihil præſtare contra Regem tã potentem poſſe. Hinc conficitur altera pars, cui ergo confidis? an Ægyptio? an Deo? &c.

CAPUT XXXVII.

Eodem eſt argumento cum 2. Regum 19.

1 EUIT autem cùm audiret Rex Chizkija, ut laceraret veſtimenta ſua; & tegens ſe cilicio ingrederetur domum Jehovæ:

2 Et mitteret Eljakimũ qui prẽerat domui, & Schebnam ſcribam, ac ſeniores ſacerdotum, tectos ciliciis; ad Jeſchahhjam filium Amotzi prophetam.

3 Qui dixerunt ad eum, ſic ait Chizkija, dies anguſtiæ, & increpationis, irritationíſque eſt dies hic; cùm venerint filii uſque ad os matricis, & vis non adſit ad partum.

4 Utinam audiat Jehova Deus tuus verba Rabſchakis, quem miſit Rex Aſſyriæ dominus ejus ad afficiendum probro Deum viventem, & arguat hujuſmodi verba quæ audierit Jehova Deus tuus: itaque effer precationem pro hoc reſiduo quod præſens eſt.

5 Cùm itaque veniſſent ſervi Regis Chizkijæ ad Jeſchahhjam,

6 Dixit ad eos Jeſchahhja, ſic dicitote ad dominum veſtrum: ſic ait Jehova, ne timeto propter verba iſta quæ audiviſti, quibus blaſphemarunt pueri Regis Aſſyriæ me.

7 Ecce ego indam ei ſpiritum, ut audito rumore revertatur in terram ſuam: tandem dejiciam eum gladio in terra ejus.

8 Itaque reverſus Rabſchake invenit Regem Aſſyriæ oppugnantem Libnam: audiverat enim eum profectum eſſe Laciſcho.

9 Audiens autem de Thirhaka Rege Cuſchi, dicentes, procedit ut pugnet contra te: audiens, inquã, miſit nũntios ad Chizkijam, edicẽdo:

10 Sic alloquimini Chizkijam Regem Jehudæ, dicendo, ne decipiat te Deus tuus, in quo tu fiduciã habes, dicendo; non tradentur Jeruſchalaima in manum Regis Aſſyriæ.

11 Ecce tu audivisti quid fecerint Reges Assyriæ omnibus aliis regionibus, internecioni devovendo incolas earum: & tu eripereris?

12 An eripuerunt eas dii gentium, quas perdiderunt majores mei? Gozanem, & Haranem? & Retzephum, & Hhedenitas qui sunt Telassari?

13 Ubi est Rex Chamathæ, & Rex Arpadi? & Rex civitatis illius Tzepharvajimorum, Henahhi, & Hhivæ?

14 Cúmque accepisset Chizkija literas e manu nuntiorum, & legisset illud; ascendens *in* domum Jehovæ, explicavit illud Chizkija coram Jehova.

15 Et precatus est Chizkija Jehovam, dicendo:

16 Jehova exercituum, Deus Jisraëlis, insidens Cerubinis, tu es Deus ille solus, omnibus regnis terræ; tu fecisti cœlum & terram.

17 Inclina, Jehova, aurem tuam & audi, aperi, Jehova, oculos tuos & vide; audi, inquam, omnia verba Sancheribi, qui misit ad probro afficiendum Deum viventem.

18 Verum est, Jehova: vastaverunt Reges Assyriæ omnes [a] gētes illas, & regionem illarum:

[a] *Heb.* terras, metonymicè.

19 Et tradiderunt deos illarum igni; quia dii non erant, sed opus manuum hominis, lignum aut lapis, ideò perdiderunt eos.

20 Nunc itaque, Jehova Deus noster, serva nos e manu illius; ut cognoscant omnia regna terræ, te Jehovam solum esse.

21 Tum misit Jeschahhja filius Amotzi ad Chizkijam, qui diceret: sic ait Jehova Deus Jisraëlis, quòd precatus es me cōtra Sancheribum Regem Assyriæ:

22 Hoc est verbum quo edicit Jehova *respondere* ei: cōtemnit te, subsannat te virgo filia Tzijonis, post te caput movet filia Jeruschalaimorum.

23 Quem probro affecisti ac blasphemasti? & contra quem extulisti vocem? utique attollis *in* sublime oculos tuos contra sanctum Jisraëlis.

24 Per servos tuos probro affecisti Dominum, cùm diceres, multitudine curruum meorum ego ascendi summitatem montium, latera Libani: & succidam procéras cedros ejus, lectissimas abietes ejus; ingrediar etiam [b] celsissimam extremitatem ejus, sylvas, arva ejus.

[b] *Heb.* celsitudinem extremitatis ejus.

25 Ego effodio ut bibam aquas; nam exsicco plāta pedum meorum omnes rivos locorum obsessorum.

26 An non audivisti inde a longinquo tēpore, me id facere? & a diebus priscis formare illud? nunc adduco illud, ut sis ad deturbandum in acervos vastos civitates munitas.

27 Ideò

27 Ideò habitatores earum contracti manu, territi sunt & erubuerunt; fuerunt *ut* herba agri, ut holeracea herba tenera, *ut* fœnum tectorum, & ager tactus uredine antequàm in culmum assurgat.

28 Utique sessionem tuam, & profectionem tuam, & incessum tuũ novi; etiam furorem tuum contra me.

29 Quoniam tu furis contra me, & tumultuatio tua ascendit ad aures meas; ideò ponam hamum meum in naso tuo, & frænum meum inter labia tua, ac perducam te viâ illâ per quam venisti.

30 Illud autem esto tibi hujus *rei* signum, comedere vos anno uno sponte natum, & anno altero sponte renatum: anno demum tertio serite & metite, ac plantate vineas, & comedite fructum earum:

31 Nam residuum domus Jehudæ, quod relictum fuerit, rursus radicabitur infernè; & proferet fructum supernè;

32 Cùm Jerusehalaimis prodibit reliquum, & residuum e monte Tzijonis: zelus Jehovæ exercituum facturus est istud.

33 Propterea sic ait Jehova de Rege Assyriæ, non est ingressurus in civitatem hanc, neque jaculaturus huc sagittam, neque oppositurus ei scutum; neque diffundet contra eam missilia catapultaria.

34 Viâ qua venerit, eâdem revertetur: in civitatem verò hãc non ingredietur, dictum Jehovæ.

35 Nam protegam civitatem hanc ad servandum eam, propter me & propter Davidem servum meum.

36 Itaque prodiens angelus Jehovæ percussit in castris Assyriorum centum octogintaquinque millia: cúmque surrexissent manè, ecce omnia illa erant cadavera mortuorum.

37 Quare profectus abivit, & reversus est Sancherib Rex Assyriæ; consedítq; Nineves.

38 Ubi fuit, ipso se incurvante *in* æde Nisroci Dei sui, ut Adramelech, & Schareetzer filii ejus percuterent eum gladio, ipsi verò proriperent se in terram Ararati: & regnavit Esar-Chaddon filius ejus pro eo.

Caput XXXVIII.

Eodem est argumento cum principio 2. Reg. 20. Inscribitur autem ode Chizkijæ, qua ægritudinem & perturbationem animi sui in morbo, orationemq; ad Deum exponit; beneficium acceptum narrat: fidem in Deum profitetur; & gratias ei immortales spondet.

1 Diebus

2.Reg.20. 1 DIEBUS illis ægrotavit Chizkija lethaliter: ad quē veniens Jeschahhja filius Amotzi Propheta dixit ad eū, sic ait Jehova; da præcepta familiæ tuæ, nam tu brevi moriturus es, ac non vives.

2 Quapropter advertens Chizkija faciem suam ad parietem, oravit Jehovam.

3 Et dixit; obsecro Jehova, recordare jam me continenter ambulasse coram te fideliter & animo integro, & quod bonum videtur in oculis tuis feciſſe: flevítque Chizkija fletu magno.

4 Tum fuit sermo Jehovæ ad Jeschahhjam, edicendo:

5 Abi, & dicito ad Chizkijam; sic ait Jehova Deus Davidis patris tui: audivi precationem tuam, vidi lachrymas tuas, ecce ego addam diebus tuis quindecim annos:

6 Et e manu regis Assyriæ eripiam te, & civitatem hanc; protegamq; civitatem hanc.

7 Atque hoc tibi esto signum a Jehova, facturum esse Jehovam rem istam quam locutus est.

8 Ecce ego reducturus sum umbram graduum illorum, quæ descendit "gradibus Achazi, cum sole retrorsum decem gradibus: & reversus est sol decem gradibus, iisdem gradibus quibus descenderat.

a Heb. vivere: ut Numer. 21. 8.

9 "Scriptum Chizkijæ regis Jehudæ; cùm ægrotasset, & "revaluisset ex ægritudine sua.

b Heb. in fesſione dierum meorum.

10 "Ego dicebam, "resciſſis diebus meis "aditurus sum portas sepulchri; privor "residuo annorum meorum.

11 Dicebam, "non sum visurus Jah, Jah in terra viventium: non intuebor hominem amplius inter habitatores mundi.

c Heb. habitare meum.

12 "" Habitatio mea transfertur, & transportatur a me, tāquam tentorium pastorale: "ad excidium perduxi, ut textor *stamen*, vitam

d Heb. absoluturus.

meam; "a peniculis resecturus est me; "a die usque ad noctem "perempturus es me.

13 Proponebam, "dum mane erat, tanquam leonem, ita fracturum esse *Deum* omnia ossa mea; a die usque ad noctem te perempturum esse me.

14 "Ut grus *aut* hirundo, ita pipiebam: gemebam ut columba, *dicens*: attolluntur oculi mei in sublime, ô Domine, oppressio *sit* mihi, pertexe me.

15 "Quod eloquebar, "statim prædixit mihi, idémque fecit: "progredior omnibus annis vitæ meæ ultra amaritudinem animæ meæ.

e Heb. vivūt: impersonale.

16 "Domine, per "hæc "vivitur: etiam his "singulis inest vita spiritus mei, his facis ut revalescam, & vivum

f Heb. conservando.

fconservas me.

17 Ecce

17 Ecce ad pacem *advênit* amara mihi amaritudo; sed tu propensus amore *eduxisti* animam meam a fovea [g] exedēte, quia abjecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

18 Non enim sepulchrum celebrat te, *aut* mors laudat te: non habent exspectationem in fide tua qui descendunt in [h] sepulchrum.

19 Vivens, vivens, ipse celebrabit te ut ego hodie: pater filiis notam faciet fidem tuam.

20 Jehova *præstò est* ad servandum me; ideò odas lyricas meas pulsabimus omnibus diebus vitæ nostræ in domo Jehovæ.

21 Edixerat enim Jeschahhja: [i] sumatur palatha ficuum, & appingatur ulceri, & revalescet.

22 Et dixerat Chizkija; quod est signum, me ascensurum esse in domum Jehovæ?

[g] *Heb.* consumptionis.

[h] *Heb.* cisternam.

[i] *Heb.* sumant, & appingant: ut suprà ver. 16. 2. Reg. 20. 7.

ANNOTATIO.

8 *Gradibus Achazi*] id est, qui gradus descripti sunt in solario Achazi. 9 *Scriptum*] hæc inscriptio argumentum sequentis cantici exponit: primùm enim docet Chizkija quid secum Deus egerit, & ipse cum Deo quo tempore decumbebat, usque ad ver. 15. deinde sanitatem a Deo receptam narrat, fidémque in ipsum & immortales gratias profitetur, ad finem usque cantici. 10 *Ego dicebam*] prior hæc narrationis pars exponit tum expostulationem Chizkijæ cum animo suo, quia intempestivam esse mortem sentiebat apud se, & habendæ prolis desyderio ex promissione Dei tenebatur, quatuor versibus, deinde postulatum a Deo, ver. 14. *Aditurus sum*] id est, si res ita se habet ut Propheta denuntiavit, præpropere me oportet mori: periphrasis mortis. *Residuo annor.*] id est, annis qui mihi supererant agendi ex naturæ lege. 11 *Non sum visurus*] q. d. ergo tum a fructu præsentiæ Dei aspectabilis in populo suo, tum a communione Ecclesiæ viventium subtrahar; quæ duo efficiunt ut mihi vita jucunda sit. 12 *Habitatio mea*] id est, vita mihi adimitur: quod duplice comparatione figuratur, hoc versu, tugurii & telæ. *Ad excidium*] id est, quemadmodum textor cousque perducit telam, donec sit tempus staminis præcidendi, quod involutum est jugo; sic ego pertexui vitam meam. *A peniculis*] sic pergit Chizkija in textoris similitudine: cùm pertexuerim, inquit, vitam meam, jam advenit tempus quo Deus a peniculis sive peniculamento suo dissecturus est telam vitæ meæ, id est, finem illius effecturus sunt enim peniculi sive peniculamenta telæ extrema stamina quæ textor circumvolvit jugo, nec potest cum reliqua tela propter brevitatem staminis reliqui percurrere, ac propterea ab ea solet resecare. Hhebræum autem vocabulum ita accipimus adducti simili loco Cantic. 6. 15. ubi accipitur pro vitta sive loro cincinnos capitis discriminante, ad quam rationem peniculi telæ a textoribus componi solent. *A die usque*] id est, hoc ipso die, antequam nox advenerit: ut versu seq. apostrophe ad Deum. 13 *Dum mane*] id est ipso die, quemadmodum interpretantur sequentia. 14 *Ut grus*] hic versus constitutionem animi postulantis exponit similitudinibus, & postulati summam: nimirum ita corpore & animo infirmatum fuisse Chizkijam, ut vix posset proloqui, ac proinde supplicasse paucis. *Oppressio sit*] id est, hic morbus me conficit, & intempestivè opprimit, antequàm decurrerim stadium vitæ meæ; & ita intricat quodammodo, ut tela vitæ meæ (quæ adhuc supereſt pertexenda) nequeat perfici: quamobrem tu ipse pertexe me, id est, effice ut justum vitæ spacium percurram, fretus potentia tua. Hæc ita accipienda esse ostendit series allegoriæ. Verbum autem Hhebræum quod alii interpretantur fidejubere, alii dirigere, alii recreare, nos pertexendi significatione accipimus, a conjugato nomine subtegmen sive tramam significante, Levit. 13. 50. & seq. 15 *Quod eloquebar*] altera pars narrationis, continens professionem beneficii a Deo accepti, tribus versibus & gratiarum actionem ad gloriam Dei, tribus reliquis. *Statim*] Jeschahhjam nondum egressum ex atrio mediano præmittens ad me, 2. Reg. 24. *Progredior*] id est, nunc supervivo illi amaritudini. 16 *Domine*] apostrophe ad Deum, qua Chizkija thesin sive propositionem universalem de virtute verbi operúmque Dei (ex quibus vita constat omnibus hominibus) accommodat suæ hypothesi. *Hæc*] quæ dicis & facis. *Singulis illis*] id est, non aliunde vivo quàm ex verbo procedente ab ore tuo, Deuter. 8. 3. 17 *Ad pacem*] id est, postquam mihi & toti regno meo pacem tribueras ab Assyrio & omnibus inimicis meis, statim in morbum gravissimum incidi. *Abjecisti post tergum*] id est, texisti & condonasti ea quorum nomine affligebar: humanitus dictum. 18 *Non enim*] ætiologia restitutionis vitæ & remissionis peccatorum, nimirum gloria Dei: ut Psal. 6. 6. *Qui descendunt*] id est corpora sepulta. 20 *Jehova*] conclusio a professione fidei & laudationis Dei.

CAPUT XXXIX.

Eodem est argumento cum fine 2. Reg. 20.

1 Tempore

1 EMPORE illo misit Merodac Baladan filius Baladanis Rex Babyloniæ literas cũ munere ad Chizkijam; audiverat enim ægrotasse, & confirmatum esse.

2 Quibuscum lætatus Chizkija, ostendit eis totum gazophylacium suum, argentum, & aurum, & aromata, atque oleum præstantissimum, totámque domum vasorum suorum, denique quicquid inveniebatur in thesauris suis: non fuit quidquam quod non ostẽtaret eis Chizkija, in domo sua, & in tota ditione sua.

3 Quapropter ingressus Jeschahhja Propheta ad Regem Chizkijam; dixit ad eum, quid dixerunt homines illi? & unde venerunt ad te? cui dixit Chizkija, e terra longinqua venerunt ad me, Babylone.

4 Iterum dicenti; quid viderunt domi tuæ? dixit Chizkija, quicquid est domi meæ viderunt, non fuit quicquam quod non ostenderim eis in thesauris meis.

5 Tum dixit Jeschahhja ad Chizkijam, audi verbum Jehovæ exercituum:

6 Ecce, dies venturi sunt, quibus deportabitur quicquid est domi tuæ, & quod recondiderunt majores tui usque in diem hunc, in Babyloniam: non relinquetur quidquam, ait Jehova.

7 De filiis etiam tuis qui prodibunt ex te, quos geniturus es, assument; ut sint aulici in palatio Regis Babyloniæ.

8 Dixit verò Chizkija ad Jeschahhjam, bonum est verbum Jehovæ quod locutus es; præterea dixit, quandoquidem futura est pax & stabilitas diebus meis, *bonum est.*

CAPUT XL.

Deus promulgans consolationes Evangelii prædicit duo testimonia illius; unum Ioannis Baptistæ, alterum Apostolorum & servorum Christi respiscentiam & fidem in Christum prædicantium: & quia labefactata eo tempore videbatur Ecclesia, infirmos animos confirmat, tum a potentia Dei homines & Deos omnes superante, tum a singularibus in Abrahamum & Ecclesiam totam beneficiis: itaque promissiones amplissimas renovans, idololatras & idola omni facultate nuda esse docet, eam sibi arrogat, & in Christo promittit explicatum iri.

1 CONSOLAMINI, consolamini populum meum; dicit Deus vester;

2 Loquimini [a] quæ sunt cordi Jeruschalaimis, & prædicate eis, completum esse tempus præfinitum eorũ, exsolutam esse iniquitatem eorum; ea accepisse e manu Jehovæ [b] duplum pro omnibus peccatis suis.

3 "Voce clamantis," in deserto parate viam Jehovæ; adæquate in solitudine aggerem Deo nostro,

4 "Omnis vallis attolletur, & omnis mons collísque deprimentur; & [c] abibit quod curvum est in planum, & scalebrosa in convallem.

[a] *Heb.* ad cor Jeruschalaimorum: ut Genes. 34. 3.

[b] *Heb.* duplicia.

[c] *Heb.* erit.

5 Ut

5 Ut revelétur gloria Jehovæ, & videant omnis caro pariter os Jehovæ locutum esse.

6 "Vox dicens, prædica, etiam dicit quid prædicaturus sim; omnem carnem esse gramen, etiam omnem "benignitatem ejus similem esse flori agri.

7 Exaresćit gramen, decidit flos, cùm spiritus Jehovæ perflat ipsum; utique gramen est populus.

8 Exaresćit gramen, decidit flos; "at verbum Dei nostri permanet in seculum.

9 "Montem altum [d] conscende, ô quæ evangelizas Tzijoni, attolle "potenter vocem tuam quæ evangelizas Jeruschalaimis: attolle, ne timeto, dic civitatibus Jehudæ, ecce" Deus vester.

10 "Ecce Dominus Jehova contra robustum venturus est, & brachium ejus dominaturum est in illum: ecce" merces illius apud ipsum est, & opus illius coram ipso.

11 Velut pastor gregem suum pascet, in brachium suum congregabit agnellos, & in sinu suo portabit; fœtas ducet commodè.

12 "Quis mensus est" pugillo suo aquas, & cœlos spithama expendit, aut complexus est trientali pulverem terræ? & ponderavit statera montes, & colles lancibus?

13 Quis expendit spiritum Jehovæ? ut vir a consiliis ei docuit eum?

14 Cum quo communicavit consilium ut instrueret se, doceretque [f] iter judicii; doceret, inquam, se scientiam, & viam [f] summæ prudentiæ notam faceret sibi?

15 En, gentes tanquam gutta e situla, & tanquam "flos pulviscúli *in* lancibus reputantur: en, insulas ut rem minutissimã" dispositurus esset.

16 Etiam Libanus" non sufficeret ad comburendum, & animalia ejus non sufficerent holocausto.

17 Omnes gentes velut nihil sunt coram eo, minus nihilo & inanitate reputantur ei.

18 "Cui ergo assimilabitis Deum fortem, & quam similitudinem comparabitis ei?

19 Sculptile" tegit artifex, & aurifex auro obducit illud: & "catenas argenteas conflat.

20 [g] "Qui ita indigus est ut non habeat quod offerat, lignum non putrescens eligit: artificem peritum quærit sibi ad parandum sculptile, *quod* non dimoveatur.

21 "An non cognoscitis? an non auditis? an non indicatur a principio vobis? an non intelligitis *inde a* fundamentis terræ,

22 "Eum qui insidet ambitui terræ, cui habitatores ejus sunt velut locustæ: qui extendit velut conopæum cœlos, & distendit eos sicut tentorium ad habitationem, (nem efficit?

23 Qui disponit dominatores in nihilum; judices terræ sicut rem ina-

[d] *Heb.* ascendi de tibi: vide Genes. 11. 33.

[e] *Heb.* in potentia.

[f] *Heb.* prudentiarum?

[g] *Heb.* indigus oblationis: constructa forma, ut in libris nostris manu scriptis legitur.

24 Neque plantantur, neque seruntur, neque radicatur in terra succisus truncus eorum: quia vel insufflante eo in illos exsiccantur, ac turbo quasi stipulam tollit eos.

25 Cui ergo assimilaretis me, aut æqualis essem? ait sanctus.

26 Attollite in sublime oculos vestros, & videte quis creaverit ista, producens numero suo exercitum ipsorum: omnibus istis indiderit nomen præ amplitudine virium, prout fortis est robore, *adeò ut* quidquam non desit.

27 Quare diceres Jahhakob & loquereris Jisraël, abscondita est via mea a Jehova, & a Deo meo causa mea præterit?

28 An non novisti? nónne audivisti Deum æternum Jehovam, creatorem extremitatum terræ non defetisci, neque defatigari? nulla *est* pervestigatio prudentiæ ejus.

29 Dat defesso virtutem, & defecto viribus robur copiosè suppeditat.

30 Defetiscuntur quidem pueri & defatigantur; & juvenes [b] prorsus impingunt:

31 At exspectantes Jehovam mutant vires, ascendunt [i] pennis velut aquilæ: currunt, neque defatigantur; pergunt, nec defetiscuntur.

[b] *Heb.* impingendo impingunt.

[i] *Heb.* penna.

Caput XLI.

1 [a] Silentes accedite me insulæ, & nationes mutent vires; accedant, tunc loquentur, pariter ad judicium appropinquabimus.

2 Quem excitaverat ab oriente *Deus*, [b] justè vocās eum [c] ad vestigia sua; exposuit [d] ei gentes, & fecit ut in Reges dominaretur, reddidit similes pulveri gladio ejus, similes stipulæ impulsæ arcui ejus.

3 Persecutus illos pervasit [e] incolumis, itinere *quò* pedibus suis non venerat.

4 Quis operatus est & fecit *illud*? quis vocat generationes inde a principio? ego Jehova primum *quodque*, etiam ultima ego idem *operor, facio, & voco*.

5 Videntes insulæ timent, extrema terræ trepidant: appropinquant & conveniunt.

6 Quisque proximo suo auxiliantur, & fratri suo dicit confirmare.

7 Et confirmat faber lignarius aurifabrum, [f] malleator eum qui tundit incudem; dicit de ferrumine, bonum est, & firmat illud clavis *ut* non moveatur.

8 At tu, Jisraël serve mi, tu Jahhakob quem elegi; semen Abrahami, amici mei:

9 Tu quem prehendi ab extremitatibus terræ, & a selectis ejus evocavi te; dicens tibi, servus meus es, elegi te, neque sperno te:

10 Ne timeto, quia tecum sum; ne stupeto, quia ego sum Deus tuus: fortifico te, etiam auxilior tibi, etiam sustento te dextera [g] justa mea.

[a] *Heb.* silete ad me.

[b] *Heb.* justitia.

[c] *Heb.* ad pedem suum.

[d] *Heb.* corā eo: ut Gen. 13.9.

[e] *Heb.* pace.

[f] *Heb.* lævās, vel lævigās malleo.

[g] *Heb.* justitiæ meæ.

11 En,

11 En, erubescent, & ignominia perfundentur quicunque exardescũt contra te; erunt tanquam nihil, & peribunt [h] adversarii tui.
12 Quærens eos non invenies eos: [i] qui concertant tecum, erunt tanquam nihil, & tanquam nihilum homines [k] oppugnantes te.
13 [a] Cùm ego Jehova Deus tuus, prehendam dexteram tuam; qui edico tibi, ne timeto, ego auxilier tibi.
14 Ne timeto, [a] vermicule Jahhakobi, [l] Jisraëlitarum; ego auxilior tibi, dictum Jehovæ, & redemptoris tui sancti Jisraëlis.
15 [a] Ecce dispositurus sum te in tribulam stylis recentibus [m] bipennem: triturabis [a] montes, comminuesque, & colles tanquam glumam dispones:
16 Ventilabis eos, & ventus auferet eos, ac turbo disperget eos: [a] tu verò exultabis in Jehova, in sancto Jisraëlis gloriaberis.
17 Ipsos pauperes egentesque ipsos, qui quærunt aquas & nullæ adsunt, quorum lingua siti deficit; ego Jehova exauditurus sum, Deus Jisraëlis non derelicturus sum eos.
18 [a] Aperiam in locis eminentibus flumina, & in medio convallium fontes; disponam desertum in stagnum aquarum, & terram solitariam in processus aquarum.
19 Ponam in deserto cedrum, lectissimam cedrum, myrtumque & arborem oleosam: ponam in solitudine abietem, tædam, [a] arboresque opacas pariter:
20 Ut videant & cognoscant, & [n] adhibeant *se* ut intelligant pariter; manum Jehovæ facere istud, & sanctum Jisraëlis creare ipsum.
21 [a] Producite causam vestram, ait Jehova; admovete firmamenta vestra, ait Rex Jahhakobi.
22 [a] Proponant & indicent nobis ea quæ obventura sunt: [a] priora quænam sunt indicate, ut apponamus [o] animum nostrum, & cognoscamus [o] finem eorum; aut eventura pronuntiate nobis.
23 [a] Indicate istorum signa inposterum, ut cognoscamus vos esse Deos; [a] etiam benefacite aut malefacite; ut obstupescamus videntes pariter.
24 En vos minus quàm nihil estis, & opus vestrum minus nihilo: [p] abominabilis *qui* eligit vos.
25 [a] Excitaturus sum [a] ab Aquilone qui veniat, ab ortu solis qui invocet nomen meum; qui veniens [a] proculcet antistites tanquam lutum, & tanquam figulus cœnum.
26 [a] Quis indicavit inde a principio, ut cognosceremus, aut inde ab antiquitate, ut diceremus, [a] justus est? neque ullus est qui indicet, neque ullus qui prænuntiet, neque ullus qui audiat sermones vestros.
27 [a] Primarium Tzijoni, *in quo* ecce, ecce ista; & Jeruschalaimis evangelizantem dabo:

h Heb. homines contentionis tuæ.
i Heb. homines concertationis tuę.
k Heb. belli tui.
l Heb. hominum Jisraëlis.
m Heb. dominam στομάτων: ut Psal. 149. 6.
n Heb. apponant: ut Judic. 19. 30.
o Heb. cor.
p Heb. abominationis vir.

28 Nam cùm respicio, nullus est vir, etiam ex istis nullus est consultus;
ut cùm interrogo eos, respondeant[g] quidquam.

[g] Heb. verbum.

29 En hi omnes sunt vanitas, nihil sunt opera eorum; ventus & inanitas fusilia eorum.

ANNOTATIO.

1 *Consolamini*] Horum capitum quæ conjungimus unicam concionem esse ipsa argumentationũ series ostendit manifestissimè. Sunt autem hujus concionis quatuor præcipuę partes: prima est propositio beneficii evãgelici, usq; ad ℣. 12. secunda est confirmatio promissionum evangelicarum luculentissima, usq; ad ℣. 20. sequentis capitis: cui adhæret repetitio & exornatio earundem promissionum inde ad ℣. 21. tertia est cõfutatio idololatrarum & eorum omnium qui non acquiescunt in Deo, ℣. 21. & quatuor sequentib. postrema est conclusio de integro asserens promissiones Dei, a ℣. 26. ad finem usq;. Propositionis verò pars est proleptica, universè evangelii beneficia prænuntians, duobus primis versib. pars verò distinctè prædicationem evangelii accommodat primùm Joanni Baptistę præcursori Christi, ℣. 3. & duob. seq. deinde apostolis omnib⁹ & ministris Evangelii, a ℣. 6. ad 12. quæ omnia cũ ad consolationẽ Ecclesiæ olim labefactatæ & jacentis pertinuerint, & mirificentissimè a Deo uno impetu præter exspectationem omnium fuerint præstita; propterea Deus vehementiam & celeritatem facti ex abrupto indicat per repetitionem: cujus repetitionis in scriptura usum vide, Gen. 41. 32. 2 *Duplum*] id est, plus satis pœnas luisse ad Dei judicium, ut infrà 61. 7. & Jirme. 16. 18. Deum non amplius meritas ab illa pœnas reposcere, atq; ita contentum esse iis quas Christus vas & sponsor Ecclesiæ pertulit, quasi Ecclesia ipsa luisset pœnarum duplum, remissionis peccatorum, & reconciliationis cum Deo nomine: atq; hæc duo sunt officia promissionũ Evangelii, remissio peccatorum, & reconciliatio in Christo, quæ seq. versibus circumscribuntur prædicatione Joannis Baptistæ, & sequentium servorum Dei. 3 *Voce clamantis*] hæc verba authore Christo & Evangelistis omnibus de Joanne Baptista accipienda sunt, cujus exponitur primùm prædicationis summa, hoc versu; deinde effecta, vers. seq. ac postremò finis summus, vers. 5. nam quod aliis placet ad reversionem ex deportatione pertinere, minimè probatur nobis; tũ propter authoritatem eorum quos modò diximus, tum etiam propter verborum proprietatem, quæ non nisi coactè ad reditum populi possunt accommodari, cùm potiùs respiciant adventantem Deum. *In deserto*] hoc ita distinguendum esse ostendit Hhebræa distinctio, & comparatio sequentis membri: neque dubitamus quin eadẽ distinctio servanda fuerit in Novo Testamento: sunt autem hæc allegoricè dicta de fide in adventantem Christum, & de resipiscentia. 4 *Omnis vallis*] i. ex omni hominum genere multos convertet ad Dominum Deum ipsorum, &c. ut parẽt Domino populum instructum; qui cum agro aut itinere comparari solet: vide Lucæ 1. 16. & 17. & 76. & 3. 3. & seq. 6 *Vox dicens*] altera pars prædicationis, ut dictum est in vers. 1. qua exponuntur primùm vocatio apostolorum ministrorumq; Dei ab ipso, secundò donum quod nunquam a vocatione divellit Deus, tertiò summa prædicationis, ut de Johanne Baptista dictum est. Continet autem prædicatio Evangelica primùm doctrinam pœnitentiæ, qua homo totus prosternitur ut salutem extra se quærat, tribus vers. deinde doctrinam fidei in Christum & promissiones ejus, tribus versib. alteris. *Benignitatem ejus*] i. quicquid benignissimè in eam contulit Deus ad naturæ ornamentũ & bonum. Nam hæc verba hominem animalem spectant, prout in ipso est, ac non regenitum spiritu sanctificationis in Christo. 8 *At verbum*] quasi dicat, hoc unum semen incorruptum est & immortale, quod potest servare animas hominum, ut dicitur 1. Petri 1. 23. & Jacobi 1. 21. sic comparatur transitus ad sequẽtem locum de fide in Christum & in verbũ ejus. 9 *Montem altum*] adhortatio ad Ecclesiam, ut palàm, intrepidè, & cum libertate summa promulget adventũ Christi, doctrinamq; fidei. *Deus vester*] Christus adveniens, qui postea dicitur Dominus Jehova. 10 *Ecce*] promissionum in adventu Christi, quas pii amplectuntur fide, partes exponuntur duæ: una, potentissima operatio in adversarios, hoc versu; altera, lenissimus piorum ductus, cura, & administratio, ℣. seq. *Merces illius*] id est, proculdubiò rependet peccata ejus, quæ omnia sunt exposita in oculis ejus. 12 *Quis mensus est*] confirmatio promissionũ proximè præcedẽtium, ut dictum est in vers. 1. petitur a duobus locis, nimirum a comparatione rerum creatarum cum ipso creatore, quarum natura, vis, opus, efficacitas &c. demonstrantur nihil ad Deum accedere, usq; ad vers. 18. unde eruuntur certi doctrinæ loci, usq; ad finem capitis: deinde ab enarratione operum singularium Dei in Abrahamum & Ecclesiam totam, capite sequente usq; ad vers. 10. ex qua enarratione nascitur repetitio earundem promissionum & amplificatio, usq; ad vers. 21. Sunt autem comparationis argumenta tria: primum est, ab omnipotentia Dei in creatione & sustentatione rerum omnium demonstrata, hoc versu; secundum ab omnimoda sapientia, duobus seq. tertium a majestate infinita, vers. 15. 16. & 17. *Pugillo*] hac voce & sequentibus aliis exponit Propheta quàm sit facile Deo res omnes creatas sustentare & regere, ut quæcunq; promisit nullo negotio & rebus omnibus sibi ministrantibus exsequatur. quasi dicat, quemadmodum res minimas his exiguis modis & instrumentis homines capiunt, tractant, & appendunt; ita Deo tam facile, adeoque facilius est hanc universitatẽ rerum & singulas ejus partes minimo negotio regere arbitratu suo. 15 *Flos pulviculi*] id est, minutissimum illud quod lancibus hærere solet præ tenuitate sua, adeò leve est natura sua. *Dispositurus esset*] nimirum si placeret, tãta est majestas ipsius: quod duo seq. versus amplificant. 16 *Non sufficeret*] videlicet si litandũ esset ipsi pro amplitudine majestatis ipsius. 18 *Cui ergo*] præcedenti confirmationis loco, ut diximus in ℣. 12. subjiciuntur documenta duo, prout legitima concionis forma postulat: prius documentũ pertinet ad idololatras: positum partim in reprehensione studii quo Deum idolis suis conantur effingere frustra, trib. versibus, partim in redargutione inscientiæ ipsorum, quinq; versibus; partim in hortatione ad veram cognitionem Dei, ℣. 26. posterius verò documentum ad Ecclesiam pertinet; in quo partim reprehenditur diffidentiæ suæ, vers. 27. partim ad certam fiduciam revocatur, ad finem usque capitis. 19 *Tegit*] pingendo suis coloribus, vestiendo, &c. ut materia incerta sit, & superstitione magis afficiat animos. *Catenas*] quibus vinctum idolum stare possit. 20 *Qui ita indigus*] amplificatio vanissimi illius studii ab exemplo gentium; qui cùm non habent quod offerant, quo tegant, aut ornent idola sua, lignum firmius a carie eligunt: atque hoc pacto evincuntur omnes vanitatis quæ in idolis est; cùm hic superiorũ (utcunq; compta & culta fuerint) infirmitatẽ videat; illi verò qui ditiores sunt damnent tenuitatem hujus, & suorum idolorum inanitatem pigmentis suis testatam faciant. 21 *An non*] redargutio elegantissima, ut diximus in vers. 18. 22 *Eum qui*] id est, Deum periphrasticôs: sed propterea circumlocutio adhibetur, & hanc congeriem operum mirabilium Dei necesse fuit

expone-

exponere, ut plana essent hujus redargutionis argumenta tum ab ordinaria administratione, hoc versu; tum a singulari quæ præter naturæ ordinem evenit, duobus seq. 24 *Neque plantantur*] ἐργασία allegorica a plantarum & seminum similitudine, exponens id quod modò Propheta dixerat, Deum disponere in nihilum, & sicut inanitatē efficere dominatores. 25 *Cui ergo*] conclusio redargutionis, ut suprà vers. 18. 26 *Attollite*] hortatio dialectica, ut diximus in vers. 18. de agnoscendo Deo tum ex creatione hujus universitatis, tum ex imperio summo. *Indiderit*] id est, nominatim imperet: ut Psal. 147. 4. *Non desit*] quin sistat se coram vocante, & ipsi pareat. 27 *Quare diceres*] alter documentorum locus spectans Ecclesiam, ut versu 18. ostendimus. *Absconsita est*] id est, Deus nullam amplius habet rationem mei, nec portò curat me: sic anticipat Propheta infidas populi querimonias, in quas plerique delapsi sunt ante adventum Christi propter diuturnas & graves calamitates suas; quarum nomine dixerat suprà, consolamini, &c. 28 *Non defetisset*] id est, quemadmodum non desinit gubernare extremitates terræ, ita non desinere ipsum, aut cessare a curatione Ecclesiæ suæ. 30 *Defetiscuntur*] ἐργασία superioris dicti per antithesin luculentissimam: ruunt quidem, inquit Propheta, quicunque aut imprudentia tanquam pueri non respiciunt ad Deum, aut præfidentia tanquam juvenes feroces ipsum negligunt: sed bene est illis qui exspectant Deum. 31 *Mutant*] videlicet in melius, id est, augescunt & confirmantur. *Ascendunt*] id est, quàm celerrimè ex difficultatibus evolant; & quemadmodum aquilę contento in cœlum volatu superant omnes alites, ita omnia transcendunt freti benignitate Dei: sic Ijobi 11. 17.

In caput XLI.

1 *Silentes*] secundus confirmationis locus, ut diximus suprà in 40. 12. a singularibus Dei beneficiis in Abrahamū & Ecclesiam totam, nunc demum a Propheta demonstratur, & præmunitur suo exordio. Primùm enim Deus exteros omnes populos contestatur, qui suo malo sæpius Dei fidem in Ecclesiam fuerant experti, hoc versu: deinde narrat sua beneficia in Abrahamum, usque ad vers. 4. itemque in Ecclesiam, vers. 4. & sequentibus: ita expositis promissionum evangelicarum argumentis ad eas explicandas Propheta regreditur, vers. 10. & seq. *Mutent vires*] id est, se confirment quibuscunque modis poterunt, ut fiat inter nos contestatio. 2 *Quem excitaverat*] id est, Abrahamum, de cujus vocatione Genes. 11. 33. & Jehosch. 24. 3. *Justè vocans*] id est, justissimè & efficacissimè regens pro vocatione sua, cujus lex habetur Genes. 17. 1. continenter ambula coram me, & esto integer. *Gentes*] de quibus Genes. 14. 3 *Itinere*] videlicet Damascum usque, & Chobam, Genes. 14. 15. 4 *Qui vocat*] id est, quis non dico Abrahamo tantùm, sed omnibus in universum imperat? sic enim accipitur vocandi verbum, ut suprà 40. 26. *Ego Jehova*] quasi dicat, totum est a me: nihil planè a principio ad finem usque geritur sine me. qui sensus ut planior fit, ecliptica verba ex hoc ipso versu expressimus. 5 *Videntes insulæ*] exornatio beneficentissimæ administrationis Dei in Ecclesiam per antithesin: qua docet Propheta idololatras operibus Dei consternari, indurarique, nec ab idolis tamen juvari posse, tribus versibus; Ecclesiam verò operibus illius & sermone Dei confirmari, versu 8. & 9. *Appropinquant*] id est, magis ac magis alienati a Deo vero confugiunt frequentes ad idolia sua, hoc versu: se obfirmant, seq. versu; & studiosissimè in dies superstitiones novas excogitant, ut a terroribus quos Deus injicit libere tur terriculorum suorum operā. 8 *At tu*] ἀποδοσις antitheti, de quo diximus in versum 5. transitum comparans ad sequentem narrationem promissionum Dei. 9 *Ab extremitatibus*] id est, ab extrema usque Ægypto, ut narratur in libro Exodi. *A selectis*] id est, e potestate Regum potentissimorum qui tum in Ægypto fuerunt. 10 *Ne timeto*] hortatio ad fidem constantem a promissionibus Dei, quarum partes sunt duæ: prior est præsentiæ & virtutis Dei ad servandum populum, hoc versu. posterior, omnipotentiæ ad perdendos adversarios, duobus versibus: quæ duo prolepticè posita deinde per ὑστέρωσιν explicantur. *Justa mea*] id est, quæ justitiæ tuæ vindex futura est, & ultrix illorum injustitiæ. 13 *Cum ego*] ἀντεξεργασία præcedentis hortationis & promissionū Dei: hortationis quidem, duobus versibus; promissionum verò, seq. 14 *Vermicule*] id est, qui in pulvere prostratus jaces afflictionum gravitate, ut Psal. 22. 7. 15 *Ecce*] exornatio allegorica posterioris membri prolepseos, de exeidio adversariorum Dei & Ecclesiæ, duobus versibus, ut suprà vers. 11. & 12. *Serpentem*] id est, stylorum pinnas utrimque habentem, ut quamcunque in partem vertaris adversarios teras. *Montes*] id est, hostes quamvis elatissimos & potentissimos perdes, utcunque vermiculus esse videaris. 16 *Tu verò*] transitio ad prius membrum prolepseos, de quo versu 10. exponens singularem Dei beneficentiam erga Ecclesiam, usque ad vers. 21. elegantissimis allegoriis rerum omnium ad præsentis vitæ commoda pertinentium. 18 *Aperiam*] id est, irrigabo & fœcundabo terram siccaneam, idque etiam permutato (si opus erit) naturæ ordine. 19 *Arboresq;*] Hhebræam vocem quæ nusquam alibi legitur sic interpretamur, propter etymon conjugatæ vocis, qua significatur lucus. 21 *Producite*] tertia concionis pars, confutatio, primùm adversarios provocat sarcasmo, hoc versu; deinde tum ipsorum hominum, tum idolorum quibus confidunt vanitatem arguit, tribus vers. ac postremò majestatem Dei asserit, versu 25. 22 *Proponant*] primum vanitatis argumentum, quòd idola & idolorum cultores res futuras, ac ne mox quidem futuras, certò possunt prædicere. *Priora*] id est, quam primùm eventura. *Finem eorum*] id est, ultimum eventum ex prioribus illis consequentem. 23 *Indicate*] secundum argumentum, quòd ne præsignificare quidem illi res venturas possint. *Etiam benefacite*] tertium argumentum, quòd nihil planè boni malive queant efficere: ex quibus conficitur doctrina sequentis versus. 25 *Excitaturus sum*] antithesis potentiæ Dei, qua prædicit & interminatur subversionem regni tenebrarum per Ecclesiam Christi, ex omnibus orbis terrarum partibus adunatam ad invocādum nomen ejus. *Ab Aquilone*] & meridie: similiter ab ortu & occasu. est enim eclipsis contrariorum in hac loquendi forma, ut Genes. 18. 18. *Proculcet*] Hhebraicam verborum ἁπλοκὴν hoc loco perspicuitatis ergò mutavimus. 26 *Quis indicavit*] conclusio totius sermonis, qua Deus summatim superiorem antithesin his duob⁹ versibus repetens sibi omnem gloriam assumit omnia in Christo prædicendi, præsignificandi, & efficiendi arbitratu suo; deinde ἀντιλογικῶς totam gloriam omnibus idolis hominibusque adimit, duobus ultimis. Quis ergo, nimirum ex istis diis, aut hominibus. *Justus est*] id est non injustè, sed meritò sibi hanc gloriam arrogat. 27 *Primarium*] alterum membrum antitheseos, quo demonstrat Deus se omnia ea præstare in exhibitione Christi quæ modò dicta sunt, quia idem est sapientia Dei & potentia Dei ad salutem credentium: hæc efficiuntur, inquit, neque prædicantur hæc ulla virtute aut scientia hominum; sed is demū unus effecturus & prædicaturus est cui donavero. Est autem ille Christus primarius sive caput Ecclesiæ, plenus gratiæ & veritatis, de cujus plenitudine peremni ac præsentissima hausturi sunt omnes, & in quo ecce istarum prophetiarum omnium invenitur complementum: hunc (inquit Deus) dabo Ecclesiæ potentem dictis & factis, ut efficiat res prophetiis prænuntiatas, & prophetias evangelicas committat suis ad ædificationem Ecclesiæ, evangelizaturus per ipsos, & futurus cum ipsis usque ad consummationem seculi. Hunc locum ut ita accipiamus cogunt distinctiones Hhebraicæ, ipsa argumentatio, & prophetiæ sequentis comparatio. 28 *Nam cum*] ætiologia præcedentis promissionis de Christo, qua confirmat Deus se gratiosè propterea mittere filium in mundum, quòd nemo ex diis aut hominibus prophetare possit per se; nedum salutem sibi comparare, aut præstare alteri:

CAPUT XLII.

Deus personam, administrationem, vocationemq; Christi præfigurat, & Ecclesiæ catholicæ gratias: causſas advẽtus Christi exponit, hostium profligationem & suorum liberationem; populum inobsequentem reprehendit, & ex acceptis plagis evincit injustitiæ: deinde ad exspectationem salutis suæ propter se ipsum revocans, promissiones singulares facit fidelibus instaurationis in Christo: quas tandem confirmat authoritate sua, & Christi Ecclesiæq; testimonio.

1 "EN "servus meus, quem sustento, electus meus, quem benignè accipit anima mea: "indam spiritum meum ipsi, "judicium gentibus proferet.

2 "Non vociferabitur, neque attollet *se*; neque faciet ut audiatur foris vox sua.

a Heb. linũ, μετωνυμικῶς ut infrà 43. 4.

3 "Arundinem quassatam non franget, & [a] ellychnium ipsum fumigans non extinguet: "ad veritatem proferet judicium.

4 "Non faciet ut fumiget, neque quassabit, donec disponat in terra judicium: & in doctrina ejus" regiones exspectationem habebunt.

5 "Sic ait Deus ille fortis Jehova, creator cælorum, & qui extẽdit eos, qui expandit terram & res prognatas ex ea; qui indit animam populo agenti in ea, & spiritum ambulantibus in ea:

b Heb. in justitia.

6 Ego Jehova vocavi te [b] justè, "ut confirmem manum tuam: & custodiens te tradam te" in fœdus populi, in "lucem gentium:

7 "Ad aperiendum oculos cæcos; "ad educendum clausſtro vinctum, e [c] carcere sedentes in tenebris.

c Heb. domo coërcitionis: ut 1. Regum 22. 27. & infrà vers. 22.

8 "Ego sum Jehova, illud est nomen meum; & gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus.

9 "Priora ecce evenerunt: & nova ego indico; cùm nondum exoriuntur, "pronuntio vobis.

d Heb. plenitudinem ejus.

10 "Cantate Jehovæ" canticum novum, *canticum* laudis ejus ab extremo terræ; qui descenditis in mare, & in *flumina* [d] implentia illud, insulæ & habitatores earum:

11 Attollant *vocem* desertum & civitates ejus, villę *quas* inhabitat "Kedar: canant" habitatores petræ, e vertice montium vociferentur:

e Heb. ponant.

12 'Tribuant Jehovæ gloriam, & laudem ejus in regionibus indicent.

f Heb. bellorum.

13 "Jehova velut robustus prodibit, ut vir [f] bellicosissimus evigilans " zelo: clanget, etiam " barriet, contra hostes suos potenter se geret,

g Heb. a seculo: ut Genes. 6. 4.

14 *Dicens:* "silui [g] jam olim, surdum egi, continui me: ut parturiens clamabo, desolabo, exhauriamq́ue pariter:

15 "Vastabo montes & colles, omnemq; herbam eorum arefaciam; & disponam flumina in regiones, & stagna arefaciam:

16 Ut deducam cæcos per viam *quam* non noverant, semitis quas ignorabant agam eos; disponam tenebras coram eis in lucem, & obliqua in planitiem: hæ sunt res *quas* faciam eis, neque derelinquam eos.

17 Avertentur retrorsum, "suffundentur pudore qui confidunt sculptili; qui dicunt fusili, vos estis dii nostri.

18 "O

18 "O ſurdi, audite; & ô cæci, intuemini ad videndum.
19 Quis eſt cæcus niſi "ſervus meus? & ſurdus ſicut "nuntius me⁹ quem mitto? quis cæcus ut "donatus pace, cæcus inquam, ut ſervus Jehovæ?
20 "Videndo multa tamen non obſervas, aperiendo aures tamen non audit.
21 "Jehova delectabatur *ipſo* propter juſtitiam ſuam; magnificabat doctrinâ, & "reddebat magnificum.
22 At ipſe eſt populus direptus & proculcatus; [h]" illaqueant juvenes quotquot ſunt, & in carceribus abduntur: ſunt prædæ, nemine eripiente; conculcationi, nemine dicente, reſtitue.
23 "Quis inter vos auri⁹ percipit hoc? attẽdit, ut auſcultet in poſterũ?
24 Quis exponit proculcationi Jahhakobum, & Jiſraëlem diripientibus? nónne Jehova? hic eſt cui peccavimus; non enim acquieverunt ut in viis ejus ambularent, neque auſcultaverunt legi ejus.
25 Quapropter" effudit ſuper illum æſtu iram ſuam, & "robur belli: ſed etſi inflammat eum circumquaque, non animadvertit; & ſi incendit eum, tamen non reponit in [i] animo.
26 "Nunc verò ſic ait Jehova creator tuus ô Jahhakob, & formator tuus ô Jiſraël: ne timeto; nã vendicavi te; "vocavi te nomine tuo; me⁹ es.
27 Cùm tranſis per aquas, tibi adſum, & per flumina, ne inundent te; cùm ambulas per ignem; non ureris, & flamma non incendit te.
28 Nam ego Jehova Deus tuus ſanctus Jiſraëlis ſervator tuus ſum: "dedi in redemptionem tui Ægyptum, Æthiopiam & Sebam loco tui.
29 "Ex quo pretioſus viſus es in oculis meis, honoratus fuiſti, quia ego dilexi te: & ſubjeci homines tibi, & nationes [k] deſyderio tuo.
30 Ne timeto; nam tibi adſum: ab oriente reducam ſemen tuum, & ab occidente congregabo te.
31 Edicam Aquiloni, redde; & meridiei, ne cohibeto: reduc filios meos e longinquo, & filias meas ab extremitate terræ;
32 Omnem qui vocatur de nomine meo, "quem ad gloriam meam creavi; quem formavi, etiamque feci:
33 [l] Produc populũ "cæcũ cui ſunt oculi, & ſurdos quibus ſunt aures.
34 "Omnes gentes congregentur pariter & colligantur nationes; quis in illis indicaret iſtud? "vel priora pronuntient nobis: edant teſtes ſuos "ut juſtificentur, aut audiant" & dicant verum eſt.
35 "Vos teſtes mei eſtis, dictum Jehovæ, & "ſervus meus quem elegi, ut ſciatis & credatis mihi, intelligatiſque me ipſum eſſe: "ante me non eſſe [m] formatum a Deo forti, & poſt me non futurum *quidquam*.
36 Ego, ego ſum Jehova; & nullus eſt præter me ſervator.
34 Ego indico, & ſervo, & prænuntio, non autẽ ullus in vobis alienus *Deus*; & vos teſtes mei *eſtis*, dictum Jehovæ, me Deum fortem eſſe.
38 Etiam [n] antequàm eſſet dies, ego ille ſum; & nemo e manu mea eripit: cùm operor, "quis avertat illam?

[h] *Heb.* illaqueando.
[i] *Heb.* corde.
[k] *Heb.* animæ tuæ: ut pſal. 27. 12.
[l] *Heb.* producere.
[m] *Heb.* formatum Dei fortis.
[n] *Heb.* ante diem.

ANNOTATIO.

1 *En servus meus*] Concionem hanc commodè præcedenti conjunctam esse ex eo apparet, quòd exponit præcedentis conclusionis argumentum de Christo capite Ecclesiæ & authore prophetiarum omnium, ut proximè nominatus est versu 27. Continet autem hæc concio primùm propositionem officiorum Christi ex vocatione Dei patris erga Ecclesiam, & vicissim Ecclesiæ in ipsum, usque ad vers. 13. deinde narrationem prosopopœeticam operum quæ Deus effecturus est in Christo, usque ad vers. 18. tertiò reprehensionem populi, usque ad versum 26. posteà consolationem a promissionibus miserentis Dei, inde ad versum 34. postremò confirmationem, ad finem usque. Quamobrem ut hæc concionis forma & series argumentorum evidentior esset, partem illam quæ vulgò in caput sequens relata est a versu 16. cum superioribus conjunximus. Sunt autem in propositione membra tria: primum, quo exponitur gratiosa Christi administratio atque salutaris, versibus quatuor; secundum, quo exponitur vocatio a Deo ad illam administrationem, versibus quinque sequentib. tertium, de mutuo Ecclesiæ officio erga ipsum, tribus reliquis. *Servus meus*] Christus, qui se exinanivit ipse forma servi accepta, similis hominibus fact⁹, &c. Philip. 2. 7. sic 1. Chronic. 17. 19. *Indam spiritum* ut suprà 11. 2. & Joan. 3. 34. *Judicium gent.* id est, spiritu instructus sine mensura Prophetam aget, Sacerdotem, & Regem: sed ea forma & efficacitate quæ deinceps explicatur. 2 *Non vociferabitur* id est, spiritu lenitatis administrabit, in humilitate & misericordia: ut Zecarjæ 9. 9. 3 *Arundinem quass.* id est, infirmis misericorditer consulet, nutantes in pietate confirmans, & præditos scintilla pietatis aliqua veluti moribunda fovens & excitans: quam in sententiam hic locus adducitur Matth. 12. 17. allegoriæ. *Ad veritatem* id est, non falsò odorabitur, cognoscet, atque judicabit ad aspectum oculorum suorum, vel auditum aurium; sed ex veritate administrabit omnia, ut suprà 11. 3. 4 *Non faciet* id est, nemini erit offensioni: nam quibus est offendiculo, eos non offendit ipse, sed ipsi offendunt vitiositate sua: ut suprà 8. 15. *Regiones*] id est, gentes vocatæ ad Evangelium adventu Christi, ut suprà 2. 2. & seq. 5 *Sic ait*] secundum membrum de vocatione Christi, ut antè dictum est: quam præmunit Deus argumentis a mirifica creatione, conservatione, & administratione rerum omnium, hoc vers. 6 *Ut confirmem* id est, tibi adsim in tota administratione tua, ut Joan. 5. 19. & seq. *In fœdus pop.*] id est, ut sis angelus fœderis, Maleaci 3. 1. & electos omnes in uno corpore reconcilies Deo per crucem, peremptis inimicitiis per eam, venienlque evangelizes pacem omnibus, Ephes. 2. 16. sic distinguuntur officia Christi, sacerdotium, atque Prophetia, quorum effecta per ὑστέρωσιν seq. versu exponuntur. *Lucem gent.* ut infrà 49. 6. & Luc. 2. 32. 7 *Ad aperiendum* ut suprà 35. 5. *Ad educendum* ut suprà 9. 2. & infrà 61. 1. 8 *Ego sum Jehova*] confirmatio præcedentis instituti de Christo, primùm a natura vocantis & mandantis Dei, gloriamque suam sibi soli asserentis in Christo, ut qui Deus est unicus cum Patre & Spiritu sancto, hoc versu: deinde a veritate antegressorum operum quæ denuntiaverat Deus; quo argumento se effecturum confirmat quicquid prænuntiavit, versu seq. 9 *Priora*] id est, prophetata prius in nomine meo. *Pronuntio vobis*] ac proinde tam certò eventura sunt quam evenerunt priora: oratio ἀναγναπόδοτος. 10 *Cantate*] hortatio Ecclesiæ ad mutuum officium gratiarum actionis & prædicationis Dei. *Canticum novum* ut Psal. 33. 3. 11 *Kedar* vide Psal. 120. 5. *Habitatores petræ* id est, etiam ferissimi homines, omniumque maximè barbari, a pietate ac humanitate alieni, ad quos perventurum est beneficium Christi. 13 *Jehova*] secunda pars, nimirum narratio prosopopœetica operū Dei in Christo (ut suprà diximus) tum erga suos, tum in adversarios: quæ duo prolepticè hoc versu posita deinde ὕστερον πρότερον præpostero ordine explicantur. *Zelo* id est studio zelotypiæ, quo afficitur Deus propter Ecclesiam suam. *Barrier* id est, horrenda voce inclamabit, ut olim fecisse Romanos milites narrat Vegetius cùm iniretur prælium ad hostes consternandos. 14 *Silui* humanitus dicta per gradationem: quibus ostendit Deus & patientiæ suæ magnitudinem, & judiciorum gravitatem tracta patientia; quæ judicia non tantùm homines, sed res ipsorum omnes dicuntur pervastura, ad testandam indignationem ejus & zelum erga Ecclesiam, seq. versu. 15 *Vastabo* id est, potius ordinem naturæ evertam, & cœlum miscebo terræ, quàm Ecclesiam deseram. Sunt autem hæ omnes minæ promissionesque allegoricæ ex prophetiarum usu. 18 *O surdi* tertia pars, nimirum reprehensio populi cæcutientis & obsurdescentis ad opera monitaque Dei, ad quam transitus paratur exclamatione, hoc versu. Sunt autem in hac reprehensione primùm exprobratio cæcitatis, versu 19. & seq. deinde confirmatio a justissima administratione Dei, usque ad vers. 26. 19 *Servus meus* nimirum populus Judæorum liberatus ex Ægypto & e manu hostium suorum, ut serviret Deo, ut suprà 41. 8. *Nuntius meus* id est, sicut Sacerdotes & Levitæ mei, instituti ut docerent Jisraëlem judicia & legem Dei, Deut. 33. 10. & Maleac. 2. 7. *Donatus pace*] id est populus, quicum Deus fœdus æternæ pacis & omnis benedictionis iniverat. 20 *Videndo*] hæ frequentes apostrophæ augent pathos. 21 *Jehova*] confirmatio cæcitatis surditatisque Judæorum a præsentibus Dei, judicis justi, castigationibus; cujus peccati indignitas ab antegressa Dei benignitate amplificatur, hoc versu. *Reddebat*] opere: nam triplex gradus dignitatis ponitur a Deo in populum collatæ, videlicet amoris, colloquii, & operis. 22 *Illaqueant*] id est, hostes, quibuscunque per iram Dei exponuntur Judæi, etiam fortissimos illorum quosque captivos ducunt. 23 *Quis inter vos*] apostrophe ad populum pathetica. quasi dicat, quis vestrûm tam gravia monita accipit, aut his veribus resipiscit? cæci ergo, & surdi estis, ac sensus expertes. 25 *Effudit*] elegans significatio misericordiæ divinę in ipsa judiciorum exsecutione. Æstu quidem (Propheta inquit) afficitur Deus propter peccata nostra; sed tamē æstum illum suum ita moderatur, ut illius particula tantùm nos aspergat, quæ ira dicitur: itaque non consumit nos æstu, sed iræ demonstratione revocat: hostes verò contrà, ut infrà 66. 15. *Robur belli* id est bella vehementissima: hypallage. 26 *Nunc verò*] quarta pars concionis, nimirum consolatio a promissionibus Dei: quæ confirmatur a natura ejus, ab opere creationis, a vocatione populi, & a singularibus exemplis beneficentiæ Dei erga vocatum asciturnque populum: quæ omnia prolepticè hoc versu posita sequentibus exponuntur. *Vocavite* id est, illis vindiciis singulare dominium mihi in te comparavi (ut suprà 40. 26.) ac proinde peculiari ratione meus es: ut Exodi 19. 5. 28 *Dedi in redemp.*] his verbis Deus se servatorem esse populi confirmat, primùm a recente exemplo de quo suprà cap. 18. deinde generali liberationum omnium commemoratione, seq. versu. Est autem exemplum recens Regis Tirhakæ, qui Sancheribo Judæam infestante cum maximis copiis adventavit Ægyptiorum atq; Æthiopum: atque ita deveniens in Judæorum locum (ut loquitur Sapiens Proverb. 11. 8) ipse fusus est, & Judæi liberati; ac proinde quodammodo Judæis redemptioni fuit. 29 *Ex quo*] quasi dicat, denique ex quo mihi fuisti peculium, præ omnibus aliis populis honore & dominatione valuisti propter amorem meum erga te. 32 *Quem ad glor.*] gradatio elegans, qua Deus ordinem suæ benignitatis in electos explicat: quia primùm inde a creatione instituit illos ad gloriam suam ex proposito æterno bonæ voluntatis suæ, deinde eos vocat & justificat, reformatque spiritu regenerationis, ac postremò ornat & glorificat, ut ait Apostolus Rom. 8. 29. hoc autem significari faciendi verbo sæpius ostendimus: ut Deut. 32. 6. 33 *Cæcum cui sunt*] id est populum Dei, qui ex cæco & surdo per gratiam Dei oculatus & auritus factus est. 34 *Omnes gentes*] ultima pars, confirmatio superiorum omnium, primùm per comparationem Dei loquentis cum gentibus obloquentibus Deo, hoc versu; deinde a sanctissimo testimonio Christi & Ec-

eleſię, ſequente verſu: ex quibus aſſeritur categoricè majeſtas & veritas Dei ad præſtandum ea quæ dixit, tribus verſibus ultimis. Tractatur autem prius argumentum per conceſſionem ſive provocationem ironicam; cujuſmodi leguntur in ſcripturis paſſim. *Vel priora*] ut ſuprà 41.22. *Ut juſtificentur*] ut ſuprà 41.26. *Et dicant*] id eſt, cedant veritati Dei. 35 *Vos teſtes*] apoſtrophe ad pios, qui adunati Chriſto membra ſunt Eccleſiæ. *Servus meus*] Chriſtus, ut ſuprà verſu 1. *Ante me*] id eſt, omnia per me fieri, & ſine me nihil fieri eorum quæ fiunt, neque futurum eſſe unquam. 38 *Quis avertat*] vide ſuprà 14.27.

CAPUT XLIII.

Deus Babylonici regni excidium prædicit, & mirificam liberationem populi ad gloriam ſuam: peccata populo exprobrat, ut omni præſidentia ſpoliet ipſum, & ſibi arroget liberationis laudem: ac poſtremò inſtaurationem Eccleſiæ catholicæ promittit in Chriſto.

1 SIc ait Jehova vindex veſter, ſanctus Iſraëlis: "propter vos miſſurus ſum in Babyloniam, & dejecturus "vectes omnes, Chaldæoſque cum navibus "celeberrimis ipſorum. *a Heb.* cant[e] ipſorum.

2 "Ego Jehova ſum ſanctus veſter, creator Iſraëlis Rex veſter.

3 "Sic ait Jehova" qui edit in mari viam, & in aquis validis ſemitam,

4 "Qui educit currus, & equos, copias & robur; pariter jacebunt, non reſurgent, exſpirabunt, ut [b]ellychnium extinguentur. *b Heb.* linũ: ut ſuprà 42.3.

5 "Ne recordemini priorum, & antiqua ne conſyderetis:

6 Ecce ego facturus ſum rem novam, jam exorietur, an non noſcere-tis illam? "etiam diſponam in deſerto viam, in ſolitudine flumina.

7 "Honorabit me beſtia agri, dracones, & [c]ululæ; cùm poſuero in deſerto aquas, flumina in ſolitudine, ad præbendum potum populo meo, electo meo. *c Heb.* filiæ ululæ: ut Leviti. 11.16.

8 Populus" quem formavi mihi, laudem meam enarrabunt.

9 "Nam me non" invocas Jahhakob, cùm laboras" apud me Iſraël:

10 "Non offers mihi parvam pecudem holocauſtorum tuorum, & ſacrificiis tuis non honoras me: non premo te ut ſervias munere, neque fatigo te thure.

11 Non comparas mihi pecunia calamum odoratum, & adipe ſacrificiorum tuorum non irrigas me: quin" ſervitute premis me propter peccata tua, fatigas me iniquitatibus tuis.

12 Ego, ego ipſe deleo defectiones tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordor.

13 "Revoca in memoriã mihi, diſceptem⁹ unà; enarra tu, ut juſtificeris:

14 "Pater tuus primus peccaverit, & "intervẽtores tui defecerint a me.

15 Proinde eſſem prophanaturus principes [d]ſacros; & expoſiturus anathemati Jahhakobum, & Iſraëlem contumeliis. *d Heb.* ſanctiatis.

16 "Jam verò audi Jahhakob ſerve mi, & Iſraël quem elegi.

17 Sic ait Jehova qui fecit te, & formavit te ex utero, adjuvaturus te; ne timeto, ſerve mi Jahhakob, & "Jeſchurun quem elegi:

18 Nam effundam" aquas ſuper ſitientem, & fluenta ſuper aridam; effundam ſpiritum meum ſuper" ſemen tuum, & benedictionem meam ſuper prognatos tuos.

19 Et

19 Et efflorescent velut inter gramen, velut salices *inquam* secundum processus aquarum.

20 "Hic dicet, Jehovæ sum, & iste vocabit *se* de nomine Jahhakobi: ille verò scribet manu sua, *sum* Jehovæ, & de nomine Jisraëlis cognominabit se.

ANNOTATIO.

1 *Sic ait*] Hanc concionem ita componendam esse ut fecimus, res ipsa loquitur: Est quæ tota quoddam veluti argumentum breve sequentium capitum. Duo enim summatim continet, quæ copiosius deinceps exponuntur; casum regni Babylonici, duobus primis versibus; & liberationem populi, reliquo capite. *Propter vos*] id est, ut vos gratiosè liberem & instaurem. *Vectes*] id est munimenta omnia, synecdochicè: ut 1. Schem. 23. 7. *Celeberrimus*] id est, quas ipsi celebrant viribus earũ præfidentes, & quarum nomine apud alios decantantur Babyloniorum vires. Nam etsi Babylonia Euphrate, Tigri, Basilio, Naharsariso, Narraga, & fluviis multis aliis, canalibusq; irrigua erat, quibus maxima erat navigandi per Babyloniam commoditas; tamen ipsa quoque navigandi facultas utendarumque navium a Cyro adempta est in expugnatione Babylonis, ut demonstratum est suprà 21. 2 *Ego Jehova*] confirmatio a natura Dei, officio & beneficiis. 3 *Sic ait Jehova*] altera pars capitis: qua Deus primùm liberationẽ populi profligatis Chaldæis ad gloriam suam promittit, usque ad versum 9. deinde populum hypocriseos nomine reprehendit, ut quisquis gloriatur glorietur in Domino, usq; ad versum 16. ac postremò plenam restitutionẽ prædicit in Christo, ad finem usque capitis. *Qui edit*] id est, qui invia loca mirificè reddit pervia, non tantùm Ecclesiæ suæ, ut eam liberet omnipotentia sua (quemadmodum olim factum est in mari rubro, & in Jardene, Exodi 14. & Jehoschu. 3.) sed etiam iis quorum operam Deus adhibet ad vindicandam Ecclesiam, ut Cyro Euphrates factus est pervius ad occupandam Babylonem ab utraque parte oppidi. Herodotus lib. 1. 4 *Qui eduxit*] id est, duces Chaldæorum singulos cum Rege. 5 *Ne recordemini*] expositio usus justi & finis beneficiorum Dei, nimirum gloriæ ipsius in Ecclesia prædicatio. Hoc autem interdictum non simpliciter, sed κατά τι accipiendum est. quasi dicat, etsi præcedentes liberationes vobis in perpetuum celebrandæ sunt, ut de liberatione in Ægypto præcipitur Exodi 12. & 13. tamen tanta erit novi hujus beneficii dignitas, ut huic uni maximè prædicationi vobis sit incumbendũ: ut Jirmejæ 16. 14. & 15. 6 *Etiam*] id est, quemadmodum olim populo viam paravi per avias solitudines, & de viatico prospexi in locis aridissimis: ita etiam facturus sum. 7 *Honorabit me*] videlicet in populo meo. quasi dicat, nullo damno afficiet meos; sed reverentia prosequentes eum aut cedent ei, aut servient: respicit enim ad historiam exitus ex Ægypto, qua noxia animalia populo cesserunt, Deut. 8. 15. alia verò fuerunt cibo, ut Exodi 16. 14. 8 *Quem formavi mihi*] id est, qui sunt opus meum, conditi in Christo Jesu ad opera bona quæ præparavi ut versentur in eis, Ephes. 2. 10. 9 *Nam me*] ætiologia honoris quem sibi attribui Deus præcipit, ab improbitate populi, cui exprobratur sua hypocrisis, tribus versibus & a natura ac fœdere Dei efficace in nobis per remissionem peccatorum, versu 12. quæ duo postea per contestationem confirmantur, usque ad versum 16. *Invocas*] id est colis, synecdochicè: ut Genes. 4. 26. similem exprobrationem vide suprà 1. 11. & sequentibus. *Apud me*] id est, ante faciem meam, ut dicitur ibidem versu 12. 10 *Non offers mihi*] sed dæmonibus: quia sacrificium improbi est abominationi Jehovæ, Proverb. 15. 8. vide Deut. 32. 17. 11 *Servitute premis*] id est, me ipsum angis, mihique molestus es: dictum ἀνθρωποπαθῶς: ut suprà 1. 14. 13 *Revoca in memoriam*] contestatio συγχωρητική, ad confirmandum superius documentum de gratuita peccatorum remissione in Christo. quasi dicat, profer justitiam tuam si qua fortè est, & si obliviscor ejus. 14 *Pater tuus*] subjectio ad præcedentem contestationem: si ad disceptationem (inquit Deus) causæ veniatur, invenieris non tantùm peccasse in me, sed etiam inde à conceptu peccator esse, ut patres tui; neque tibi ullum esse qui ritè intercedere tua causa possit: adeò omnes ordines tui, omnesque ætates corruptæ sunt. *Interpretes tui*] id est, Sacerdotes & Levitæ ipsi, quorum interventus sacer institutus est a Deo, Numer. 3. Nam distribuuntur Jisraëlitę, hoc versu, in ordinem populare & sacrum; & suæ pœnæ utriq; ordini ὕστερον πρότερον denuntiantur seq. versu, quæ fuissent eventuræ nisi ad gloriam suam respexisset Deus. 16 *Jam verò*] postremus locus exponens promissiones restitutionis in Christo ex fœdere æternoque decreto Dei. 17 *Jeschurun*] vide Deut. 32. 15. 18 *Aquas*] id est, spiritum & benedictionem omnimodam in Christo copiosè largiar; quemadmodum hæc allegoria sequente membro exponitur. *Semen tuum*] id est, Ecclesiæ filios ex Judæis & gentibus adunatos & genitos in Christo, ut apparet ex versu 20. 20 *Hic dicet*] id est, profitebuntur singuli se filios esse Dei & Ecclesiæ, ut Psal. 87.

CAPUT XLIIII.

Deus mirificam liberationem populi e Babylonia promissurus, fidem suam asserit & promissionum certitudinem, partim ab æternitate sua constantiaq; operum & sermonis sui supra Deos & res creatas omnes, partim a fœdere gratuito & beneficiis ex fœdere in populum suum collatis: deinde ad promissiones veniens Cyrum nominat, vocationem & facta ejus prophetat quæ per ipsum ad gloriam suam effecturus erat: Babyloniorum blasphemias retũdit, & omnia effecturum docet quæ ad regnum Christi viderit pertinere; nominatim verò idola Babyloniorum exagitat, ex quorum clade suos confirmat de curatione sua, officii admonet, atque redarguit: & similiter Babyloniis ruinam prænuntiat propter ipsorum inhumanitatem erga populum Dei, blasphemam & magicam præsidentiam, luxumq; perditissimum: quorum omnium factorum gloriam Deus sibi arrogans, populum suum perversitatis increpat, promissiones suas confirmat, & concludit ab explicatione studii sui erga populũ, breviq; promissorũ repetitione.

1 SIC

1 SIc ait Jehova Rex Jisraëlis & vindex ejus, Jehova exercituum; ego *sum* primus & ego ultimus, ac præter me nullus *est* Deus.

2 Quis ergo ut ego prædicat, & indicat istud, aut ordinat istud mihi ex quo disposui populum æternum; ut signa & quæ eventura sunt indicentur illis?

3 Ne paveatis, neq; timeatis; an non inde ab eo tempore pronuntiavi tibi ac indicavi, & vos testes mei estis? an est Deus præter me? utique nulla *est* rupes, nullam novi.

4 Formatores sculptilis omnes sunt rei inanis *formatores*, & desyderabilia eorum non possunt prodesse: ac testes istorum sunt ipsa; non vident, neque cognoscunt, ut erubescant.

5 Qui format Deum fortem, & sculptile fundit; ad nullam utilitatem *fundit*.

6 En omnes se consociantes ei erubescent, & fabri ipsi magis quàm homines *ulli*: congregent se omnes, consistãt, pavebũt, erubescẽt unà.

7 Faber ferrarius *cum* norma & operatur prunis, & malleis format illud: cùm operatur illud brachio robusto suo, etiam esurit & nullis *est* viribus; non bibens aquam defetiscitur.

8 Faber lignarius extendit regulam, delineat ipsum amussi, aptat illud in angulos suos, aut circino format illud: denique facit illud ad structuram viri, secundum ornatum humanum, ut desideat domi.

9 Cædendo sibi cedros cùm sumpsit cupressum & robur, aut quæ fortificat se inter arbores sylvæ: *aut cujus* plantaverit surculum, & pluvia educaverit:

10 Tunc est homini ad comburendum, qui sumit ex eis ut calefiat, etiam accẽdit furnum ut coquat panem; etiam operatur Deum fortem cui incurvat se, aptat ipsam in sculptile ante quod procumbit.

11 Partem ejus exussit igni, ad partem ejus carnes comedit, assat assum, & satiatur; etiam calefit, dicitque, euge, concalui, vidi ignem:

12 Residuum autem ejus in Deum fortem aptat exsculpendo illud; procumbit coram eo, incurvatque se, & deprecatur ipsum dicens, eripe me, nam Deus fortis meus es.

13 Non norunt, neque animadvertunt; illud obducere oculos ipsorum, ne videant, & corda ipsorum, ne intelligant.

14 Neque revocat ad animum suum, neque scientia neque prudentia *inest* ut dicat; partem istius exussi igne, etiamque coxi ad prunas istius panem, assavi carnem quam comedo: & reliquum istius in rem abominandam aptavero? ante id quod provenit ex arbore, procubuero?

15 Pascens cinere animum illusum avertit; adeò ut non eripiat se ipsum, neque dicat, an non falsitas *est* ad dexteram meam?

16 Recordare horum Jahhakob, & Jisraël, cùm servus meus sis: formavi te, servus meus es, Jisraël non tradêris oblivioni a me.

17 Deleo

a Heb. seculi.
b Heb. indicent, sumptum impersonaliter: ut Ijobi 7. 3.
c Heb. ad nõ prodesse.
d Heb. ferri.
e Heb. roboris sui.
f Heb. lignorum.
g Heb. a vidẽdo, ab intelligendo.
h Heb. cor: sic deinceps.
i Heb. provẽtum arboris.
k Heb animam suam.
l Heb. mihi.

17 Deleo ᵉ ut denſa nubes defectiones tuas, & velut nubes peccata tua; revertere ad me, ᵉ nam vendico te.

18 ᵉ Cantate cœli, facere Jehovam *hæc*, clangite ima terræ; fragorem edite montes cantu, ſylva, & quæcunque arbor eſt in ea: vendicare Jehovam Jahhakobum, & in Jiſraële gloriari.

19 ᵉ Sic ait Jehova vindex tuus, & formator tuus ex utero: ego Jehova facio omnia, extendo cœlos ſolus, expando terram per me ipſum:

20 ᵉ *Is ſum* qui irrita facturus eſt ᵉ ſigna mendacium, & ex divinis ſtultos effecturus: reducturus ſapientes retrorſum, & ſcientiam eorum infatuaturus:

21 Præſtiturus verbum ᵉ ſervi ſui, & conſilium ᵉ nuntiorum ejus abſoluturus: qui dico de Jeruſchalaimis, habitabuntur, & de civitatibus Jehudæ, ædificabuntur, & *qui* vaſtitates iſtius erecturus ſum:

22 ᵉ Qui edicturus ſum ipſi profundo, exſiccâre; & flumina tua arefacturus:

m Heb. Coreſcho: ſic deinceps. 23 Edicturus ᵉ ᵐ Cyro ᵉ paſtori meo, ut omnem delectationem meam perficiat; ᵉ utque edicat Jeruſchalaimis, reædificantor, & templo, fundator.

Caput XLV.

1 ᵉ Sic ait Jehova ᵉ uncto ſuo Cyro, ᵉ cujus confirmaturus ſum dexteram, ad ſternendum coram eo gentes, ut lumbos regum diſſolvam; ad aperiendum coram eo valvas, ut portæ non occludantur:

2 Ego tibi præiturus ſum, & ᵉ inæqualia æquaturus; valvas chalybeas fracturus & vectes ferreos ſuciſurus:

a Heb. tenebrarum. *b Heb.* latebrarum. *c Heb.* qui voco nomine tuo. 3 Daturuſque tibi theſauros ᵃ abſtruſiſſimos, & repoſitas opes ᵇ abditiſſimas: ᵉ ut cognoſcas me Jehovam, ᶜ qui voco te nominatim, Deum Jiſraëlis eſſe.

4 Propter ſervum meum Jahhakobum, & Jiſraëlem electum meum; propterea me vocaſſe te de nomine tuo, ᵉ cognominaſſe te, quamvis ignores me.

5 Ego Jehova & nullus præterea, præter me nullus Deus: accingo te, quamvis ignores me:

6 Ut cognoſcant ab ortu Solis & ab occaſu ejus, nullum eſſe præter me; me Jehovam eſſe, & nullum præterea:

7 Formantem lucem & creantem tenebras, facientem ᵉ pacem, & creantem malum; me Jehovam facere omnia iſta.

8 ᵉ Deſtillate cœli ſuperne, & ſuperiores nubes fluant juſtitiâ: aperiat ſe terra, & *terreſtria* edant fructum ſalutis, juſtitiaque effloreſcat ſimul, me Jehova patrante illud.

d Heb. terræ. 9 ᵉ Væ litiganti cum fictore ſuo, ᵉ teſtæ cum *aliis* teſtis ᵈ terreis: ᵉ an

dicturum

dicturum est lutum fictori suo, quid facturus esses, cùm ad opus istud tuum nullæ sint manus?

10 Væ illi qui dicit patri, quid geniturus esses? & fœminæ, quid paritura esses?

11 Sic ait Jehova sanctus Jisraëlis, & formator ejus: istorum signa petite a me, de filiis meis & de opere manuum mearum interdicite mihi.

12 Ego feci terram, & hominem super eam creavi; ego manibus meis extendentibus cœlos, omni quoque exercitui eorum præcepta dedi.

13 Ego excitaturus sum illum justè, & omnes vias ejus æquaturus: ipse reædificaturus est civitatem meam, & deportatos meos remissurus non pretio neque munere, ait Jehova exercituum.

14 Sic ait Jehova, labor Ægypti, & merx Æthiopiæ, Sabęorúmque procerorum ad te transibunt & tua erunt, te sequentur, compediti transibunt: tibíque incurvabunt se, te deprecabuntur *dicentes*; tantùm in te *est* Deus fortis, & nullus *est* præterea, nusquam præterea Deus.

15 Utique tu Deus fortis abdens te, Deus Jisraëlis servator es.

16 Erubuerunt, etiámque ignominia affecti sunt omnes isti; pariter abiverunt cum ignominia fabri imaginum.

17 Jisraël servatur per Jehovam salute æterna: nō erubescetis, neque ignominiosi reddemini in sempiterna secula.

18 Nam sic ait Jehova creator cœlorum, ille ipse Deus formator terræ & opifex ejus, idem stabiliens eam, *qui* non ad inanitatem creavit eam, *sed* ad inhabitādum formavit eam: ego *sum* Jehova, & nullus præterea.

19 Non clàm loquor, *non* in loco terræ tenebrosæ, non edico semini Jahhakobi, inaniter quærite me: ego Jehova eloquor justitiam, indico recta.

20 Congregamini & advenite, appropinquate unà, qui evasistis ex gentibus; *qui* ignari erant gestantes lignum sculptilis sui, & deprecantes pro Deo forti non valentem servare:

21 Indicate, & admovete, etiam consilium ineatur unà: quis pronuntiavit hoc a priscis diebus, ab eo tempore indicavit istud? an non ego Jehova, nullúsque amplius Deus præter me, Deus fortis, justus, & servator? nullus præter quàm ego.

22 Respicite ad me, ut servemini omnes fines terræ: nam ego *sum* Deus fortis, & nullus præterea.

23 Per me juravi, prodiit ex ore meo justè verbum, quod non revocabitur; mihi incurvatum iri omne genu, juraturam omnem linguam.

c *Heb.* opus tuū non sint manus adistud: ἔμπλακτον verborū Hhebræis recepta in cōcursu relativi cū antecedente.

f *Heb.* hominū mensuræ ut Numer. 13.32.
g *Heb.* in cōpedibus.

h *Heb.* seculorum.
i *Heb.* usque in secula æternitatis.

k *Heb.* tenebrarum.

l *Heb.* Deum fortem.
m *Heb.* ineant, impersonaliter.
n *Heb.* ab antiquitate, ex tunc.

o *Heb.* justitiā.

24 "Tantummodò in Jehova, de me inquiet, [p] omnis justitia & robur
[p] Heb. justitiæ. est: "ad ipsum veniat congressurus, at erubescēt; quicunque exardescūt
contra eum, *erubescent*.
25 In Jehova justificabuntur, & gloriabuntur totum "semen Jisraëlis.

Caput XLVI.

1 "Procubuit "Bel, "reflexus est "Deus vaticinus, fuerunt terricula eorum *imposita*" bestiæ & jumento, gestamina vestra onerata, oneri sunt "defessæ.
2 Reflexi sunt, procubuerunt pariter, neque potuerunt *Babylonii* eripere onus: sed [a] ipsimet in captivitatem abiverunt.
[a] Heb. anima ipsorum in captivitatem abivit.
3 "Auscultate mihi domus Jahhakobi, totúmque residuum domus Jisraëlis; "qui bajulamini inde ab utero, qui gestamini inde a vulva:
4 Et usque ad senium ego ipse, & usque ad canitiem ego portaturus sum: ego feci & ego gestabo, ego inquam, portaturus sum & erepturus.
5 "Cui assimilaretis me & æquaretis; aut compararetis me ut similes essemus?
6 "Qui prodigunt aurum e marsupio, & argentum "scapo appendūt; mercede conducunt conflatorem qui faciat *ex* eo Deum fortem, cui procumbentes etiam incurvent sese:
7 Gestant eum humero, portant eum, deinde collocant eum in sede sua, ubi stat, e loco suo non recedit; etiam si *quis* clamet ad eum, non exaudit, ab angustia ipsius non servat ipsum.
8 "Recordamini hujus, & præbete vos viros; revocate, ô defectores,
[b] Heb. cor: sic deinceps. in [b] animum,
9 Recordamini priorum inde a seculo; me esse Deum fortem, & nullum præterea *Deum esse*, & neminem parem mihi:
10 Indicantem a principio finem, & ab antiquitate quæ nondum facta sunt: dicente *me*, consilium meum stare, & omnem delectationem meam facere me.
[c] Heb. virū cōsilii mei. 11 Voco "ab Oriente "volucrem, e terra longinqua "effectorem consilii mei: & locutus sum, & adducam istud; formavi, & faciam istud.
12 "Auscultate mihi robusti animo, qui longinqui estis a justitia.
13 "Admoveo justitiam meam, non longinqua est; sed salutem meā "non retardabit: nam disponam in Tzijone salutem, Jisraëli "ornatum meum.

Caput

CAPUT XLVII.

1 DESCENDE, ac sede in pulvere, virgo, filia Babylonis; sede humi, defecta solio filia Chaldæorum: nam non perges vocari tenera & delicata.

2 Accipe molas, & mole farinã; retege crines tuos, denuda vestigium, retege crus, transi flumina.

3 Retegetur nuditas tua, etiam videbitur turpitudo tua: ultionem sumam, neque feram obstare quenquam mihi,

4 *Inquit* vindex noster Jehova exercituum nomine suo, sanctus Israëlis:

5 Sede silens, & ingredere in tenebras filia Chaldæorum: nam non perges vocari domina regnorum.

6 Efferbueram contra populum meum, prophanaveram possessionem meam, & tradideram eos in manum tuam: non exhibuisti eis misericordiam, super senem aggravasti jugum tuum valde.

7 Et dixisti, in seculum ero domina: unquam non reposuisti hæc in animo tuo, non recordata es finem illius.

8 Nunc itaque audi hoc voluptaria desidens securè, dicens cum animo suo, Ego *sum*, & nulla præter me amplius: nõ sedebo vidua, neque experiar orbitatem.

9 Imò evenient tibi duo ista momento die eodem, orbitas & viduitas: planè supervenient tibi cum multitudine præstigiarum tuarum, cum fortitudine incantationum tuarum maxima.

10 Quia confisa es malitiæ tuæ dicens, nullus videt me: sapientia tua & scientia tua ipsa pervertit te, ut diceres cum animo tuo, ego *sum*, & nulla præter me amplius:

11 Idcircò superveniet tibi malum cujus ignoras ortum, & obruet te ærumna quam non poteris expiare; denique superveniet tibi repentè vastitas quam ignoras.

12 Sta jam cum incantationibus tuis & cum multitudine præstigiarum tuarum in quibus laborasti a pueritia tua; si fortè possis proficere, si fortè præbebis te fortem.

13 Defetisceris multitudine consiliorum tuorum: stent jam astrologi, qui contemplantur stellas, qui notas faciunt in menses *prædictiones* suas; & servent te ab iis quæ superventura sunt tibi.

14 Ecce sunt tanquam stipula, ignis comburit eos, non eripiunt se ipsos e flamma: nullus superest carbo ad calescendum, *nedum* ignis ad sedendum ex adverso ejus.

15 Ita sunt tibi quibus *cum* laborasti: negotiatores tui a pueritia tua, singuli in partes suas aberrant, nemo servat te.

a Heb. nullo solio.
b Heb. vocabunt te: sic versu 5.
c Heb. occurram homini: hypallage, pro eo quod est, occurret mihi homo.
d Heb. corde: sic deinceps.
e Heb. secũdum integritatem suam.
f Heb. valde.
g Heb. auoram: sic ludificatur astrologos.
h Heb. observatores cœlorum.
i Heb. animam suam e manu flãmæ.
k Heb. transitum suum: id est, quocunque permeare possunt ut vitæ suæ cõsulãt.

Caput xlviii.

1 Audite hoc domus Jahhakobi, qui vocant se de nomine Jisraëlis, & ex aquis Jehudæ prodierunt; qui jurant per nomen Jehovæ, & Dei Jisraëlis mentionem faciunt, non fideliter neque justè:

a Heb. infide, neque in justitia.

2 Quamvis a civitate sancta se vocent, & Deo Jisraëlis innitantur; cujus nomen est Jehova exercituum.

3 Quæ priora inde ab eo tempore indicaveram, & ex ore meo prodeuntia pronuntiaveram; repentè effeci, atque evenerunt.

4 Ex præscientia mea erat te durum esse; & nervum ferreum esse cervicem tuam, frontémque tuam chalybeam:

5 Quapropter indicavi tibi ex eo tempore, cùm nondum eveniret pronuntiavi tibi; ne diceres, terriculum meum fecit ista, & sculptile meum aut fusile meum præcepit ista.

6 Audiveras, respice totum hoc; & vos an non indicabitis? b Heb. anúc. pronuntio tibi nova ex hoc tempore & recondita, quæ ignorasti,

7 Quæ nunc creantur, non autem ab eo tempore; & quæ ante diem *hunc* non audivisti, ut non dicas, ecce noveram ea,

8 *Quorum* nihil audivisti, neque novisti, neque ab illo tempore aperuit aurem tuam. Quamvis noverim te omnino acturum esse perfidè, & defectorem ex utero vocari te:

c Heb perfidè agendo perfidè acturum.

9 Propter nomen meum d longanimis ero, & *propter* laudem meam refrænabo *iram* contra te; ut non exscindam te.

d Heb. prolongabo irā meam.

10 Ecce conflabo te, non autem cum argento; selectum efficiam te catino afflictionis.

11 Propter me, propter me faciam: nam quomodo prophanaretur illud? & gloriam meam alteri non dabo.

12 Auscultа mihi Jahhakob, & Jisraël vocate a me: Ego ipse sum primus, etiam sum ultimus.

e Heb. dextera mea palmavit, ut ita dicamus.

13 Etiam manus mea fundavit terram, & e dexteræ meæ palmus expendit cælos: me vocante ea, consistunt pariter.

14 Congregamini vos omnes, & audite: quis ex illis indicat ista, Jehova diligens hunc facturus est delectationem suam in Babylonem, & brachium ejus in Chaldæos?

15 Ego, ego locutus sum, etiam vocavi eum; adducturus sum eum, & secundabit viam suam.

16 Accedite ad me, audite istud, non a principio in occulto locutus sum; ex quo tempore fuit hoc, ibi sum: nunc enim Dominus Jehova mittit me, & spiritus ejus.

17 Sic ait Jehova, vindex tuus sanctus Jisraëlis, ego Jehova Deus tuus doceo te proficere, deduco te via *qua* ambules.

18 O si

18 "O si attendisses ad præcepta mea: ita" fuisset tanquam flumen pax tua, & justitia tua" ut fluctus maris:

19 Et fuisset velut arena semen tuum, & prognati e visceribus tuis ut scrupi illius; " non *tamen* exscindetur, neque perdetur nomen ejus a conspectu meo. Genes. 22. 17.

20 "Exite a Babylonia, "fugite a Chaldæis, "voce [f] canora indicate, pnuntiate hoc, proferte hoc usque ad extremitatem terræ: dicite, vindicavit Jehova servum suum Jahhakobum: [f] *Heb.* cantus.

21 "Neque sitiunt, *cùm* per vastitates deducit eos; aquas e rupe profundit eis: quasi findat rupem ut fluant aquæ.

22 "Nulla est pax, inquit Jehova, improbis.

ANNOTATIO.

1 *Sic ait*] Concionem hanc ab hoc loco incipiendam esse tum præcedentis concionis verba ostendunt, tum hujus argumentum: nam cùm in præcedente concione duæ summatim partes essent expositæ, de reversione populi e Babylonia, & de instauratione regni per Christum; jam Propheta priorem partem aggreditur, & capitibus quinque explicat, quæ propterea in concionem unam copulavimus. Sunt autem hujus cõcionis (ut eam in pauca membra dividamus) summæ partes quatuor: prima est exordium, toto hoc capite; secunda, narratio prophetica rerum gerendarum ex decreto Dei, tribus capitibus usque ad versum 12. capitis 48. tertia, confirmatio, inde ad versum 16. deinde conclusio, ad finem usque. Exordium autem, quod hoc capite diximus contineri, sumit Deus a personæ suæ, fidem suam asserens, & populum suum confirmans de suis promissionibus, duobus argumentis: unum est, ab æterna, omnipotente, & constantissima natura sua, operum suorum, & sermonis sui, usque ad versum 16. alterum est a fœdere & effectis ejus, inde ad finem usque capitis. Prius autem argumentum propositum summatim versu 1. illustratur sequentibus per σύγκρισιν sive comparationem veri Dei cum falsis. *Ego sum primus*] id est, natura sempiternus, ac proinde dictis & factis constantissimus, & aliorum omnium principia atque exitus in manu habens. 2 *Quis ergo*] antithesis, qua Deus ex antegressa propositione sibi uni asserit facultatem & officium prophetandi in Ecclesia, aliisque omnibus abjudicat. *Populum æter.*] id est Ecclesiam, quam ab æterno elegit Deus, suóque tempore vocavit ut in æternum sanctificet. *Signa*] vide suprà 41. 22. & 23. 3 *Ab eo tempore*] nimirum ex quo disposui populum æternum. *Rupes*] ut Deuteron. 32. 4. hæc autem toties a Propheta inculcantur, ut populus Dei adversus Babyloniorum idola firmo esset securóque animo; quemadmodum etiam facit Jirmeja 10. 4 *Formatores*] λογικῶς proximè præcedentis antitheseos, qua confirmavit Deus nullum esse Deum & nullam rupem præter se: nam cætera, inquit, idola sunt, quæ nullam utilitatem, sed confusionem justam cultoribus afferunt, hoc versu: cujus utrumque membrum singulis versibus deinde exponitur. *Ac testes*] id est, idola ipsa testantur & clamant in ipsorum idololatrarum animis se nihil esse, cùm nullo sensu aut intellectu sint prædita: quod unum satis esset ad perfundendos pudore idololatras. 6 *Se consociantes*] id est, qui adhærent illis, & quasi spiritali conjugio cum illis copulantur: ut Numer. 25. 3. *Magis quàm homi.*] ex interminatione Dei Exodi 20. 5. *Congregent se*] concessio idololatras graviter provocans, infaustúmque exitum omnibus prænuntians. 7 *Faber ferrar.*] confirmatio præcedentium propositionum; quarum una est, idola ad nullam utilitatem esse, & probatur usque ad versum 13. altera, confusionem afferri ab illis in cultores ipsorum, quæ probatur versu 13. & duobus sequent. Inutilia autem esse probantur ab operariis, instrumentis, materia, & usu illius, ipsorúmque impotentia. *Cùm operatur*] id est, etiam in isto opere sentit lassitudinem; neque a Deo quem cudit sublevatur, neque reficitur, nisi sumptis alimentis quæ Deus verus subministrat. 9 *Aut quæ fort.* id est, sive arborem voluntariam cædat quæ sponte nascitur, sive plantatam & cultam humana arte; materia illa, quæcunque tandem sit, in varios & planè differentes usus consumitur; ac proinde nihil divinum habet, nisi quantum affingit hominis voluntas & superstitio. 13 *Non norunt*] confirmatio alterius propositionis, ut diximus in versum 7. nimirum idola confusioni esse suis cultoribus; primùm enim excæcantur idolis suis ipsorum oculi & corda, duobus versibus; deinde etiam in dies obfirmantur ad suam ipsorum perditionem, versu 15. *Illud obducere*] id est, idolum in animis hominum quoddam veluti tectorium & velum esse ad obcæcandos idololatras, non autem specillum ad cernendum Deum. 15 *Pascens cinere*] id est, luctificus Deus, nihil nisi luctum & mala omnia importans cultoribus: periphrasis idoli. Nam cinerem pro luctu & miseriis luctuosis accipi omnibus notum est: ut Psalmo 102. 10. & infrà 61. 3. *Illusum*] id est, qui jam idolorum velo captus & excæcatus est. *Avertit*] id est, magis ac magis seducit, & transversum rapit: alter gradus confusionis, ut diximus in versum 13. *Non eripiat*] id est, præceps ruat in perditionem suam, ac ne cogitare quidem de salute velit, aut falsitatem cui adhæret agnoscere. *Est ad dexter.*] id est, in falsitatem incumbo, cùm do operam idololatriæ: ut Ecclesiast. 9. 22. 16 *Recordare*] transitio ad alterum hujus exordii argumentum, in quo Deus Judæos proposito idololatrarum exemplo ad fœdus suum revocat, quod a se integrum perstare ostendit. Primùm itaque fœdus suum proponit populo, & res omnes creatas contestatur de veritate ejus, tribus versibus: deinde fœderis effecta futura, a versu 19. ad finem usque. *Non traderis*] etsi oblitus mei peccavisti in me: quamobrem sequitur proximè prædicatio remissionis peccatorum gratuitæ: sic infrà 49. 15. 17 *Ut densa nubes*] nimirum delet & abluit sordes quæ in terra sunt, cùm plu-

viam profundit in terram: eclipsis relati, ut Levit. 21. 4. & Proverb. 5. 19. *Nam vendico*] q.d. melius agetur tecum quàm cum idolorum cultoribus; quibus nulla utilitas, nullæ vindiciæ, nulla salus, sed totus luctus est ab idolis suis. 18 *Cantate*] contestatio, ut diximus in versum 16. 19 *Sic ait Jehova*] transitio ad effecta fœderis, ut diximus in versum 16. qua Deus ab exemplo creationis & administrationis rerum omnium, hoc versu, confirmat se promissiones effecturum, quæ summatim proponuntur quatuor versibus sequent. 20 *Is sum*] propositio summa totius sequentis narrationis; primùm de sapientissimis Babyloniorum consiliis adimendis, & verbo Dei unius præstando, duobus versibus; posteà de modo & instrumento quod Deus erat adhibiturus ad judicia sua, duobus versibus ultimis: quæ duo per ὑποφοραν exponuntur; instrumenti quidem ratio, capite 45. judicia verò, sequentibus. *Signa mendacium*] de quibus infrà 47. 10. & sequen. 21 *Servi sui*] id est Christi, cujus spiritu acti Prophetæ locuti sunt, 2. Petri 1. 21. *Nuntiorum ejus*] id est Prophetarum, quorum opera Christus utitur ad nuntiandam voluntatem suam. 22 *Qui educturus sum*] id est, Babyloniam palustrem, in qua Judæi demersi quodammodo & sepulti erant futuri, ita comparaturus, ut commodè ex ea liberentur Judæi, & ipsi hostes in eam perrumpant: nam Judæos commodissimè ex Babylonia reversos esse historiæ Hhezræ & Nechemjæ docent; Cyrum verò siccato Euphrate Babylonem irrupisse ex Prophetis & historiis antè confirmavimus. 23 *Cyro*] primo Persarum Regi, cujus nomen de industria exprimi voluit Deus, ut hoc signo Ecclesia amplius confirmaretur de veritate sermonis Dei: quemadmodum factum fuerat de Joschija 1. Reg. 13. 3. nam a tempore hujus Prophetiæ quo enuntiata est, usque ad complementum ejus (ut ab ultimo Chizkijæ anno numeremus) fuerunt minimùm anni 170. *Pastori meo*] id est, pastoris officium facturo erga populum meum, liberando, remittendo, curando, fovendo, omnia denique præstando quæ fuerint opus. *Ut ædificat*] quemadmodum narratur 2. Chronic. 36. 22. & 23. & Hhezræ 1. Est autem totus hic versus ad narrationem μετεφαλικὸς.

In Caput XLV.

1 *Sic ait*] Secunda pars concionis, quam propheticam narrationem esse diximus suprà in caput 44. nunc demum incipit: in qua Deus mirificam suam administrationem prædicit in perdendis Babyloniis, & servandis suis. Sunt autem hujus narrationis duæ partes: una est prolepsis sive propositio & narratio brevis rerum gerendarum, causarum, & consiliorum Dei, hoc capite: altera est ἐργασία, id est, exornatio sive explicatio fusior hujus narrationis in sequentibus capitibus. Hujus ergo capitis tria sunt membra: primum, de nomine, vocatione, & rebus gerendis a Cyro, tribus versibus: secundum, de causis istius administrationis, inde ad versum 14. tertium, de consilio promovendi his rationibus & suo tempore instaurandi regni per Christum, inde ad finem usque: e quibus primum membrum fusiùs explicatur capite 46. & 47. secundum capite 48. ad tertium tota reliqua prophetia pertinet, quam non dubium est permultis vicibus prophetatam esse. *Uncto suo*] id est, vocato & instituto divinitus ad perficiendam voluntatem Dei, quæ mox subjicitur: metonymia est signi pro re significata, ex Judæorum usu: ut 1. Reg. 19. 15. *Cujus confirmat.*] id est, cui non solum vocatio, sed etiam donum a Deo obventurum est ut præstet hæc mandata Dei. q.d. cui affuturus sum, ut Reges & regiones subjuget; quemadmodum fuisse factum docent historici: synecdoche. 2 *Inæqualia*] id est, difficultates omnes ita sublaturus, ut nullo negotio etiam potentissimas regiones perdomes. 3 *Ut cognoscas*] transitio ad explicationem causarum, ex quibus Deus ad hæc judicia per Cyrum efficienda adducitur; quarum una est, ut agnoscatur Deus, & fides ipsius studiúmque in populum suum, tum a Cyro, hoc & sequen. versu, tum a gentibus, versibus 3. sequen. tum a rebus creatis omnibus, ver. 8. altera, ut Babyloniorum blasphema & scelerata vita castigetur, a ver. 9. ad 14. Hujus autem agnitionis exemplum exstat 2. Chron. 36. 23. & Hhezræ 1. 2. nimirum qualis in viro ignorante Dei esse potest, non autem salutaris: ut fine duorum sequentium versuum confirmatur. 4 *Cognominasse*] nam proprium illi nomen, teste Herodoto & Justino, fuit Spaco, id est canis, Medorum lingua, a cane quæ expositum infantem lactaverat: Coresch verò cognomen fuit honorificum a Persis inditum, quod sonat Dominum. 7 *Pacem*] id est, omne bonum & prosperitatem; cujus contrarium est malum, quod proximo membro nominatur. 8 *Destillate*] provocatio rerum creatarum omnium ad testificandum & prædicandum salutare justúmque Dei opus, & quibuscunque modis poterunt ministrandum ei: quæ omnia enuntiantur allegoricè. 9 *Væ litiganti*] transitio ad alteram causam judiciorum Dei, nimirum nequitiam Babyloniorum: cujus primùm indignitas conjuncta maledictione, his duobus versibus exponitur, perinde esse ac si figmentum in figulum, aut semen genitale in parentes efferretur: deinde potentia Dei asseritur adversus illorum blasphemias, usque ad versum 14. *Testa*] id est, qui utcunque alat ingentes animos, tamen æquè testa est fragilis ad voluntatem figuli atque altera quævis: de hoc fastu vide Danijel. 5. *An dicturum est*] simile argumentum contra Assyrium vide suprà 10. 15. *Quid facturus esses*] id est, non poteris facere quod dicis: te invito permanebimus, neque Judæi isti eripientur nobis. *Cùm ad opus*] id est, cùm vires te deficiant, & sis imbecillior quàm ut præstes ea quæ prænuntiavisti de nostra eversione, istorúmque liberatione. 10 *Quid genturus*] q.d. laboras frustrà: penes me est potestas rerum conficiendarum, non autem penes te. 11 *Sic ait Jehova*] assertio potentiæ Dei: ut diximus in versum 9. *Istorum signa*] objectio ironica in Babylonios: agite, inquit Deus, negate ista si quidem vultis, aut si potestis impedite: sed tamen signa præsentia jam satis evincunt dictorum meorum veritatem, sequen. versu: opus autem meum, cui obsistitis, vobis invitis suo tempore consummabo, versu 13. *De filiis meis*] Judæis liberandis. *Opere manuum*] id est, toto eo quod me denuntiavi per Cyrum effecturum esse. 12 *Ego feci*] dicta confirmat Deus a signis & elementis rerum naturalium inanimarúmque. 13 *Illum*] Cyrum, cujus antè memini ver. 1. *Justè*] id est, prout justitia mea denuntiat peccatis vestris, & justè effectura est ad meorum liberationem. *Reædificaturus*] ut suprà 44. 23. *Non pretio*] id est gratis, non tantùm non accipiens munus ad dimittendum populum, sed ipse ultrò offerens liberationem & munera, Hhezræ 1. vide infrà 52. 3. 14 *Sic ait*] tertium membrum, ut diximus in versum 1. quo Deus ostendit consilium suum: se non alium ad finem ista effecturum esse, quàm ut promoveat hoc pacto & instauret regnum suum tempore suo per Christum, qui fundamẽtum est & finis prophetiarum omnium. Quamobrem prædicuntur duo: primùm, gentes his principiis adductum iri ad colendum & prædicandum Deum, quatuor versibus; secundum, Deum illas ultrò vocaturum, auctorum esse, & confirmaturum in notitia & fide in Christum, a versu 18 ad finem usque. *Labor AEgypti*] de quo 1. Reg. 10. 28. *Procerorum*] id est, potentissimorum agro & mercibus: fuerunt enim Sabæi propter thuris & odorum merces clarissimi, ad utraque

maria porrectis gentibus, Persicum & Rubrum, teste Plinio libro 6. natur. histor. capite 28. *Te sequentur*] id est, adjungent se, & submittent Christo in Ecclesia. 15 *Abdens te*] id est, qui a temporibus æternis reticuisti apud gentes mysterium tuum, nunc verò fecisti manifestum, & per scripturas ad obedientiam fidei omnibus gentibus declarasti, ut ait Apostol. Roman. 16. 25. & qui præterea non adumbras te imaginibus, aut speciem essentiæ tuæ communicas, sed invisibilis permanes. Hæc duo interpretationis membra conjungenda esse ex sequentibus verbis colligimus. 16 *Erubuerunt*] exornatio præcedentis dicti a spectato judicio ejus, per antithesin ultionis in idololatras & Babylonios ipsos, salutisque communicatæ cum populo. 18 *Nam sic ait*] alterum membrum promissionis ex consilio Dei, ut suprà diximus versu 14. quo Deus confirmat se gentes ad ipsum confluentes æterna benedictione & salute donaturum esse, quam in fine superioris versus penes Israëlem esse confitebantur. *Qui non ad*] id est, qui non vult profligatis hostibus & idolis terram desertam esse, sed habitari a suis; ac proinde statuit gentes cum Judæis in Ecclesiam cooptare. Hæc autem dicuntur allegoricè, comparatione sumpta a rebus bellicis. 19 *Non clàm*] id est, nunc demum me, sermonem, & beneficia mea expono palàm, contra quàm suprà dixerant gentes versu 15. *Non edico*] id est, non frustrà voco Ecclesiam meam, sed ad justitiam & vitam æternam; ut sequentia docent. 20 *Congregamini*] prænuntiatio luculentissima vocationis gentium ad Evangelium Christi, tribus versibus: cui subjungitur confirmatio a juramento Dei patefacti in Christo filio suo, tribus versibus ultimis. *Qui ignari erant*] id est, qui prius alieni erant a Deo & promissionibus ejus, Ephes. 2. 12. 21 *Indicate*] id est nuntiate, & vocate alii alios, convenite, & consilia inite fidei & resipiscentiæ; quæ duo ponuntur hoc & sequen. versu. 23 *Per me juravi*] confirmatio a juramento, ut dictum est versu 20. qua Christus primùm asserit authoritatem suam, hoc versu: deinde totam ab Ecclesia sibi attributum & delatum iri docet, duobus sequentibus: quo sensu accipiendum esse locum hunc docet Apostolus Roman. 14. 11. & Philip. 2. 10. 24 *Tantummodò*] prædicatio Ecclesiæ gloriantis in Christo, quam Christus de se futuram dicit. *Ad ipsum veniat*] provocatio gloriosa in hostes: quasi dicat Ecclesia, agedum, veniant, si qui pugnæ experiri cum Christo volent. 25 *Semen Israël*] id est, Ecclesia Dei ex omnibus gentibus adunata.

In Caput XLVI.

1 *Procubuit*] ἐκπλοϊκὸν, id est exornatio narrationis, quæ præcedente capite facta est; nunc demum incipit, ut diximus suprà 45. 1. ac primùm quidem exornantur res gestæ; duobus capitibus; deinde verò causa istarum, capite 48. Res autem gestæ in duo judiciorum genera dividuntur: narrantur enim judicia Dei effecta contra idola, hoc capite; deinde contra Babylonios ipsos idololatras, capite sequen. & singulis istis narrationis partibus suus usus suaque doctrina subnectitur. Sunt itaque hujus capitis partes duæ: una est narratio: (ut modò diximus) duobus versibus comprehensa; altera est doctrina ad populum Dei, eruta ex narratione præcedente, toto capite. *Bel*] nomen est idoli, quod unum in pretio fuit apud Assyrios, Persas, & Babylonios: alii Saturnum esse voluit filium Oceani; alii Jovem (unde Jupiter Belus appellatur Plinio libro 6. natur. histor. capite 26.) alii denique Solem: quod magis probamus, quia Solem ab Assyriis, Persis, & Babyloniis pro Deo summo habitum esse, & igni tanquam illius particulæ cultum exhibitum omnes historiæ testantur: unde factum est ut temporibus Joschijæ equi, currus, & cultus Soli essent dicati Jeruschalaimis, superstitione invecta per Assyrios, 2. Reg. 23. 11. Dicitur autem Bel illarum gentium sermone tanquam dominus, pro eo quod dicunt Hhebræi Bahhal. *Reflexus est*] hac loquendi forma non dubium est quin Propheta ad fatidica illa oracula respexerit, quæ religionis specie edebantur: nam stabant proceræ statuæ, sacerdotes verò ex tripode aut alio instrumento, veluti Deum a tergo consulentes, responsa dabant: jam verò, inquit Propheta, illi reflexi & complicati sunt, ademptáque facultas ampliùs edendi oracula. *Deus vaticinus*] vocem qua Propheta utitur appellativè accipimus pro idolis omnibus quæ superstitiosi consulebant, a verbo æquè Babyloniis atque Hhebræis usitato, quod significat prophetare. *Bestiæ & jumento*] nimirum deportanda in Persidem veluti captiva, ut prædæ essent, post expugnatam Babylonem: enallage numeri, ut in fine versus. *Defessa*] nimirum bestiæ & jumento in Persidem exportanti. Erant enim aurea, pretiosáque & gravia multa; ut constat ex Danijel. 3. 3 *Auscultate*] secunda hæc pars didascalica, sumpta occasione ex præcedente historia Judæos instituit, primùm fideles & pios, usque ad versum 8. deinde infirmos Judæorum, itémque impios, & hypocritas, ad finem usque. Est autem utriusque loci communis exordium his duobus versibus, in quibus Deus per antithesin singularia sua officia in populum suum explicat, ostendens quàm procul ab idolorum conditione absit, quæ nisi a suis ferantur & eripiantur pereunt. *Qui bajulamini*] id est, quos ego bajulo, quemadmodum portat quis filium suum, Deuteron. 1. 31. & tanquam Aquila assumens porro vos super alas meas, Exodi 19. 4. & Deuteron. 32. 11. 5 *Cui assimilaretis*] primus doctrinæ locus, quo præmonentur pii ut sibi prudenter & sanctè a falsis Babyloniorum commentis & superstitionibus caveant, observantes naturam Dei optimi maximi atque in ipsos beneficentissimi. Simile vide suprà 40. 18. & 25. 6 *Qui prodigunt*] amplificatio a comparatione idolorum cum majestate Dei (ut suprà ibidem) & officiorum quæ idololatræ coguntur diis suis inutilibus exhibere, cum illis officiis quæ cultoribus suis facit Deus, hoc & sequen. versu. *Scapo*] id est, trutina, synecdochicè: est enim scapus trutinæ pars ex qua dependent lances. 8 *Recordamini*] secundus doctrinæ locus ad Judæos infirmos, aut ignorantes Dei, ut consimiliter imbuti vera notitia Dei, si qua infirmitate cedentes Babyloniorum tyrannidi cultum Dei veri dimiserint, saltem his duobus argumentis ad bonam frugem revocentur: primùm documentis rerum creatarum & operum præteritorum Dei, versu 9. & 10. deinde præsentissima liberatione quam per Cyrum promisit Deus, & justo tempore effecit, versu 11. 11 *Ab oriente*] id est Perside. *Volucrem*] id est Cyrum, ducem expeditissimum, qui tam leviter difficultates omnes superaturus est quàm si prætervolet. 12 *Auscultate*] tertius doctrinæ locus ad impios & hypocritas, quibus denuntiat Deus se propter nomen suum effecturum promissiones suas, & justitiam adhibiturum ad salutem Ecclesiæ suæ & ipsorum confusionem. 13 *Admoveo*] id est, vos inviti & fugientes, experiemini tamen justitiam meam. *Non retardabit*] id est, præcisè complebit suo tempore justitiam meam; neque impedietur nequitiâ vestrâ, aut in supplicio de vobis sumendo ita occupabitur ut gratiæ salutaris opus avertat. *Ornatum meum*] ut suprà 44. 18.

In Caput XLVII.

1 *Descende*] Altera pars narrationis propheticæ contra Babylonios idololatras (ut diximus suprà 46. 1. hoc toto capite continetur. Sunt itaque hujus (ut antè diximus) partes duæ: una, qua judicia Dei gravissima in Babylonios exponuntur, versibus quinque; altera, qua cum Babyloniis contestatur de suorum judiciorum causis, reliquo capite. *Virgo*] id est, Babylonia tota sive Chaldæa, cujus monarchia corpori virginis comparatur, quia videbatur sibi indomita, & erat in summo luxu deliciisque perdita. *Non perges*] sed mancipium eris abjectissimum, duobus versibus sequent. 2 *Accipe molas*] id est, abi in pistrinum & mole, ut mancipium turpissimum & abjectissimum: vide Exodi 11. 5. *Retege crines*] id est, luge capillis passis; synecdoche. *Denuda vestigium*] id est, omissis soccis & mollibus calceamentis, ad tristissimum iter te compara: quò etiam spectant verba sequentia: vide suprà 20. 2. 3 *Retegetur*] id est, pro eo quòd mollissimè & lautissimè induisti te, in miseriam tantam detruderis atque paupertatem, ut ne pudenda quidem de tuo possis contegere. 4 *Inquit*] eclipsis, ut 1. Reg. 20. 34. 5 *Tenebras*] id est, summas angustias, ignominiámque maximam; cujus nomine desyderatura es ipsa in tenebris delitescere. 6 *Efferbueram*] altera pars capitis, contestatio; qua Propheta suorum judiciorum causas evincit fuisse in Babyloniis ipsis, primùm propter arrogantissimam inhumanitatem ipsorum, usque ad versum 10. deinde propter blasphemam præfidentiam suæ magiæ & incantationum, inde ad versum 15. postremò propter intolerabilem fastum animo conceptum ex infinitis opibus, versu ultimo: quibus singulis peccatis sua minæ judiciáque attexuntur. *Contra popul.*] idem argumentum vide Zecarjæ 1. 15. 7 *Finem illius*] nimirum possessionis meæ, de qua versu 6. q. d. non observasti quem finem calamitatum Deus præstare soleat & præstiturus sit Ecclesiæ suæ: ut Deuteron. 8. 16. 8 *Ego sum*] q. d. cætera præ me nihil sunt: sic versu 10. *Non sedebo*] id est, Regem & regnum florentissimum perpetuò habitura sum. *Vidua*] Rege, tanquam marito. *Orbitatem*] a civibus & popularibus, aut subjectis regno, veluti filiis. 9 *Imò evenient*] prænuntiatio judicii, de quo Danijel. 5. vers. ultimo. *Cum fortitudine*] id est, neque te defendent ista: transitio ad secundam causam. 10 *Quia confisa*] secunda causa, ut diximus in versum 6. nimirum blasphema & contumeliosa in Deum persuasio de magicis incantationibus & scientia tota Babyloniorum; cujus crimen, hoc versu; pœna, versu sequen. exponitur: deinde amplificatur utrumque sarcasmo elegantissimo, tribus versibus. *Nullus videt*] q. d. ne Deus quidem novit rationes meas. *Sapientia*] ea nimirum quæ exagitatur versu 12. & sequen. 11 *Expiare*] id est, avertere incantationibus tuis: sic ludificatur magos. 12 *Sta jam*] sarcasmus gravis in Babylonios, ut diximus in versum 10. *Incantationibus*] vide Psal. 58. 6. 13 *Defetiscaris*] ironica oratio. q. d. frustrà laboras ut te ipsam confirmes tuâ industriâ, nisi sapientissimos quosque doctorum tuorum adhibueris, ut consulant tibi: agedum, experiantur illi. *Et servent te*] ἐμπλοκὴν verborum, quæ in contextu Hhebræo implicata sunt, transtulimus ad evidentiam. 14 *Ecce*] emphatica demonstratio vanitatis quæ est in omnibus Chaldæis & mathematicis; quibus eventurum Propheta ostendit ut ab igne ipso, quem pro Deo habebant, consumantur. *Nullus supereſt carbo*] id est, planè absumuntur ipsi, & Deus ipsorum cum ipsis exstinguitur. 15 *Ita sunt*] tertia causa, ut diximus in versum 6. ad quam transitur ejusdem pœnæ accommodatione ad summas opes Babyloniorum, & luxum profusissimum.

In Caput XLVIII.

1 *Audite*] Hoc capite (quemadmodum diximus suprà 45. 1.) continentur tria: primum est expositio alterius membri quod in narratione positum est suprà 45. 4. de causa istorum judiciorum Dei, usque ad ver. 12. secundum est confirmatio narrationis, a ver. 12. ad 16. tertium, conclusio, ad finem usque, ut suprà diximus in principium capitis 44. Summa autem causa judiciorum Dei per contestationem explicatur; qua Deus populum evincès improbitatis, duobus primis versibus, per comparationem exemplorum antecedentium, usque ad versum 6. ostendit se nulla dignitate populi, ver. 7. & 8. sed sua unius gloria adductum esse ut populum affligat, & ex afflictione liberet justitiâ suâ, usque ad versum 12. *De nomine Jisrael.*] idem argumentum ad exprobrationē populi vide copiosè explicatum Hosch. 12. & 13. *Ex aquis*] id est, qui ex Jahhakobo, tanquam ex fonte promanarunt: ut Deuteron. 33. 28. & Psal. 68. 27. *Qui jurant*] id est, qui non estis integri erga Deum vestrum: sic Jirmejæ 5. 2. 2 *Innitantur*] id est, se niti glorientur. 3 *Qua priora*] comparatio rerum antegestarum prædictarúmque, qua Deus utitur his quatuor versibus, tota eò spectat ut demonstret sibi fuisse quidem perspectam improbitatem populi, sed gratis propter gloriam suam immeritis etiam & adversantibus beneficia sua prædixisse, & suo tempore contulisse: deinde verò sequitur accommodatio, qua confirmat Deus se nunc eādem rationem sequi ob eandem causam. *Inde ab eo temp.*] ex quo domus es Jahhakobi, & vocas te de nomine Jisraëlis. *Repente*] id est, simul atque visum est, etiam nullis præcedentibus mediis, aut adversantibus. 4 *Ex præscientia*] ut testatur Exodi 32. 9. & Deuteron. 31. 27. & 32. toto capite. 5 *Ne diceres*] id est, ne res jam olim prædictas & suo tempore præstitas attribueres diis novis, qui e propinquo adveniunt & recens sunt facti, ut Deuter. 32. 17. 6 *Respice*] id est, animadverte ut re ipsa effecta sint quæcunque audiveras ex me, & nihil prædictorum meorum exciderit; ut Jehosch. 22. 3. & 1. Schem. 3. 19. *An non indicabitis*] id est, an dissimulabitis ea omnia quæ in vos fuerunt collata? neque certa fide amplectemini prædictiones meas, quibus vos testimonium oportuit perhibere ab anteacta experientia? ut suprà 42. 35. *Pronuntio*] transitio ad accommodationem exemplorum, de qua in versum 3. *Nova*] nimirum de captivitate per Babylonios, excidio Babyloniorum, & liberatione tua per Cyrum. 7 *Nunc creantur*] id est, nunc primùm in lucem eduntur, patefiúntque admirabiliter; ut exponunt verba sequentia. 8 *Aperuit aurem*] id est, perveniens ad aures tuas penetravit. *Quamvis*] prophetiæ summam incipit Jeschahhja ab occupatione. q. d. non est quod metuas ut non præstem ea quæ antè dicta sunt propter duritiem tuam: nam propter me effecturus sum, sequen. versu. 10 *Non autem cum arg.*] id est, non agam summo jure tecum; quia si ab omni scoria, ut argentum, expurgandus esses, totus disperires. 11 *Illud*] nomen meum, de quo versu 9. *Alteri non dabo*] id est, non sinam eripi mihi; aut aliò a me transferri. 12 *Auscultа*] tertia concionis pars, confirmatio; qua primùm Deus a personæ suæ operúmque amplitudine prophetiam obsignat, quatuor versibus; deinde Propheta fidem suam in sua vocatione & administratione testatam facit, versu 16. *Vocate a me*] id est, qui vocaris populus meus, ut suprà ver. 1. & 2. 13 *Consistunt pariter*] id est, ſic

est, se sistunt ad exsequenda judicia mea, ut Psal. 119. 91. 14 *Ex illis*] diis videlicet, de quibus versu 5. 15 *Vocavi eum*] Cyrum, de quo suprà 45. 1. 16 *Accedite*] Prophetæ verba, confirmantis fidem suam quam adhibuerat ad enuntiandum verbum Dei, & diligentiam ad audiendum ex Deo, prout vocatus fuerat. *Non a principio*] id est, ex quo fuit verbum Dei ad me, non dissimulavi, sed palàm concionatus sum. *Ibi sum*] nimirum in ea tanquam specula ubi me collocavit Deus, ut verbum ab ipso audiam, & ad vos referam, ut suprà 21. 8. & 10. *Spiritus ejus*] Dei Patris & Filii, cum Patre & filio unus æternus Deus; quo uno acti olim homines sancti locuti sunt, 2. Petri 1. 21. 17 *Sic ait Jehova*] ultima concionis parte; id est conclusione, Deus primùm officia sua universè in Israëlitas commemorans, hoc versu, per hypothesin summas benedictiones exponit eventuras Judæis si paruissent ipsi, ver. 18. & 19. deinde summatim repetit res antè promissas propter nomen suum, de beneficentia erga suos, & hostium statu miserrimo, tribus versibus ultimis. *Ego Jehova*] q. d. præsto quod mearum est partium. 18 *O si attend.*] simile vide Deuteron. 32. 29. *Fuisset tanquam*] id est, nunquam desissent fluere, sed omnia bona se ultrò dedissent tibi. *Ut fluctus maris*] id est, continenter perrexisset, ut fluctus excipiunt alii alios. 19 *Non tamen*] transitio ad summam promissionum, simili argumento atque usus est suprà vers. 8. & 9. 20 *Exite*] prophetica hortatio, quasi in rem præsentem Judæos adducens, & præmonens de liberatione ventura. *Fugite*] ne communi cum Babyloniis judicio pereatis, & circumveniamini ita Dei, quæ denuntiatur illis vers. ultimo: ut Jirmejæ 51. 6. & 45. similis causa adducitur Genes. 19. 15. *Voce canora*] q. d. fruimini beneficio Dei, & fruentes animo grato prædicate. 21 *Neque sitiunt*] id est, æquè admirabiliter illis de viatico prospicit, atque olim prospexit majoribus ex Ægypto exeuntibus: vide Hhezræ 1. 22 *Nulla est pax*] ac proinde ne copulemini cum illis, aut consortium habetote; sed fugite, ut suprà: vide infrà 57. 21.

CAPUT XLIX.

Christus ad Judæos missus, postquam de illorum contumacia apud Deum Patrem conquestus est, mittitur ad Gentes, & narrat promissiones Evangelicas primùm sibi factas de reconciliatione, justitia, vita, & gloria per ipsum comparanda: deinde factas Ecclesiæ de benevolentia, beneficiisq; Dei in ipsam, & propagatione ipsius in gentibus, invito satana & omnibus adversariis, per Evangelium.

1 AUSCULTATE insulæ mihi, & attendite nationes[a] e longinquo: Jehova inde ab utero[a] vocaverat me, e visceribus matris meæ[a] memoriam constituerat nominis mei.

2 [a]Et disposuit os meum veluti gladium acutum, in umbra manus suæ abscondens me: & disposuit me in [a]sagittam nitidam, in pharetra sua abscondens me.

3 Dixerat mihi, [a]servus meus es; [a]Israël *est de* quo per te gloriaturus sum:

4 Ego verò dixi, [a]frustrà laboro, inaniter & vanè vires meas consumo: [a]verumtamen officium meum penes Jehovam *est*, & opus meum penes Deum meum.

5 [a]Nunc autem dicit Jehova, qui [a]formaverat me inde ab utero, [b]ut serviam ipsi; [c]ut reducam Jahhakobum ad ipsum, cùm Israël [a]non recipieret se: [a]quia gloriosus sum in oculis Jehovæ, & Deus meus est robur meum.

6 Dicit inquam; [a]levior *videris* quàm ut sis mihi servus ad erigendum tribus Jahhakobi, & [a]custoditos [d]Israëlitas reducendum? atqui constitui te [a]in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremitatem terræ.

7 [a]Sic ait Jehova vindex [a]Israëlis, sanctus ejus; [a]ei quem contemnit quisque, *quem* abominatur gens, servo [a]dominantium Reges videntes assurgent, principésque incurvabunt sese: propter Jehovam [a]qui fidelis est,

a *Heb.* in vacuum laboro, ad inanitatem & vanitatem.
b *Heb.* in servum sibi.
c *Heb.* ad reducendum.
d *Heb.* Israëlis.
e *Heb.* animæ.

est, sanctum Jisraëlis qui elegit te.

f Heb. accepcionis, vel benevolentiæ.

8 "Sic ait Jehova, "tempore [f]accepto exaudiam te, & in die salutis auxiliabor tibi; & custodiens te, disponam te in "fœdus populi, ad confirmandum " terram, ad efficiendum ut possideat possessiones desolatas:

9 Dicendo "vinctis, exite; iis qui sunt in tenebris, revelamini: "per vias pascent, & in omnibus clivis pascuum eorum erit.

10 Non esurient neque sitient, neque feriet eos æstus aut sol: nam qui miseratur eorum ducet eos, & secundum scaturigines aquarum deducet eos.

g Heb. in viã.

11 Et disponam omnes montes meos [g]ut sint pervii, & *in* aggeribus meis "emineant.

b Heb. a mari.

12 Ecce isti e longinquo venient: ecce quoque illi ab Aquilone & [b]ab occasu, denique isti " a terra Sinæorum.

13 "Cantate cæli, & exulta terra, & fragorem edite montes cantu: quia consolatus est Jehova populum suum, & pauperum suorum misertus.

14 "Quòd si dicat Tzijon, dereliquit me Jehova; & Dominus oblitus est mei:

15 "An oblivisci potest mulier fœtus sui, ut non misereatur filii uteri sui? " etiam hæ oblivisci possint; tamen ego non oblivisear tui.

16 En "in manibus sculpsi te: muri tui e regione mei *versantur* jugiter.

17 Festinabunt "filii tui: destructores tui & vastatores tui *ex* te exibunt.

infrà 60. 4.

18 Attolle circumquaque oculos tuos, & vide, isti omnes congregantes se accedunt tibi: ut vivo ego, dictum Jehovæ, istis omnibus tanquam ornamento vestieris, circumligabis eos *tibi* tanquam sponsa.

i Heb. destructionis tuæ.

19 "Cùm vastitates *erunt* tuæ, & desolationes tuæ, & terra [i]destructa tua; quia jam angustaberis præ habitatoribus, procul profectis eis "qui absorbebant te:

k Heb. in auribus tuis.

20 Adhuc dicent [k]te audiente " filii orbitatis tuæ; angustus est mihi hic locus, retrocede mihi ut habitare possim:

l Heb. corde.

21 Adeò ut dicas cum [l]animo tuo, quis genuit mihi istos, cùm fuerim orba & solitaria? hûc illûc migrans ac [m]fugitiva *fui*, & istos quis educavit? en ego relicta fui sola, isti ubi nam fuerunt?

m Heb. recedens.

22 "Sic ait Dominus Jehova, ecce sustollam ad gentes "manum meam, & ad populos efferam vexillum meum; ut afferant filios tuos lacerto, & filiæ tuæ super humerum portentur:

23 Et

23 Et erunt Reges nutritii tui, & fœminæ principes eorum ⁿ nutrices tuæ vultu in terram *demisso* incurvabunt se tibi, ° pulverémque pedum tuorum lingent: ut experiaris me esse Jehovam, non erubescere eos qui exspectant me.

ⁿ Heb. lactantes te.

24 ° An auferretur a robusto captura? an etiam captiva turba ° justi eriperetur?

25 Quin sic ait ° Jehova, imò turba captiva robusti auferetur, & captura ° violenti eripietur: nam adversus contendentes tecum ego contendam, & filios tuos ego servabo:

26 ° Efficiámque ut comedant oppressores tui suam ipsorum carnem, & velut musto sanguine suo inebrietur; ut agnoscant ° omnis caro, me Jehovam esse servatorem tuum, & vindicem tuũ, robustũ *Deum* Jahhakobi.

ANNOTATIO.

1 *Auscultate*] Cùm Propheta inde a capite 40. duos consolationis locos sibi proposuerit explicandos, unum de reversione Judæorum ex captivitate Babylonica, alterum de instauratione Ecclesiæ per Christum, nunc demum incipit Propheta speciatim hunc secundum locum exponere, & in eo argumento pergit ad finem usque prophetiæ. Hoc autem caput quædam est veluti præfatio, ac potius summum argumentum eorum quæ sequuntur omnium: nam primùm Christus per Prophetam omnes nationes vocans, sibi conciliat autoritatem a narratione vocationis suæ, 6. versibus; deinde promissiones sibi & Ecclesiæ factas, ad finem usque capitis: in quibus argumentis duobus tota prophetia reliqua consumitur. Ac in vocatione quidem explicatur vocatio Christi a Deo Patre ad sanctam illam functionem Mediatoris inter Deum & Ecclesiam ipsius, duobus versibus, deinde ostenditur ex quibus Ecclesia sit vocanda per Christum, versibus quatuor. *E longinquo*] id est, quamvis longè abfitis usque ad extremas terras. *Vocaverat me*] id est, vocavit ab æterno, ac proinde jam vocaverat cùm in utero matris conciperer. Est enim Christus semen illud benedictum, in quo salus ab æterno constitit Ecclesiæ, & promissiones salutis factæ sunt, Galat. 3. 16. idque ex vocatione Dei Patris, Hebr. 5. 4. & 5. *Memoriam constit.*] ut Genes. 3. 15. 2 *Et disposuit*] id est, armavit me verbo suo efficacissimo, quod cum gladio & sagitta acutissima comparatur, adjunctis promissionibus de defensione mei & ministerii: vide Ephes. 6. 17. Hebr. 4. 12. & Apocalyps. 1. 16. *Sagittam*] ut Psal. 45. 6. 3 *Servus meus es*] ut suprà 42. 1. *Israel est*] id est, jubeo te primùm Israëli proponere verbum gloriosum meum, & in Jehudæis primùm gloriam meam explicare: ut Matthæi 10. 6. & 15. 24. Actor. 13. 46. & 28. 25. & sequent. 4 *Frustrà laboro*] id est, non audit, neque accipit verbum Israël. *Verumtamen*] amplificatio indignitatis a testimonio conscientiæ, & Dei ipsius in conscientia: ego, inquit Christus, totas vires meas consumpsi in Judæis informandis: Deus Pater testis est, & testificatur conscientiæ meæ, qui solus officium & opus meum optimè cognovit. 5 *Nunc autem*] videlicet cùm omnibus meis viribus apud Judæos consumptis expertus est illorum contumaciam Deus. *Formaverat me*] id est, æterno decreto suo comparaverat, ut suprà ver. 1. *Non reciperet se*] ad Deum vocantem Judæos per Evangelium Christi. *Quia gloriosus*] id est, quia Pater amat Filium, & omnia tradidit in manus illius; non autem eum contemnit, quod perversi Judæi faciunt: ac proinde non vult ferre ut ministerium filii sui inutile sit atque inglorium: sicut parabola ostenditur Matth. 22. 6 *Levior videris*] Judæis videlicet, ut explicat sequens versus. *Custoditos*] id est, quos ego singulari studio custodiveram hactenus, veluti peculium præ omnibus aliis populis, & tanquam pupillam oculi: Deuteron. 32. 10. *In lucem gentium*] id est, ut perfundas omnes gentes illustratione tui Evangelii, ut suprà 42. 6. vide Actor. 13. 46. 7 *Sic ait Jehova*] altera pars capitis, propositio nimirum evangelicarum promissionum, primùm erga Christum, usque ad versum 14. deinde erga Ecclesiam in Christo, ad finem usque: quæ duo membra prolepticè hoc versu continentur. *Israelis*] id est, electorum Dei. *Ei quem*] id est Christo, quem quisque ex Judæorum gente spernit, abominatur, ac velut in durissimam servitutem cogit. *Dominantium*] Judæorum videlicet, qui sibi dominatum confingebant etiam in servitute gravissima, & libertatem sibi asserebant, ut Joan. 8. 33. *Qui fidelis est*] id est, verax & constans in promissis præstandis, ut 1. Corinth. 1. 9. 8 *Sic ait Jehova*] explicatio prioris promissi in Christum; nimirum fore ut in Christo habeatur reconciliatio ex fœdere, hoc versu; remissio peccatorum & liberatio, sequen. versu; omnis benedictio depellens mala, & bona conferens, ver. 10. & 11. mirifica electorum ad ipsum concursatio, ver. 12. denique rerum creatarum omnium gratulatio, ver. 13. *Tempore accepto*] quo benevolentia & salus Dei promulgata est per Evangelium, 2. Corinth. 6. 2. *Fœdus populi*] id est, ut sis reconciliationi ex fœdere: sic Danijel. 9. ver. ultimo. *Terram*] id est Ecclesiam, & illius habitationem, synecdochicè. 9 *Vinctis*] ut suprà 42. 7. *Per vias pascent*] id est, ubique occurrent ipsis benedictiones Dei, hîc & versibus duobus sequentibus: quæ benedictiones allegoricè figurantur, sumptis similibus a tempore liberationis Ægyptiacæ. 11 *Emineant*] nimirum quos Christus e vinculis satanæ & potestate tenebrarum extraxerit. 12 *A terra Sinaor.*] id est, meridiem versus, quam in partem Sinæi terminum Judææ constituebant, Genes. 10. 17. desertúmque Sinis, & mons Sinaï spectabant, Exodi 16. 2. 13 *Cantate cœli*] id est, vos res omnes creatæ gratulamini Christo, & filiis Dei vindicatis in libertatem gloriæ, Roman. 8. 19. & sequentib. 14 *Quod si dicat*] transitio ad alterum promissionum Evangelicarum caput, quæ sunt de studio Dei erga Ecclesiam, usque ad versum 17. & de propagatione & multiplicatione illius, usque ad finem. Transitur autem per occupationem;

cupationem. 15 *An oblivisci*] responsio ad præcedentem occupationem a comparatione minoris. *Etiam hæ*] hypothesis ad amplificandum studium Dei in Ecclesia. 16 *In manibus*] id est, semper obversaris mihi, & nunquam desino curare te; ut Psal. 121. 4. humanitus dictum. 17 *Filii tui*] id est, qui tibi gignentur in Christo per semen incorruptum verbi: jam enim hoc versu transitur ad multiplicationem Ecclesiæ, quæ illustratur per hypotyposin, sequen. versu; deinde exornatur, tribus. 19 *Cùm*] id est, quando terram totam quæ nunc vastata est, &c. occupabis, tamen tanta futura est multitudo filiorum Dei, ut vix possit capere omnes terra: hyperbole. *Qui absorbebant*] id est, vastatoribus tuis, ut suprà ver. 17. vide Psal. 124. 3. 20 *Filii orbitatis tuæ*] id est gentiles, qui tibi agnascentur cùm Judæis orbata fueris. 22 *Sic ait*] ὑποφορὰ sive subjectio, qua Deus respondet præcedenti admirationi Ecclesiæ, & docet se ex quavis gente illi conciliaturum liberos, alumnos, &c. *Manum meam*] cum vexillo Evangelii, quod est potentia Dei ad salutem cuivis credenti; Rom. 1. 16. hæc autem omnia allegoricè dicuntur de amplificatione regni spiritualis Christi, ut Prophetæ solent. 23 *Incurvabunt se tibi*] id est, honorem exhibebunt Christo in te habitanti velut capiti tuo (ut Psal. 72) & re in Christo honorabunt. *Pulverem*] ut Psal. 72. 9. 24 *An auferretur*] inquient Gentes & prædones omnes expilantes Ecclesiam, quorum sermonem anticipat Deus. q. d. ludificantur hostes Ecclesiæ promissiones meas duobus argumentis; tum quòd sibi numeris omnibus videntur valentiores esse, tum quòd justo bello Ecclesiam sibi subjectam & mancipatam putant, ut suprà 45. 9. & seq. sed ad hæc argumenta respondetur versibus seq. *Justi*] mancipis & possessoris: nam etsi Deus populum suum & filios suos vocet, tamen hoc semper sibi arrogant adversarii, ut justi sint illorum domini: sic duobus argumentis utuntur, potentiæ suæ, & juris. 25 *Jehova*] Deus æternus, ac proinde infinitè omnes hostes superans potentia sua: sic respondetur priori objectionis argumento. *Violenti*] ac proinde non justi domini, quod hostes de se prædicant: responsio ad posterius argumentum. Hæc autem responsionis membra deinceps exornantur, hoc & seq. versu. 26 *Efficiam*] id est, committam ipsos inter se, ut talionis pœnas inferam ipsis, & quemadmodum carnem & sanguinem tuum exhauserunt, sic etiam alii ab aliis consumantur. *Omnis caro*] id est, omnes homines, etiam impii & adversarii.

Caput L.

Christus Iudæorum Ecclesiam sibi adversantem objurgans ostendit Deum nihilominus fœdus suum erga ipsam integrum conservasse potentia sua, ac proinde se a Patre vocatum atque missum esse ut eam constanter vocet ad resipiscentiam: itaque contumacibus denuntiato gravi judicio, resipiscentes confirmat de gratia Dei ex fœdere, & gentium exemplo provocat ad fidem & patientiam: deinde Ecclesiam fessam afflictionibus & invocantem se confirmat Deus, & consolatur promissionibus perficiendis in adventu suo.

a Heb. abscissionis: ut Deut. 24. 1.

Sic ait Jehova, ubi *est* libellus[a] repudii matris vestræ quo dimiserim eam? aut quis *est* ex creditoribus meis cui vendiderim vos? en iniquitatibus vestris venditis vos, & defectionibus vestris dimittitur mater vestra.

b Heb. abbreviãdo abbreviata est. *c Heb.* a redemptione.

2 Quamobrem cùm venio, nemo adest? cùm voco, nemo respondet? an[b] ullo modo brevior est manus mea quàm ut redimat? & an nullæ sunt in me vires ad eripiendum? en[c] increpatione mea exsicco mare, dispono flumina *in* desertum, fœtet multitudo piscium eorum mortua siti, eò quòd desit aqua:

3 Induo cœlos atrore, velut cilicium pono operimentum eorum.

d Heb. eruditorum. *e Heb.* tẽpestivare, ut ita dicamus. *f Heb.* singulo manè singulo manè.

4 Dominus Jehova dedit mihi linguam[d] eruditissimam, ut sciã[e] tempestivè eloqui defesso verbum: excitat[f] uno quoque manè, excitat mihi aurem ad audiendum ut *audiuntur* eruditissimi.

5 Dominus Jehova aperit mihi aurem, & ego non rebello, retrorsum non averto me.

6 Corpus meum expono percussoribus, & malas meas depilãtibus; faciem meam non abscondo a contumeliis & sputo.

7 Quia Dominus Jehova auxiliatur mihi, ideò non afficit me ignominia: idcircò compono faciem meam tanquam silicem, quia novi fore ut non pudefiam.

8 Propinquus

8 Propinquus est qui justificat me, ᵉ quis contendat mecum? consistamus unà: quis ᵍ experiatur jure contra me? accedat ad me.
9 En, Dominus Jehova auxiliaturus est mihi, quis est condemnaturus me? en; omnes isti ut pannus veterascent, tinea consumet eos.
10 ᵉ Quis est inter vos timens Jehovæ, auscultans voci ᵉ servi ejus? qui ambulat ᵉ in tenebris, cui nullus est splendor, confidat nomini Jehovæ, & innitatur Deo suo.
11 ᵉ En vos omnes accedentes ignem, circumcingentes malleolis: ᵉ ite in focum ignis vestri, & in malleolos quos succendistis; e manu mea est ᵉ hoc vobis, in dolore jacebitis.

g Heb. Dominus causæ meæ.

CAPUT LI.

1 AVSCVLTATE mihi sectatores justitiæ, quærentes Jehovam; intuemini in ᵉ rupem *unde* excisi estis, & in
2 cavum ᵃ foveæ *unde* effossi estis.
Intuemini in Abrahamum patrem vestrum, & in Saram quæ peperit vos: cùm unicum evocans eum benedixerim ei, & multiplicaverim eum.
3 ᵉ Nam consolabitur Jehova Tzijonem, consolabitur omnes vastitates ejus, & disponet desertum ejus tanquam ᵉ Hhedenem, & solitudinem ejus tanquam hortum Jehovæ: gaudium & lætitia invenietur in illo, gratiarum actio & vox ᵇ psalmodica.
4 ᵉ Attendite ad me populo mi, & natio mea ad me aurem advertite: nam doctrina a me prodibit, & jus meũ in lucem populorũ ᶜ collocabo.
5 ᵉ Propinqua *est* justitia mea, prodibit salus mea, & brachia mea populos judicabunt: in me insulæ exspectationem habebunt, & brachium meum exspectabunt.
6 ᵉ Attollite in cœlum oculos vestros, & intuemini in terram deorsum; cœlos velut fumum evanituros esse, & terram ut pannum veteraturam, habitatoresque ejus similiter morituros: salus verò mea in seculum erit, & justitia mea non atteretur.
7 ᵉ Auscultate mihi qui agnoscitis justitiam, populo in quorum ᵈ animo doctrina mea *est*; ne timetote probrum mortalis, & præ contumeliis istorum ne consternamini.
8 Nam quasi pannum exedet eos tinea, & tanquam lanam exedet eos blatta: justitia autem mea in seculum erit, & salus mea ᵉ in omnes generationes.
9 ᵉ Evigila, evigila, indue robur, brachium Jehovæ; evigila ut diebus ᶠ priscis, *in* generationes æternas: an non tu illud es quod concidit ᵍ Ægyptum, *quod* dolore affecit ᵉ balænam?
10 An non tu illud es quod exsiccavit mare, aquas abyssi magnæ: quod disposuit profunditates maris *ut essent* via qua trãsirent vindicati?

a Heb. cisternæ.

Genes. 11. & seq.

b Heb. psalmodiæ.

c Heb. faciã ut quiescat.

d Heb. corde.

e Heb. in generationem generationum.

f Heb. antiquitatis, generationes seculorum.

g Heb. Rahab: ut Psal. 87. 4. Exodi 7. & seq.

11 "Ita redempti Jehovæ revertantur, & ingrediantur Tzijonem cum
h Heb. seculi. cantu, lætitiaq; [h] perpetua super caput suum: gaudium & lætitiam assequantur, fugiant mœror & gemitus.

12 "Ego ego ipse sum consolator vester: "quæ es tu quòd timeas a mortali morituro, & a filio hominis *qui ut* fœnum reddetur:

13 Quòd "obliviscaris Jehovæ opificis tui, qui extendit cœlos & fundavit terram, paveasque jugiter quotidie propter æstum ejus qui angustia afficit, "quasi comparet se ad perdendum? & "ubi *est* æstus ejus qui afficit angustia?

i Heb. festinabit: ut 1. Reg. 22. 9. 14 [i] Festinanter educet peregrè vinctum, *qui* solvendus est: non morietur in ista fovea, neque deficietur pane suo.

15 "Atqui ego sum Jehova Deus tuus, qui" disrumpo mare cujus fremunt fluctus: Jehova exercituum nomen *est* ipsi.

16 Qui indidi verba mea ori tuo, umbra manus meæ tegens te; "me plantaturum cœlos, & fundaturum terram, & dicturum Tzijoni populus meus es.

17 "Expergiscere, expergiscere, surge *urbs* Jeruschalaimorum; "quæ bibisti a manu Jehovæ poculum æstus ejus, "crassamentum, poculum
k Heb. horroris: sic v. 22. [k] horrificentissimum bibisti, exsuxisti.

18 "Nemo deducebat eam ex omnibus filiis quos pepererat, & nemo prehendebat manum ejus ex omnibus filiis quos educaverat.

19 "Duo ista obvenerunt tibi; "quis condoleret tibi? vastatio & contritio, fames que & gladius, "*per* quem consolarer te?

20 Filii tui defecti animo jacent in capite omnium platearum, ut bu-
l Heb. retis. balus "[l] irretitus; pleni æstu Jehovæ, increpatione Dei tui.

21 "Idcircò audi jam hoc, ô afflicta; & ebria, non autem ex vino.

22 Sic ait Dominus tuus Jehova, & Deus tuus, causam acturus populi sui: ecce recipio de manu tua poculum horrificentissimum, crassamentum, poculum æstus mei; non perges bibere illud ampliùs:

23 Sed ponam illud in manu affligentium te, "qui dicebant animæ tuæ, abjice te, ut transeamus: quibus exponebas tanquam humum corpus tuum, & tanquam plateam transeuntibus.

ANNOTATIO IN CAPVT L.

1 *Sic ait Jehova*] tota hæc concio (quemadmodum superiore capite diximus de sequentibus prophetiis omnibus) ad explicationem pertinet illius dicti quo utebatur Christus versu 4. Sunt autem partes illius quatuor: prima est contestatio, qua Christus in Judæos utitur usque ad versum 10. secunda, propositio reliquias Judæorum vocans ad resipiscentiam ut salvæ fiant, inde ad versum 9. sequentis capitis: tertia, oratio reliquiarum quæ sollicitè exspectaverant adventum Christi, usque ad versum 12. postrema, responsio Dei accipientis orationem Ecclesiæ, & promissa sua de integro confirmantis, inde ad finem usque. In hac porrò contestatione Christus Judæos evincit per complexionem, hoc modo: aut per te factum est ut te dimitterem, aut per me: per me autem minimè factum est; cùm neque officium meum, neque potentiam, neque voluntatem meritò desyderare possis: sequitur ergo hoc per te effectum esse propter peccata tua: quod posterius complexionis membrum sive dilemmatis, versu primo & parte secundi; prius verò sequentibus reliquis exponitur. *Ubi est libellus*] ut evidentior sit hæc argumentatio, ita conjungenda est cum sequente versu. miror me, ait Christus, cùm ad meos venio, a meis non recipi. Quid verò causæ est cur neque venientem admittatis me, neque respondeatis advocanti? an ego unquam dimisi, aut alienavi vos? neutrum profectò probabitis: sed quòd ita discessionem facitis a me, id planè acceptum ferendum est improbitati vestræ. Neutrum probaturos esse Judæos confirmat Deus ex ritu usitato legis: alienantur, inquit, ex lege liberi a patria potestate, cùm aut repudiatur mater propter adulteria cum ad-

cum adulterino semine, ut Hosche. 2. aut venduntur propter paupertatem liberi. ut Exodi 21. 7. horum autem neutrum factum, &c. *Iniquitatibus vestris*] id est iniquè facitis, estisque in me & in vos ipsos injurii; in me, quia jus meũ erga vos mihi adhuc servavi integrum; in vos autem, quia ipsi vobis abjudicatis libertatem filiorum Dei: ut si quis miser filius familiàs nulla necessitate pressus, & omnibus bonis a patre abundans, se ipsum certa malitia venderet. *Mater vestra*] id est Ecclesia Judæorum: sic enim totum corpus in scriptura solere appellari ostendimus Cantic. 7. 6. 2 *An ullo modo*] quasi dicat, sensistisne ullo pacto minutam esse aut potentiam meam; aut voluntatem erga vos? potentiam confirmat duobus versibus; de voluntate deinceps agit. *En increp.*] confirmatio potentiæ a priscis quibusdam exemplis; ad quæ iterum præstanda, cùm opus fuerit, tam potentem se esse confirmat Deus quàm olim fuit. *Exsicco*] ut Exodi 14. *Dissono*] ut Jehosch. 3. *Mortua*] ἀμπλοκὴν verborum evidentiæ causa transponimus. 3 *Induo*] ut Exodi 10. *Velut cilicium*] comparatio cœli atri & lugubris cum atratis & lugentibus; quomodo fuit cœlum Ægyptiis luctificum, cùm nubes procederet inter castra Ægyptiorum & Jisraëlitarum, Exodi 14. 20. 4 *Dominus Jehova*] confirmatio alterius partis, nimirum benevolentiæ Dei erga Ecclesiam Judæorum, ut diximus in versum 2. Deus, inquit Christus, tantopere vos amat ut jam mittat filium suum instructum rebus omnibus ad salutem vestram pertinentibus; spiritu & verbo, quod Pater suppeditat Filio, & Filius ab ipso accipit, hoc versu; obsequio, sequente versu; patientia, versu 6. & constantia fidei, versu 7. qua armatus Christus audacter lacessit omnes adversarios, versu 8. & 9. *Defesso*] ut Matth. 11. 28. *Excitat unoquoque*] id est, indesinenter me informat spiritu; non autem per momenta, ut omnes prophetas alios. *Ut audiuntur*] id est, ad studiosissimè & diligentissimè audiendum. 5 *Aperit mihi aurem*] id est, ad obsequium informat me, ut quæ audivi a Patre hæc loquar vobis, Joan. 8. 26. & exsequar voluntatem ejus qui misit me, perficiamque opus ipsius, Joan. 4. 34. 6 *Corpus meum*] id est, in obsequio ejus qui misit me perstо patientissimè, exinanio me, & submitto in omnia mala etiam iniquissima, factus obediens usque ad mortem crucis, Philip. 2. 7. & 8. *Percussoribus*] ut Joan. 19. 7 *Non afficit*] id est totam, quanta quanta est, nihili facio. *Compono faciem*] id est, obfirmo me adversus omnes injurias: simile est Jirmejæ 1. 18. & Jechezk. 3. 8. 8 *Quis contendat*] ut Joan. 8. 46. Hoc autem eodem argumento Paulus, ut strenuus miles & imitator Christi, utitur & utendum docet, Rom. 8. 33. & sequent. 10 *Quis est*] altera parte concionis, id est propositione, Christus primùm universè Ecclesiam Judæorum vocat ad fidem in verbum suum & resipiscentiam, hoc versu: deinde seorsim quasi distributa in duas classes Ecclesia, tum impios compellat, sequente versu: tum resipiscentes consolatur, principio capitis sequentis. *Servi ejus*] id est vocis meæ, qui sum servus Dei, ut suprà 42. 1. *In tenebris*] tum Pharisaicæ ignorantiæ in qua perierant oves Jisraëlis, tum calamitatum omnium, ut suprà 9. 2. 11 *En vos*] prius membrum propositionis: quo Christus primùm superbos illos Pharisæorum spiritus totamque penè Ecclesiam Judæorum evincit impietatis, quòd in tenebris illis spiritualibus se sibi accensuros lucem putaverint, & humanas traditiones tanquam malleolos comportaverint, neglecta luce verbi Dei & face Evangelii quam offerebat Christus: deinde sententiam ferit condemnationis, ut Joan. 9. 41. *Ite in focum*] quasi dicat, cum non acquiescatis igni sacro, pergitote in prophano vestro; sed perituri tamen, ut filii Aharonis, Levit. 13. sic obsignat Christus primùm obdurationem & excæcationem eorum, deinde æternam condemnationem. *Hoc*] nimirum excæcatio ad graviorem condemnationem, ut Matth. 13. 14.

In Caput LI.

1 *Auscultate*] posterius membrum propositionis, quo Christus resipiscentes Judæorũ reliquias consolatur & confirmat, propositis argumentis primùm spei, fideique certæ in gratiam Dei, usque ad versum 7. deinde patientiæ, v. 7. & 8. Ad ipsem autem & fidem comparat, partim recordatione Abrahami & Saræ, ac proinde promissionum fœderis ad ipsos natura pertinentium, tribus versib. partim exemplo gentium, quo Judæos provocat Deus ut percipiant efficaciam Evangelii, usque ad versum 6. partim a præstantia beneficiorum suorum, vers. 6. *Rupem*] id est, Abrahamum & Saram, ut sequente versu exegesis ostendit. Est autem hoc dictum allegoricè, sumtum a latomia sive lapicidina unde effodiuntur & eruuntur lapides, quemadmodum Propheta allegoriam fontis adhibuit suprà 48. 1. Hæc autem allegoria hic propterea ponitur, quòd magis cum argumento convenit: nam sic argumentatur Christus, promitto me consolaturum & instauraturum Ecclesiam, utcunque vastata sit ac penè nulla, versu 3. hoc autem ut facilius credatis, cogitate vos ex iis parentibus ortos esse qui nunquam genuissent liberos, nisi Deus potente verbo, tanquam malleo e rupe lapides, excidisset; ac proinde vos, qui in eodem fœdere estis, eandem virtutem Dei ejusdem experturos. 3 *Nam*] ætiologia, cur debeant pii respicere ad promissiones factas Abrahamo & ad historiam ejus: nam, inquit, si eò respicietis, eandem salutem consequemini, quæ allegoricè figuratur, hoc versu. *Hhedenem*] de quo Genes. 2. 8. 4 *Attendite*] secundum argumentum, quo Christus Judæorum Ecclesiam ad fidem hortatur, æmulatione & exemplo gentium, ut Deut. 32. 21. 5 *Propinqua est*] id est, jam propè est, cùm justitiâ meâ salutarem doctrinam meam, id est Evangelium, communicabo cum gentibus, & illæ acceptуræ sunt. 6 *Attollite*] tertium argumentum ad conciliandam fidem, a præstantia beneficiorum quæ promittit Deus: quæ beneficia amplificantur comparatione rerum creatarum omnium. 7 *Auscultate mihi*] secundum documentum, ad patientiam adversus momentaneas afflictiones & scandalum Evangelii Christi, ne Judæi boni & timentes Dei propterea animum abjicerent. 9 *Evigila*] tertia pars, oratio reliquiarum Ecclesiæ exoptantium adventum Christi & declarationem Evangelii ad salutem suam: quod optatum Ecclesia ab exemplis antegressis beneficentiæ Dei confirmat, hoc & sequente versu. *Balanam*] vide Psal. 74, 13. & 14. ubi habetur idem orationis genus.

11 *Ita redempti*] finis petitionis, Ecclesiæ salus, quæ iisdem verbis fuerat promissa, suprà 35. 10. 12 *Ego ego*] ultima pars, nimirum Dei responsio ad querimonias sanctarum reliquiarum Jisraëlis adventum Messiæ exspectantium; qua Deus eas consolatur, primùm confirmando a præsente metu per comparationem imbecillitatis hostium cum Ecclesiæ dignitate, & omnipotentia sua, versu 12. & 13. deinde a promissionibus restitutionis, versu decimoquarto, quibus postremò subjicitur sua exornatio, usque ad finem capitis. *Quæ es tu*] objurgatio lenis, qua Ecclesiam quasi labantem in tenebris revocat, tum ad agnitionem dignitatis ad quam electa & vocata fuerat a Deo, hoc versu, tum ad recordationem majestatis Dei, versu sequente: quorum neutrum ostendit Deus ab adversariis labefactari posse. quasi dicat, quid times? quin potius cogitas conditionem tuam, hostiumque tuorum, & recordatione Dei consolaris te? 13 *Quasi comparet se*] id est, quasi jam gladium strictum momentis singulis vibraturus esset in cervices tuas. *Ubi est æstus*] id est, etsi gladius strictus est in manibus ejus; quando percepisti adversarium agere omnia pro furore suo, neque potentia mea cohiberi? 15 *Atqui*] exornatio superioris reprehensionis, qua Deus eadem confirmationis argumenta amplificans a potentia sua, & dignitate Ecclesiæ, ex fœdere & promissionibus ejus, versu 15. & 16. excitat Ecclesiam ad spem præsen-

tissimam liberationis suæ, & ultionis de adversariis, versu 17. & sequent. *Disrumpo mare*] id est, nihil non possum ad liberandam Ecclesiam & profligandos hostes: alludit ad liberationes Ægypti. 16 *Meplantaturum*] id est, me instauraturum esse omnia per Christum pro Ecclesia mea, ut copiosiùs promittitur infrà 65.17. & 66.22. 17 *Expergiscere*] hypotyposis promissionum Dei de salute Ecclesiæ & hostium internecione, amplificata per antithesin præcedentium Ecclesiæ calamitatum. *Quæ bibisti*] id est, afflictiones gravissimas perpessa es: allegoria, ut Psalm. 75.9. & 80.6. & alibi passim. *Crassamentum*] sic interpretamur vocem Hhebræam; quia ipsa notatio vocis ostendit id tantùm significari, quod crassum & fæculentum est, atque ex liquidis potionibus excerni solet, colari, aut alio modo auferri: crapulam etiam appellat Plinius. 18 *Nemo deducebat*] id est, ab omnibus deserta erat, cùm ebria esset calamitoso poculo. 19 *Duo ista*] nimirum vastatio ex gladio, & contritio ex fame, quæ duo per ὑστέρωσιν inter se componuntur. *Quis condoleret*] nimirum hominum, præterquàm ego? ait Christus, quandoquidem ab exteris afflicta, a tuis deserta es. *Per quem*] alium præter me: respicit enim ad illud quod antè dixerat, ego ego ipse sum consolator vester, versu 12. 20 *Irretitus*] ac proinde omnino impotens sui. 21 *Idcircò*] alterum membrum antitheseos, cujus meminimus in versum 17. 23 *Qui dicebant*] id est, qui insolenter & thrasonicè conculcabant te.

CAPUT LII.

Deus Ecclesiam Iudæorum excitat ut se componat in adventum Christi, per quem ostendit sibi esse in animo eam liberare: liberationis causas exponit, gloriam suam, & jus in Ecclesiam, gratuitamq́, benevolentiam: tum rationem salutis suæ explicans proponit summam doctrinæ Evangelicæ de fide & resipiscentia, quam doctrinam percipientes ostendit servatum iri perpessionibus & gloria consequente Christi.

1 "VIGILA, evigila, "indue robur tuum, ô Tzijon: "indue vestes ornatus tui Jeruschalaimorum civitas "sancta. nam "non [b] perget invadere te amplius "præputiatus & immundus.

2 Excute te ipsam e "pulvere, surge, sede *urbs* Jeruschalaimorum: [c] explica te e "vinculis colli tui, ô captiva filia Tzijonis.

3 "Nam sic ait Jehova, "gratis vendidistis vos: & [d] sine pecunia vendicabimi.

4 "Nam sic ait Dominus Jehova, "in Ægyptum descenderat populus meus [e] olim "ad peregrinandum illic: "Assyrius quoque" pro nihilo oppressit eum.

5 "Nunc autem, quid mihi hîc *est*? dictum Jehovæ: "nam captus est populus meus gratis; "dominatores ipsius ejulant, dictum Jehovæ; & jugiter quotidie nomen meum irritatur.

6 Idcircò experietur populus meus "nomen meum: idcircò, *inquam*, illo ipso die "me illum qui loquitur, ecce adesse.

7 "Quàm decentes sunt "super istos montes pedes evangelizantis, pronuntiantis pacem, evangelizantis bonum, pronuntiantis salutem: dicentis Tzijoni, regnat Deus tuus!

8 Vocem speculatores tui, attollunt [f] vocem, pariter cantant: se [g] oculis suis videre coràm, cùm "reducit Jehova Tzijonem.

9 "Fragorem edite, cantate pariter " vastitates Jeruschalaimorum: quia consolatur Jehova populum suum, vendicat Jeruschalaima:

10 "Nudat Jehova brachium sanctitatis suæ ante oculos omniũ gentium, ut videant omnes fines terræ salutem Dei nostri.

11 Discedite, discedite, exite "illinc, immundum ne attingitote: exite e medio istius; purgate vos "portantes vasa Jehovæ.

12 Nam "non festinatione exibitis, neque fuga proficiscemini: quia "præiturus

a *Heb.* sanctitatis. b *Heb.* invadet.

c *Heb.* solve te.

d *Heb.* no argento.

e *Heb.* in principio.

f *Heb.* vocẽ speculatorũ tuorum, ut docent distinctiones.

g *Heb.* oculo ad oculum videre, id est cominus, evidẽtissimè, ut Numer. 14.14.

[a] prælturus est vobis Jehova, & [b] extrema acies vestra erit Deus Jisraëlis.

13 [c] Ecce prosperabitur [d] servus meus; extolletur, & elevabitur, & altus erit valde,

14 Cùm obstupuerint [e] de te multi, dicentes: adeò corruptum esse præ ullo aspectum istius, & formam istius præ filiis hominum.

15 [f] Ita persperget *stupore* gentes multas, propter eum [g] obdent Reges os suum: quando [h] quod non narratum fuerat eis, [i] videbunt, & quod non audierant animadvertent.

[b] *Heb.* colligens vos: vide Numer. 10.25.

ANNOTATIO.

1 [a] *Vigila*] Postquam Deus reliquias Judæorum promissionibus consolatus est, nunc demùm per Prophetam velut in rem præsentem adducit, hoc capite; & Ecclesiam ad præsentem Christum Evangeliumque ipsius percipiendum hortatur. Sunt itaque hujus capitis duæ partes: prima est hortatio ad excipiendum grato animo Christum, & salutem ejus ex consilio quod cepit Deus de Ecclesia liberanda per Christum, usque ad versum 7. secunda, descriptio Ecclesiæ qualis fuit in adventu Christi, a persona ministrorum ejus & ministerio. *Induere robur*] id est confirma animum, quem abjecisse videbaris, suprà 51.9. *Induere vestes*] id est depone luctum, & ad lætitiam te compara in adventum sponsi tui. *Non perget*] id est, jam tibi affertur salus sempiterna, vacua omnibus incommodis. *Præputiatus &*] id est, quisquis adversatur sanctitati aut saluti tuæ, synecdochicè a ritibus legis.

2 *Pulvere*] id est luctu, qui agitabatur in pulvere: ut Ijobi 1.20. & 2.8. & 12. *Vinculis colli*] id est, servitute spirituali: ut Lucæ 1.74. 3 *Nam sic ait*] ætiologia lætitiæ, a consilio Dei quod mox efficiendum prædicatur. *Gratis*] id est, ego qui sum Dominus vester nullum pretium accepi cùm venderemini, ut Psalm. 44.13. & suprà 50.ac proinde rem venditam meo jure recepturus sum. 4 *Nam sic ait*] explicatio consilii, quod Deus paucis propoſuit, præcedente versu. *In Ægyptum*] oratio ἀναντιπόδοτος, cujus utraque pars terna membra complectitur, hoc modo: in Ægyptum venit populus, Ægyptius de nihilo oppressit, ego oppressum liberavi: de Assyrio itidem, in Babyloniam abductus est, de nihilo oppressit Babylonius, & similiter liberavi: quorum exemplorum subjicitur accommodatio sequente versu: *Ad peregrinandum* ut Genes. 47.4. *Assyrius*] id est Babylonius, qui idem fuit Rex Assyriorum: nam etiam Babylonia omnium historicorum consensu olim habita est pars Assyriæ. *Pro nihilo*] id est gratis, sine pretio (ut dixi præcedente versu) illo tanquam suo mancipio abusus est. 5 *Nunc autem*] accommodatio exemplorum antecedentium ad conditionem Judæorum misere servientium satanæ & peccato cùm adventaret Christus: nihil amplius, inquit, mihi accessit ex ista Judæorum alienatione, quàm ex superioribus: quamobrem cùm non vendiderim eos, aut nullum venditionis pretium acceperim, meos esse confirmo, & pro meis vendicaturus sum, hoc & seq. versu. *Nam captus*] exornatio præcedentis dicti, nihil amplius inde obvenire Deo, per antithesin: primùm enim, inquit, nihil accepi; deinde verò, quod est indignius, non tantùm non accepi, sed injurias patior in servis meis; atque adeò blasphemias in me ipsum, quod est omnium indignissimum. *Dominatores*] id est, qui servitutem cum cæteris serviunt. 6 *Nomen meum*] in Christo æterno æterni Patris filio, ut Exodi 23.21. *Me illum*] id est Christum, sermonem Dei Patris, qui Deus est patefactus in carne. 7 *Quàm decentes*] secunda pars capitis, qua Propheta rationem describit mirificæ liberationis quam consecutura est Ecclesia in Christo. Sunt autem istius rationis duæ partes summæ, quæ prolepticè hoc versu continentur: una est prædicatio Evangelii de regno Dei, quæ deinde exponitur usque ad versum 13. altera est ipsa constitutio regni in persona Christi quæ annuntiatur Evangelio, tribus versibus ultimis. Transitur verò ad sermonem hunc ex abrupto, perinde atque si piis confidentibus in summis tenebris lux repentè exoriretur, & conspicui fierent ministri Evangelii, ut suprà 9.2. *Super montes*] id est Judæa montosa, ut Exodi 15.17. 8 *Reducit*] id est, Christus instaurat Ecclesiam, allegorice. 9 *Fragorem edite*] forma prædicationis, qua usuri sunt præcones Evangelii in ipso adventu Christi: cujus duo sunt capita: unum est gloriatio fidei amplectentis beneficium Christi & omnem gloriam tribuentis Deo, duobus versibus. alterum est seria resipiscentia & sanctificatio nostri ipsorum secura in Domino, versu 11. & 12. *Vastitates*] id est, ô Ecclesia Dei, quæ prius vastata miserè & labefactata fuisti. 10 *Nudat*] id est, tanquam explicato brachio opus suum erga Ecclesiam efficit: metaphora ab opificibus in aliquid seriò incumbentibus. 11 *Illinc*] nimirum e vastitatibus, de quibus suprà versu 9. quasi dicat, eripite vos resipiscentia e tantis malis in quibus adhuc versati estis, & sanctificationi vestræ incumbite. *Portantes vasa*] id est Christiani omnes, quorum est regnum sacerdotale, qui sunt domus spiritualis, sacerdotium sanctum ad offerendum spirituales hostias acceptas Deo per Christum, 1. Petr. 2.5. & Apocalypseos 1.6. 12 *Non festinatione*] id est, cum triumpho provehemini e servitute ista in gloriam filiorum Dei: μέτωσις. *Præiturus*] id est ducturus, & omni ex parte conservaturus, quasi primam aciem & postremam ageret: metaphora a re castrensi, qua gloriam liberationis in Christo omnibus modis præfendam docet Ægyptiacæ. 13 *Ecce*] altera pars, de constitutione regni in persona ipsa Christi: qua exponit Deus finem quidem illius fore infinitam gloriam, sed præituras perpessiones & abjectionem maximam, 1. Petr. 1.11. sequente versu: ex quibus sequetur maxima piorum omnium admiratio, versu ultimo. *Servus meus*] Christus, ut suprà 42.1. 14 *Dete*] apostrophe ad Christum. 15 *Ita*] nimirum ex comparatione tantæ abjectionis & gloriæ Christi, & bonorum quæ hoc pacto nobis afferuntur admiratione. *Obdent*] id est non obloquentur; sed silentium præstabunt, dociles ad prædicationem Evangelii, ut Ijobi 29.9. *Quod non narrat.*] id est Evangelium, quod a temporibus æternis tacitum fuerat inter gentes, Rom. 16.25. *Videbunt*] id est, percipient oculis fidei.

Caput LIII.

Propheta Ecclesiæ Iudæorum objicit quòd præcedenti Evangelicæ prædicationi fidem non habeat: ac propterea historiam Christi elegantissimè explicans agnoscit duo quidem esse in Christo quorum nomine offensa est vetus Ecclesia, nimirum infirmitatem Christi, & scandalum crucis; sed adversus has offensionis causas Ecclesiam præmunit, docēs Christum & infirmitates & crucem ipsam subivisse propter nos, ac proinde vitam æternam ingressurum esse, & nobis benefacturum donec in eandem vitam perveniamus.

1 Quis credit [a]prædicationi nostræ: & [a] brachium Jehovæ in quo revelatur?

2 [b] Assurgit quidem [b] ut tenera planta coram [b] illo, & tanquam radix e terra solitaria: non est forma ei neque decor; & quando [b] intuemur eum, non *inest* aspectus cur desyderemus eum.

3 Contemptus & [c] abjectissimus virorum, doloribus affectus, & [c] familiaris morbo; & quasi [c] abscondens faciem a nobis, contemptus ita ut non æstimemus illum.

4 [c] Verumtamen [c] morbos nostros ipse pertulit, & dolores ipsos nostros bajulavit: quamvis nos æstimemus [c] eum plaga affectum, percussum [d] a Deo, & afflictum.

5 [c] Nam ipse dolore afficitur ex defectionibus nostris, atteritur ex iniquitatibus nostris; castigatio [c] pacis nostræ imponitur ei, & livore ejus fit curatio nobis.

6 Omnes nos, ut ovis erravimus, quisque in viam suam nos convertimus; & Jehova facit ut incurrat in eum [e] pœna omnium nostrûm.

7 [c] Exigitur *pœna*, & ipse affligitur, neque aperit os suum; ut parva pecus ad mactationem ducitur, & velut ovis coram tonsoribus suis obmutescit: neque aperit os suum.

8 [c] Per coarctationem & per judicium tollitur; at [c] generationem ejus quis enarraturus est? [c] nam exscinditur *quidem* e terra viventium, [c] ex defectione populi mei plaga est ipsi:

9 Qui *populus* exposuit [c] improbis [c] sepulchrum ipsius, & [c] divitii in [f] morte suam: [c] eò quòd non fecit violentiã, neq; est dolus in ore ipsius:

10 [c] At Jehova delectatus conterere ipsum, morbo affecit *dicens*; quandoquidem [c] exponit [g] se ipse [c] sacrificium pro reatu, [c] videbit semen, prolongabit dies: & delectatio Jehovæ [h] per eum prosperabitur.

11 [c] Exemptum molestia [i] seipsum videns satiabitur, cognitione sui [c] justificabit justus servus meus multos: quorum iniquitates ipse bajulaverit.

12 [c] Idcirco partẽ dabo ei pro multis, ut cum justis partiatur prædam: pro eo quòd profudit in mortem se ipsum, & cum defectoribus annumeratus est, & ipse peccatum multorum perferens pro defectoribus intercessit.

[a] *Heb.* auditioni.

[b] *Heb.* ascẽdit.

[c] *Heb.* defectus virorũ. vir doloris, & cognitus morbi.

[d] *Heb.* Dei.

[e] *Heb.* iniquitas.

[f] *Heb.* mortes suas.

[g] *Heb.* se reatũ anima ipsius: metonymia.

[h] *Heb.* per manũ ejus.

[i] *Heb.* animam suam: ut superiore ℣. & seq.

ANNO-

ANNOTATIO.

1 *Quis credit*] Postquam Propheta summam Evangelicæ prædicationis de regno Christi advenientis explicavit; nunc ostendit quomodo Evangelium Christi Judæis fuit scandalo, & scandalum illud anticipat, exponens historiam perpessionum Christi & consecuturæ gloriæ. Sunt itaque hujus capitis partes duæ: una est anticipatio, qua Prophe-ta per admirationem traducit Judæorum incredulitatem, prædicationem Evangelii quæ præcessit abdicantium, versu 1. altera, qua incredulitatis causas & remedia explicat per narrationem historiæ Christi, & consilii quod De-us inivit de Christo & Ecclesia ejus. *Brachium Jehovæ*] id est Evangelium, potentia Dei ad salutem credentibus; quod tectum est iis qui pereunt; ut ait Apostolus 2. Corinth. 4.3. 2 *Assurgit*] superiori anticipationi subjicit responsionem Propheta, ut Judæos præmoneret totamque Ecclesiam, ne unquam de Christo ex specie judicium fa-cerent, sed partim causas perpessionum, partim eventa observaret. Sunt ergo hujus responsionis præcipui loci duo: unus, quo opponit scandalo infirmitatis Christi facta potentiæ ejus miraculosissima, vers. 3. & 4. & scandalo per-pessionum Christi, vitiositatem nostram, cujus nomine Christus spondebat in judicio Dei, usque ad versum 8. alter, quo comparat cum aspectabili infirmitate & ignominia Christi certissimam justissimamque liberationem & glori-am ejus ex consilio Dei ad commune bonum totius Ecclesiæ, inde ad finem. Priore autem loco tenuitas, infirmitas & contemptus Christi exponitur, duobus versibus: causa verò, in versu 4. & sequentibus. quasi dicat, verum quidem est omnia ista quorum aspectu offendimini in Christo magna esse humanitus; sed quicquid infirmum est in ipso, a nobis est, a nobis suscepit, & nostra causa perlaturus est: quamobrem iniquum est nos de eo offendi qui fide jubet, p offensis nostris, easque præstat. *Ut tenera planta*] ut suprà 11.1. *Illo*] nimirum qui non credit prædicationi, sed Christi speciem ita observat ut offendat in eum, tanquam lapidem allisionis & rupem offensionis, ut suprà 8.14. *Intuemur eum*] secundum carnem. 3 *Familiaris morbo*] id est, continenter versans in difficultatibus rerum, & omni infirmitate humana, excepto peccato. *Abscondens faciem*] id est quasi leprosus, ab hominum consortio separatus, & faciem obvelans, ex lege Levit. 13.45. 4 *Verumtamen*] remedium scandali quod percipitur ex in-firmitate Christi, hîc exponitur, ut diximus in versum 2. quòd in ea tamen infirmitate ediderit palàm mirifica majes-tatis divinæ documenta curandis hominibus. *Morbos nostros*] id est, omnes infirmitates nostras: ut exponitur Matth. 8.17. *Eum*] non autem nos in ipso. 5 *Nam ipse*] ἐργάτια præcedentis dicti, propter nos Christum affici, duobus modis; primùm quòd peccata nostra tollit, deinde quòd pax nostra est, & nos reconciliat Deo per cru-cem ipsius, Ephes. 2.14. *Pacis nostræ*] id est, pacem nobis conciliatura cum Deo, & prosperitatem omnem com paratura, quas alioqui amiseramus, ut seq. versu exponitur. 7 *Exigitur pœna*] videlicet iniquitatum nostrarum omnium, ut proximè dictum est. 8 *Per coarctationem*] alterum membrum respõsionis, quod per prolepsin hoc versu positum, sequentibus ordine exponitur: quasi dicat Propheta, verum quidem est vos non tantum infirmitate illa offendi quæ videtur in Christo, verùm etiam maximè ignominioso judicio & morte ipsius: sed non satis est ad præsentem istius constitutionem respicere: quin potius introspiciendus est eventus ille glorioſus ex consilio Dei, qui exponitur inde a vers. 10. Nam coarctationis nomine omnes angustiæ, injuriæ, contumeliæ, verbera, mala denique omnia intelligenda sunt, quæ tum a Judæis, tum a gentibus perpessus est. *Generationem*] id est æternitatem, si-ve tempus quo perduraturus est Christus: nam his verbis inest antithesis. Est quidem sublatus, inquit Propheta; sed ab hac mortali vita in immortalem transmissus, nec jam mori potest, aut mors ultrà ei dominabitur. *Nam ex-send.*] exornatio præcedentis antitheseos, cujus prius membrũ, hoc & seq. versu; posterius, tribus ultimis exponitur. *Ex defectione*] id est, per improbitatem Judæorum, qui deficientes a Deo ex definito consilio & providẽtia ejus præ-diderunt & abnegarunt Christũ in conspectu Pilati: ut loquitur Petrus Actor. 2.22. & 3.13: hæc ut ita accipiam* effi-cit sequentis vers. comparatio. 9 *Improbis*] id est gentibus, quæ olim improborum nomine solebant designari, ut Act. 2.23. quemadmodum etiam gentiles dicuntur peccatores Galat. 2.15. *Sepulchrum*] id est crucifigẽdum, crucidandum, & sepeliendum ipsum, synecdochicè. *Diviti*] id est, Pontio Pilato præsidi Judææ, idque in mor-tem suam, id est, ea lege ut sanguis ipsius super populum & super filios ejus recideret & reposceretur a Deo, si quid ea in re peccatum esset: ut Matth. 27.25. quamobrem etiam Propheta mortes dixit plurali numero. *Eò quòd*] id est, quia non poterant ferre justitiam, integritatem, & simplicitatem factorum & dictorum ejus: ut Christus ipse Ju-dæis objicit Joan. 10.32. 10 *At Jehova*] exornatio alterius partis prolepseos, de qua vers. 8. *Exponit*] ut Ga-lat. 2.20. *Sacrificium*] ut 2. Corinth. 5.21. & 1. Petr. 2.24. *Videbit semen*] id est filios Dei, quos genituras est in Ecclesia semine incorrupto verbi. 11 *Exemptum*] id est, cùm declaratus filius Dei per resurrectionem ex mortuis ascendet in cœlos, tum ipse perfectissima gloria & bonis cumulabitur sedens ad dextram Dei Patris omni-potentis, tum in alios profundet dona sua, ut ostendit Paulus Ephes. 4.7. & seq. sic Psal. 16. *Justificabit*] ut Rom. 3.26. 12 *Idcircò*] nimirum ut plenam salutem Ecclesiæ comparare possit, delendo peccata in cruce, & justiti-am cum suis communicando. Est autem hîc alterum argumentum amplificans gloriam Christi; quòd ut efficiat ea quæ antè dicta sunt, Deus Pater illum omnibus donis instructurus est quæ fuerint opus.

CAPUT LIIII.

Propheta exposita Christi historia orationem convertit ad Ecclesiam ejus, docens fructus quos ab eo perceptura est: itaque promissiones Evangelicas propheticis figuris explicat, de propagatione & universitate Ecclesiæ, peccatorum remissione, reconciliatione & gratia, gloriaq; & salute æterna in Christo.

1 CANTA * sterilis *quæ* non parit, fragorem ede cantu, & claram ede vocem *quæ* non dolet: nam plures *futuri sunt* filii * desolatæ quàm filii * conjugatæ, ait Jehova. Galat. 4.27.

2 *Dilata locum tentorii tui, & aulæa habitaculorum tuorum, *extendantur, ne cohibeto: prolonga funes tuos, & clavos tuos confirma. * Heb. extendant: impersonaliter.

3 Nam dextrorsum & siniſtrorsum prorumpes: & ſemen tuum gentes hæreditariò poſſidebit, ac civitates deſolatas efficient habitabiles.

4 'Ne timeto, quia non erubeſces; & ne ignominia confuſa eſto, quia non pudebit te: ſed verecundiæ adoleſcentiæ tuæ obliviſceris, & probri viduitatis tuæ non recordaberis amplius.

b Heb. conjuges tui factores tui: de ſancta trinitate dictũ. 5 Nam 'conjunx tuus *erit* opifex tuus, cujus nomẽ Jehova exercituum: & vindex tuus ſanctus Jiſraëlis, "Deus totius terræ, vocabitur.

c Heb. ſpiritu. 6 Nam ut "uxorem derelictam & dolentem 'animo revocat te Jehova: & uxorem adoleſcentiæ, quamvis "ſpreta ſis, ait Deus tuus.

7 Ad momentum parvum dereliqueram te, ſed miſerationibus "magnis congregabo te.

8 Pauculo fervore 'abſconderam faciem meam momento a te: ſed benignitate 'ſempiterna miſereor tui, ait vindex tuus Jehova.

d Heb. ſeculi. Geneſ. 8. 21. & 9. 9. & ſequent. 9 Nam *ut* aquæ Noachi hoc mihi *eſt*, qui juravi non tranſituras aquas Noachi amplius "ſuper terram: ſic juro, fore ut non effervescam contra te, & non increpem te.

10 Quamvis hi montes recederent, & hi colles dimoverentur: attamen benignitas mea a te non recedet, & fœdus pacis meæ non dimovebitur, ait miſerator tuus Jehova.

11 'O afflicta, procellis agitata, conſolatione deſtituta: ecce ego collocaturus ſum cum 'ornamento lapides tuos, & fundaturus te ſapphiris.

e Heb. fuco: at 1. Chron. 29. 2. 12 Et diſponam 'pyropo ſpecularia tua, & portas tuas lapidibus carbunculi; denique totum terminum tuum lapidibus *f* delectantibus.

f Heb. delectationis. *g Heb.* edocti Jehovæ: Joan. 6. 46. 13 "Et omnes filii tui *g* edocti erunt a Jehova, amplaque pax filiorum tuorum.

14 Juſtitia ſtabilieris: procul eſto 'ab oppreſſione, quia non timebis; & a terrore, quia non appropinquabit ad te.

h Heb. en habitando habi abit nullus. 15 *h* En, nullus omnino habitabit a me; qui habitans apud te, in te irruat.

16 'En ego creavi fabrum ſufflantem in ignem prunarum, & proferentem inſtrumentum ad opus ſuum; ſimiliter ego creavi interfectorem ad perdendum.

17 "Nullum inſtrumentum formatum contra te proſperabitur, & omnem linguam inſurgentem contra te in jus condemnabis: "hæc eſt poſſeſſio ſervorum Jehovæ, quorum juſtitia eſt ex me; dictum Jehovæ.

ANNOTATIO.

1 *Canta*] Explicatis perpeſſionibus & gloria conſequente Chriſti, nunc demum Propheta ad Eccleſiam Chriſtianam ſermonem habet; ut quæ filios Dei in Chriſto eſſet genitura; quia Chriſtus Eccleſiæ veteri ſive Judæorum ſynagogæ erat ſcandalo, ut ſuperiore capite dictum eſt; ac proinde hæc filios ex carne tantùm, non ex promiſſione gignebat Deo. Sunt autem in hoc capite tres promiſſiones Evangelicæ, quæ fiunt Eccleſiæ: prima eſt, de multiplicatione & propagatione Eccleſiæ per totum orbem terrarum, tribus verſibus. ſecunda eſt de redintegrando Dei fœdere in remiſſionem peccatorum, & gratuitam reconciliationem vel gratiam æternam, uſque ad verſum 11. tertia eſt de tradenda gloria & ſalute cum hoſtium excidio conjuncta, ad finem uſque. *Sterilis*] id eſt ſublimis Jeruſalem, Eccleſia libera, mater omnium noſtrûm, quæ non ſecundum carnem gignit, ſed ſecũdum ſpiritum ex fœdere & promiſſionibus in Chriſto. Sic autem appellatur Eccleſia Chriſtiana reſpectu Eccleſiæ veteris, quæ uſque ad tempora Chriſti fuerat conjugata Deo, & filios ſecundum carnem genuerat. *Deſolæ*] id eſt, Eccleſiæ illius ſterilis, quæ in adven-

in adventu Christi desolata erat & destituta liberis, ut suprà dixerat 52.18. *Conjugata*]id est veteris Ecclesiæ, cui se Deus sacro connubio junxerat, ut indicatur infrà versu 5.& 6. 2 *Dilata*]id est, ex Ecclesia singulari Judææ fies catholica sive universalis: allegoria, quam sequens versus explicat. 4 *Ne timeto*] secundus promissionum Evangelicarum locus, de peccatorum remissione, hoc vers. reconciliatione, duobus seq.& gratia æterna, a versu 7. ad 11. 5 *Deus totius terræ*] ac non Judæorum tantùm, ut dicebatur priùs. 6 *Uxorem derelictam*]videlicet quæ jam longo intervallo non gignebat ex promissione filios, sed tanquam sterilis spernebatur a synagogâ, ut ℣.1. *Spreta sis*]ex sterilitate, quæ olim probrosa habebatur. 7 *Magnis*]id est æternis, ut exponitur seq. versu. 8 *Absconderam faciem*]id est, sterilem & desolatam reliqueram te, humanitus pergit in allegoriâ. 9 *Super terram*]totam videlicet, ad perdendum omnia. 11 *O afflicta*]tertius promissionum locus de gloria & salute Ecclesiæ, quæ per allegorias & hyperbolas exprimuntur. 12 *Pyropo*]Hhebræam vocem adducti notatione ipsius sic interpretamur hoc loco, & Jechezk. 27.16. 13 *Et omnes*]vide suprà 11.9. 14 *Ab oppressione*]id est, ab omni oppressionis metu abesto animus tuus. 15 *Nullus omninò*]id est, neque ego ipse angustiis sum affecturus te, neque alios perpessurus; sed impediturus potentiâ meâ, quæ deinceps confirmatur. simili argumento se ipsum confirmat Christus in sua functione, suprà 51.7.& seq. 16 *En ego*] confirmatio præcedentis promissionis a potentia Dei in res omnes, ex creationis & administrationis jure. 17 *Nullum instr.*]id est, nemo factis aut dictis poterit nocere tibi; sed in omnibus plus quàm victrix futura es per Christum qui diligit te, Rom. 8.37. *Hæc est possessio*]epiphonema prophetiam claudens, & promissiones omnes asserens unicè Dei beneficentiæ.

Caput LV.

Christus per Prophetam gentes omnes affectas suæ vanitatis conscientia vocat ad fidem in Deum & veram resipiscentiam: hortatur ut doctrinam Evangelii religiosè imbibant: & amplis promissionibus allicit.

1 HEvs "quisquis sitit, venite ad istas aquas," & cui nulla est pecunia" venite, comparate & comedite: venite inquam, comparate absque pecunia & absque pretio vinum & lac.

2 "Cur expenditis pecuniam pro nullo cibo, & laborem vestrum "pro re minimè satiatura? 'auscultate continenter mihi, & comedite bonum, atque oblectet se hac pinguedine anima vestra.

a Heb. pro non ad saturitatem.

b Heb. auscultate auscultando.

3 Inclinate aurem vestram, & venite ad me, audite ut vivat anima vestra: & pangam vobiscum fœdus 'perpetuum, benignitates" Davidis certissimas.

c Heb. seculi: sic ℣.13.

4 "En testem nationum constituo eum," antecessorem, & præceptorem nationum.

5 En gentem quam non agnoveras vocabis, & gens quæ non agnoverant te" ad te accurrent: propter Jehovam Deum tuum, & propter sanctum Jisraëlis, cùm" ornaverit te.

6 "Requirite Jehovam," cùm præstò est; invocate eum, cùm est propinquus.

d Heb. cùm invenitur ipse.

7 Derelinquat improbus viam suam, & vir iniquus cogitationes suas: revertaturq; ad Jehovam ut misereatur ipsius; & ad Deum nostrum, quia 'plurimùm condonat.

e Heb. multiplicat condonando: vide Genes. 12.8.

8 "Non enim cogitationes meæ *sunt ut* cogitationes vestræ, neque *ut* viæ vestræ viæ meæ: dictum Jehovæ:

9 Sed *ut* alti sunt cœli supra terram; ita altæ sunt viæ meæ supra vias vestras, & cogitationes meæ supra cogitationes vestras.

10 "Nam cùm descendit pluvia aut nix de cœlo, rursus illûc non revertitur, sed inebriat terram ipsam, facitque ut pariat ipsa & producat; ut edat semen satori, & panem comedenti.

11 "Sic esto verbum meum quod egressum fuerit ex ore meo, non revertatur

vertatur ad me vacuum; sed faciat "id quo delector, & prosperetur "id quod emisero.

12 "Nam cum lætitia egrediemini, & cum pace deducemini: ipsi montes & colles fragorem edent coram vobis cantu, & omnes arbores agri "complodent manum.

13 Loco "virgulti assurget abies, loco "paliuri assurget myrtus: "ut sit Jehovæ in nomen, in signum perpetuum *quod* non exscindetur.

ANNOTATIO.

1 *Heus*] Post generales promissiones factas Ecclesiæ catholicè per Christum, superiore capite; nunc demum Christus sigillatim regenerandos quosque Ecclesiæ filios provocat primùm ad fidem, usque ad versum 6. deinde ad resipiscentiam, usque ad vers. 10. ac postremò commendans prædicationem Evangelii, promissiones amplissimas facit singulis ipsum adituris fide & resipiscentia, ad finem usque. *Quisquis sitit*] id est, quisquis suæ ariditatis conscientia pressus expetit beneficia Dei ad spiritualem vitam pertinentia: quæ omnia allegoricè aquarum, vini, lactis, panum, boni, saturitatis, & pinguedinis nomine designantur, hoc & seq. versu: sic Matth. 5. 6. & Joan. 7. 37. *Et cui*] id est, qui non tantùm vita cælesti, cujus nunc sitientes estis, a natura destituimini; sed etiam omnibus rationibus omnino caretis quibus cœlestis vita comparari possit: nam gratuita sunt piis omnibus donum & vocatio Dei. *Venite*] per fidem, cui gratis confertur donum Dei. 2 *Cur expend.*] reprehensio causam explicans vocationis præcedentis, nimirum quòd omnes extra Ecclesiam Dei operam consumant in rebus infructuosis & fallacibus, quibus allegoricè res bonæ & pingues opponuntur. 3 *Davidis*] id est, ea ipsa beneficia quæ olim fœdere meo Davidi promiseram in Christo, 2. Schem. 7. *Certissimas*] id est, firmissimas & constantissimas; prout fuerunt excitato Christo a mortuis, qui non amplius reversurus est in sepulchrum, sed in seculum benignitatem suam Ecclesiæ præstiturus. Actor. 13. 34. 4 *En*] παρέκβασις sive digressio duobus versibus, qua Deus Pater filios suos cooptans in Ecclesiam Evangelio Christi, confirmat primùm vocationem Christi in animis eorum omnium qui ab ipso vocantur, hoc vers. deinde verò functionem, qua Christus Ecclesiam ex gentibus promiscuè dicitur collecturus efficacitate spiritus, seq. vers. *Antecessorem*] id est, Regem & Prophetam. 5 *Ad te accur.*] ut suprà 2. 2. & seq. *Ornaverit te*] id est, declaraverit te filium suum per resurrectionem a mortuis, assumpserit in cœlos, & glorificaverit; ut cœptum est compleri die Pentecostes, Actor. 2. 6 *Requirite*] alter locus de vocatione ad resipiscentiam, ut dictum est in vers. 1. *Cum præsto est*] id est, se vobis facilem & benignum exhibet: humanitus dictum. 8 *Non enim*] ætiologia, cur Deus homines revocet a viis & cogitationibus ipsorum, hoc & seq. versu, explicans duo verba proximè præcedentia, quòd plurimum condonet Deus. Nam (inquit Deus) etsi facta & cogitationes vestræ videntur in infinitum peccati affines esse, tamen angustiora sunt illa & humiliora factis & cogitationibus meis, quibus ideo condonaturus peccata vestra: ego statui, & præstabo efficiamque ut infinitas peccatorum vestrorum, si resipiscetis, infinitis modis a misericordia mea superetur: non est infinitas peccati vestri comparanda cum infinitate misericordiæ & condonationis meæ: sic Psal. 103. 10. & 11. 10 *Nam*] tertius locus commendans prædicationem Evangelii a magnificentissimis Dei promissionibus in Ecclesiam, quas Deus explicat similitudine pluviæ & nivis in terram decidentis, hoc versu: deinde verò Ecclesiæ accommodat, sequentib. De hac autem similitudine vide Matth. 13. 3. & seq. & Hebr. 6. 7. & seq. 11 *Sic esto*] id est, vos videtote ut sitis bona terra: experimini vos ipsos, & augescite in sensu benedictionum Evangelii. *Id quo delector*] id est, fructum acceptum Deo, qui fructus est spiritus & vitæ, Rom. 8. 13. & 14. *Id quod emisero*] id est verbum meum: periphrasis. 12 *Nam*] promissiones allegoricæ lætitiæ & pacis in spiritu, quæ exornantur elegantissimis hyperbolis, ut Psalm. 72. & 96. & seq. 13 *Virgulti*] ut suprà 7. 19. *Paliuri*] Hebræam vocem ex etymo sic placuit reddere, quia composita est ex duabus vocibus, quarum una spinam, altera oppressionem & exitium significat, quasi dicas spinam exitialem. Est enim spinis paliurus acutis, ut ait Virgil. Eclog. 5. *Ut sit Jehovæ*] id est, ut de hoc verbo Evangelii, & benedictionibus illud consequentibus celebretur & sanctificetur nomen Dei magis ac magis.

CAPUT LVI.

Deus doctrinam Evangelii de fide & resipiscentia per Prophetam ad omnes gentes docet perventuram esse, sine distinctione personarum: deinde Judæis gravissimum judicium prænuntiat propter sceleratam doctorum avaritiam & luxum, popularium oscitantiam, omniumque ordinum idololatriam, & consociationem cum improbis: quæ crimina postquàm objecit gravissimè, tandem promittit se ne his quidem causis adductum iri ut summo jure cum ipsis agat, sed lugetium prædicit se miserturum, & improbos disjecturum ad stabiliendum regnū suum.

1 "Hic ait Jehova, "observate jus, & exercete justitiam: nam "proximè salus mea ventura est, & justitia mea revelanda.

2 Beatus "mortalis *qui* fecerit illam, & filius hominis *qui* prehenderit illam; "observans sabbathum ne prophanet illud, & observans manum suam ne faciat ullum malum.

a Heb. propinqua est salus mea ad veniendum, & justitia mea ad revelandum: ut Genes. 12. 8.

3 "Neq;

3 "Neque loquatur alienigena qui se adjungit Jehovæ, dicendo, [b] omnino discrevit me Jehova a populo suo: neque dicat eunuchus, en ego sum "lignum aridum.

[b] *Heb.* discernendo discrevit.

4 "Nam ita ait Jehova de eunuchis, qui "observaverint sabbatha mea, & elegerint id quo delector; apprehenderintque fœdus meum:

5 Etiam daturus sum eis in domo mea & intra muros meos spatium & nomen "melius quàm filiorum aut filiarum; nomen [c] perpetuum daturus sum eorum cuique, quod non exscindetur.

[c] *Heb.* seculi.

6 "Alienigenas verò qui adjunxerint se Jehovæ ad ministrandum ei, & ad diligendum nomen Jehovæ, ut sint ei servi; quisquis observaverit sabbathum ne prophanet illud, & apprehendentes fœdus meum;

7 Adducam ipsos quoque ad "montem sanctitatis meæ, & lætificabo eos in domo orationis meæ; "holocausta eorum & sacrificia eorum "accepta erunt in altari meo: nam domus mea domus orationis vocabitur "omnibus populis.

[d] *Heb.* in benevolentiam erunt. Matthei 21.13.

8 Dictum Domini Jehovæ "congregantis depulsos Israëlis; *illos* "ampliùs aggregaturus sum ei, ad aggregatos ejus.

CAPUT LVII.

1 "OMNES "bestiæ [a] agrestes venite ad comedendum, omnes bestiæ [b] sylvestres.

[a] *Heb.* agri.
[b] *Heb.* in sylva.

2 "Speculatores istius cæci, quotquot sunt non agnoscunt, quotquot sunt canes *sunt* muti, nō possunt latrare; indormiscunt, jacent, amāt dormitationem.

3 Et isti canes [c] avidissimi non norunt "saturitatem; propterea ipsi pascunt se, nesciunt "docere: quotquot sunt, ad viam suam se convertunt, quisque ad lucrum suum ab extremitate illius *una ad alteram.*

[c] *Heb.* robusti anima, id est, desyderio, ut Psal. 27.12.

4 "*Aut dicunt*, venite, sumam vinum, & ingurgitabimus nos potu inebriāte: eritq; similis huic dies crastinus, *imò* major, excellētior valde.

5 "Justus perit, & nemo homo reponit in [d] animo: homines inquam "benigni recipiuntur nemine advertente, [f] ante adventum ipsius mali recipi justum;

[d] *Heb.* corde.
[e] *Heb.* benignitatis.
[f] *Heb.* ante faciem: ut Genes. 36.6.

6 Ingredi "pacem, requiescere "*in* cubilibus suis; quisquis ambulat in æquitate sua.

7 "At vos "appropinquate hûc, filii præstigiatricis; semen adulteri, quod scortaris.

8 "Contra quem oblectatis vos? contra quem "dilatatis os, "protrahitis linguam? an non estis nati "defectione, semen [g] "falsum,

[g] *Heb.* falsitatis.

9 *Eorum* "qui incaluerunt in lucis, sub "omni arbore virente; jugulantes natos ipsos in torrentibus, sub scopulis petrarum?

10 "Inter læves lapillos torrentis pars tua *est*, illi ipsi sors tua sunt: "etiā in illis fundis libamen, offers munus; "an super istis consolationem caperem?

11 In

11 In monte alto & elato ponis cubile tuum, etiam illuc ascendis ad
h Heb. sacrificandum sacrificium. h faciendum sacrificium:
12 Etiam ″ post ostium postemque ponis monimentum tuum: cùm a
me retectura te ascendis, dilatas cubile tuum, cædens tibi amplius *cubile* quàm ″ illorum sit, amas concubitum illorum, spatium *amplius* prospicis:
i Heb. oleo. 13 Et contemplata *mittis* ″ ad regem ″ cum i unguentis, & auges pigmenta tua: mittis inquam legatos tuos in longinquum usque, & ″ demittis te usque in sepulchrum.
14 ″ Amplitudine viæ tuæ fatigata non dixisti, animum abjicio: ″ catervam manus tuæ invenisti, idcircò non ægrotas.
15 ″ Et a quo sollicita timuisses ut mentireris, cùm me non recorderis,
k Heb. corde. l Heb. a seculo. non reponas in k animo tuo? ″ an non me tacente, quemadmodum l olim, etiam me non metueres?
16 Ego indicabo ″ justitiam tuam, & facta tua ″ quæ non profutura sunt tibi.
17 ″ Cùm clamaveris, eripiat te ″ congregationes tuæ; atqui eas omnes tollet ventus, intercipiet vanitas: ″ qui verò recipit se ad me, ″ possidebit terram, & hæreditariò obtinebit montem sanctitatis meæ.
18 Et dicet, ″ aggerate, aggerate; comparate viam; tollite offendiculum e via populi mei.
19 ″ Nam sic ait sublimis & elatus, inhabitans æternitatem, cujus nomen *est* sanctus, ″ *qui in* sublimi & sancto habito: etiam ″ cum eo qui attritus est demissusque spiritu *habito*, ut vivum conservem spiritum demissorum, & vivum conservem
m Heb. contritos. Ps. 34. 19. m animum contritorum.
20 Nam in seculum non contendam, neque in æternum efferveseam: nam spiritus a conspectu meo ″ obrueretur, & animæ *quas* ego feci.
21 Propter iniquitatem ″ quæstus ejus efferbui & percussi eum; ″ abscondendo me, inquam, efferbui, quia ibat aversus per viam animi sui.
22 ″ Vias ejus video, sed curabo eum: & deducam eum, reddamque consolationes ei, id est, ″ lugentibus ejus;
n Heb. pacē pacem. 23 ″ Creans proventum labiorum; ″ ″ summam pacem, ″ longinquo & propinquo, inquit Jehova, ut curem eum.
24 ″ Improbi verò *erunt* ″ ut mare ″ propulsum: nam quiescere non potest, & aquæ ejus expellunt ″ cœnum & lutum:
Suprà 48. 22. 25 *Ita* nulla est pax, inquit Deus meus, improbis.

ANNOTATIO IN CAPVT LVI.

1 *Sic ait Jehova*] Hujus concionis (qua continetur summa doctrinæ Evangelicæ) partes præcipuæ sunt tres: prima est propositio doctrinæ Evangelii de fide & resipiscentia, ad omnes homines sine discrimine pertinentis, toto hoc capite; secunda est contestatio sive reprehensio adversus Judæos qui inde a temporibus Jeschahhjæ usque ad tempora adventus Christi contumaces Deo fuisse evincuntur, a vers. 1. capitis 57. usque ad vers. 17. postrema est narratio tum promissionum Dei erga bonos, tum judiciorum in improbos, inde ad finem usque. *Observate jus*] id est, resipiscite; nam propinquum est regnum cœlorum: ut Matth. 3. 1. & 4. 17. 2 *Mortalis*] id est, quisquis sit, sive Judæus, sive alienigena, ut deinceps exponitur. *Observans sabbathum*] id est, colens pietatem in Deum (cujus documenta & exercitamenta amplius observabantur in sabbatho) & officium in proximos; ac proinde doctrina & vita se conformans voluntati Dei: sic vers. 4. 3 *Neque loquatur*] occupatio qua ostendit Propheta non esse cur ex legali ritu (Deut. 23.) sibi metuant ulli ut cooptari possint in populū Dei, quia ritus illi in regno Christi dicuntur perituri.

Lignum

Caput LVII.

Lignum aridum] id est, minimè pertinens ad corpus populi, quod comparatur cum arbore viridi in domo Dei per benedictionem ejus, ut Psal. 92.13. & seq. 4 *Nam ita ait*] explicatio promissionum Dei, quæ superioris occupationis partibus respondet per ὑστέρωσιν. *Observaverint*] id est, sanctitati doctrinæ & vitæ operam dederint ex fœdere, ut versu 2. 5 *Melius quàm*] id est perpetuum, quod non exscinderetur in seculum; cùm tamen generatio filiorum filiarúmque exscindi possit. sic accipiendum ostendunt verba sequentia. 6 *Alienigenas*] alterum membrum responsionis ad occupationem versus tertii. 7 *Montem*] id est Ecclesiam, ut suprà 2. 2. *Holocausta eorum* id est, spirituales hostiæ, de quibus Rom. 12.1. nam hæc allegoricè dicuntur a figuris legalibus. *Omnibus populis*] id est, omnibus promiscuè patebit, & cuivis genti, ut in eam recipiantur omnes sine acceptione personarum; ut Marci 11.17. 8 *Congregantis depulsos*] ex promissione Deuter. 30.4. *Amplius aggreg.*] id est, alias oves in hanc caulam cum meo hoc grege adducturus, Joan. 10.16. & Ephes. 2.13. & seq.

In Caput LVII.

1 *Omnes bestiæ*] Secunda pars concionis, qua exponit Propheta cur depulsos Israëlis modò nominaverit; nimirum quia Deus justo judicio suo gentes inimicissimas & ferocissimas contra populum erat accersiturus, Assyrios, Babylonios, Græcos, Syros, Ægyptios, & Romanos, qui Judæam infestarent atque consumerent, hoc ver. deinde causas horrendi istius judicii per contestationem proponit, usque ad versum 17. *Bestiæ*] id est, gentes quas modò nominavimus; sumpta allegoria a grege & feris gregem infestantibus, ut alibi a vite, Psal. 80.9. & suprà 5. 2 *Speculatores*] hæc contestatio (quæ est superioris interminationis ἀπόδοσις) exponit primùm oscitantiam & perfidiam ministrorum Ecclesiæ, tribus versibus; deinde populi totius negligentis justos, ver. 5. & 6. postremò his nominibus Deus utrumque ordinem Ecclesiasticum & popularem objurgat, inde a ver. 7. 3 *Saturitatem*] nimirum quæstus & avaritiæ suæ, ut finis versus indicat. q. d. quærunt avidissimè quæ sua sunt, non autem quæ sunt Christi: ut Jechezk. 34. & Jirmejæ 23. *Docere*] id est, pascere populares pabulo sacro verbi Dei. 4 *Aut dicunt*] id est, alii avaritia æstuant, alii perduntur luxu. 5 *Justus perit*] altera pars ἀλλοῖον de oscitantia populi, ut diximus ver. 2. *Ipsius mali*] quale denuntiavit Deus suprà ver. 1. sic de Chanoco dicitur, Sapient. 4.10. & de Abrahamo, Genes. 15.15. & de Chizkija, 2. Reg. 20.18. & 19. & de Joschija, 2. Reg. 22.20. 6 *Pacem*] apud Deum, *relictis* quacunque ratione agitationibus mundi. *In cubilibus suis*] id est, in sepulchris, quæ sunt corporibus nostris cubilia usque ad resurrectionis diem. 7 *At vos*] objurgatio, ut diximus ver. 2. qua Deus Judæis omnibus antiquam & a parentibus traductam improbitatem exprobrat, cùm matrem præstigiatricem, patrem adulterum, & ipsorum quemque scortatorem vocat. *Appropinquate*] nimirum ad contestationem causæ & judicium, ut suprà 41.1. 8 *Contra quem*] contestatio confirmans duo crimina objecta præcedente versu; primùm quidē parentum, hoc & seq. versu; deinde verò ipsorum, ver. 10. & sequen. q. d. nónne contra me spectant hæc omnia, & in me sunt contumeliosa? *Dilatatis os*] ut Psal. 22.13. & 35.21. *Protrahitis linguam*] ad ludibrium & contumeliam. *Defectione*] id est, matre impura quæ defecit a me. *Falsum* [id est, patre adultero: ut superiore versu. 9 *Qui incaluer.*] nimirum in sua scortatione spirituali, servientes dæmonibus, ac non Deo. *Omni arbore*] prout factum fuisse a temporibus Achazi legimus, 2. Reg. 16.3. & 4. 10 *Inter læves*] altera pars contestationis, ut dictum est ver. 8. q. d. & tu ambulas nunc quoque in peccatis parentum tuorum; ista est hæreditas tua, peccati illorum æmulatio omnibus in locis; in torrentibus sub scopulis petrarum, hoc ver. & in excelsis palàm, ver. sequente; etiam in domo mea, ver. 12. nec dum tibi satis est, ver. 13. & 14. *Etiam*] videlicet ut majores tuos. *An super istis*] indignantis exclamatio pathetica. q. d. an unquam possem conquiescere, nisi scelera tua & contumelias in me illatas ulciscerer? 12 *Post ostium*] ubi verba suæ legis inscribi mandaverat Deus, Deut. 6.9. & 11.20. *Illorum*] videlicet parentum, id est, parentes superas peccatorum gravitate & multitudine. 13 *Ad Regem*] Assyriæ Tiglathpeleserum, 2. Reg. 16.7. *Cum congregentur*] id est, omnibus modis te comparans ut impurissimum scortum, & alliciens exteros qui scortentur tecum etiam oblatis muneribus, ut ibidem scriptum est: sic Jechezk. 16.33. *Demittis te*] ut cùm dixit Achaz, servus tuus & filius tuus sim, 2. Reg. ibidem: elegantissima hyperbole. 14 *Amplitudine*] id est, pertinacissima fuisti nefariæ voluntatis tuæ, ita ut nullum laborem subterfugeres ad conciliandos amatores tuos. *Catervam manus tuæ*] id est, Assyrios tibi conciliasti, qui tibi sunt ad manum judicio tuo. 15 *Et a quo*] conclusio præcedentis contestationis. q. d. quid plura? scortum es impudentissimum, quòd neminem vereris, a nemine tibi metuis; sed palàm pervicacissimè gloriaris in scortatione tua, ut suprà 3.10. *An non*] q. d. nónne etiam porrò pergeres, si dissimularem ampliùs & reticerem impuritatem tuam? vide Eccles. 8.10. 16 *Justitiam tuam*] antiphrasis ironica. *Quæ non profuit.*] id est, non poterunt servare te, ut exponitur principio sequen. versus. 17 *Cùm clamaveris*] concessio ironica, transitum comparās ad postremam concionis partem, de funesto improborum casu & bonorum salute: quæ duæ partes κατὰ προόλυψιν enuntiatæ his duobus versibus exornantur postea & copiosius exponuntur per ὑστέρωσιν, ad finē usque capitis. *Congregationes tuæ*] de quibus suprà ver. 14. *Qui verò*] non autem tu cum omnibus catervis & congregationibus cuis. *Possidebit terram*] id est, tum ipse benedictiones meas (quarum symbola sunt terra & mons Tzijonis) obtinebit, hoc ver. tum etiam ut alii commodè obtineant procurabit. 18 *Aggerate*] id est, adhibete quæcunque commoda sunt ad promovendam Ecclesiam, & removete incōmoda: allegoria, ut suprà 40.3. & 4. 19 *Nam sic ait*] exornatio antecedentis prolepseos, qua Deus confirmat se utrumque effecturum potentia sua, ut serventur electi, usque ad versum 24. & improbi malè pereant, duobus ultimis. *Qui in sublimi*] id est, qui e cœlis revelo, & suo tempore revelaturus sum ampliùs sanctitatem & potentiam meam, tum super humilitatem piorum, de quibus proximè; tum super infidelitatem & injustitiam impiorum, Rom. 1.18. *Cum eo*] id est, ei adsum, humanitus dictum. 20 *Obrueretur*] ut Psal. 61.3. & 102.1. 21 *Quæstus ejus*] de quo suprà ver. 3. *Absconderome*] humanitus dictum, ut Psal. 10.1. 22 *Vias ejus*] q. d. novi quidem totam vitam eorum impuram esse, sed tamen propter me curaturus sum. *Lugentibus*] ut Matth. 5.4. 23 *Creans prov.*] id est, efficiens magnificentissimè & potentissimè, ut consolationes (quæ περιφραστικῶς promissa labiorum, id est sermonum Dei, appellantur) locum in piis habeant. *Summam pacem*] id est, perpetuam & constantissimam quietem ab antecedentibus malis, facta reconciliatione per Christum: nam regnum Dei est justitia & pax & gaudium per spiritum sanctū, Roman. 14.17. *Longinquo &*] id est, æquè alienigenis ac Judæis ipsis: ut suprà 56.3. Actor. 2.39. & Ephes. 2.17. 24 *Improbi verò*] alterum membrum prolepseos, ut diximus in versum 19. *Ut mare propul.*] id est, nullam habebunt pacem, ut seq. versu exponitur. *Propulsum*] videlicet ventis, flatibúsque externis, & fluxu ac refluxu suo, tanquam euripus. Nam hæc duo ad descriptionem improborum pertinent, quia tum ipsi per se, tum adventitio impulsu agitantur. *Cœnum &*] id est, impurissima omnia & ingrata Deo improbi égerunt, ut cœnum ejicitur ex agitato mari, quo magis a Deo sollicitantur ad resipiscentiam immissis calamitatum procellis.

CAPUT LVIII.

Propheta accepto Dei mandato Iudæorum hypocrisin reprehendit, legitimumq; jejuniorũ usum explicat, & promissiones adducit ipsis eventuras si pietatem in Deum & officia in proximum coluissent: deinde quòd non obtenerint promissiones, in causa fuisse ostendit non imbecillitatem Dei, sed Iudæorum scelera: quæ postquam Propheta suo & popularium nomine confessus est, promittit nihilominus fore ut Deus in Christo propter nomen suum adversarios suos profliget, salutem Ecclesiæ conferat, eamq; regat spiritu & verbo.

1 EXCLAMA "gutture, ne cohibeto, "tanquam buccina extolle vocem tuã: & indica populo meo "defectionẽ ipsorum, & domui Jahhakobi peccata ipsorum:

a Heb. die die. 2 "Ut ut me "quotidie "requirant & scientia viarum mearum delectentur: velut gens quæ justitiam facit, & jus Dei sui nõ derelinquit; rogent me jura justitiæ, "accessu Dei delectentur.

b Heb. invenitis delectationem: sic ver. 13.

3 "Quare dum jejunamus, *dicitis*, non respicis? dum affligimus animã nostram, nõ agnoscis? "en, quo die jejunatis, [b] prẽstatis id "quod delectat, ut omnes "labores vestros exigatis.

c Heb. improbitatis. *d Heb.* ut *est* hæc dies, ut audire faciatis.

4 En ad contentionem & jurgium jejunatis, & ad percutiendum pugno [c] improbissimo; non jejunatis, [d] (prout sunt hæc tempora) "ut efferatis in excelsum vocem vestram.

e Heb. benevolentiæ.

5 "An hujusmodi esset jejunium quod eligo, dies quo affligit homo animam suam? an incurvare ut juncum caput suum? an *ut quis* "cilicium ac cinerem *sibi* sternat? an hujusmodi vocabis jejunium, & diem [e] acceptum Jehovæ?

f Heb. lori.

6 Nónne hoc est jejunium quod eligo, ut solvatis "nexus improbitatis, dissolvatis "fasces [f] loris *vinctos*: ac dimittatis conquassatos *ut sint* liberi, & omne lorum disrumpatis?

g Heb. rebellatos, id est, expulsos ac si rebelles essent.

7 Nónne ut partiaris esurienti panem tuum, & pauperes [g] ejectos introducas domum? cùm videris nudum, ut tegas eum; & "a carne tua nõ abscondas te?

h Heb. colliget te: ut Numer. 10. 25. & suprà 52. 12.

8 "Tunc erumpet velut aurora "lux tua, & sanitas tua protinus efflorescet, & anteibit te "justitia tua, gloria Jehovæ [h] extremum agmen tuũ aget.

i Heb. e medio tui. *k Heb.* porrigere digitũ, & loqui vanitatem.

9 Tunc invocantem te Jehova exaudiet, vociferanti dicet, ecce me: "si amoveris [i] ab animo tuo lorum, [k] porrectionem "digiti, & elocutionem vanitatis;

10 "Exprompseris verò famelico animum tuum, & animam afflictã satiaveris: tum exorietur "in tenebris lux tua, & in caligine tua tanquam meridiana *lux*;

l Heb. siccitatibus.

11 Nam ducet te Jehova jugiter, & exsatiabit in [l] summa ariditate animum tuum, ossaq; tua expedita reddet: erisq; tanquam hortus irriguus, & velut scatebra aquarum, cujus non fallunt aquæ:

12 "Ædifica-

12 ᵛÆdificabúntque ex te *geniti* deſolationes ᵐ antiquas, fundamenta ᵒ per multas generationes *jacentia* eriges: denique ᵛ vocaberis inſtaurator ruinæ, reſtitutor ſemitarum in habitationem.

13 Si averteris a ſabbatho pedem tuum, ne facias id quo delectaris die ᵖ ſancto meo; & vocaveris ſabbathum delicias, ſanctum Jehovæ, honoratum, honoraveríſque ipſum non exercendo vias tuas, non prętando id quo delectaris, aut loquendo verbum:

14 Tunc oblectantem te in Jehova, ᵛ veham te ſupra excelſa terræ: & faciam ᵍ ut fruaris poſſeſſione Jahhakobi patris tui, ᵛ quia os Jehovæ loquitur.

ᵐ *Heb.* ſeculi.
ⁿ *Heb.* generationis & generationis.
ᵒ *Heb.* vocabitur tibi ſapiens.
ᵖ *Heb.* ſanctitatis meæ.
ᵍ *Heb.* ut comedas.

Caput LIX.

1 ᵛ EN non eſt brevior manus Jehovæ quàm ut ſervet, neque gravior auris ejus quàm ut audiat:

2 Sed iniquitates veſtræ ᵛ diſterminant inter vos ᵃ & Deum veſtrum; & peccata veſtra faciunt ut occultet faciem a vobis, ne exaudiat.

3 Nam manus veſtræ contaminatæ ſunt ſanguine, & digiti veſtri iniquitate: labia veſtra loquuntur falſum, lingua veſtra perverſitatem loquitur.

4 Nemo eſt ᵛ qui clamet pro juſtitia, & nemo qui diſceptet pro fide: *quiſque* ᵇ confidit rei inani, & loquitur vanum, ᵛ concipit laborem, & parit mendacium.

5 ᵛ Ova aſpidis excludunt, & ᵛ telas aranei texunt: qui comedit ex ovis eorum, morietur; etiam qui aſpergitur, ᵛ *quaſi* irrumpat vipera.

6 ᵛ Telæ illorum non erunt pro panno, neque operient ſe factis ſuis: facta illorum ſunt facta ᶜ iniqua, & opus violentiæ *eſt* in manibus eorum.

7 ᵛ Pedibus ſuis ad malum concurrunt, & feſtinant ad fundendum ſanguinem innoxium: cogitationes eorum ſunt cogitationes iniquæ, vaſtitas & contritio in ᵛ aggeribus illorum *eſt*.

8 ᵛ Viam pacis ignorant, & nullum *eſt* jus in orbitis illorum: ſemitas ſuas depravant ᵛ iſtis, cuique incedenti ᵈ per aliquam earum; *hic* ᵛ expers eſt pacis.

9 ᵛ Idcircò procul exiſtente jure a nobis, & ᵛ non aſſequente nos juſtitia, dum exſpectamus lucem ecce ᵛ tenebræ, ᵉ ſummum ſplendorem *exſpectantes* in ſumma caligine ambulamus.

10 ᵛ Palpamus velut cæci parietem, velut defecti oculis palpamus *inquam*; offendimus ipſo meridie tanquam intępeſta nocte, in rebus pinguiſſimis ſimiles mortuis *ſumus*.

ſuprà 52.
ᵃ *Heb.* & inter Deum.
ᵇ *Heb.* confidere ſuper inanitate, & loqui vanũ, concipere laborem, & parere, infinitus pro finito modo.
ᶜ *Heb.* iniquitatis: ſic ſeq. verſu.
ᵈ *Heb.* per eam.
ᵉ *Heb.* ſplendores in caliginibus.

f Heb. gemendo.

11 Fremimus ſicut urſi quotquot ſumus, & velut cõlumbæ [f] continẽter gemimus: exſpectamus ″ jus, ſed nullum adeſt; ſalutem, ſed procul abeſt a nobis.

12 Nam multiplicatæ ſunt defectiones noſtræ coram te, & peccatorum noſtrorum quodque teſtatur contra nos: defectiones enim noſtræ ſunt penes nos, & iniquitates noſtræ; agnoſcimus iſta:

g Heb. a poſt Deũ noſtrũ.

13 *Nempe nos* deficere, & mentiri in Jehovam, & avertere nos [g] a ſequendo Deo noſtro; loqui oppreſſionem & apoſtaſiam, concipere &

h Heb. corde.

meditari ex [h] animo verba [i] falſa.

i Heb. falſitatis.

14 Sic averſum eſt retrorſum jus, & juſtitia e longinquo conſiſtit: quia corruit in platea veritas, & æquitas ″ non poteſt incedere.

15 Imõ eſt ipſa veritas ſublata, & qui recedit a malo ″ facit ut inſanus habeatur: ″ quod videt Jehova, & malum videtur in oculis ejus, nullum eſſe jus.

16 ″ Cùm itaque vidit nullum eſſe virum, & obſtupuit nullum eſſe ″ interventorem; ſalutem attulit ″ ei ″ brachium ipſius; & ″ juſtitia ipſius, hæc fulcivit eum:

17 Nam ″ induit juſtitiam ″ quaſi loricam, & ″ galeam ſalutis capiti ſuo; induit inquam, veſtium ultionis indumentum, & amicivit ſe zelo quaſi pallio.

18 Planè ſecundum facta, planè ſecundum *ea* rependet, æſtum hoſtibus ſuis, retributionem inimicis ſuis; ″ inſulis ipſis retributionem rependet:

19 Ut revereantur inde ab occaſu nomen Jehovæ, & inde ab ortu ſolis gloriam ejus: cùm invadentem ″ tanquam fluvium hoſtem, ſpiritus Jehovæ *flans* contra eum fugaverit;

k Heb. converſis defectionis.

20 Et advenerit ″ Tzijoni vindex; & [k] converſis a defectione in Jahhakobo, dictum Jehovæ.

21 ″ De me autem, hoc *erit* fœdus meum cum iſtis, ait Jehova; ſpiritus meus qui eſt in te, & verba mea quæ poſui in ore tuo: non recedent ex ore tuo, aut ex ore ſeminis tui, aut ex ore ſeminis ſeminis tui, ait Jehova,

l Heb. ex nunc.

[l] ex hoc tempore uſque in ſeculum.

ANNOTATIO IN CAP. LVIII.

1 *Exclama*] Hujus cõcionis (qua Propheta pergit explicare indigniſſima Judæorum facta & comparare cum infinita Dei miſericordia) ſummæ partes ſunt quatuor: exordium, paucis complectens concionis argumentum, duobus verſibus; propoſitio graviſſimę conteſtationis inter Deum & populum, reliquo capite; confirmatio juncta confutatione, capite 59. uſque ad verſum 21. & concluſio a promiſſione magnificentiſſima, verſu ultimo. Eſt autem exordium ſumptum a mandato Dei, quo Propheta inſtructum ſe & armatum eſſe, adeóque impullum oſtendit, ut cũ malitia Judæorum certet. *Gutture*] videlicet toto, pro eo quod eſt, plenis faucibus, quàm maxima voce poteris contende: ut illud (ne cohibeto) quod proximè ſequitur oſtendit. *Tanquam buccc.*] id eſt, ſupra modum: quibus verbis melius ſignificatur tum ſervorum Dei audacia, tum populi ſurditas obfirmata. *Defectionem*] quæ deſcribitur inde a verſu 3. 2 *Ut ut me*] id eſt, quamvis hypocritæ ſint, & viros bonos ſimulent externa ſpecie. *Reputant*] in ſpeciem

Caput LIX.

in ſpeciem videlicet: ſic reliqua hoc ver. *Acceſſu Dei*] id eſt templi, in quo ſedem collocaverat Deus. 3 *Quare*] propoſitio ſummi argumenti a populo objecti per expoſtulationem, cujus nomine deinceps cum eo conteſtatur Deus. Eſt autem argumentum a præſumptione meritorum, ut fuit illius Phariſæi apud Lucam 18.9. & ſequen. *En quo die*] reſponſio Dei ad expoſtulationem populi duo complectitur: primùm redargutionem hypocriſeos populariis, uſque ad verſum 8. deinde confirmationem promiſſionum Dei erga ἀνυποκρίτους, inde ad finem capitis. Populi autem peccata veluti digito commonſtrantur, primùm quòd jejuniorum dies cõſumunt in maleficiis, deinde quòd ne jejunia quidem ipſa ad ſuum uſum conferunt, hoc & ſequen. verſu. *Quod delectas*] id eſt, rerum veſtrarum eo commodiùs & diligentiùs ſatagitis, quod magis vos delectat, quàm ullus cibus aut potus; tanta flagratis avaritia, ut ſuprà 57.3. *Labores veſtros*] ut Proverb. 5.10. 4 *Ut efferatis*] quæ germana eſt cauſa cur jejunium Deus inſtituerat, Levitici 16.29. & 23.27. 5 *An hujuſmodi*] exornatio præcedentis redargutionis a definitione jejunii, tribus verſibus. *Cilicium ac cin.*] ſimulato luctu, ut Ijobi 2.8. & 12. 6 *Nexus improb.*] id eſt, fratres veſtros vobis improbiſſimè nexui deditos, & in ſervitutem tractos contra legem, Levit. 25.39. & Deuter. 15. ſic Nechem. 5. 2. *Faſces loris*] id eſt, ſarcinas graviſſimas, quibus ſupra modum oneratis fratres veſtros. Nam quo graviores ſunt ſarcinæ, eo validiùs compinguntur loris: ſic interdicitur inhumanitate per ſynecdochen, ut contra ſequen. verſu imperatur humanitas. 7 *A carne tua*] id eſt, fratre tuo: ſic Nechem. 5. 8 *Tunc erumpet*] altera pars, nimirum confirmatio promiſſionum Dei (ut diximus in verſum 3.) hypothetica ſive conditionalis, ſi populus integrè proximis benefaceret, uſque ad verſum 13. & Deum coleret, ver. 13. & 14. *Lux tua*] id eſt, pax & proſperitas glorioſa, ut Eſter. 8.16. *Juſtitia tua*] id eſt, Chriſtus juſtitia noſtra, Jirmejæ 23.6. & 33.15. vide ſuprà 52.12. 9 *Si amoveris*] id eſt, ſi animo, opere, & ſermone averſaberis inhumanitatem, & ab ea abſtinebis. *Digiti*] id eſt, manus ad ullum opus improbum, aut etiam extremi digiti, ἐμφατικῶς. 10 *Exprompſeris*] id eſt, ex animo liberaliter, hilaritérque communicaveris cum difficultatibus illius. *In tenebris*] id eſt, nulla tanta adverſitatum caligo futura eſt, quin tu pace & lætitia in Domino veluti luce perfruaris, quam duo ſequentes verſus exponunt. 12 *Ædificabunt*] id eſt, omnia per te & tuos quaſi recreabuntur, utcunque fuerint conturbata. 14 *Vehamte*] ut Deuteron. 32.13. *Quia os Jehovæ*] ætiologia promiſſionum omnium a perſona Dei, tranſitionem comparans ad confutationem ſequentem.

In Caput LIX.

1 *En non eſt*] Tertia pars concionis, nimirum confirmatio redargutionis promiſſionúmque præcedentium: qua Propheta primùm potentiam Dei & voluntatem aſſerens, ver. 1. peccata, ut calamitatum cauſas, populo exprobrat, uſque ad verſum 9. deinde cùm ſuo ipſius, tum populi totius nomine confitetur illa coram Deo, uſque ad verſum 16. poſtremò confirmat Deum potentia ſua propter ſe promiſſiones ſuas nihilominus effecturum in Chriſto, uſque ad verſum ultimum. 2 *Diſterminant*] velut interjectus paries, ut Jechezkel. 43.8. 4 *Qui clamet pro*] id eſt, cauſam juſtam agendam ſuſcipiat, aut propugnet fidem. *Concipit*] ut Pſal. 7.15. 5 *Ova aſpidis*] allegoriè vehementiſſimæ, ad figurandam malitiam animorum, & vanitatem operum atque pernicicm. *Telas aranei*] ut Ijobi 8.14. & 15. *Quaſi irrumpat*] gradatio elegantiſſima. q.d. etiam cui aſpergũtur guttæ iſtorum venenatorum operum, is perinde afficitur ac ſi repentè in ipſum vipera irrueret: tanta ineſt vis malo. 6 *Telæ illorum*] id eſt, ut cunque aliis damnoſi fuerint, nihil tamen utilitatis ad ipſos perventurum eſt. 7 *Pedibus ſuis*] hæc verba non tantùm ad Judæos iſtius temporis pertinuiſſe oſtendit Apoſtolus, Rom. 3.15. & ſequen. ſed etiam ad omnes homines, quatenus deficiuntur gloria Dei & cõlyderantur extra Chriſtum. Quapropter etiam Propheta ipſe cum populo ſuo communiter peccata ſua confitetur, ver. 9. & ſequentibus. *Aggeribus*] id eſt, viis aggeſtis ipſorum ſtudio. 8 *Viam pacis*] id eſt, neque apud ſe, neque cum aliis ſciunt pacem colere, ut ſuprà 57.24. *Iſtis*] nimirum ſingulis obviam incedentibus, ut ſequentium verborum exegeſis docet. *Expers eſt pacis*] id eſt, per iſtorum importunitatem nemo degit in pace & proſperitate, ut ſequens confeſſio peccatorum oſtendit. 9 *Idcirò*] ſecunda confirmationis pars; qua Propheta & populus confitentur juſtitiam caſtigantis Dei, & peccata ſua, ut dictum eſt in verſum 1. *Non aſſequente*] nimirum quam vis nos ea ſit perſecutus miſericors Deus. *Tenebræ*] id eſt, omnis adverſitas, ut contrà lucis nomine proſperitatem ſignificari diximus, ſuprà 58.8. 10 *Palpamus*] id eſt, ita conturbati ſumus juſto Dei judicio, ut ne præſentibus quidem commodis iiſque ampliſſimis ſciamus uti. 11 *Jus*] nimirum a Domino, qui populi ſui ſalutem curæ ſibi futuram promiſit. 14 *Non poteſt inced.*] nimirum per plateam, id eſt, quia ne in publico quidem veritatem & æquitatem colimus, ut ſequens verſus confirmat. 15 *Facit ut inſanus*] id eſt, propinat ſe deridendum omnibus cum ſuo juſtitiæ & æquitatis ſtudio; adeò corrupta ſunt tempora: ut 2. Reg. 9.11. & Sapient. 5.4. *Quod videt*] concluſio confeſſionis ἀναντιῤῥήτου. q.d. ac proinde nos ita ſeverè caſtigat Deus. 16 *Cum itaque*] tertium confirmationis membrum, quo Deus miſero populo & peccata ſua confitenti (ut antè vidimus) aſſerit ſe nihilominus præſtiturum promiſſiones ſuas, ut dictum eſt in verſum 1. Itaque primùm Dei potentiam velut armaturam figurat humanitus, duobus verſibus; deinde effecta, nimirum publica ipſius judicia in adverſarios, & conſervationem Eccleſiæ, tribus ſequentibus. *Interventorem*] id eſt, hominem ullum pium, qui poſſet intercedere ad ſervandum Eccleſiam, niſi idem fuiſſet Deus. *Et*] nimirum viro qui neque ſe ipſum poterat ſiſtere coram Deo, neque pro altero intercedere; ſed jam erat in peccatis mortuus, Epheſ. 2.1. *Brachium ipſius*] id eſt Chriſtus, potentia Dei, & ſapientia Dei, 1. Corinth. 1.24. *Juſtitia ipſius*] idem Chriſtus, qui factus eſt nobis ſapientia a Deo, juſtitiáque, & ſanctificatio, & redemptio, 1. Corinth. 1.30. 17 *Induit*] videlicet Chriſtus interventor noſter, regnum ſatanæ poteſtatémque tenebrarum debellaturus. *Quaſi loricam*] ut Epheſ. 6.14. *Galeam ſalutis*] ut Epheſ. 6. 17. & 1. Theſſal. 5.8. 18 *Inſulis ipſis*] id eſt, omnibus ad unum rependet, etiam longinquiſſimis. 19 *Tanquam fluvium*] id eſt, exundantem ſummo impetu contra Eccleſiam ipſius non tantùm ſtiterit ſuo ſpiritu; ſed etiam perdomuerit, atque expulerit. Comparatio aquarum exundantium cum hoſtibus Eccleſiæ; ut Pſal. 124. 20 *Tzijoni*] id eſt Eccleſiæ, ut ſequentia ſonant. 21 *De me autem*] concluſio ab elegantiſſima promiſſione ſpiritus Dei & Chriſti, manſuri in æternum cum Eccleſia ejus, & docturi omnia quæ dixit Chriſtus, Joan. 14.16. & 26. & capitibus ſeq.

Caput LX.

Propheta Eccleſiam (ad cujus ſalutem Chriſtus gratuita miſericordia a Patre miſſus eſt) primùm excitat ut lucem Evangelii diffundat per orbem terrarum: deinde oſtendit quàm numeroſa potenſq; futura ſit acceſſione gentium: & poſtremò promiſſiones explicat de ſalute, proſperitate, & gloria æterna quam Deus collaturus eſt in Eccleſiam per Chriſtum.

1 SURGE, luce, quãdoquidem advênit ᵛlux tua: & ᵛgloria Jehovæ super te orta est.

2 (Nam ecce ᵛtenebrę operiunt terram, & caligo nationes) ut super te ᵛoriatur Jehova, & gloria ejus super te conspicua sit;

3 Ut accedant gentes ad lucem tuam, & Reges ad splendorem ᵃexortum tibi.

ᵃ *Heb.* ortus tui. suprà 49. 18.

4 ᵛAttolle circumquaque oculos tuos & aspice; omnes isti congregantes se accedunt tibi: filii tui e longinquo adveniunt, & filiæ tuæ ᵛad latus ᵇtanquam a nutriciis apportantur.

ᵇ *Heb.* nutricantur.

5 ᵛTunc timebis, ᵛdeinde conflues; expavescet quidem, sed ᵛdilatabitur cor tuum: quando ᵛmutabitur erga te fremitus maris, copiæ gentiũ accedent tibi.

6 Agmen camelorum ᵛoperiet te, dromades Midjanis & ᵛHhephę, omnes ᵛe Scheba venient; aurum & thus afferent, laudésque Jehovæ prędicabunt:

7 Omnes greges ᵛKedaris congregabuntur ad te, arietes ᵛNebajothi ministrabunt tibi: ᶜascendentes altare meum accepti erunt, ita domum ornatus mei ornabo.

ᶜ *Heb.* ascẽdent in benevolentia altare meũ.

8 (ᵛCujus *essent* isti qui ᵛut densa nubes convolant, & velut columbæ ad ᵛfenestras suas?)

9 ᵛNam me insulæ exspectabunt, & classes Oceani ᵛinprimis, ut adducant filios tuos e longinquo, argentum suum & aurum suum secum; ad nomen Jehovæ Dei tui, & ad sanctum Jisraëlis, quando ᵛornabit te.

10 Et ædificabunt alienigenæ muros tuos, & Reges eorum ministrabunt tibi; ᵛcùm fervore meo percussero te, & benevolentia mea miserebor tui.

11 Nam ᵈᵛapertas tenebunt portas tuas jugiter interdiu & noctu, nó occludentur: ut introducant ad te copias gentium, etiam Regibus earum adductis.

ᵈ *Heb.* aperient.

12 ᵛNam gens ipsa & regnum quæ non servient tibi peribunt; & hæ gentes ᵉpenitus desolabuntur.

ᵉ *Heb.* desolando desolabuntur.

13 ᵛGloria Libani ad te perveniet, abies, tęda, arboréque opacæ pariter; ad ornandum ᵛlocum sanctuarii mei, ut locum pedum meorum cohonestem.

14 Et adibunt te ᶠdemissè filii affligentium te, & incurvabunt se ad plantas pedum tuorum quicunque spernebant te; atque vocabunt te civitatem Jehovæ, Tzijonem sancti Jisraëlis.

ᶠ *Heb.* demittendo.

15 ᵛPro eo quòd fuisti derelicta & exosa, adeò ut nullus pertransiret; contrà ᵍdisponam tibi excellentiam perpetuam, gaudium ʰcujusque generationis.

ᵍ *Heb.* disponam te excellentiæ seculi: hypallage.
ʰ *Heb.* generationis & generationis.

16 Nam suges lac gentium, & mammas Regum suges; ut experiaris me

me Jehovam esse servatorem tuum, & vindicem tuum *Deum* robustum Jahhakobi.

17 Pro ære adducam aurum, & pro ferro adducam argentum, & pro lignis æs, ac pro lapidibus ferrum: & imponam' tibi præfectos pacis, exactoréſque justitiæ tibi.

18 Non audietur ampliùs violentia in terra tua, vastatio aut contritio in terminis tuis; sed prædicabis salutem *in* muris tuis, & *in* portis tuis laudem.

19 Non erit tibi ampliùs sol in lucem diurnam; & quod ad splendorē lunæ, non illustrabit te: sed erit tibi Jehova luci[k] perpetuæ, & Deus tuus ornamento tibi.

20 Non óccidet amplius" sol tuus, & luna tua non recipiet se: nam Jehova tibi erit luci perpetuæ; itaque completi erunt dies luctus tui:

21 Et populares tui quotquot erūt justi, in seculum hæreditariò possidebunt terram; " ut surculus" plantarum mearum, opere manuū mearum, glorietur.

22 Parvus erit in millenos, & exiguus in gentem numerosam: ego Jehova tempore suo" accelerabo istud.

' *Heb.* præfecturā tuā pacis, & exactores tuos justitiæ.

[k] *Heb.* seculi: ut suprà ver. 15.

" Apocal. 21. 23.

ANNOTATIO.

1 *Surge*] Postquam Deus se unum autorem salutis Ecclesiæ fore confirmavit propter gloriam suam, præcedente capite; nunc demum Ecclesiam comparata hac salute excitat, ut Dei beneficia erga se agnoscat, & iis in sempiternū perfruatur. Sunt itaque hujus capitis tres partes in universum: prima, qua Deus Ecclesiam ad lucem Evangelii perfundendam excitat, tribus versibus; secunda, qua narrat vocationem efficacem, ministerium, & officia gentium ad Ecclesiam confluentium, a ver. 4. ad 15. tertia, qua narrantur beneficia quæ Deus ipse in Ecclesiam ex Judæis & gentibus adunatam collaturus est, inde ad finem usque. *Luce*] id est, lucernam sive facem Evangelii qua tu illustrata es, gentibus præfer. *Lux tua*] Christus, qui idem lux vera est, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum, Joan. 1. 9. *Gloria Jehovæ*] id est, gloriosum ministerium Evangelii per Christum, ut ostendit Apostolus 2. Corinth. 3. 7. & sequen. & 4. 4. 2 *Tenebræ operiunt*] id est, adhuc gentes sedent in tenebris ignorationis Dei. *Oriatur*] id est, hic exortus perlustret gentes alias illustratione Evangelii Christi, ut suprà 2. 2. & seq. 4 *Attolle*] secunda pars, ut diximus in versum 1. qua Deus per hypotyposin demonstrat quantus repentè futurus sit fructus prædicationis Evangelii; nimirum quòd concursuræ sunt gentes infinito numero, ver. 4. & 5. Deum in Ecclesia culturæ & ei ministraturæ, inde ad versum 15. *Tanquam anutr.*] ut suprà 49. 22. 5 *Tunc timebis*] amplificatio elegantissima ad figurandum maximam concursationem gentium ab eo quod ferè evenit humanitus: quemadmodum, inquit, si quis repentè maximas turbas concursantes viderit, primùm commovetur animus illius, deinde agnitis illis confirmatur; ita futurum est ut commovearis præ multitudine hominum se adunantium tibi, & obstupescat animus tuus admiratione, ut Actor. 10. 45. *Deinde conflues*] id est, deposito tandem timore, vicissim populis concursantibus occurres, officioſè gratulatura atque exceptura, ut Actor. 10. 45. & 11. 1. & seq. *Dilatabitur*] lætitia & charitate erga illos, ut 2. Corinth. 6. 11. & 7. 3. *Mutabitur ergate*] id est, quando gentes, quæ prius tanquam furens mare perniciem tibi minari videbantur, mutatis animis accedent tibi: ut sequentia verba explicant. 6 *Operset te*] id est, terram tuam: sunt autem hæc omnia allegoricè dicta ratione Judææ, ubi tum stabat Ecclesia. *Hhephæ*] populi inter Midjanitas, dicti a primo Midjanis filio, Genes. 25. 4. *E Scheba*] vide Genes. 10. 7. 7 *Kedaris*] vide Psal. 120. 5. *Nebajothi*] qui Nabathæis in Arabia petræa nomen dedit, primogeniti Jismahhelis, Genes. 25. 13. 8 *Cujus essent*] nimirum alterius præter me: sic enim antecedentium & consequentium ratio postulat hæc verba accipi per occupationem, qua Deus confirmat promissiones suas de multiplicatione Ecclesiæ. *Ut densa nubes*] id est, confertis agminibus, atque levissimè: nam levitas nubium est propria; ut suprà 19. 1. *Fenestras suas*] id est, columbarii sui: nam columbæ quæ natura sociales sunt, cum piis, & columbarium cum Ecclesia comparatur. 9 *Nam me insp.*] exornatio præcedentis promissionis, ver. 7. qua allegoricè demonstrat Deus primùm pios omnes operam consumpturos in ornanda Ecclesia, duobus versibus; deinde Ecclesiam vicissim omnibus apertam fore, ver. 11. postremò hostium alios judicio Dei perituros, ver. 12. alios verò Deo se tandem & Ecclesiæ ipsius submissuros, utcunque fuerint magnifici, ver. 13. & 14. *Inprimis*] id est, primùm quidem in me habebunt fidem; deinde verò propter me in ornanda Ecclesia mea laborabunt, & quidem ornāda personis, ac rebus suis omnibus pro facultate sua. *Ornabit te*] præsentia sua, & sanctificatione spiritus per verbum. 10 *Cum fervore*] ut suprà 54. 8. & 57. 20. 11 *Apertas tenebunt*] nimirum ministri Ecclesiæ, quorum opera Deus utitur ut singulis horis animæ lucrifiant Christo, & intromittantur in Ecclesiam. 12 *Nam gens ipsa*] anticipatio objectionis quæ oritur ex præcedente versu: at periculum est (dixerit quispiam) ne hostes Ecclesiæ eo facilius in ipsam involent: minimè verò, inquit Prophera. nam aut peribunt illi divinitus, hoc ver. aut sub jugum missi ministrabunt tibi. 13 *Gloria Libani*] id est periistos, tanquam mancipia & serviles operas, præstabuntur tibi ministeria omnia quæ opus erūt ad excolen-

dam te: allegoria sumpta a Nethinæis, servis Schelomonis, & aliis quorum fit mentio libro 1. Reg. & in libris Hhesræ & Nechemjæ. *Locum sanctuarii*] id est, templum meum, quod est Ecclesia. 15 *Pro eo quòd*] tertia pars, exponens beneficia quibus Deus ipse Catholicam Ecclesiam suam prosecuturus est, ut diximus in versum 1. quæ beneficia generatim promissa, hoc ver. sequentibus exornantur. 20 *Sol tuus*] id est, prosperitas tua illustrior luce ipsa Solis & Lunæ, quam allatura est tibi perpetua præsentia Domini; ut altera pars versus indicat. 21 *Ut surculus*] id est Christus, cui tanquam surculo e stirpe Davidis, suprà 11. 1. insita sunt Ecclesiæ membra a Domino. *Plantarum*] id est, piorum Ecclesiæ membrorum, qui tanquam malleoli aut taleæ inoculantur aut emplastrantur in Christo per spiritum, ut fit Ecclesia una gloriosa in ipso: sic infrà 61. 3. 22 *Parvus*] explicatio præcedentis allegoriæ, fore ut quemadmodum inoculata planta in ramos plurimos diffunditur admirabili Dei operatione, sic piorum etiam minimus in infinitum propagetur. *Accelerabo*] id est, efficiam ut quàm celerrimè Christiana Ecclesia propagetur.

CAPUT LXI.

Christus prædicans plenitudinem spiritus a Patre acceptam & vocationem suam, exponit beneficentissimas suas operationes in Ecclesiam, fore ut omnia serviant Ecclesiæ, & Ecclesia Deo ex novo fœdere: quapropter de administratione sua gratulans Deo & Patri, ostendit se ornaturum esse Ecclesiam sponsam suam justitia, vita, & gloria æterna: eandemq; salutem ab administris suis prædicari verbo, & opere procurari mandat.

Lucæ 4. 18. 1 SPIRITUS Domini Jehovæ *est* super me: eò quòd unxit Jehova me ad evangelizandum mansuetis, misit me ad obligãdum fractos animo, ad proclamandum captivis libertatem, & vinctis aperturam ergastuli,

a Heb. corde.

b Heb. benevolentiæ. 2 Ad proclamandum annum acceptum Jehovæ, & diem ultionis Dei nostri; ad consolandum omnes lugentes:

3 Ad *consolationem* adhibendam lugentibus Tzijonis, ad dandum eis ornatum loco cineris, unguentum gaudii loco luctus, amictum laudis loco spiritus contracti: ut vocentur illi quercus justitiæ, ut planta Jehovæ glorietur:

c Heb. seculi: sic ver. 7. & 8. *d Heb.* desolationis. *e Heb.* generationis & generationis. 4 Ut ædificent desolationes antiquas, solitudines priscas restituãt; renovéntque civitates desolatas, solitudines multarum generationum.

5 Nam adstantes extranei pascent greges vestros; & alienigenæ agricolæ *erunt* vestri, & vinitores vestri:

f Heb. dicetur vobis. 6 Vos verò sacerdotes Jehovæ vocabimini, ministri Dei nostri dicemini; opibus gentium fruemini, & gloria earum summè efferetis vos.

7 Loco pudoris vestri dupli, & ignominiæ *quam* cantabant horum portionem *esse*; idcircò in terra illarum duplum hæreditariò possidebunt, lætitia perpetua his futura est.

8 Quia ego Jehova amo jus, odi rapinam conjunctam holocausto; ideò disponam opus eorum in veritate, & fœdus perpetuum pangam eis.

g Heb. in medio populorum. 9 Et innotescet in gentibus semen eorum, & prognati eorum inter populos; omnes videntes eos agnoscent eos, esse semen *cui* benedicit Jehova.

CAPUT LXII.

1 OMNINO gaudeo in Jehova, exultat anima mea in Deo meo; quia induit me vestibus salutis, pallio justitiæ amicivit me: tanquam sponsum *qui* administrat ornatum, & veluti sponsam ornantem se instrumentis suis. *a Heb.* gaudendo gaudeo.

2 Nam ut terra profert germen suum, & sicut hortus sata sua producit; ita Dominus Jehova producturus est justitiam, & laudem coram omnibus gentibus.

3 Propter Tzijonem non tacebo, & propter Jeruschalaima non quiescam: donec prodeat ut splendor justitia ejus, & salus ejus ut lampas ardeat.

4 Videbunt enim gentes justitiam tuam, & omnes Reges gloriam tuam; & indetur tibi nomen novum quod os Jehovæ præfixerit;

5 Cùm eris *b* coronata ornatu manu Jehovæ, & cidari *c* regia manu Dei tui. *b Heb. cum* corona ornatus. *c Heb.* regni.

6 Non diceris amplius derelicta, & terra tua non dicetur amplius desolata: sed tu vocaberis deliciæ meæ, & terra tua maritata; quia delectabitur Jehova te, & terra tua maritabitur: *d Heb.* non dicetur tibi, &c.

7 Ut cùm ducit juvenis virginem, *cùm uxores* tibi ducunt filii tui; gaudio, inquam, sponsi cum sponsa, gaudebit tecum Deus tuus. *e Heb.* tibi vocabitur chephtzibah, id est oblectatio mea in ipsa.

8 Super muros tuos, *urbs* Jeruschalaimorum, præficio custodes, toto die & tota nocte jugiter non tacituros: qui commemoratis Jehovâ, ne *esto* silentium vobis;

9 Et ne permittatis silentium esse de illo: donec stabiliat, & donec disponat *f* Jeruschalaimis laudem in terra: *f Heb.* Jeruschalaima.

10 *Sed dicite;* juravit Jehova per dexteram suam, & per brachium roboris sui; non dabo frumentum tuum amplius cibo inimicis tuis, neque bibent alienigenæ mustum tuum, in quo laboraveris:

11 Sed colligentes illud comedent illud, ut laudent Jehovam; & congregantes hoc bibent ipsum in atriis sanctitatis meæ.

12 Transite, transite in portas, parate viam populi; aggerate, aggerate aggerem, amovete lapides, attollite vexillum ad populos.

13 Ecce Jehova pronuntiat ad extremum usque terræ, dicite filiæ Tzijonis, ecce salus tua advenit: ecce merces hujus penes ipsum, & operæ pretium hujus ante ipsum est:

14 Ut vocent hos populum sanctum, vindicatos Jehovæ; & tu vocaberis requisita, civitas non derelicta.

ANNOT.

ANNOTATIO.

1 *Spiritus Domini*] Hac concione, quam Christus per Prophetam habuit, exponuntur tria: primum est, quæ fuerint dona & quæ vocatio Christi, versibus quatuor primis hujus capitis; secundum, quæ operatio, reliquo hoc capite; tertium, quæ functio sive administratio ad præstandum operationes suas ex dono & vocatione Dei, toto capite 62. quæ tria ab uno & eodem spiritu præstari docet Apostolus 1. Corinth. 12. 4. & sequen. in Christo quidem absolutissimè, ut qui spiritum sine mensura acceperit; in aliis verò, pro demenso donationis Dei. Hæc autem de Christi persona esse, non de alio Propheta ullo, res ipsæ commonstrant meridie clariùs. Nam his verbis, *spiritus Domini est super me*, plenitudinem spiritus sibi asserit, ex qua accipiunt omnes, Joan. 1. 16. illis verò, *eò quòd unxit*, &c. vocationem plenam similiter arrogat sibi, qua singulares aliorum omnium vocationes nituntur, ut ipse Christus docuit Matth. 28. 18. *Eò quòd unxit*] q. d. non me inermem, aut imparatum a rebus necessariis mittit Deus; sed ut mitteret, prius instruxit spiritus plenitudine. Est enim ungendi verbum hîc sumptum metonymicè, ut Psal. 45. & alibi sæpe. *Ad obligandum*] id est, ad curandum mortales, liberandum, & reconciliandum Deo: quò spectant omnes illæ allegoricæ loquendi formæ quæ mox sequuntur. 3 *Cineris*] id est luctus, metonymicè a signo; ut suprà 58. 5. *Contracti*] id est, qui præ conscientia malorum suorum angustus atque abjectus est; ut contra cùm liberatur ex angustiis animus, dicitur dilatari: vide Psal. 119. 32. *Quercus justitiæ*] i. tanquam arbores, in Christo insiti firmè radicentur per fidem; & in justitia ac sanctificatione spiritus ambulantes per Christum, in Ecclesia pro plantis Dei habeantur; & ab exteris quoque prædicentur, fructuum quos protulerint nomine: ut 1. Timoth. 3. 7. *Ut planta*] quæ in Christum, tanquam in truncum educatum ex surculo, fuerit insita a Deo: ut suprà 60. 21. 4 *Ut ædificent*] id est, instaurent Ecclesiam Dei, allegoricè. 5 *Nam adstantes*] secunda pars capitis de operatione Christi in Ecclesia, nimirum fore ut hostes ipsi ministrent Ecclesiæ, & Ecclesia ministret Deo; ac proinde omnia bonorum genera benedictione Dei consequatur: sic 1. Corinth. 3. 22. 6 *Opibus gentium*] primum benedictionis genus, nimirum jus & autoritas Ecclesiæ vindicata per Christum in res omnes creatas; quæ per antithesin miseri & ignominiosi status præcedentis illustratur, sequen. versu. 7 *Dupli*] id est, quo plus satis perfusi estis: sic blandè parcit Deus Ecclesiæ suæ, & honorificè loquitur; ut suprà 40. 2. *Horum portionem*] id est Judæorum, qui tum erant Ecclesia Dei: apostrophe a secunda persona ad tertiam. *Duplum*] id est abundè, plus satis: numerus finitus pro infinito. 8 *Quia ego*] secundum benedictionum genus, fore ut Deus fœdus perpetuum in Christo ineat cum Ecclesia, & omissis ceremoniis legis cultum spiritualem & verum instituat in Ecclesia sua; adeóque inscribat utrumque, fœdus inquam & cultum spiritualem, in cordibus populi sui: ut Hhebr. 8. ex Jirmejæ loco exponitur. *Amo jus*] ac proinde non possum amare Ecclesiam injustam, servientem Deo non novitate spiritus, sed vetustate literæ. *Holocausto*] id est, veteri legi, ac ceremoniis, synecdochicè, & toti ministerio literæ, quod ministerium mortis & condemnationis appellatur, 2. Corinth 3. 7. & sequen. *Disponam*] id est, renovabo spiritum mentis eorum, & induam eis novum hominem, qui secundum Deum conditus est ad justitiam & sanctimoniam veram, Ephes. 4. 23. ut me colant in spiritu & veritate, Joan. 4. 23. 9 *Extimescet*] tertium benedictionis genus, nimirum gloria Ecclesiæ per sanctificationem spiritus; etsi intergerini parietis septum solutum erit, & lex ceremonialis per carnem Christi abolita, ut ait Paulus Ephes. 2. 14.

IN CAPUT LXII.

1 *Omnino gaudeo*] Tertia pars, de administratione (ut antè diximus) in qua Christus velut exultabundus gratulatur Deo de beneficio in se & in Ecclesiam suam sponsam collato per prolepsin, hoc versu; deinde speciatim administrationem explicat, primùm suam ipsius erga Ecclesiam, usque ad versum 8. deinde ministrorum Ecclesiæ, quibus dat mandata sua, inde ad finem usque. *Me*] Christum videlicet mysticum, hoc est, primùm Prophetam illum nostrum, Sacerdotem, & Regem plenissimè; deinde Ecclesiam totam per ipsum: ut sequentia verba explicant. *Ornatum*] justitiæ & vitæ, quam Christus sponsus exhibet Ecclesiæ. *Nam ut*] prior pars administrationis, qua Christus erga Ecclesiam utitur, duabus partibus continetur; nimirum quòd Deus per Christum justitiam daturus est Ecclesiæ, deinde quòd laudem & gloriam amplissimam; quæ duo prolepticè hoc versu posita, sequentibus exornantur. *Dominus Jehova*] id est Christus, æternus Deus cum Patre & Spiritu sancto, per spiritum suum intus secundum divinam naturam operans, & per verbum suum, quod secundum naturam humanam prædicavit, sequen. versu. 3 *Donec*] id est, donec totum opus salutis fuerit consummatum. 4 *Nomen novum*] nimirum quod explicatur versu 6. 5 *Cùm eris*] id est, quando Christus Deus & servator tuus te adjunget sibi, & coronam atque ornamentum suum tibi imposuerit: ut suprà ver. 1. 8 *Super muros tuos*] altera pars administrationis Christi, per servos suos in Ecclesiam: qua primùm jubentur usque ad consummationem seculi prædicare promissiones Dei juramento confirmatas, quatuor versibus; deinde Ecclesiam totam ex Judæis & gentibus tum disciplina sancta, tum Evangelii promulgatione colligere: ut Matth. 28. 18. & sequen. *Custodes*] id est, pastores & doctores, allegoricè. *Qui commemoratis*] apostrophe ad servos Christi, continens mandatum administrationis ipsorum. 9 *De illo*] Christo, Jehova, quem commemoratis. 10 *Sed dicite*] eclipsis contrarii, ut Genes. 18. 18. Est autem hîc summa Evangelii, salus ab omnibus inimicis, & vita, gloriáque æterna. 11 *In atrüs*] id est, coram Deo, gratias ei agentes tanquam Sacerdotes Jehovæ, ut suprà 61. 6. alludit ad legalem ritum Levit. 6. 12 *In portas*] id est, per totam ditionem, quàm latè patet Ecclesia. *Parate viam*] id est, singulis membris Christi & Ecclesiæ prospicite pro facultate vestra, venientes adjuvando, dormientes excitando, nihil cogitantes & ignorantes accersendo, & si quæ sunt hujusmodi: allegoricè. 13 *Ecce Jehova*] confirmatio præcedentis propositionis, a continuis documentis quæ Christus Ecclesiæ suæ ubique locorum tradit per spiritum suum, qui operatur omnia in omnibus. *Filia Tzijon.*] id est Ecclesiæ, genitæ per doctrinam quæ Tzijone profecta est: ut suprà 2. 3. *Salus tua*] id est, Christus salutis autor. *Merces hujus*] id est, jam re ipsa obtinet mercedem suam pro operibus & perpessionibus suis, nimirum salutem Ecclesiæ quam redemit sanguine suo. 14 *Hos*] id est, filios tuos, ô Ecclesia: nam verba sunt doctorum Ecclesiam compellantium, & servatos quasi digito commonstrantium. *Requisita*] tum a Christo redimente, tum ab electis omnibus, a quibus relicta videbatur, ut suprà 49. & 60.

CAPUT

Caput LXIII.

Ecclesia Iudæorum sermonem instituens cum adveniente Christo, cognoscit ex ipso quis sit, & quàm magnificè de hostibus triumphet & suos conservet: ac propterea repentè adducta ad celebrandum præteritam illius beneficentiã qua populum ex AEgypto liberaverat, orat Christum ut propter Dei fœdus & gloriam, ac propter blasphemam & inhumanam impietatem hostium Ecclesiæ, placeat misericordiam de ea capere, & gratis salutem afferre; & quamvis peccati conscia, Deo se exhibet, profitetur resipiscentiam, salutemq; suorum postulat: quapropter Christus a se Ecclesiam ex gentibus collectum iri respondet, se ultionem de Iudæis sumpturum esse, & reliquias servaturum: Iudæosq; contestatus fert sententiam condemnationis adversus impios, & pios promissionibus magnificis regenerationis, lætitiæ, vitæ, prosperitatis, & omnimodæ benedictionis consolatur.

1 QUIS hic *est* veniens ex Edomæa, madefactus vestibus Botzræ, iste decorus veste sua, peregrè agēs amplitudine virium suarum? ego qui loquor justè, sufficiens ad servandum. *a Heb.* fermē tatus: metaphora a massa consperſa.

2 Quare rubidus es vestibus tuis, & vestimenta tua ut calcantis in torcularis lacu?

3 Torcular calcavi solus; nam ex populis nullus vir *potuit certare* mecum; sed calcavi eos ira mea, & conculcavi eos æstu meo: ita insperſus est sanguis cujusque robustissimi illorum vestimentis meis, & omnes vestes meas contaminavi; *b Heb.* robur illorũ: ut ver. 6.

4 Quando dies ultionis ex animo meo, & annus vendicandorum meorum venit. *c Heb.* cordis.

5 Cùm autem intuerer nullum esse adjutorē, & obstupescerem quòd nemo fulciret; salutem attulit mihi brachium meum, & æstus meus ipse fulcivit me:

6 Ita calcavi populos ira mea, & inebriavi eos æstu meo; denique dejeci in terram robustissimum quemque eorum.

7 Benignitates Jehovæ commemorabo, laudes Jehovæ, planè pro omnibus quæ contulit nobis Jehova: & amplitudinem bonitatis erga domum Jisraëlis, quam contulit eis secundum misericordiam suam & secundum amplitudinem benignitatum suarum.

8 Nam dixit; utique populus meus sunt, filii non mendaciter acturi: ideò fuit illis servator.

9 In omni angustia eorum non affecit *eos* angustia: sed Angelus faciei ejus servavit eos; dilectione sua & clementia sua ipse vendicavit eos; & imponens eos sibi bajulavit eos omnibus diebus seculi.

10 Nam ipsis rebellantibus, & dolore afficientibus spiritum sanctitatis ejus; mutabatur quidem ipsis in inimicum, ipse repugnabat eis:

11 Sed recordabatur dierum priscorum, Moschis, populi sui, *dicens*: ubi *esset* qui eduxit istos e mari cum pastore gregis sui? ubi *esset* qui posuit in medio istius spiritum sanctitatis suæ? *d Heb.* seculi. Exodi 14.

12 Qui deduxit *istos*, ad dexteram Moschis *existens*, brachio ornatus sui? qui diffidit aquas propter istos, ut cõpararet sibi nomen perpetuũ? *e Heb.* seculi.

13 Qui

13 Qui egit istos per abyssos; tanquam equum per desertum, *adeò ut* non impegerint?

14 "Ut jumentum in convalle descendens, spiritus Jehovæ quietè egit eum: "ita duxisti populum tuum, ad comparandum tibi nomen ornatus.

Caput LXIIII.

1 "INtuere e cœlis, & vide "ex habitaculo sanctitatis tuæ, & ornatus tui: ubi est "zelus tuus, "& maxima potentia tua? "fremitúsne viscerum tuorum & misericordiæ tuæ erga me continerent sese?

a Heb. & potentiæ tuæ.

2 "Tu enim pater noster es;" quamvis Abraham nesciret nos, & Jisraël non agniturus esset nos: tu Jehova pater noster es, vindici nostro a seculo nomen est tibi.

3 Quare sineres aberrare nos, Jehova, "a viis tuis?" torrefaciens obdurares *b* animum nostrum a reverētia tui? "revertere propter "servos tuos, tribus possessionis tuæ.

b Heb. cor.

4 "Ad minimum usque hæreditariò possident populum sanctitatis tuæ, hostes nostri conculcant sanctuarium tuum.

5 "Sumus *illi*; "nunquam dominatus es istos, neque invocatum est nomen tuum super istos: "utinam" lacerans cœlos descenderes, a facie tua "montes diffluerent,

c Heb. a seculo non dominatus es.

6 "Quemadmodum conflagrante igne cremia, "aquarum bullas excitat ignis, ut notum faceres nomen tuum hostibus tuis; a facie tua gentes contremiscant.

d Heb. aquas bullat.

7 Faciens terribilia "*quæ* non exspectassemus; *utinam* descendas, a facie tua montes diffluant.

8 "Et inde a seculo "inaudita, auribus minimè percepta; *quæ* oculus non vidit, ô Deus, præter te, *Deus* comparet præstolanti ipsum.

e Heb. non audiverunt, non perceperunt auribus.

9 "Occurris" gaudenti, & exercenti justitiam, *qui* in viis tuis memores sunt tui: en tu effervescis cùm peccamus; si "perpetuò" in illis *stetissemus*, servati fuissemus.

f Heb. seculo.

10 Sed sumus" ut immūdus omnes nos, & sicut panniculus "abjectissimus omnes justitiæ nostræ; diffluimúsque velut folium omnes nos, & iniquitates nostræ ut ventus auferunt nos:

g Heb. remotionum.

11 "Nec ullus est qui invocet nomen tuum, excitans se ad" prehendendum te; cùm abscondisti faciem tuam a nobis, & dissolvis nos *h* per iniquitates nostras.

h Heb. manu iniquitatum nostrarum.

12 "Jam verò Jehova, pater noster es: nos *quidem* lutum sumus, tu verò fictor noster es, & opus manus tuæ sumus omnes.

13 Ne effervescas Jehova "quamplurimùm, neque in æternum recorderis iniquitatis: en intuere quæso, nos omnes sumus populus tuus.

i Heb. usque valde: sic ver. ultimo.

14 Civitates sanctitatis tuæ sunt desertum: Tzijon est desertum, est Jeruschalaimis desolatio.

15 Domus

15 Domus ſanctitatis noſtræ, & ornatus noſtri, *in* qua laudarunt te majores noſtri, eſt *expoſita* conflagrationi ignis; & una quæq; rerum deſyderatarum noſtrarum eſt vaſtationi.

16 An ″propter illas contineres te Jehova? ſileres, & affligeres nos quàmplurimum?

Caput LXV.

1 ″EXPOSITUS ſum eis qui nō interrogabant, inventus ſum ab eis qui non quęrebant me; dixi, ecce me, ecce me, ″ad gentē *quæ* nō vocatur de nomine meo. *a Heb.* quæſitus: ut Pſa. 111. 2. Rom. 10. 20.

2 ″Expanderā manus meas toto die ad populū rebellem; qui ambulant via non bona, ᵇſequendo cogitationes ſuas: *b Heb.* poſt.

3 *Ad* populum qui provocant me ᶜin os jugiter; ſacrificantes ″in hortis, & adolentes in ᵈ″lateritiis: *c Heb.* in faciem meā: ut Ijobi 1. 11. *d Heb.* lateribus.

4 Qui ″ſedent ad ſepulchra, & apud ″cuſtodita pernoctant; ″qui comedunt carnes ᵉporcinas, & fragmen *carnium* abominandarum *ex* inſtrumentis ſuis: *e Heb.* porci.

5 ″Qui dicunt, appropinqua ᶠad tuos, ne attingito me, quia ſanctior ſum te: ″iſtis fumus *eſt* in naſo meo, ignis ardens toto die. *f Heb.* ad te.

6 ″Ecce ſcriptum eſt coram me: non tacebo, niſi rependero, atq; rependero ″in ſinum eorum,

7 Iniquitates veſtras, & iniquitates patrum veſtrorum pariter, ait Jehova, qui adoleverunt in iſtis montibus, & in iſtis collibus probro affecerunt me; quapropter remetiens opus eorum ″primùm *regeram* in ſinum eorum.

8 ″Sic ait Jehova; ut cui ᵍpræſtò eſt muſtum in botro, is dicit, ne perdito iſtum, quia benedictio eſt in eo: ita facturus ſum propter ſervos meos, ne perdam iſtos omnes. *g Heb.* invenitur.

9 Nam excipiā e Jahhakobo ſemē, & e Jehuda hæredē ″montiū meorū: & poſſidebūt hæreditatē iſtā electi mei, & ſervi mei habitabūt iſtic.

10 Eritq; ″Scharonitis regio caula gregum, & ″convallis Hhacoris cubile armenti; pro populo meo, qui requiſierint me.

11 ″Vos verò deſertores Jehovæ, ″qui obliviſcimini mōtis ſanctitatis meę; ″q inſtruitis turmę illi menſā, quiq; impletis ᵇ″numeris illis libamē:

12 ″Tradam quoq; numeros veſtros gladio, & omnes vos mactationi ſuccumbetis, eò quòd clamanti mihi non reſpondiſtis, & loquentem nō audiviſtis: ſed feciſtis quod malum videtur in oculis meis, & id quo non delector elegiſtis. *h Heb.* numero illi. ſed numeri pluraliter tātūm hac ſignificatione dicuntur. *i Heb.* dinumerabo vos: paronomaſia.

13 ″Idcircò ſic ait Dominus Jehova, ecce ſervi mei comedent, vos autem eſurietis; ecce ſervi mei bibent, vos autem ſitietis: ecce ſervi mei lætabuntur, vos autem erubeſcetis. *k Heb.* bonitate cordis.

14 Ecce ſervi mei canent præ ᵏhilaritate animi; vos autem clamabitis præ dolore ˡanimi, & præ contritione ſpiritus ejulabitis: *l Heb.* cordis: ſic infr. verſ. 17.

15 Et dimittetis nomen vestrum *ut sit* execrationi electis meis, cùm morte affecerit te Dominus Jehova; servis verò suis indet nomẽ aliud:
16 Ut qui sibi benedicturus est in terra, benedicat sibi per Deum firmi, & juraturus in terra juret per Deum firmi: cùm oblivioni traditæ fuerint hæ angustiæ priores, & cùm absconditæ fuerint ab oculis meis.
17 Nam ecce ego creaturus sum cœlos novos, & terram novam; neque commemorabuntur hæc priora, neque venient in animum.
18 Sed gaudete & exultate in sempiternum, quos ego recreo: nam ecce ego recreo *urbem* Jeruschalaim orum exultatione, & populum ejus gaudio.
19 Et exultante me de Jeruschalaimis, & gaudente de populo meo; non audietur in ea amplius vox fletus, aut vox clamoris.
20 Non existet illinc amplius infantulus ætate, aut senex, cujus non impleat dies *Deus*: nam puer, natus centum annos morietur; peccator autem, *etiam* natus centum annos maledictus erit.
21 Et ædificantes domos inhabitabunt eas; & plantantes vineas, comedent fructum earum.
22 Non ædificabunt & alius inhabitabit, non plantabunt & alius comedet: sed ut sunt dies arboris, dies erunt populi mei, & opus manuum suarum deterent electi mei.
23 Non laborabunt inaniter, neq; gignent ad conturbationẽ: nam semen benedictorum Jehovæ erunt, & prognati eorum cum ipsis.
24 Eritq; nondum clamantibus ut ego respondeam; adhuc ipsis loquentibus, ut ego exaudiam.
25 Lupus & agnus pascentur unà, & leo ut bos comedet stramen, serpenti autem pulvis erit cibo: non malefacient, neq; corrumpent in toto monte sanctitatis meæ, ait Jehova.

m Heb. dieb.

ANNOTATIO IN CAPVT LXIII.

1 *Quis hic est*] Tota hæc prophetia (in qua tria capita conjungenda esse putavimus) est διαλογισικὴ, ac proinde tribus quæstionibus respondisq; continetur. Quæstiones proponit Ecclesia Judæorum, responsa Christus. Prima quæstione Ecclesia Christum tanquam ex improviso advenientem & hostes suos ulciscentem non agnoscens, quærit quis ille sit, & cognoscit ex Christo, hoc versu: secunda, cruentatas illius vestes admirans quærit illius rei causam, vers. 2. cui respondet Christus, versibus quatuor: tertiâ denique Ecclesia repentè adducta partim in admirationem antegressorum Dei operum, reliquo capite; partimque in metum ex peccatorum suorum conscientia, implorat misericordiam Christi, toto cap. sequente; cui respondet Christus, capite 65. *Ex Edomæa*] id est, ex regione hostium Ecclesiæ, synecdochicè. Edomæa autem potius quàm alia ulla regio nominatur, tum propinquitatis, tum gravissimæ ac hæreditariæ hostilitatis nomine: ut Psal. 137. & Lament. 4. 21. *Madefactus*] non tam sudore suo quàm hostium sanguine, ut secunda quæstione explicatur. *Botzra*] Edomæorum metropoli, ut suprà 34. 6. *Decorus*] id est, cujus decorem & gloriam ex ipsius veste sanguine conspersa, & reportatam victoriam cognoscimus. *Peregrè agens*] id est, peragrans & pervadens securè omnes hostium regiones, non alienis copiis aut collecta manu, sed sola potentia sua. *Ego qui loquor*] responsum Christi, quo se verum Ecclesiæ Prophetam, sacerdotem, & Regem profitetur. 2 *Quare rubidus*] secunda quæstio. 3 *Torcular*] responsum Christi ad quæstionem accommodatum, allegoricè explicat victoriam Christi de hostibus, ut suam Ecclesiam potenter servet. Hanc autem victoriam commendat duobus modis: primùm, quòd nemo hostium tam fortis fuit qui posset ipsi obsistere, duobus versibus; deinde quòd solus eam comparaverit nemine adjuvante, duobus alteris: quæ duo prolepticè his tribus primis verbis exposuit. 4 *Quando dies*] id est, cùm exoptata mihi plenitudo temporum advenit; ut vocat Paulus Galat. 4. 4. *Annus redimendorum*] id est, verus ille jubilæus, quem legalis ritus figuraverat, Levit. 25. & 27. 5 *Nullum esse*] id est, ne Ecclesiam quidem ipsam ad salutem suam & liberationem ab hostibus conferre aliquid posse. *Salutem attulit mihi*] id est, Ecclesiæ meæ, quæ est corpus Christi & complementum ejus qui omnia implet in omnibus, Ephes. 1. 23. *Brachium*] id est, sola virtus mea, & zelus Jehovæ; suprà 8. 6 *Inebriavi*] id est, magna pocula atque insolita afflictionum & iræ meæ epotanda præbui: ut Psal. 75. 9. & suprà 51. 22. 7 *Benignitates*] hac tertia parte, Ecclesia admirans magnificentiam prælentem Christi orat ipsum pro salute sua, usque ad caput 65. Hujus autem orationis partes sunt quatuor: prima est exordium, quo Ecclesia Deum adducit ad continuandam promissionum veritatem, & confirmat se ipsam in exspectatione earum, per laudativam narrationem anteactæ Dei beneficentiæ, toto hoc capite. secunda, est propositio postulati, principio capitis sequentis usque ad ver-

ad versum 9. tertia est confirmatio postulati, tribus versibus: quarta, conclusio, a versu 12. ad finem. 8 *Nam dixit*] narratio benignitatis & beneficentiæ Dei erga populum, hoc versu: quæ deinde amplificatur ab ingratis populi factis, & Dei constantia in benignitate præstanda propter gloriam suam, versu sequente. atque hæc duo reliquis exornantur. *Dixit*] id est, humanitus secum reputavit, tanquam bonus parens benè sperans de liberorum fide atque obsequio. *Non mendaciter*] quasi dicat, non erunt tam impii atque impudentes ut degenerent a me: humanitus dictum. 9 *Angustia*] id est, qua ii Deum indignissimè affecerunt: humanitus dictum, ut seq. versu. *Non affecit eos*] id est non malum, sed bonum rependit pro malo. *Angelus*] id est, Christus mediator Dei & hominum, de quo Exodi 23.20. Propterea autem Angelus faciei appellatur, tum quia tanquam sacerdos æternus ministrat coram facie Dei & intercedit pro nobis, atque adeò est in sinu Patris, Joan. 1.18. tum quia nobis est a Patre imago Dei invisibilis, Colos. 1.15. quem qui vidit, vidit Patrem, Joan. 14.9. *Imponens eos sibi*] ut Exodi 19.4. & Deut. 32.11. & suprà 46.4. 10 *Dolore afficient*] ut Psal. 78.40. *Spiritum sanctit.*] quem ex communicatis ipsius donis agnoscebant: nam qui repugnante luce verbi Dei & spiritus accensa in conscientia ipsius aliquid perpetrat, is spiritum dicitur extinguere, 1. Thess. 5.19. spiritui mentiri, Actor. 5.3. & dolore eum afficere: ut hoc loco. Est autem hæc tota narratio inprimis evidens (si qua in vetere Testamento) ad confirmandam doctrinam Christianam de uno Deo & tribus personis. *Mutabatur*] id est, certabat contra ipsorum improbitatem, & reprimebat afflictionibus, tanquam si fuisset hostis: humanitus dictum, ut Psal. 18.27. 11 *Ubi esset*] prosopopœia summè pathetica, qua figuratur Deus disceptans cum animo suo, & se ad misericordiam revocans propter gloriam suam; quo argumento utebatur Mosche, Exodi 32.11. quasi dicat, ubi amplius videretur gloria Dei? ubi exstaret sublato populo ipsius? *Pastore*] id est Mosche. *Spiritum sanctit.*] id est Deum ipsum, Patrem & filium præsentem in spiritu sancto, quem illi quodammodo exstinguebant, ut dictum est versu 10. 12 *Ad dexteram*] id est, Moschem quasi manu ducens, & dexteram illius agens ad perficiendum opus suum. 14 *Ut jumentum*] id est, leniter & commodè duxit, ut solet jumentum duci in descensu montis ardui. *Ita duxisti*] apostrophe ad Deum, μεταβατικὴ ad secundam orationis partem.

In Caput LXIIII.

1 *Intuere*] Altera pars orationis, nimirum propositio postulati, ut diximus suprà in versum 7. præcedentis capitis; qua Ecclesia salutem a Christo petit, primùm propter fœdus cum ipsa initum, officiaque jam olim promissa & præstita Ecclesiæ, tribus versibus. deinde propter intolerantiam hostium Deo & Ecclesiæ adversantium, versu 4. & 5. quibus causis expositis, postulatum quod fuerat cœptum vers. 1. copiosè explicatur, usque ad versum 9. *Exhabitaculo*] id est e cœlis, periphrasticè. *Zelus tuus*] majoribus nostris opere demonstratus ad servandum ipsos. quasi dicat, jam non exstat, nusquam apparet amplius: humanitus dictum. *Fremitúsque*] id est, nunquámne velut pœnitentia adductus misereberis mei? metonymicè: sic Cantic. 5.3. 2 *Tu enim*] prior causa postulati, ut diximus versu præcedente, a fœdere Dei constantissimo. *Quam sis*] occupatio brevis: atqui (dixerit quispiam) Deus pater est Abrahami & Jisraëlis ambulantium coram se; vos autem planè a fœdere discessistis, & majorum vestigia in fide reverentiaque Dei ambulantium ita omisistis, ut ne ipse quidem Abraham aut Jisraël (si in vivis essent) vos pro filiis agnoscerent, Deut. 32.5. respondent; fatemur quidem nos ita depravatos esse vitiositate nostra ut indigni simus qui Dei, Abrahami, vel Jisraëlis filii appellemur; sed nitimur solo Dei fœdere gratuito, quod scimus esse constantissimum, ut Deus ipse est. sic perstringitur brevi argumentum illud quod posteà adjicitur vers. 9. & duobus seq. 3 *A sæculo tuo*] id est obsequio, fide, & cultu tuo, quem observari vetant adversarii, & tua gloria flagitat. *Torrefaciens*] misera servitute, qua servitur satanæ, peccato, & omnibus inimicis Dei, tanquam in fornace ferri: ex qua incommodorum consuetudine ferè exuitur pietas, & induitur obduratio. *Revertere*] id est tanquam reversus; tuos a suis erroribus revoca: humanitus dictum. *Servos tuos*] id est, propter gratiam & fœdus tuum, quo nos tibi servos gratuitò comparasti. 4 *Ad minimum*] secunda causa, ut diximus in versum 1. 5 *Sumus illis*] videlicet in quos dominaris, & super quos invocatur nomen tuum: nam hæc zeugmaticè petenda sunt ex sequente membro. *Utinam*] regressio ad postulatum expositis argumentis ejus, quod elegantissimis comparationibus illustratur. Sunt autem hujus postulati duo capita: unum, adversus hostes Dei & Ecclesiæ, usque ad versum 8. alterum, pro Ecclesia, ut doctrina Evangelii afferretur per Christum, vers. 8. *Lacerans*] humanitus dicta. *Montes*] ut Judic. 5.5. 6 *Quemadmodum*] elegans comparatio montium diffluentium cum aquis ferventibus in olla ad luculentum ignem: quæ allegoria in fine versus exponitur. 7 *Qua non exspect.*] id est, omnem hominum cogitationem superantia, quæ ne in mentem quidem hominis ascenderunt; ut 1. Corinth. 2.9. 8 *Et inde a sæculo*] id est, mysteria Evangelii revelata per spiritum, in quæ desyderant angeli introspicere; ut interpretantur Apostoli 1. Corinth. 2.9. & 1. Petr. 1.12. 9 *Occurris*] tertia pars orationis, nimirum confirmatio postulati, ut dictum est in vers. 7. capitis præcedentis, qua Ecclesia primùm misericordiam Dei erga resipiscentes & justitiæ studiosos explicat, deinde peccata sua confitetur: qua in confessione syncera posita sunt initia resipiscentiæ, ut ostendit David Psal. 32.5. quæ duo prolepticè hoc versu ponuntur; posteà verò exornatur peccatorum confessio, vers. 10. & 11. ex qua postremò conclusio efficitur implorans misericordiam Dei erga resipiscentem Ecclesiam, ad finem usq;. Est autem occurrendi verbum humanitus attributum Deo. *Gaudenti &*] id est, ei qui cum gaudio incumbit justitiæ. *In illis*] nimirum viis Dei, quarum meminit priore membro. Est autem in his verbis elegans hypothesis, cui adversativa confessio subjicitur. 10 *Ut immundus*] id est peccatis nostris, tanquam lepræ sordibus, ab ipsius Dei hominumq; consortio separati: vide Levitici 13.45. 11 *Nec ullus est*] id est, ac ne tuis quidem ferulis cæsi resipuimus: exaggeratio. *Prehendendum*] id est consequendum, ut loquitur Apostolus Philip. 3.12. 12 *Jam verò*] conclusio ex antecedentibus confecta: ut dictum est in vers. 9. 16 *Propter illas*] nimirum iniquitates nostras, de quibus suprà. quasi dicat, indignum esset te magis ad peccata nostra respicere, quàm ad gloriam tuam in liberatione Ecclesiæ positam.

In Caput LXV.

1 *Expositus*] Ad antecedentem Ecclesiæ postulationem hoc capite respondet Christus: ut diximus suprà in 63.1. Sunt autem hujus responsi tres summatim partes: prima est narratio vocationis Ecclesiæ ex gentibus & Judæorum castigatorum reliquiis, usque ad versum 11. secunda, contestatio Judæorum, inde ad vers. 18. tertia, conclusio a magnificis Dei promissionibus in filios suos, ad finem usque capitis. *Ad gentem*] id est gentibus, quæ prius alienæ fuerunt a republica Jisraëlis, extrancæ a pactis promissionis, &c. Ephes. 2.12. 2 *Expanderam*] secundus narrationis locus, quo Deus exponit primùm improbitatem Judæorũ, vers. quatuor, & ultiones suas, ℣. 6. & 7. deinde vocationem reliquiarum secundũ electionẽ gratię, tribus seq. Est autem expandere manus humanitus attributũ Deo, pro eo quod est invitare & vocare ad se. 3 *In hortis*] i. pomariis & lucis, quos idolis consecraverãt: ut suprà 1.29. *Lateritiis*] i. altaribus suis structilib⁹, omisso altari Dei. 4 *Sedit ad sepulch.*] i. necromantias, de quib⁹ Deut. 18.11. & sup. 8.19.

Custodita] nempe idola: quæ ita per contemptum vocantur, propterea quòd ipsa non custodiunt cultores suos, sed custodibus habent opus: ut suprà 46. contrà quàm se facere Deus prædicat Deut. 32. 10. *Qui comedunt*] contra legem Levit. 11. & Deut. 14. 5 *Qui dicunt*] id est, arrogantes & fastuosos hypocritas, quibus etiã integerrimi Prophetæ & germana Ecclesiæ membra præ ipsis sordent. *Istis*] id est, contra istos exarsit ira mea. 6 *Ecce scriptum est*] id est, mihi est compertissimum, neque unquã excidet e memoria mea: ut Deut. 32. 34. *In sinum*] vide Psal. 79. 12. 7 *Primum*] id est, in quo inde a principio tum ipsi, tum majores ipsorum sese occuparunt; quo modo Petrus vanam conversationem vocat πατροπαράδοτον, 1. Petr. 1. 18. 8 *Sic ait Jehova*] jam transit Christus ad excepriones reliquiarũ, tribus vers. 9 *Montium meorum*] ut Exodi 15. 17. 10 *Scharonitis*] vide 1. Chron. 5. 16. & 27. 29. *Convallis Hhacoris*] id est Jerichũtina, per quam decliuis, de qua Josch. 7. 26. & Hosch. 2. 15. hæc in regno Judæ, illa verò in regno Israëlis; ut significetur illa futura regnorũ cõglutinatio, de qua Hosche. 1. 11. Jechezk. 27. 34. & alibi. 11 *Vos verò*] secũda pars responsi, nimirũ cõtestatio & sentẽtia condemnationis adversus Judæos degeneres, hoc & seq. vers. quæ deinde exornantur elegantissima antithesi promissionum erga bonas reliquias, & denuntiationum in istos, usque ad vers. 18. *Qui oblivisscimini*] id est, tanquam oblitine negligitis, neque acceditis. *Qui instruitis*] sic loquitur Propheta per contemptum, idola velut digito exerto commonstrans. *Numeris illis*] quibus velut exercitibus cœlum, terra, & aqua instructa sunt, ut Genes. 2. 1. nam illis servitur contra præceptum Dei, Exodi 20. 4. 13 *Idcircò*] exornatio antecedentis sententiæ; ut diximus in versum 11. 15 *Nomen aliud*] quàm nunc obtineant, videlicet quod exprimitur seq. versu: sic suprà 62. 4. & seq. 16 *Firmi*] id est populi sancti, qui fundatus & radicatus in Deo immotus permanebit, ac ne portæ inferorum quidem prævalebunt ei. 17 *Ego creaturus*] id est, omnia instauraturus sum in Christo: ut suprà 25. 8. 18 *Sed gaudete*] conclusio responsionis Christi a promissis amplissimis, per apostrophen ad pios: quibus regeneratis prædicuntur lætitia, hoc & seq. versu, vita, versu 20. pax & prosperitas, tribus seq. idque per efficacitatem providentiæ Dei, vers. 24. quæ omnia exornantur communi hyperbole, vers. ultimo. 19 *Gaudente*] ut Deut. 28. 63. & suprà 62. 6. & 7. 20 *Natus*] id est, justum vitæ spatium decurret sine impedimento ullo. *Maledictus erit*] id est, quò magis longæva utetur vita, eò majores maledictiones experietur. 22 *Non ædificabunt*] contrà quàm impiis denuntiat Deus, Deut. 28. 30. & seq. *Ut sunt dies arb.*] id est, robusti atque diuturni, ut Psal. 52. 10. & 92. 13. 23 *Non laborabunt*] quod impiis interminatur Deus, Levit. 26. 16. & Deut. ibidem. *Ad conturbationem*] id est, ut conturbatis rebus omnibus tradantur populo extraneo, & abeant in captivitatem, Deut. 28. 32. & 41. 24 *Nondum clam.*] novit enim Pater cœlestis nos indigere his omnibus antequàm oremus, Matth. 6. 32. 25 *Lupus & agnus*] vide suprà 11. 6. id est, nihil damnosum esse poterit Ecclesiæ; ut Hosch. 2. 18. & Marci 16. 18.

Caput LXVI.

Deus externam sanctimoniam hypocritarum abdicans, ostendit se in humilibus habitare: itaque Ecclesiam Judæorum confirmans adversus hypocritarum fastum, multiplicationem perpetuam ei pollicetur, Judæos & gentes hortatur ad lætitiam ex fructu operum ipsius: quibus se impios perditurum, gentes in communionem Ecclesiæ & cultus sui vocaturum, denique æternum triumphum de hostibus comparaturum ipsis pollicetur.

1 Sic ait Jehova, cœlum ipsum solium meum *est*, & terra scabellum pedum meorum. ᵛ ubinam *esset* domus quam ædificaretis mihi? & ubinã locus quieti meæ?

1. Reg. 8. 27. Actorum 7. 49.

2 Atqui, omnia ista fecit manus mea, & *per eam* existunt omnia ista, dictum Jehovæ: sed ᵛ in hunc intueor, in pauperem & contritum spiritu, ac trepidantem ad verba mea.

3 ᵛ Qui jugulat bovem, *ac si* ᵛ percuteret virum; qui mactat parvam pecudem, *ac si* decollaret ᵛ canem; qui offert munus, *ac si* ᵛ sanguinem porci; qui adolet thus, *ac si* ᵛ muneraretur idolum: etiam isti ᵛ eligunt vias suas, & abominationibus suis anima eorum delectatur:

ᵃ *Heb.* bene dictionem offerret vanitati.

4 Etiam ego ᵛ eligam propter facinora eorum, & inducam ᵇ quæ formidant eis; eò quòd mihi vocanti nemo responderit, loquenti non auscultaverint: nam fecerunt quod malum *videtur* in oculis meis, & id quo non delector elegerunt.

ᵇ *Heb.* formidines.

5 ᵛ Audite verbum Jehovæ qui trepidatis ad verbum ejus; dicũt ᵛ fratres vestri, osores vestri, ᵛ procul arcentes vos, ᵛ propter nomẽ meũ, honoratur Jehova: sed ᵛ ubi conspicuus erit in lætitia vestra, isti erubescẽt,

6 ᵛ Voce tumultuosa e civitate, voce e templo; voce Jehovæ, rependente retributionem inimicis suis.

7 ᵛ Cùm nondum parturiet, pepererit: cùm nondum invadet dolor eam, jam ᵛ posuerit marem.

8 ᵛ Quis

8 "Quis audivit rem hujuſmodi? quis vidit talia? an efficeretur ut pariat" terra die uno? an gigneretur gens vice una? quòd parturit, ſimulq; parit" Tzijon filios ſuos.
9 "An ego aperirem os matricis, & non gignerem? ait Jehova: an ego qui gigno," amplius occluderem? ait Deus tuus.
10 "Lætamini cum *urbe* Jeruſchalaim omnes, & exultate in ea omnes amantes eam; gaudete cum ea gaudio" quicunque lugebatis de ea:
11 Ut ſugatis & ſaturemini ubere conſolationum ejus; ut exprimatis & delicias agatis e ſplendore gloriæ ejus.
12 "Nam ita ait Jehova, ecce ego extenſurus ſum ad eam" tanquam fluvium pacem, & velut torrentem inundantem gloriam gentium, quam ſugatis: ad latus portabimini, & ſuper genua oblectabimini. Suprà 49: 22. & 60. 4.
13 Ut quiſpiam quem mater ſua conſolatur; ſic ego conſolaturus ſum vos, & Jeruſchalaimis conſolatione perfundemini.
14 Quod cùm videbitis, gaudebit "animus veſter, & "oſſa veſtra ut herba tenera refloreſcent;" & agnoſcetur manus Jehovæ erga ſervos ſuos, & indignatio contra inimicos ſuos. c *Heb.* cor.
15 "Nam ecce Jehova" cum igne venturus eſt, & curribus ſuis ſimilibus turbini; ad reddendum cum" æſtu iram ſuam, & increpationem ſuam cum flammis d ardentibus. d *Heb.* ignis.
16 Jehova enim igne diſceptaturus eſt, & gladio ſuo contra omnem carnem: &" multiplicabuntur confoſſi Jehovæ.
17 "Qui ſanctificant ſe, & qui mundant ſe" in hortis, "ſequentes *alter* alterum palàm; qui comedunt carnem porci, & rei abominabilis, muriſque: pariter conſumentur, dictum Jehovæ. e *Heb.* poſt unũ in medio ipſo.
18 "De me autem," cùm f factorum erga hos cogitationumq; erga hos *quæque* adveniet, congregando omnes gentes & linguas: quæ venientes viſuræ ſunt gloriam meam; f *Heb.* factorum horum & cogitationum horũ.
19 "Ponam in his ſignum, & mittam ex his qui" evaſerint ad gentes" in Oceanum, "Pulem, &" Ludum" jaculantes arcu, Tubalem & Javanem: regiones longinquiſſimas, quæ non audiverant g famam meam, neque viderant gloriam meam, ut indicent gloriam meam in gentibus. g *Heb.* audi tionem.
20 Et adducent omnes" fratres veſtros ex omnibus gentibus muneri Jehovæ, equis, & curribus, & pilentis, muliſque, ac veredariis, ad montem ſanctitatis meæ Jeruſchalaima, ait Jehova: quemadmodum offerunt "Jiſraëlitæ munus inſtrumento mundo in domum Jehovæ. h *Heb.* filii Jiſraëlis.
21 Atque etiam" ex iſtis aſſumam in ſacerdotes & Levitas, ait Jehova.
22 Nam quemadmodum" cœli illi novi & terra ipſa nova quam ego facturus ſum," conſtitura ſunt coram me, dictum Jehovæ: ita conſtiturum eſt ſemen veſtrum & nomen veſtrum.
23 "Eritque de novilunio' in novilunium alterum, & de ſabbatho in ſabbathum alterum; ut veniat omnis caro ad incurvandum ſe coram me, ait Jehova. i *Heb.* in novilunium ſuum, & ſic ſequentia.

24 Et egressi videbunt cadavera hominum illorum qui defecerunt a me: nam vermis eorum non morietur, & ignis eorum non exstinguetur, eruntque nauseæ omni carni.

ANNOTATIO.

1 *Sic ait*] Hujus concionis (qua Propheta exitium veteris synagogæ & Christianæ Ecclesiæ constitutionem explicat) quatuor sunt capita: primum est contestatio Judæorum & hypocritarum, quibus tum ipsorum scelus & supplicium, tum humilium reliquiarum salus prænuntiatur, vers. quatuor: secũdum est propositio ad sanctas Judæorum reliquias, qua de hypocritarum casu & liberorum in Ecclesia gignendorũ promissionibus confirmantur, inde ad vers. 10. tertium est hortatio ad amicos Ecclesiæ, ut lætẽtur cum ea & benedictiones Dei participent ad gloriam ipsius, usque ad versum 15. postremum est narratio benedictionum quas effecturum se Deus promiserat, inde ad finẽ usq. *Ubinam esset*] quasi dicat, putaretisne, ô hypocritæ, me excelsissimum in manufactis templis habitare? Actor. 7. 48. & 17. 24. ac proinde isto templo capi & includi infinitam majestatem meam? non est illa mea habitatio justa; sed in animo pauperum & contritorum spiritu, ibi unanimiter habiturus & ambulaturus sum, 2. Corinth. 6. 16. 2 *In hunc intueor*] id est, hi demũ sunt vera templa mea: nam alioqui structura illa templi aspectabilis destituta veris servis Dei templisque illius viventibus, erat ingrata Deo: quamobrem utrumque conjunxit Schelomo dicens; ut sint oculi tui aperti erga domum hanc, auscultando orationi qua oravit servus tuus, &c. 1. Reg. 8. 29. & seq. 3 *Qui jugulat*] in templo videlicet ex ritu externo legis; sed non abjecto & contrito animo, ac trepidante ad verba Dei, ut supra 1. & 58. *Percuteret ℣irum*] id est, homicidium perpetraret. quasi dicat, non magis mihi acceptus est, quam qui sceleratè cædem perpetrat contra legem. *Canem*] id est, animal ineptum sacrificiis, synecdochicè. *Sanguinem porci*] nam utroque interdicitur lege, sanguine, & sue: cùm munera è simila, oleo, & vino, non autem ex sanguine fierent, Levit. 2. sus verò neque in publico Dei cultu, neque in privato usu permissa esset, Levit. 11. 7. *Eligunt*] non autem iis insistunt quas ego elegi. 4 *Eligam*] id est, delectum habebo, & exquisitas pœnas immittam eis. 5 *Audite*] secunda pars, propositio ad reliquias Judæorum sanctas, ut observavimus in vers. 1. *Fratres vestri*] qui in propatulo Judæi sunt secundum literam & carnem, sed revera Judæis germanis inimici. *Procul arcentes* ut suprà 65. 5. *Propter nomen meum*] fastuosorum hypocritarum verbà, qui Deum inglorium & inhonoratum fore jactãt, nisi ab ipsis coleretur, aliorum cultum præ suo nihili faciunt, & Deum perinde sibi obstrictum putant ac si in ære ipsorum esset. Hæc autem ita fuisse accipienda clarè distinctiones docent. *Ubi conspicuus*] id est, cùm gloriam suam explicaverit illustratione Evangelii ad lætitiam vestram & totius Ecclesiæ, de qua infrà vers. 10. 6 *Voce tumultuosa*] id est Evangelio, ad cujus auditionem, quasi tumultus invadentis, turbatur mundus (ut Matth. 2. 3.) quia prædicatio illius in iis qui pereunt est odor mortis ad mortem; postquam Deus hujus seculi excæcavit eorum mentes, ne irradiet eos lumen Evangelii gloriæ Christi, 2. Corinth. 2. 16. & 4. 4. 7 *Cum nondum*] secundus locus propositionis, de gignendis mirificè Ecclesiæ liberis: ut suprà 49. 18. & seq. & 60. 4. Erit, inquit Deus, hic Ecclesiæ partus longè glorioſior & admirabilior quàm Hhebræarũ in Ægypto, Exod. 1. 19. *Posuerit*] id est ediderit: ut de merula dictum est suprà 34. 15. 8 *Quis audivit*] exaggeratio mirifici operis Dei in genitura Ecclesiæ, per comparationẽ. *Terra*] id est populus, metonymicè. *Tzijon*] id est Ecclesia. 9 *An ego*] subjectio ad interrogationem præcedentem, qua Deus totum genituræ opus in Ecclesia sibi arrogat, & porrò facturum pollicetur, per comparationem genituræ naturalis: ego, inquit, qui aliis sum gignendi author, an non ipse gignerem nunc & in seculum arbitratu meo? *Amplius occlud.*] id est, de inceps non propagarem Ecclesiam, committendo ei semen incorruptum verbi? 10 *Lætamini*] tertium concionis caput ad Judæos, & gentes amicas Ecclesiæ quę priùs fuerant illi inimicę, ut diximus in versum 1. continens hortationem, duobus vers. & ætiologiam, tribus. *Quicunque lugebatis*] id est, piæ Judæorum reliquiæ bene cupientes Ecclesiæ: nam ex his duobus coagulata est Ecclesia Christi: ac propterea seorsim sui fines proponuntur ὑςέρου πρότερον, seq. versu. 12 *Nam*] ætiologia ab amplissimis Dei promissionibus erga Ecclesiam & omnes amantes ejus. *Tanquam fluvium*] vide suprà 48. 18. 14 *Ossa ℣estra*] id est vos qui tam miserè, prostratâ & sepultâ malis Ecclesia, jacetis velut arida putridaque ossa per terram, divinitus instaurabimini: ut Jechezk. 37. *Et agnoscetur*] transitio ad narrationem sequentem, propositis duabus illius partibus, quæ deinde per ὑςέρωσιν explicantur. 15 *Nam ecce*] ultima pars concionis, narratio operum Dei in Ecclesia: quorum unum est indignatio Dei contra hypocritas, tribus versibus: alterum, Ecclesiæ multiplicatio & dignitas, in sequent. *Cum igne*] cujus meminit Joan. Matth. 3. 12. sic perstringitur allegoricè vehementia, celeritas, & gloria judiciorum Dei, hoc & seq vers. *AEstu*] vide suprà 42. 25. 16 *Multiplicabuntur*] id est infiniti erunt, quos Deus conficiet suo potente verbo, & spiritu oris sui. 17 *Qui sanctificant se*] explicatio hostium, quos confossurus est Dominus: nimirum qui cultum divinum idolis exhibent, & vitam instituunt contra legem. *In hortis*] de quibus suprà 1. 29. & 65. 3. 18 *De me autem*] altera pars narrationis, de operibus Dei erga servos suos; ut diximus vers. 14. & 15. in quibus numerantur ista, vocatio gentiũ in Ecclesiam ministerio sanctarum reliquiarum ex Judæis, tribus vers. communis & æqua illorum dignitas in ministerio Dei, tribus alteris; & Ecclesiæ totius de hostibus triumphus, vers. ultimo. *Cum factorum*] id est, cùm plenitudo temporum advenerit, qua effecturus sum ea quæ cogitavi & statui in consilio meo, & vocaturus gentes in Ecclesiam. 19 *Ponam in hũ*] id est signabo servos meos intus virtute spiritus, & administrationem ipsorum signis fidei confirmabo, Marci 16. 17. & 20. *Qui evaserint*] id est Judæorum reliquias. *In Oceanum*] id est, mari æquè ac terra ad Evangelium provocabo, ut exempli gratia nationes aliquot deinde nominantur. *Pulem*] id est, Cyrenas sive Pentapolim & ulteriorem Aphricam, ubi regnavit Aphulla ab Agathocle Siculo circum ventus, corruptè Ophellas apud Justin. lib. 22. *Ludum*] vide Genes. 10. 22. *Jaculantes*] ut Jirmejæ 46. 9. *Tubalem*] vide Genes. 10. 2. 20 *Fratres ℣estros*] non quidem genitos secundum carnem (ut suprà vers. 5.) sed a Deo genitos spiritu per fidem. 21 *Existis*] videlicet gentibus, quæ in munus oblatæ fuerint Jehovæ. 22 *Cæli illi no℣i*] de quibus suprà 65. 17. *Constituræ sunt*] ac proinde ministratura mihi in seculum ad bonum Ecclesiæ. 23 *Eritq; de*] id est, Ecclesia indesinenter colet me, non autem anniversariis ritibus ex veteri lege: vide in Hhamos 8. 5.

IIRMEIA.

ARGUMENTUM.

LIBER Jirmejæ Prophetæ duo genera documentorum complectitur, prophetica atque historica. Ac prophetica quidem (prout omnium prophetarum istud commune est) verum legis divinæ usum demonstrant doctrina, redargutionibus, & cæteris: nominatim verò versantur in acerbissimis & gravissimis reprehensionibus suorum temporum, & denuntiationibus judiciorum Dei quæ paulò pòst effecta sunt; deinde verò in consolationibus Ecclesiæ afflictissimæ, tum adductis promissionibus amplissimis de regno Christi; tum etiam prædictionibus singularium aliquot judiciorum quæ in hostes Ecclesiæ erant eventura, capite 46. & sequentibus. Historica verò quæ in hunc librum passim inserta sunt, ad comprobationem prophetiarũ evidentiamq; pertinent. Prophetavit autem Jirmeja in Judæa & in Ægypto Judæis omnibus, inde a decimo tertio anno Joschijæ, minimùm annos quadraginta tres; ut demus primo ipso anno quo in Ægyptum translatus est, ipsum desiviſſe. Nam Joschijæ annos novendecim prophetavit, deinde viginti duos Jehojakimi & Tzidkijæ: hoc deportato Nebuzar-adan in Judæa mansit in sequentem annum: quo profecto, cœperunt civiles illi motus quos Jirmeja ipse perscripsit, capite 40. & sequentibus. postmodùm verò in Ægyptum deportatus est, atque in ea prophetavit cap. 43. & 44. quæ quidem omnia unius anni gesta dici non possunt.

CAPUT I.

Jirmeja vocationem suam ex consilio æterno Dei, excusationeq; suas exponit: deinde repetitum Dei mandatum cum promissionibus & signis ad prophetiæ argumentum pertinentibus narrat, ac postremò summam prophetiarum de Iudæorum eversione, & sui confirmationem in officio suo adversus Iudæos obstinatos explicat.

1 VERBA Jirmejæ filii Chilkijæ; ex sacerdotibus qui erant Hhanathothis in terra Binjaminis.

2 Ad quem fuit verbum Jehovæ [a] temporibus Joschiję filii Amonis Regis Jehudæ, decimo tertio anno quo regnabat: *a Heb.* dicebus.

3 *Fuit* etiam temporibus Jehojakimi filii Joschijæ regis Jehudæ, donec absolveretur undecimus annus Tzidkijæ filii Joschiæ regis Jehudæ: donec deportarentur [b] Jeruschalaimani mense quinto. 2. Reg. 25. 11. *b Heb* Jeruschalaima, metonymicè.

4 Fuit igitur verbum Jehovæ ad me, dicendo,

5 Cùm nondũ formavissem te in utero, agnovi te; & cùm nõdum prodiisses ex vulva, sanctificavi te: Prophetã ipsis gentibus constitui te.

6 Me autẽ dicente, ahah Domine Jehova, ecce nescio loqui; sed puer sum:

7 Edixit Jehova mihi, ne dicito, puer ſum: ſed ad quæcunque miſerò te, ito; & quæcunque præcepero tibi, loquitor.

8 Ne timeto ab iſtis; nam adſum tibi ad eripiendum te, dictum Jehovæ.

9 Et extendens Jehova manum ſuam [e] tetigit os meum; dixitque Jehova ad me, ecce indo verba mea ori tuo.

10 Vide, [e] præficio te hodierno die [e] gentibus ipſis & regnis, [e] ad exſtirpandum, & ad demoliendum, & ad perdendum, & ad deſtruendum; ad ædificandum, & ad plantandum.

11 Deinde fuit verbum Jehovæ ad me dicendo: quid vides Jirmeja? cui dixi, baculum amygdali video.

[c] Heb. beneficiſti videndo: vide Geneſ. 12. 8.

12 Tum dixit Jehova ad me, [c] bene vides: [d] ut citò amygdalus floret, incubiturus ſum in verbum meum ut efficiam ipſum.

[d] Heb. amygdalaturus ſum, ut ita dicamus.

13 Poſteà fuit verbum Jehovæ ad me ſecundò, dicendo, quid vides? cui dixi, [e] ollam ferventem video, cujus facies [e] verſus Aquilonem eſt.

[e] Heb. a facie Aquilonis.

14 Tum dixit Jehova ad me, [e] ab Aquilone [f] erumpet [e] iſtud malum ſuper omnes habitatores hujus terræ:

[f] Heb. aperiet ſe.

15 Nam ecce ego evocaturus ſum omnes familias, regna Aquilonis, dictum Jehovæ; ut venientes [e] ponant quiſque ſolium ſuum ad oſtium portarum Jeruſchalaimorum, & contra omnes muros iſtius *urbis* circumquaque & contra omnes civitates Jehudæ.

16 [e] Quamobrem [e] elocuturus ſum jura mea contra iſtos propter totam malitiam eorum; qua dereliquerunt me, & adoleverunt diis alienis, & incurvaverunt ſe operi manuum ſuarum.

17 Tu itaque [e] accinge lumbos tuos, & ſurgens eloquere apud eos quicquid ego præcepero tibi: [g] ne conſternator attritus conſpectu iſtorum, ut non conteram te in conſpectu ipſorum.

[g] Heb. ne atteritor a facie eorum.

18 Ego enim [e] ecce pono te hodie velut civitatem munitam, & velut columnam ferream, muroſque aheneos toti huic terræ; regibus Jehudæ, principibus ejus, ſacerdotibus ejus, & populo hujus terræ:

19 Qui oppugnabunt te, ſed non prævalebunt tibi: nam adſum tibi, dictum Jehovæ, ad eripiendum te.

ANNOTATIO.

1 *Verba Jirmejæ*] Hoc capite continentur duo, generalis totius libri inſcriptio, tribus verſibus; & ſingularis narratio vocationis qua Jirmejam in functione prophetica conſtituit Deus, reliqua parte capitis. Quamobrem Prophetæ in univerſum appellavit verba ſive res, quia non tantùm documenta prophetica, verùm etiam hiſtoricæ narrationes hoc libro continentur quæ a Jirmeja conſcriptæ ſunt. *Chilkijæ*] non illius filii Schallumi & ſacerdotis ſummi qui legem reperit, 2. Reg. 22. 8. nam ille Jeruſchalaimis, ut ſummus ſacerdos, habitabat; ſed alterius cujuſpiam ex aliis ſacerdotibus qui Hhanathothis habitavit: quò relegatum fuiſſe Ebjatharem e genere Ithamaris, cùm abdicaretur ſacerdotio, legimus 1. Reg. 2. 26. Quamobrem non dicit Jirmeja, ſacerdotis ſummi, ſed ex ſacerdotibus, &c. 2 *Ad quem*] id eſt, quem Deus prophetare juſſit annos quadraginta unum, & amplius: nam a decimo tertio anno Joſchijæ ad undecimum Tzidkijæ anni ſunt 41. deinde verò in Ægypto aliquantum temporis prophetavit, infrà 43. & 44. 4 *Fuit igitur*] hæc altera pars capitis narrat primùm vocationem Jirmejæ a Deo, uſque ad verſ. 8. deinde promiſſionem quæ cum vocatione ſemper conjuncta eſt, verſ. 8. tertiò donũ, verſ. 9. poſtremò adminiſtrationem & operationem ex dono, verſ. 10. quæ omnia deinde adhibitis ſignis confirmata, verſ. 11. & 13. amplius explicantur, reliquo capite. 5 *Agnoviſte*] id eſt, certo conſilio deſtinavi & ſanctificavi ad hoc munus: ut de ſe Jo- quitur Apoſtolus Galat. 1. 15. 6 *Ahah*] excuſatio, qualis fuit illa Moſchis Exod. 6. 11. & 7. 3. *Sed puer ſum* id eſt, ad verba tua proloquenda infantiſſimus, & præſtanda infirmiſſimus, ut explicat ſequens Dei confutatio. 9 *Tetigit os meum*]

os meum]ut hoc sacramento & verbo Prophetam institueret & confirmaret:sic Jeschahh.6.6.&7. 10 *Præficio te*] nimirum Prophetam, ut suprà vers.5. *Gentibus ipsis*]exteris, ac non Judæis tantùm. *Ad exstirp.*] id est,ut aliis ruinam, aliis incolumitatem prædicatione verbi a me testatam facias: sic enim administri Dei in scripturis passim id dicuntur facere,quod Deus verbo ipsorum prædicit & præstat:quemadmodum Moschem Deus alloquitur singulis ferè mandatis contra Parhhonem,& Ægyptum, Exodi 7.&seq.& Jeschahh.6.10. 12 *Ut citò amygd.*]id est maturè admodum:nam amygdalus hyeme concipit exoriente Aquila, floret prima omnium mense Januario,Martio verò pomum maturat:ut ait Plinius lib.16.cap.25.unde illam Hhebræi a maturandi celeritate nominarunt. 13 *Ollam fervent.*]figuram Judææ,in qua futurum erat ut Judæi tanquam carnes ferverent calamitatibus; ut Jechezk.11. *Facies*]id est, pars anterior obversa igni. 14 *Tum dixit*] hac exornatione Deus primùm Prophetiarum summam exponit, duobus versibus; deinde vocationem Jirmejæ & consilium suum,duobus alteris:ac postremò Prophetam in vocatione confirmat,ut suprà vers.8. *Ab Aquilone*]id est a Babyloniis, & aliis gentibus operam navantibus Babylonio,quæ ad Aquilonem spectant:ut sequens vers. explicat. *Istud malum*]vehemente igne figuratum,quod sigillatim deinceps a Propheta prænuntiatum atque conscriptum est. 15 *Ponant quisque*]vide complementum 2.Reg.24.4.&12.&25.4.&infrà 52. 16 *Quamobrem*]propositio clementis consilii,de præmonendo adhuc & revocando in bonam frugem populo ante ultimum excidium: quemadmodum etiã publico ordine ex autoritate Regis Joschijæ effectum est, ac proinde malitia Judæorum amplius obsignata,ut narratur 2.Chronic.36.14.&seq. *Elocuturus sum*]per te,Jechezkelem,Tzephanjam,Cheldam,& alios prophetas servos meos. 17 *Accinge lumbos tuos*]id est, compara te ad perfungendum officium tuum: metaphora a viatoribus. 18 *Ecce pono te*] id est, confirmo te in hac functione tua, ut stes firmus contra obfirmationem istorum,& infractus atque immotus permaneas.

Caput II.

Deus animum populi sibi concilians commemoratione anteactæ benignitatis & fœderis sui contestatur Iudæos, docens a se nihil mali,sed omnia bona in ipsos profecta esse; ipsos verò contrà & majores arguit improbitatis & injuriæ maximæ: quam confirmat Deus exemplis gentium,rerum inanimarum attestatione,antegressis suppliciis, & infami illorum defectione a Deo, transfugioq; ad exteros homines & Deos:quapropter pœnas indicit justas pervicaciæ ipsorum injustissimæ,post oblatam denuo misericordiam.

1 2 ET fuit verbum Jehovæ ad me,edicendo,

Abi & proclama [a]audientibus Jeruschalaimanis dicendo;sic ait Jehova,recordor tibi benignitatis [b]adolescentiæ tuæ,amoris sponsalium tuorum; [c]te prosecuta me per desertum,per terram non satam:

3 "Sanctitatem fuisse Jisraëlem Jehovæ," primitias proventus ejus: "quotquot comedebant illum, reos fuisse,malum evenisse eis,dictum Jehovæ.

4 Audite verbum Jehovæ,domus Jahhakobi; & omnes familiæ domus Jisraëlis.

5 Sic ait Jehova," quid invenerũt patres vestri in me iniquitatis,quòd longè abscesserunt a me, & secuti vanitatem "evanuerunt,

6 Adeò ut ne dicerent quidem,ubi est Jehova, qui eduxit nos e terra Ægypti; qui fecit ut incederemus per desertum,per terrã campestrem & [c]"sepulchralem, per terram siccam & umbræ lethalis, per terram quam non pertransibat quisquam,& ubi nullus habitabat homo?

7 Quòd postquam introduxi vos in "terram arvorum, ad fruẽdum fructu ejus & bono ejus; ingressi polluistis terram meam, & possessionem meam exposuistis abominationi?

8 Quòd sacerdotes non dixerunt, ubi est Jehova? & qui tractant legem non agnoverunt me, ac pastores defecerunt a me: denique Prophetę ipsi prophetarunt per Bahhalem,& [d]inutilia secuti sunt?

9 Idcircò "adhuc contendo vobiscum,dictum Jehovæ; etiam "cum "nepotibus vestris contendam.

10 "Nam

a Heb. in auribus Jeruschalaimorum.
b Heb. eunte te post me: sic deinceps.
c Heb. fossæ.
Judic.2.10. & seq.
d Heb. quæ nõ prosunt: sic vers.11.
e Heb. filiis, filiorum vestrorum.

10 "Nam peragrate regiones" Cittæorum,& videte;aut ad "Kedarem mittite & animadvertite valde:videte inquã an fuerit quid hujuſmodi;
11 An mutaverit gens deos,quamvis illi non *ſint* dii: at populus meus mutavit" gloriam ſuam in *idolum* inutile.
12 "Obſtupeſcite cœli de hac re; & horreſcite, deſolemini valde,dictum Jehovæ.
13 Nam duo mala fecit populus meus: me dereliquerũt ſcaturiginem aquarum [f] peremnium, ut effoderent ſibi ciſternas, ciſternas fractas, quæ non capiunt aquas.
14 "An ſervus Jiſraël, an [g] verna eſt? quamobrem eſt prædæ?
15 Contra eum rugiunt juvenes leones,edunt vocẽ ſuam:& exponũt terrã ejus deſolationi,civitates ejus ſuccenduntur, ut nullus inhabitet?
16 "Etiam Nophæi & Daphnæi "depaſcunt te vertice?
17 An non hoc facis tibi;dum derelinquis Jehovam Deum tuum,quo tempore ducit te" via ſua?
18 "Nunc ehim,"quid tibi eſt in via Ægypti,bibendo aquas "Schichoris?aut quid tibi in via Aſſyriæ,bibendo aquas fluminis *Euphratis*?
19 "Erudiat te malitia tua,& averſiones tuæ corripiant te; agnoſce inquã & vide"malũ & *quidem* amarũ eſſe quòd derelinquis Jehovã Deum tuũ:nõ enim pavor mei inceſſit te, dictũ Domini Jehovæ exercituum.
20 "Quamvis [h] jam olim fregerim jugũ tuum,diſruperim vincula tua, ideoque dixeris,"non ſervitura ſum; tamen" ſuper omnem collem altum,& ſuper omnem arborem virentem tu peragras ſcortans.
21 "Atqui ego te plantaveram vitem generoſam,totum ſemen [i]"fidele:quomodo ergo" mutata es mihi in degeneres palmites vitis alienæ?
22 "Nã ut abluas te nitro,& [k] plurimũ adhibeas tibi ſmegmatis;obducat ſe auro inſigni iniquitas tua coram me,dictum Domini Jehovæ:
23 Quomodo dictura eſſes,non pollui me, Bahhalimos ſecuta non ſum?vide viam tuam" in iſta valle, agnoſce quid feceris, ô" dromas velox," ô [l] quæ corrigia notat vias ſuas.
24 "Onager fœmina *eſt*,aſſueta" deſerto, quæ pro deſyderio animæ ſuæ "haurit ventum," cujus occaſionem quis revocet?" omnes quærentes iſtam non fatigantur, menſibus ejus invenient eam.
25 *Dicenti* enim," cohibe pedem tuũ ne diſcalceetur, & guttur tuum a ſiti:dicis, animus abjiceretur? nequaquam: nam amo *deos* exteros, & eos ſecutura ſum.
26 "Tanquam pudore furis cùm deprehenditur, ita" pudefacient domum Jiſraëlis; ipſos, Reges ipſorum, Principes ipſorum, Sacerdotes ipſorum, & Prophetas ipſorum:
27 Qui dicunt ligno, pater meus es, & lapidi, tu peperiſti me; quia obverterunt mihi cervicem, non autem faciem:" tempore verò mali ſui dicunt, ſurge & ſerva nos.
28 At ubi ſunt dii tui quos feciſti tibi?" ſurgant, ſi ſunt ſervaturi te tempore mali tui:nam *pro* numero civitatũ tuarum ſunt dii tui, Jehuda.

[f] *Heb.* viventium.
[g] *Heb.* natus domi.
[h] *Heb.* a ſeculo.
[i] *Heb.* firmitatis, ſive veritatis.
[k] *Heb.* multiplices tibi ſmegma.
[l] *Heb.* corrigians, ut ita dicamus.

29 "Quare contenditis mecum? vos omnes defeciſtis a me, dictum Jehovæ.

30 In vanum percuſſi filios veſtros, eruditionē non acceperunt: "conſumpſit gladius veſter Prophetas veſtros, tanquam leo interfector.

31 O generatio, vos animadvertite verbum Jehovæ, "an *ut* deſertum fui Iſraëli? an terra caliginoſiſſima? quamobrem dicunt populus meus, dominamur, non ſumus venturi amplius ad te?

32 An obliviſcitur virgo ornatus ſui? ſponſa eorum quæ alligat ſibi? at populus meus obliti ſunt mei diebus "innumeris.

33 "Quid bonam prædicas viam tuam, quærendo "quod amas? "idcircò etiam malas ipſas docuiſti vias tuas.

34 "Etiam in alis veſtium tuarum inveniuntur ſanguis animarum egentium, *ſanguis* innocentium; non effoſſione, invenio hæc, ſed ſuper omnes iſtas *alas*.

35 Attamen dicis; quia innocens ſum, utiq; averſa eſt ira ejus a me: ecce ego diſceptaturus ſum tecum, eò quòd dicas, non peccavi.

36 "Quid curſitas adeò, mutando viam tuā? etiam "ab Ægyptio erubeſces, quemadmodum erubuiſti "ab Aſſyrio.

37 Etiam ab illo prodibis "manibus impoſitis capiti tuo: nam ſpernit Jehova fiducias tuas, "ut non ſecunderis in eis,

38 "Dicendo, "ſi dimiſerit quis uxorem ſuam, & illa profecta ab eo "nupſerit viro alteri, "an reverteretur ad eā rurſus? nónne "omnino contaminaretur terra illa? tu verò quamvis ſcortata ſis cum amicis multis, tamen "revertereris ad me, dictum Jehovæ.

39 Attolle oculos tuos ad eminentia loca, & vide ubi non fuiſti vitiata; iuxta vias "ſediſti illis, "tanquam Arabs in deſerto: & contaminaſti terram ſcortatione tua & malitia tua:

40 Et quāvis cohiberentur imbres, ſerotinaq; pluvia non eſſet: frons mulieris ſcortantis fuit tibi, renuiſti pudore ſuffundi.

41 An non "ſaltem ab hoc tempore inclamabis me, pater mi; tu dux adoleſcentiæ meæ?

42 An "aſſervaturus eſt *Deus* iram in ſeculum? an obſervaturus in æternum? "ecce loqueris & perficis iſta mala quantum potes.

m Heb. nullo numero.
n Heb. amorem.

Deut. 24.1.
o Heb fuerit viri alterius.
p Heb. contaminando contaminaretur.

ANNOTATIO.

1 *Et fuit verbum*] Hujus concionis (quæ temporibus Joſchijæ videtur fuiſſe habita) partes præcipuè ſunt tres: prima eſt exordium, verſ. 2. & duobus ſeq. ſecunda eſt conteſtatio, uſque ad verſum 36. tertia, ſententiæ dictio, ad finem uſque. 2 *Abi*] his verbis, ut in ſequentibus omnibus prophetiis, autoritatem ſibi conciliat Propheta a mandato Dei. *Recordor*] exordium hoc Deus adhibet ut audientiam faciat apud populum recordatione præteritorum ſuorum beneficiorum, & conſtantis ſuæ miſericordiæ ex fœdere: quibus nominibus ſe adhuc eò adduci oſtendit, ut populum ſuum per adminiſtros verbi ſollicitet, ut diximus ſup. 1.16. *Adoleſcentia tua*] id eſt, qua te adoleſcentem amplexus ſum, cùm ex Ægypto educerem te: ſic ſequentia ὑπαλλαγικῶς. 3 *Sanctitatem*] ut Exodi 19.6. *Primitiæ*] id eſt, qui ſanctus fuit Domino ex omnibus populis terræ, ut primitiæ ex omnibus fructibus agri ſunt ſanctæ; prout interpretatur Deus Exodi 19.5. *Quotquot comedebant*] id eſt, quemadmodum qui ſacrum proventum interverit, reus fit & pœnas luit ex lege, Levit. 5.21. ita reos peractos eſſe & pœnas pependiſſe inimicos ejus; ut Ægyptios, Hhamalekitas, Sichonem, Hhogum, Midjanitas, Cenahhanæos, &c. 5 *Quid inVenerunt*] conteſtatio hæc, qua graviſſimè in populum ſuum totum Deus invehitur, duas partes in univerſum continet: unam, qua Deus conteſtatur, verſib. 4. ſe planè innocentem eſſe, neque ullam cauſam præbuiſſe maleficiis Judæorū; quæ deinde evincuntur certis argumentis, uſque ad verſum 29. alteram, qua conteſtatur ſe e contrario omni benignitate Judæos proſecutum eſſe, inde ad verſum 36. *Evanuerunt*] ut Rom. 1.21. 6 *Ne dicerent quidem*] id eſt, omnem Dei beneficiorumque ejus memoriam abjicerent. *Sepulchralem*] id eſt, in qua humanitus non potuiſſetis vivere: ut Deut. 8.15.

7 *Terram arvor.*]Cenahhanæam promiſſam. 9 *Adhuc contendo*]nimirum ut antea contendi per Prophetas ſer-
vos meos. *Cum nepot.*]poſtremò videlicet: nam Joſchijæ nepotes & filii poſt conteſtationes multas cum ipſis &
toto populo tandem deportati ſunt. 10 *Nam peragr.*]confirmatio præcedentis objectionis maleficiorum, ex
quatuor potiſſimùm argumentis petitur: primum eſt ab exemplo & comparatione gentium exterarũ, his quatuor
verſib. ſecundum a ſuppliciis quæ immittit Deus judex juſtiſſimus, verſibus quatuor alteris: tertium, a demonſtra-
tione preſentis mali & ſubjectione ante oculos, quòd Judæi etiam tum auxilia hominũ deorumq; alienorum omiſſo
Jehova procurarent, à verſ. 18. ad 25. poſtremum, ab inanitate idolorum cum Deo comparata, uſque ad verſum 29.
Eſt autem hujus argumenti ſumma, gentes non ita diis ſuis infidas eſſe, ut Judæi vero Deo: quod tum ipſorum con-
ſcientiæ cognoſcendum & videndum committit, duob. verſib. tum auget communi rerum creatarum teſtificatione
per emphaticã exclamationem, verſ. 12. & 13. ut Deut. 32. 1. & Jeſchahh. 1. 2. *Cittæorum*] vide Num. 24. 24. *Ke-
darem*]vide Pſal. 120. 5. 11 *Gloriam ſuam*]ſecundum argumentum a flagellis Dei, ut diximus in verſ. 10. ad quod tranſitus
mus in verſ. 10. 14 *Anſervus*]ſecundum argumentum a flagellis Dei, ut diximus in verſ. 10. ad quod tranſitus
per admirationem. Eſtne hic populus ſervus? inquit Propheta; qui tractatur ſervorum more; non autem amplius ut
filius Dei, aut ut puella libera ipſi conjugata. *Eſt præda*]id eſt, non amplius a Deo Patre in libertatem aſſeritur; ſed
duræ ſervituti mancipatur, ut fuerat factum temporibus Menaſchis, 2. Reg. 21. & 2. Chron. 33. 16 *Etiam Noph.*]
id eſt, non tantùm Aſſyriis & Babyloniis, ſed Ægyptiis quoq; ſunt expoſiti: ſunt enim Noph & Daphne Ægypti oppi-
da, de quibus vide Jeſchahh. 19. 13. & 30. 4. hoc autem ad amplificationem ponitur, quia tunc Ægyptii adhuc infir-
miores erant; videlicet attriti partim bellis exteris ab Aſſyrio & Babylonio, partim civilibus, ut dictum eſt Jeſchahh.
19. *Depaſcunt te vert.*]id eſt, utcunque infirmi ſunt, tamen ſummam partem liberè infeſtant, id eſt, oram tribus
Judæ meridianã: nam regio vel populus totus corpori comparatur: ut Deut. 33. 12. 17 *Via ſua*]id eſt, in qua man-
davit ut ſequaris ipſum: ſic comparatur tranſitus ad argumentum tertium, per viæ illorum antitheſin; 18 *Nunc
enim*]tertium argumentum, a rebus præſentibus; quòd Judæi fiduciam partim in hominibus exteris collocarent,
duobus verſib. partim in idolis, verſu 20. & ſeq. *Quid tibi eſt*] nempe commodi ex adjunctione iſtorum. *Sche-
chorii*]vide Jehoſchuhh. 13. 3. 19 *Erudiat te*]id eſt, ex ipſis malitiæ tuæ fructibus ſaltem diſce ſapere: ut Judic. 3. 1.
& 2. *Malum &*]id eſt, hoc malum tuum eſſe graviſſimum, ac proinde tibi eſſe iſtius amoris cauſam ex te ipſo: ut
Ijobi 20. 11. & ſeq. 20 *Quamvis*]altera pars argumenti tertii, nimirum Judæos immemores beneficiorum Dei
inde ab Ægypto, & ſponſionum factarum Deo, ad idola perfidè deſciviſſe: quæ duo deinceps exornantur ab aſſidui-
tate & obſtirmatione illorum, uſque ad verſum 26. *Non ſervitura ſum*]domino alteri; idolis Exod. 19. 15. & 24. 3.
& Jehoſch. 24. 21. *Super omnem collem*]ut Jeſch. 57. 9. *Scortans*]ſcortatione ſpirituali cum idolis, cui maledicit
Deus Exod. 20. 5. 21 *Atqui ego*] exprobratio allegorica poſſeſſionis traditæ, ad amplificationem perfidiæ: ut
Exod. 15. 17. Pſal. 44. 3. & 80. 9. & Jeſch. 5. 2. *Fidele*]id eſt, quod non facilè poſſet amoveri, ſed fide perſtaret immo-
tum ex promiſſione: cujus reſpectu Deus fidelis appellatur, Deut. 32. 4. & Judæi contrà eſſe dicuntur filii in quibus
non eſt fides, ibidem verſu 20. *Mutata es*]ut Deut. 32. 20. & 32. 22 *Nam*] amplificatio criminis ſuperioris per
ὑπόθεσιν, a comparatione adulteræ. quaſi dicat, lava, munda, orna, compara te utcunque voles, hoc verſ. non poteſt
tamen celari ulla ex parte tua impuritas; quæ non tantùm mihi perſpecta eſt, ſeq. verſu, ſed etiã omnibus adeò ma-
niſeſta, ut ne ulli quidem imperitiſſimo ſit magnoperè laborandum in ea videnda atque evincenda, verſ. 24. 23
In iſtia valle] tum valle Hinnomi, de qua Jehoſch. 15. 8. & infrà 19. tum aliis vallibus, in quibus ad torrentes ſacrifi-
cabatur, Jeſchahh. 57. 9. & 10. *Dromas velox*]id eſt, quæ velociſſimè ad idololatriam abriperis præceps, velocius
dromade. *O qua corrigia*]id eſt, ſcortum adeò effœtum præ aſſiduitate ſceleris, ut quocunque te vertas, terrã vel-
ut corrigiis & reſtibus tuarum ſordium coinquines. 24 *Onager fœm.*]altera comparatio, vehementiſſimum ſtu-
dium ſcortationis, & libidinem impotentiſſimam, obſtirmationemque denotans. *Deſerto*] cui comparantur loca
idololatriæ deſtinata. *Haurit ventum*]id eſt, libero cœlo fruitur; non quieſcit uno loco, ſed hûc illûc diſcurſat li-
berè: ut Ijobi 39. 8. *Cujus occaſ.*]id eſt, quam nemo oblata veneris occaſione ab ea impedire poteſt: ita ferver & li-
berè ſe ipſam ad libidinem projicit; ut Jechez. 16. 24. *Omnes quarentes iſtam*]id eſt, ſi quis adulteram iſtam quæ-
rere inſtitueret, nullo negotio inventurus eſſet; quia exſtant ſingulis paſſibus veſtigia ſordium illius, tanquam mulie-
ris ex menſium profluvio laborantis: ſic accipitur vocabulum menſium Hoſche. 5. 7. 25 *Cohibe*]verba revocan-
tis & per euphemiſmum ſceleſta adulteria reprehendentis: nam pedis appellatione crura & pudenda ſignificari ſo-
lent; ut Jechez. 16. 24. quaſi dicat, ne amplius te ipſam ita proſtituito; ſed animum tuum ſitientem nefariæ iſtius li-
bidinis ab inſaturabili iſta veneris ſiti cohibeto. 26 *Tanquam pudore*]quartum argumentum, ab inanitate & in-
utilitate exterorum Deorum, de quibus præcedente verſu. *Pudefacient*]idola videlicet cultores ſuos: ut Jeſchahh.
44. 6. & 15. 27 *Tempore vero*]ut Judic. 10. 10. 28 *Surgant*]ſarcaſmus, ut Deut. 32. 37. Judic. 10. 14. & Hoſch.
13. 10. 29 *Quare contenditis*]altera pars conteſtationis, ut dictum eſt ſuprà verſ. 5. qua Deus de obdurationem Ju-
dæorum conqueritur, duobus verſib. beneficentiam ſuam commemorat, & comparat cum ingrato Judæorum ani-
mo, uſque ad verſum 36. 30 *Conſumpſit glad.*]id eſt, homicidæ fuiſtis Prophetarum: ut Aſæ, Joaſchi, & Menaſchis
temporibus antè fuerat factum, quod exprobrat Chriſtus, Matth. 23. 24. & ſeq. 31 *An ut deſertum*] id eſt, cùm
ego deduxi te ex Ægypto per deſertum, an durus erga te fui atque difficilis, ut ea ipſa terra qua tu ambulabas? imò
verò nónne te ut ſponſam modis omnibus exornavi etiam in deſerto ipſo? jam verò cùm in poſſeſſionem terræ fe-
racis perveniſti, cur tibi dominium arrogas, & me dominum tuum repudias? 33 *Quid bonam prad.*]id eſt, cur ad-
eò es impudens ut te juſtifices? cùm tamen vitam tuam conſumas in conciliandis amatoribus, & explenda tantùm
tua libidine? *Idcircò*]id eſt, hac tua impudentia qua omnes ſuperas, etiam improbiſſimos doces improbitatem:
quamobrem hæc impudentia veluti digito commonſtratur, verſ. 34. & 35. 34 *Etiam in*]id eſt, nihil eſt in te aut
circa te non commaculatũ ſanguine: omnia teſtificantur adverſus te. *Non effoſſione*]id eſt, non ſunt clàm peccata
tua, ut perveſtigatione ſit opus: palàm ſunt, omnium oculis expoſita. 36 *Quid curſitas adeò*]id eſt, quid cauſæ eſt
cur te conjungas Ægyptio, & deficias a Babylonio (in cujus manus Menaſche fuerat traditus) atque fiduciam tuam
ita in Ægyptio colloces, ut Achaz anteà collocaverat in Aſſyrio? 2. Reg. 16. 7. Nam etſi hoc diſertè in ſcripturis legi
non meminimus; non dubium eſt tamen quin hoc fœdus cum Ægyptio aut per Menaſchem poſtliminio reverſum,
aut per improbum Amonem fuerit initum: ac propterea Neco exponit Joſchijæ ſe non adventare ut bellum gerat
adverſus ipſum, 2. Chron. 35. 21. Hinc autem incipit ultima pars, nimirum ſententiæ dictio: qua continetur expoſitio
pœnarum quas Judæi erant luituri, his duob. verſib. & earum cauſa, ſequentib. *Ab Ægyptio*] qui Joſchijam inter-
fecit, Joachazum cepit, & Judæos a Babylonio minimè liberavit. *Ab Aſſyrio*]ut exponitur 2. Chron. 28. 20. & ſeq.
37 *Manibus impoſ.*] id eſt, in luctu graviſſimo; ut ferè lugebant mulieres, 2. Schem. 13. 19. *Ut non ſecundet*]ſed
contrà propter perfidiam tuam in Deum & in Babylonium exſcindaris: liptote. 38 *Dicendo*] hæc verba a præce-
dentibus divelli eſt iniquiſſimum: pendent enim ab eo quod proximè dixit Propheta, reſpuit Jehova fiducias tuas, &
illius dicti cauſam deinceps explicat. Eſt autem ea ab oblata Dei miſericordia hypotheticè, hoc modo: ſi poſt tot ſce-
lera jam reſipiſceres & revertereris ad me, adhuc mihi accepta eſſes, hoc verſu: ſed perrexiſti in peccatis tuis, ſeq. verſ.
neque ullis ferulis ad me revocari potuiſti, verſ. 40. deniq; ne nunc quidem reſipiſcis, ſed omnibus viribus contendis
ad ma-

ad malum, duobus ultimis. *Si dimiserit*] argumentum a comparatione legalis exempli. *An reverteretur*] id est, an reverteretur illam reciperet? *Revertereris*] id est, reciperem te. 39 *Sedisti illis*] id est, sedens præstolaris meretricum more: ut Genes. 38.14. *Tanquam Arabs*] id est prædo, ex grassationibus vivens, & vias observans: ut Jesch. 13.20. 41 *Saltem ab*] id est, nunc demum saltem resipiscens coles me, & adhæresces mihi. 42 *Asservaturus est*] nimirum si resipueris, nonne condonaturus esset? ut Psal. 103.9. & inf. 3.7. *Ecce*] demonstratione hac Deus omnem culpam futuri mali in Judæis esse arguit, & se omni officio erga ipsos perfunctum esse confirmat.

Caput III.

Propheta per similitudinem sororum, Israelis improbitatem & Iehudæ contumaciam exponit: Iudæos ad fidem & resipiscentiam hortatur, tum propter fœdus & promissiones Dei amplissimas, si invocabunt ipsum & vitam corrigent, tum propter vetura mala nisi resipiscat: quæ mala post quam Propheta vehementissimè figuravit, confirmat eventura esse propter peccata totius populi; cujus conscientiam appellat, & judicem constituit justitiæ Dei: tum ad eos orationem convertens qui leniùs cum populo agendum judicabant, ipsos & res creatas omnes provocat in testimonium malignæ obfirmationis ordinum omnium & hypocriseos, quas non posse non castigari a Deo ostendit: postremò Deus Prophetæ functionem acerbam confirmat, & Propheta functionem accipiens judicium Dei severissimum proponit, de populi reprobatione.

1 Dixit autem Jehova ad me [a] tēporibus Joschijæ regis, vidistine quid fecerit [a] aversa Jisraël? [a] profecta est illa super omnem mōtem altum, & sub omnem arborem
2 virentem, ubi scortata es.

Cumq; dicerem postquam fecisset omnia hæc, ad me revertatur, non est reversa; vidente [a] hoc perfida
3 sorore ejus Jehuda. Itaque [a] visum est mihi omnibus de causis quibus adulterata est aversa Jisraël, [a] dimittere eam, & dare libellum [b] repudii ei: nec tamen timuit perfida Jehuda soror ejus, sed abiens ipsa scortata est quoque.
4 Fuitque præ [c] famosa scortatione sua ut [a] cōtaminaret terram: nam
5 adulterabatur cum [a] lapide & cum ligno. [a] Nec tamen toto hoc reversa est ad me perfida soror illius Jehuda
6 ex toto [d] animo suo; sed [e] falsò, dictum Jehovæ. Quapropter dixit Jehova ad me, [a] justificat [f] se ipsam aversa Jisraël; magis quàm perfida Jehuda.
7 [a] Abi & proclama verba hæc [a] versus Aquilonem, dicens, revertere aversa Jisraël, dictū Jehovæ: non faciam ut irruat facies mea irata in vos, nam benignus sum, dictum Jehovæ, non asservo *iram* in seculum.
8 Tantummodò agnosce iniquitatem tuam, tē a Jehova Deo tuo defeciss: nam [g] sparsim inivisti vias tuas ad exteros sub omni arbore vi-
9 rente, & voci meæ vos non auscultastis, dictum Jehovæ. [a] Revertimini filii aversantes, dictum Jehovæ, nam ego conjugio junctus sum vobis: & [a] recipiam vos, unum ex civitate, & binos ex familia, ut adducam vos Tzijonem,
10 [a] Ubi daturus sum vobis pastores [h] ex sententia animi mei, qui pascent vos scientia & intelligentia.
11 Eritq; cùm augescetis & fœtificabitis in hac terra temporibus illis, dictum Jehovæ, ut [a] non dicāt ampliùs, arca fœderis Jehovæ, neque [i] veniat in animum: neque recordabuntur ejus, neque recensebunt, nedum ut [k] magnificetur ampliùs.

a *Heb.* vidit ut Deut. 12. 13.
b *Heb.* abscissionis ejus: ut Deuter. 24. 1.
c *Heb.* voce scortationis suæ.
d *Heb.* corde.
e *Heb.* in falsitate.
f *Heb.* animam suam.
g *Heb.* sparsisti.
h *Heb.* secundū cor meū.
i *Heb.* ascendat super cor.
k *Heb.* fiat. ut Deut. 32. 6.

12 Tempore illo vocabunt ᵏ urbem Jeruſchalaimorum *urbem* ſoli Jehovæ, & congregabuntur eò omnes gentes ad nomen Jehovæ, Jeruſchalaima: neque ˡ ſequentur ampliùs ſententiam animi ſui mali.

ˡ *Heb.* ibunt ampliùs poſt aſpectũ cordis ſui.

13 Temporibus illis euntes domus Jehudæ cum domo Jiſraëlis; venient pariter ᵏ e terra Aquilonis in terram, quam poſſidendam tradidit majoribus veſtris.

14 ᵏ Nam ego indicens quomodo repoſiturus eſſem te inter filios, & daturus tibi terram ᵐ deſyderatam, poſſeſſionem ⁿ decoram, exercituũ gentium; ᵏ dico, pater mi invocato me, & ᵒ a me ſequendo ne avertas te.

ᵐ *Heb.* deſyderii. ⁿ *Heb.* decoris. ᵒ *Heb.* a poſt me.

15 ᵏ Utique perfidè deſcivit ᵏ uxor ab amico ſuo; utique perfidè egiſtis in me domus Jiſraël, dictum Jehovæ.

16 Vox ᵏ in locis eminentibus audiatur, fletus, deprecationes ᵖ Jiſraëlitarum; quia perverterunt viam ſuam, obliti ſunt Jehovæ Dei ſui, *dicentis*,

ᵖ *Heb.* filiorum Jiſraëlis.

17 Revertimini filii averſantes, curabo averſiones veſtras: *vox inquam audiatur*, ᵏ ecce nos accedimus te, quia tu *es* Jehova Deus noſter.

18 Utique falsò ᵏ a collibus, multitudine montium *exſpectatur*: utique in Jehova Deo noſtro *eſt* ſalus Jiſraëlis.

19 Nam ᵏ pudendum iſtud conſumpſit laborem patrum noſtrorum ᵏ a pueritia noſtra; greges eorum, & armenta eorum, filios eorum, & filias earum.

20 Jacemus in pudore noſtro, & operit nos ignominia noſtra: quia Jehovæ Deo noſtro peccavimus nos & patres noſtri a pueritia noſtra uſque in hodiernum diem, neque auſcultavimus voci Jehovæ Dei noſtri.

Caput IIII.

1 ᵏ Si reverſurus es Jiſraël, dictum Jehovę, ad me revertere: nam ſi amovebis abominationes tuas a facie mea, & ᵏ non vagaberis,

2 Si jurabis, vivit Jehova, ᵏ verè, ritè, & juſtè; etiã ᵏ benedicent ſibi in ipſo *Jiſraele* gentes, & in ipſo laudabunt ſeſe.

ᵃ *Heb.* in veritate, in jure, & in juſtitia.

3 ᵏ Nam ſic ait Jehova viris Jehudę & Jeruſchalaimanis; novellate vobis novale, & ne ſeratis in ſpinis:

4 ᵏ Circumcidite vos Jehovæ, & amovete præputia ᵇ animi veſtri, viri Jehudæ, & habitatores Jeruſchalaimorum: ne prodiens tanquam ignis æſtus meus ita ardeat ut nullus exſtinguat, propter malitiam actionum veſtrarum.

ᵇ *Heb.* cordis: ſic deinceps.

5 ᵏ Indicate in Jehuda, & Jeruſchalaimis pronuntiate ac dicite, clangite tuba in terra: convocate inquam, ᵏ cogite multitudinem, & dicite, ᵏ congregamini, & ingrediamur in civitates ᵈ munitas:

ᶜ *Heb.* implete. ᵈ *Heb.* munitionis.

6 ᵏ Attollite vexillum Tzijone, cõfirmate, ne conſiſtite: nam malum ego adducturus ſum ᵏ ab Aquilone, & contritionem magnam.

7 ᵏ Aſcendit

7 "Aſcendit leo ex "perplexo vepreto ſuo,& interfector gentium profiſciſcitur,prodit e loco ſuo;ut exponat terram tuam deſolationi, & civitates tuæ deſtruantur,ita ut nemo inhabitet.
8 "Propterea accingite cilicia, plangite & ejulate: quia non eſt aversus æſtus iræ Jehovæ a nobis.
9 "Erit enim die illo,dictum Jehovæ, ut pereat animus Regis, & animus Principum;obſtupeſcantq; Sacerdotes,& Prophetæ mirentur;
10 Et dicam,aha Domine Jehova,utique "planè dicêris ſeduxiſſe populum hunc,& Jeruſchalaima, "dicendo pax erit vobis: "cùm pertigerit gladius uſque ad animam.
11 "Tempore illo(dicendum eſt populo huic & Jeruſchalaimis) "ventus nitidus "locorum eminentium in deſerto, "viâ ad filiam populi mei; "non ad ventilandum neque ad purgandum,
12 Plenus vētus, "fortior iſtis adveniet "mihi: "nūc etiam ego eloquor "jura eis.
13 Ecce tanquam nubes aſcendit,& "tāquam turbo currus ejus,leviores ſunt aquilis equi ejus: "væ nobis quia vaſtati ſumus.
14 "Ablue a malo cor tuum,Jeruſchalaima,ut ſerveris:quouſque pernoctabit *illud*[s] in animo tuo,cogitationes vanitatis tuæ?
15 "Nam vox indicat majorem quàm Danis, & pronuntiat vanitatē majorem quàm montis Ephrajimi.
16 "Commemorate "iſtis gentibus, ecce pronuntiate Jeruſchalaimis; "cuſtodes adveniunt e terra longinqua, "eduntq; contra civitates Jehudæ vocem ſuam.
17 Ut qui obſervant "agros,ſunt contra eam circumquaque;quia mihi rebellis fuit,dictum Jehovæ.
18 "Via tua & actiones tuæ faciunt iſta tibi: hoc mali tui eſt, quòd amarus ſit,quòd pertingat in cor tuum.
19 "Viſcera mea, viſcera mea,doleo,[b] præcordia mea, fremit mihi cor meum,non poſſum ſilere:nam "ſonum buccinæ audis anima mea,clangorem belli,
20 "Contritionem ſuper contritionem proclamari,quia vaſtanda eſt tota hæc terra: repentè vaſtabuntur tentoria "mea, momento aulæa mea.
21 "Quouſque viſurus ſum vexillum?auditurus ſonum buccinæ?
22 "Quoad ſtultus erit populus meus, *quoad* me non agnoſcent, *quoad* filii ſtollidi erunt,neque intelligentes erunt:*quoad* ſapientes erunt ad malefaciendum,& benefaciendi ignorantes.
23 Cùm reſpicio terram,ecce "res inanis eſt & vacua:ſin autem cœlos, "nulla eſt lux eorum.
24 Si reſpicio iſtos montes, ecce "commoventur: & omnes iſti colles leviſſimè movent ſe.
25 Si aſpicio,ecce nullus eſt homo:etiā omnes aves cœlorū evagātur;

[e] *Heb.* ſeducendo ſeduxeris.
[f] *Heb.* viâ filiæ.
[g] *Heb.* in medio tuli:
[h] *Heb.* parietes cordis mei:

26 Si aſpicio, ecce arva ipſa ſunt deſertum: & omnes civitates iſtius dejectæ ſunt propter Jehovam, propter æſtum iræ ejus.

27 "Nam ſic ait Jehova, deſolata futura eſt tota hæc terra: "ſed conſummationem nondum fecero.

28 Ad hæc "lugebit terra, & atrati erunt cœli ſupernè; eò quòd locutus ſum, cogitavi, neque pœnitet me, neque avertam me ab eo.

i Heb. fugiet tota civitas: metonymia.

29 A ſono equitum & jaculantium arcu 'fugient omnes oppidani: "veniēt in ipſas nubes, & in petras aſcendent, omnis civitas derelinquetur, & nemo habitator in eis *erit*.

30 "Tu autem *regio populi* vaſtādi, quid facis quòd induis te dibapho, quòd ornas te ornatu aureo, quòd laceras" fuco oculos tuos? invanum reddis te pulchram: reſpuunt te amaſii, "animam tuam quærunt.

31 Nam vocem quaſi parturientis audio, anguſtiam ſimilem "primiparæ, vocem filiæ Tzijonis ſubinde anhelantis, pandentis manus ſuas, dicendo; væ jam mihi, "quòd feſſa fuerit anima mea *quærendo* interfectores.

Caput V.

1 "Ercurrite plateas urbis Jeruſchalaimorum, & videte jam atque cognoſcite & diſquirite in plateis ejus; an inveniatis virum, an ſit qui exerceat jus, requirat fidem, & condonabo "illi.

2 Sed cùm vivit Jehova dicunt, "hoc pacto falsò jurant.

a ſic 1. Schem. 27. 6. & 28. 2.

3 "O Jehova, oculi tui an non *ſpectarent* ad fidem? "percutis eos, ſed nó dolent; conſumis eos, renuunt accipere eruditionem: reddunt faciem ſuam obfirmatiorem petra, renuunt converti.

4 Quamobrem ego dicebam, utique tenues *ſunt* "iſti: ſtultè agunt, quia "ignorant viam Jehovæ, jus Dei ſui.

b Heb. ibo mihi: ut Geneſ. 11. 33.

5 'Ibo ad magnates ipſos, ut alloquar eos; nam ipſi norunt viam Jehovæ, jus Dei ſui: at ipſi pariter fregerunt" jugum, diruperunt vincula.

c Heb. veſperarum.

6 "Idcircò percutiet eos "leo e ſylva, "lupus 'veſpertinus vaſtabit eos, "pardus obſervabit ad civitates eorū, quiſquis egredietur ex eis, diſcerpetur: quia plurimæ ſunt defectiones eorum, numeroſæ averſiones eorum.

d Heb. non deos.

7 "Ubi eſt huic *urbi unde* condonem tibi?" filii tui derelinquunt me, & jurant per 'd eos qui non ſunt dii: ſimulac ſatiavi eos adulterantur, & in domum meretricis turmatim conveniunt.

8 Ut equi paſti ſunt cùm mane ſurgunt: quiſque ad uxorem proximi ſui adhinniunt.

9 An

9 An propter ista non visitarem? dictum Jehovæ: & an de gente hujusmodi non sumeret ultionem anima mea?

10 [d] *Dicens,* Ascendite in muros ejus, ac perdite, & [e] consummationem ne facitote: [f] amovete pinnas ejus, quia isti non *sunt* Jehovæ.

11 Nam [g] omnino perfidè egerunt contra me; domus Jisraëlis, & domus Jehudæ, dictum Jehovæ.

12 Mentiuntur Jehovam, & dicunt, [h] non *ita* est: neque eventurum est nobis malum, & gladium & famem non [i] experturi sumus:

13 Et isti Prophetæ [k] abibunt in ventum, & verbum nullum est in eis: [l] ita fiet ipsis.

14 [m] Idcircò sic ait Jehova Deus exercituum, eò quòd loquimini verbum istud, ecce ego redditurus sum verba mea in ore [n] tuo velut ignem; populum autem hunc *velut* ligna quæ ille consumat.

15 Ecce ego adducturus sum contra vos [o] gentem e longinquo, ô domus Jisraëlis, dictum Jehovæ: *quæ* gens robusta est, gens [p] antiquissima est, gens cujus ignorabis linguam, neque intelliges quid loquetur:

16 Cujus pharetra [q] velut sepulchrum apertum, omnes erunt potentes.

17 Et comedet messem tuã, & cibũ tuũ, *quem* comedissent filii tui & filiæ tuæ, comedet greges tuos & armenta tua, comedet vites tuas & ficos tuas: depauperabit civitates munitas tuas gladio, quibus tu confidis.

18 Sed ne temporibus quidem illis, dictum Jehovæ; fecero vobiscum [r] consummationem.

19 Nam erit cùm dicetis, propter quid facit Jehova Deus noster nobis omnia ista? ut dicas ad eos: quemadmodum dereliquistis me, & servivistis diis alienigenarũ in terra vestra, ita servituri estis exteris in terra non vestra.

20 [s] Indicate hoc in domo Jahhakobi; & pronuntiate ipsum in Jehuda, dicendo,

21 Audite jam hoc, populе stolide & excors: [t] quibus oculi sunt & nõ vident, quibus aures sunt & non audiunt:

22 [u] An me non reverebimini? dictum Jehovæ, an a facie mea nõ contremiscetis? qui disposui arenam terminum mari, statuto [x] perpetuo, quod non transgredietur: quamvis incutiant se, non tamen prævalent; quamvis fremant fluctus ejus, non tamen transgrediuntur illud.

23 At populo isti *est* [y] animus contumax & rebellis: [z] ut recesserunt, pergunt:

24 [a] Neque dicunt cum animo suo, revereamur jam Jehovam Deum nostrum, qui dat pluviam tempestivam & serotinam tempore suo: [b] septimanas, [c] statuta messis servat nobis.

d *Heb.* perfidè agendo.

e *Heb.* visitri: ut Psal. 34. 13.

f *Heb.* erunt vento.

g *Heb.* a seculo.

25 Iniquitates veſtræ avertunt iſta, & peccata veſtra cohibẽt bonum hoc a vobis.

l Heb. inveniuntur. *m Heb.* ſecundum tẽdere.

26 'Nam[l] præſtò ſunt in populo meo improbi: *quiſque*" contemplatur[m] ut tendentes aucupes, ſtatuunt perditionis inſtrumenta, homines capiunt.

27 Ut cavea plena avibus, ità domus eorũ plenæ ſunt" dolo: "propterea magni & divites ſunt,

n Heb. res mali.

28 Pingues, nitidi ſunt; etiam" tranſcendunt[n] res malas, cauſam non judicant, cauſam pupilli, tamen proſperantur: & jus egentium non judicant.

29 'An propter iſta non viſitarem? dictum Jehovæ: an de gente hujuſmodi non ſumeret ultionem anima mea?

30 "Res ſtupenda & horrenda fit in terra hac:

o Heb. in falſitate. *p Heb.* per manus horum. *q Heb.* in extremitate hujus.

31 Prophetæ ipſi prophetant[o] falsò, & ſacerdotes" dominatum exercent[p] horum operâ, & populus meus ità amant: quid autem" facturi eſſetis[q] tandem?

Caput VI.

1 'Congregate vos" Binjaminitæ" è medio Jeruſchalaimorũ, &" Tekohhi clangite buccina, &" Bethceremum verſus extollite" incendium: quia malum proſpectatur ab" Aquilone, & contritio magna.

2 "Decoræ & delicatæ aſſimilaveram filiam Tzijonis:

3 Ad eam venturi ſunt" paſtores cum gregibus ſuis, fixuri adverſus eã tentoria circumquaque: depaſturi quique ſpatium ſuum.

a Heb. ſanctificate.

4 a"Comparate contra eam bellum, ſurgite & aſcendamus" ipſo meridie: "væ nobis, quia abiit dies, quia inclinarunt umbræ veſpertinæ.

5 "Surgite & aſcendamus ipſa nocte, & perdamus palatia ejus.

6 "Nam ſic ait Jehova exercituum, cædite ligna, & diffundite contra Jeruſchalaima[b] miſſilia catapultaria; hæc ipſa civitas viſitãda eſt, 'quanta quanta eſt oppreſſio eſt in medio ejus.

b Heb. catapultam: metonymia: ut 2. Reg. 19. 32. *c Heb.* tota ipſa.

7 Sicut manat puteus aquas ſuas, ita manat illa malitiam ſuam; violentiâ & vaſtatio auditur in ea, ante faciem meam jugiter, ægritudo & percuſſio.

8 Erudire, ô urbs Jeruſchalaimorum, ut non" luxetur anima mea a te; ut non reddam te deſolatam, terram non inhabitatam.

d Heb. racemando.

9 Sic ait Jehova exercituum, "prorſus racemabunt tanquam vitis reliquias Jiſraëlis: "*dicentes*, refer manum tuam, ut vindemiator cum qualis.

10 'Quos alloquar & conteſtabor ut audiant? ecce" præputiata eſt auris

auris eorum, adeò ut non possint attendere: ecce verbum Jehovæ est eis probrosum, non delectantur eo.

e Heb. probro.

11 Quamobrem æstu Jehovæ plenus sum, defessus sum continendo, effundẽdus est super parvulum foris, & super cœtum juvenum pariter: quin etiam vir cum fœmina capientur, senex cum decrepito.

f Heb. pleno dierum.

12 Et devolventur domus eorum ad alienos, agri & uxores pariter: cùm extendam manum meam super habitatores istius terræ, dictum Jehovæ.

13 Nam a minimo eorũ usque ad maximum eorum quisquis est deditus est quæstui; etiam a Propheta usque ad Sacerdotem, quisquis est agit falsò.

infrà 8. 10.

g Heb. quæstuosus est quæstus.

14 Nam curant contritionem filiæ populi mei secundum curationem mali leviculi, dicendo, pax pax: etsi nulla est pax.

h Heb. secundũ leviculũ.

15 Fecerúntne ut erubescerent cùm abominationem fecerunt? neque illi prorsus erubescunt, neque ignominia afficere sciunt isti: idcircò cadent cum illis cadentibus, tempore quo visitabo illos corruent, ait Jehova.

i Heb. erubescendo.

16 Sic dicente Jehova, state secũdum vias & aspicite, ac interrogate de semitis antiquis, quænam sit via boni, & ambulate per eam, ita invenietis requiem animæ vestræ: dixerunt, non ambulabimus.

k Heb. seculi.

17 Me constituente etiam super vos speculatores, dicendo, attendite ad sonum tubæ: dixerunt, non attendemus.

18 Idcircò audite ô gentes, & agnosce ô cœtus, quæ insint istis.

19 Audi ô terra, ecce ego adducturus sum malum in populum istũ, fructum cogitationum ipsorum; quia ad verba mea non attendunt, & ipsam quoque legem meam spreverunt.

20 Quorsum mihi thus è Scheba advenit, & calamus odoratus præstantissimus e terra longinqua? holocausta vestra non sunt accepta, & sacrificia vestra non sunt suavia mihi.

Jeschahh. 1. 11.

l Heb. benevolentiæ.

21 Idcircò sic ait Jehova, ecce ego dispositurus sum populo huic offendicula; in quæ offendant patres & filii pariter, vicinus, & amicus ejus, pereantq;.

22 Sic ait Jehova, ecce populus venturus est e terra Aquilonis; & gẽs magna excitabitur e lateribus terræ:

23 Arcum & hastam vexillarem tenebunt, crudelis erit quisque, neque miserebuntur: vox eorum quasi mare fremet, & equis vehentur, gens instructa ut vir ad bellum contra te, ô filia Tzijonis.

24 Audientibus nobis rumorem ejus, remittentur manus nostræ; angustia prehendet nos, dolor tanquam parturientis.

25 Ne exitote in agrum, & via ipsa ne pergitote; quia gladius inimico est, formido circumquaque.

26 O filia populi mei, accingere cilicium, voluta te in cinere, luctum

unigeniti [m] age, planctum [n] amarissimum; nam repentè venturus est vastator contra nos.

27 [o] In exploratoria speculâ constitui te apud populum meũ, *in* munitione; ut cognoscas & explores viam eorum.

28 Omnes sunt [o] contumacium contumacissimi, ambulantes *cum* detractione, [p] chalybei & ferrei: omnes corruptores sunt:

29 [q] Exaresc it follis, igne consumitur plumbum: in vanum [q] pergit conflare [q] *conflator*, nam mala avelli non possunt.

30 [r] Argentum reprobum [r] vocabuntur illi, quia reprobat Jehovah illos.

m Heb. age tibi: pleonasmus.
n Heb. amaritudinum.
o Heb. contumaces contumaciũ. vide Genes. 9. 25.
p Heb. æs & ferrum.
q Heb. conflat conflando.
r Heb. vocabunt illos, impersonaliter: ut Iobi 7.3.

ANNOTATIO IN CAP. III.

1 *Dixit*] Hujus concionis (qua Deus in universum peccata cõtumacissima Judæis exprobrat, suppliciáque denuntiat per Babylonios adventura) partes sunt quinque: prima est narratio peccati, cujus Israëlitæ & Judæi rei erant coram Deo, usque ad versum 7. secunda est hortatio ad resipiscentiam & fidem suis argumentis cõfirmata, inde usque ad caput 5. tertia, est confirmatio peccati & suppliciorum quæ antè fuerant dicta, inde usque ad versum 10. capitis 6. quarta est confutatio eorum qui negabant ita præcisè desperandum esse de populo & denuntiãda judicia Dei, usque ad versum 27. postrema est conclusio summatim continens Prophetæ confirmationem in functione sua, ad finem usque. Narratio autem quam primo loco statuimus, per antithesin Israëlitarum Judæ contumaciam & obstinationem ostendit, quinque versib. ac propterea Israëlitas Judæis anteponit, versu 6. & minus injustos pronuntiat. *Temporibus Josch.*] id est, iis ipsis temporibus quibus Judæi recuperata lege, instaurato Dei cultu, & fœdere redintegrato cum Deo, secum optimè actum hac externa specie judicabant. Nam etsi ad mandatum Joschijæ Ecclesia instaurata est, tamen non dubium est quin repetito fœdere Judæorum perfidia magis fuerit aucta evictáque, ut versu 3. & 5. Propheta exponit. Quamobrem ab eo ipso tempore quo fœdus redintegraverat cum Judæis Dominus, id est, ab anno 13. Joschijæ, peccatum Judæorum incipit, Jechezkel 4.6. *Aversa*] videlicet a Deo, quicum fœdus iniverat & conjugio spirituali juncta fuerat, infrà versu 9. allegoria in scripturis frequens. *Profecta*] nimirum ex quo cœpit corrumpi animus Schelomonis, 1. Reg. 11.4. inde ab eo tempore scortata est cum idolis suis, ut tu Jehuda hactenus scortata es. 2 *Hoc*] nimirum aversionem scortationémque Israëlitarum, & revocationem meam. 3 *Dimittere eam*] id est, abjicere a me, exterísque tradere, ut factum legimus 2. Reg. 17. & 18. 4 *Contaminaret*] ut adulterio terra contaminari dicitur, Deuteron. 24.4. *Lapide*] id est, idolis lapideis & ligneis, metonymicè. 5 *Nec tamen*] id est, tota hæc fœderis & cultus Dei redintegratio per Joschijam effecta, mera fuit hypocrisis in Judæorum populo. *Toro hoc*] exemplo videlicet aversionis Israëlitarum, & severissimi supplicii quod de aversa Israële sumpsit Deus. 6 *Justificat*] hoc est, justior est, aut potius minus injusta, ut exposuimus suprà in versum 1. sic Jechezk. 16.51. & 23.11. dictum κατὰ τι. 7 *Abi*] secunda pars concionis Judæos & Israëlitas hortatur ad resipiscentiam & fidem, hoc & seq. versu, duobus argumentis: primùm a fœdere & promissionibus restituendæ & ampliãdæ Ecclesiæ, usque ad versum 14. quibus subnectitur sua resipiscentiæ forma, usque ad versum 5. capitis 4. deinde a prophetica venturorum malorum denuntiatione nisi resipiscant, usque ad caput 5. *Versus Aquilonem*] q.d. hoc signo demonstra a te non tantùm Judæos revocari, sed etiam Israëlitas; qui in Mediam & Assyriam fuerãt deportati Aquilonem versus, 2. Reg. 17.6. 8 *Sparsim invisti*] id est, non uni tantùm idolo adjunxisti te, sed omnes vias & semitas pervestigasti, ut cum singulis adulterari posses. 9 *Revertimini*] prius argumentum hortationis, a fœdere conjugali & promissionibus Dei, ut diximus in versum 7. *Recipiam vos*] id est, residuum vestri conservabo secundum electionem gratiæ, & intromittam in Ecclesiam meam, tũ ex Judæis & Israëlitis, tribus versib. tum ex gentibus omnibus ad Ecclesiam agglutinatis per fidem & resipiscentiam cum Judæorum reliquiis, versu 12. & 13. 10 *Ubi daturus*] ut copiosiùs promittitur infrà 23. & Jechezk. 34. Sunt autem hæ promissiones accipiendæ de regno spirituali Christi, ut sequens versus ostendit. 11 *Non dicant ampl.*] id est, non ampliùs glorientur de externis symbolis, aut nitantur ceremoniis; sed veri adoratores adorent Deum spiritu & veritate, quales Pater quærit qui ipsum adorent, Joan. 4.23. Est autem in his verbis gradatio elegans; non gloriabuntur ac ne recordabuntur quidem: quorum verborum epexegesis sequente membro continetur. 12 *Urbem Jerusch.*] id est Ecclesiam, quam tum figurabat Jeruschalaima. 13 *E terra Aquilonis*] id est, e loco suæ captivitatis, qua figurata est spiritualis illa captivitas unde eripiuntur filii Dei per Christum, & vindicantur in libertatem suam, atque in Ecclesia collocantur, quam terra promissa adumbrabat. 14 *Nam ego*] ætiologia superiorum promissionum erga resipiscentes, a decreto Dei gratioso & immutabili erga filios suos: quorum resipiscentia informatur primùm sanctis precibus ad Deum, toto hoc capite; deinde emendatione vitæ, quatuor primis versibus seq. capitis: quæ duo prolepticè hoc versu proponuntur. *Dico*] id est, non aliam viam promissionum consequendarum expono tibi, quàm orationem fidei & resipiscentiam. *Pater mi*] q.d. etsi indigna es quæ voceris filia, tamen freta veritate & constantia mea me agnoscito tibi patrem in æternum esse. 15 *Utique*] exornatio prioris membri prolepseos; ut Israël evictus perfidiæ suæ, hoc versu, inclamet Deum revocantem se, versib. seq. *Uxor ab amico suo*] id est, domus Israëlis a Deo, ut sequentia explicant. 16 *In locis eminentibus*] id est, palàm vox illa audiatur confessionis vestræ, quæ exponitur a secunda parte versus 17. ad finem usque capitis. 17 *Ecce nos*] hujus confessionis & orationis qua Israëlitæ sistunt se Domino, partes sunt duæ: una, qua ad Deum convertuntur, his primis vocibus; altera, qua causas enarrant quibus se committunt Deo. Sunt autem illæ primùm a natura & fœdere gratioso Dei, hoc versu: deinde ab effectis ejus, quæ per antithesin idololatriæ amplificantur, duobus seq. postremò ab impotentia piorum, qui se in peccatis jacêre & sepultos esse agnoscunt, ac proinde se minimè posse erigere sentiunt nisi Deus ipsorum misereatur, versu ultimo. 18 *A collibus*] id est, idolis quæ in montibus colebantur: metonymia. 19 *Pudendum*] id est idolum, ut infrà 11.13. & Hosche. 9.10. *A pueritia nostra*] id est, nunquam destitit nobis obesse, atque rebus nostris.

IN

Caput IIII.

In Caput IIII.

1 *Si reverſurus*] Altera pars reſipiſcentiæ, de emendatione vitæ, ut diximus ſuprà 3. 14. Eſt autem hęc conceſſio vehementiſſima ad flectendos animos; pro eo quod eſt, ſi unquam debes (ut vulgus loquitur) te convertere, aut ſi unquam futurum eſt ut convertaris, quæſo jam convertaris ad me. *Non vagaberis*] id eſt, vias quàm plurimas ſparsim non iniveris, ut dixit ſuprà 3. 8. ſed in me uno acquieveris. 2 *Benedicent*] ex promiſſione Geneſ. 22. 18. 3 *Nam ſic ait*] ætiologia præcedentis hortationis ad reſipiſcentiam & emendationem vitæ (quæ primùm allegoria, hoc verſu; deinde typo circunciſionis figuratur, ſeq. verſu) propter mala graviſſima impendẽtia eis divinitus qui abnuerint reſipiſcere: ita comparatur tranſitus ad ſecundum hortationis argumentum. Comparatur enim Judæorum populus cum agro jam diu inculto & ſpinis horrente, reſipiſcentia verò cum novatione & runcatione ſpinarum, ut Hoſch. 10. 12. 4 *Circumcidite*] ut Deut. 10. 16. 5 *Indicate*] ſecundum hortationis argumentum, a prophetica malorum denuntiatione quæ obfirmatis erant eventura: quo in argumento continentur tria; primùm, denuntiatio, uſque ad verſum 14. deinde hortatio hypothetica, ſi volent Judæi prænuntiata mala declinare, inde ad verſum 19. poſtremò pathetica exornatio per hypotypoſin, uſque ad caput 5. Sunt autem hoc loco Dei verba denuntiantis trepidationem Judæis ab hoſtis violentia, tribus verubus; ſtuporem, ver. 9. & 10. & hoſtium violentiam, ver. 11. & duobus ſeq. *Congregamini*] verba Judæorum inter ſe, in munita loca metu hoſtis ſe recipientiũ. 6 *Attollite*] id eſt, conclamate arma, ſynecdochicè. *Ab Aquilone*] ut ſuprà 1. 14. 7 *Aſcendit leo*] id eſt, Chaldæus potentiſſimus & ferociſſimus: ut Jeſcha. 5. 29. *Perplexo gepr.*] id eſt, è denſo latibulo perrumpit, etſi jam minimè cernitur. 8 *Propterea*] brevis repetitio hortationis ad reſipiſcentiam & tempeſtivum luctum (quem ciliciis ſcriptura depingit ſynecdochicè) propter iram Dei & ſtuporem omnibus obventurum ab hoſtium violentia. 9 *Erit enim*] quemadmodum fuiſſe geſtum ſacra hiſtoria narrat 2. Reg. & 2. Chron. ultimis capitibus; & copioſè infrà 39. & 52. Sunt autem hujus ſtuporis duo genera: unus eſt infidelium proprius, ut ſtupeant attoniti & confundantur judiciis Dei, hoc verſu; alter fidelium, ut in tanta rerum conturbatione de nullâ re ſint tantoperè ſolliciti quàm de gloria & veritate Dei, quæ ab improbis ita oppugnari ſolet ac ſi Deus ipſe Eccleſiã ſuam fefelliſſet: atque hoc ſuo ipſius exemplo demonſtrat Propheta, verſu ſeq. *Dicendo*] per pſeudoprophetas videlicet; qui cùm Satanæ miniſtrarent, perversè tamen obtendebant nomen Dei, infrà 6. 14. & 7. 4. & 10. & 23. 1. *Cùm pertigerit*] id eſt, cùm Deus exſequens ſeverum judicium ſuum vos morti tradet. 11 *Tempore illo*] narratio prophetica violẽtæ irruptionis Chaldæorum in Judæam; qua Propheta per antitheſin evertit præcedentia pſeudoprophetarum verba, & veritatem Dei ex eo aſſerit, quòd diſertè ventura mala prænuntiat Deus: quod genus argumentationis ſæpius uſurpatur apud Jeſchahhjam capite 40. & ſequentib. octo. *Ventus nitidus*] id eſt Babylonius, qui tanquam ventus vehementiſſimus tollet everrétque omnia: allegoria. *Locorum eminent.*] id eſt, qualis loca eminentia in patentibus latiſque campis expoſita ſolet percellere: ſic oſtendit Propheta nihil fore quod Chaldæorum impetum remoretur. *Non ad ventilandum*] ſed ad perdendum videlicet: eclipſis contrarii, ut Geneſ. 18. 18. 12 *Fortior iſtis*] id eſt, qui abripiet iſtos omnes, quorum meminerat ſuprà ver. 9. & 11. *Mihi*] id eſt, qui perficiat mandatum & voluntatem meam: quamobrem Nebucadnetzar ſervus Dei appellatur, infrà 25. & 27. *Nunc etiam ego*] verba Prophetæ, quibus oſtendit ſe fideliter prænuntiare populo judicia quæ Deus imperavit verbis præcedentibus. *Jura*] quæ Deus dedit ſuperioribus verbis, & Propheta exponit ſeq. verſu, pergens in eadem allegoria. 13 *Tanquam turbo*] ut Jeſchahh. 5. 28. *Vanabit*] Prophetæ verba, communem Judæorum calamitatem deplorantis. 14 *Ablue*] hortatio ad reſipiſcentiam, ut diximus ſuprà in verſum 5. conjuncta primùm conteſtatione, hoc & ſeq. verſu; tum denuntiatione infeſti adventus Babyloniorum, duobus ſeq. ac poſtremò malitiæ Judæorum incuſatione, ver. 18. 15 *Nam vox*] exornatio præcedentis dicti de cogitationibus vanitatis Judæorum: clamare nimirum iniquitatem ipſorum pluſquam Iſraëlitarum, quorum fines Dane & Ephrajimo terminabantur, ubi idola ſua collocaverant, 1. Reg. 12. 29. ſimile eſt ſuprà 3. 6. 16 *Commemorate*] denuntiatio adventus Babyloniorum in Judæam obfirmatam, ut diximus ſuprà ver. 14. *Iſtis gentibus*] id eſt Judæis, ut ſequens membrum oſtendit. *Cuſtodes*] qui videlicet obſervant agros, ſeq. verſu, ne quid effugiat aut eripiatur ſibi. *Eduntq;*] id eſt, invadunt cum barritu militari, ſynecdochicè. Dicuntur autem hi duo verſus allegoricè a ſimilitudine venatorum, qui concæde facta in ambitum ſylvæ omnes tranſitus obſervant, ne feræ vociferatione facta conſternatæ & perterritæ effugiant in patentes campos. 17 *Agros*] id eſt, agrorum aditus, ne erumpant e ſylvis feræ. 18 *Via tua*] incuſatio Judæorum, ut diximus in verſum 14. qua docet Propheta quòd hoſtis tam infeſtus eſt, & quòd morte ipſos mulctaturus eſt, id ſuis ipſorum peccatis acceptum ferendum eſſe, propter quæ Deus Chaldæis ipſos, ut feras venatoribus, expoſuerit. 19 *Viſcera mea*] exornatio pathetica præcedentis denuntiationis, primùm per hypotypoſin Prophetæ deplorantis calamitates populi, tribus ver. & maleficia calamitatum cauſas, uſque ad verſum 27. deinde judicium Dei ad luctus ſui confirmationem repetentis, ad finem uſque capitis. Quamobrem ad exprimendam hujus σχετλιασμοῦ vehementiam initium fit per congeriem, & eorumdem verborum repetitionem, ut ferè lugentes faciunt. *Sonum buccinæ*] id eſt, denuntiationem belli ſpiritu Dei afflatam intelligis. 20 *Contritionem ſuper*] id eſt, novas ſubinde clades alias aliis ſuccedere uſque ad deletionem regni: prout factum eſſe inde a temporibus Joſchiję legimus, 2. Reg. 24. & 25. *Mea*] id eſt, populi mei habitationes, ſynecdochicè: ſic infrà 6. 24. 21 *Quouſque*] interrogatio lugubris, viam faciens ad maleficiorum hypotypoſin. 22 *Quoad*] ſubjectio ad præcedentem interrogationem, exponens peccata ſuppliciáque populi, quę enumeratione ſingulari demonſtrantur quatuor verſibus ſeq. 23 *Cùm reſpicio*] id eſt, omnia horrent peccatis ubique; ac proinde tam ſevera Dei judicia in regionem hanc propter peccata immittentur, ut omnia Judæis futura ſint luctuoſiſſima: quod hyperbolis elegantiſſimis Propheta narrat verſibus quatuor. *Res inanis eſt*] cùm prius affluéret lacte & melle, dum ambularent coram Deo: Exodi 3. 8. *Nulla eſt lux*] id eſt, velut atri ac lugubres erunt: ut Jeſch. 50. 3. 24 *Commoventur*] abhorrentes a peccatis, & ſeveris Dei judiciis, ac proinde decutientes habitatores ſuos, ut ſequens verſus indicat. 27 *Nam ſic ait*] confirmatio præcedentis hypotypoſeos a decreto Dei irrevocabili, quemadmodum Deus jam antè per Chuldam prophetiſſam dixerat, 2. Reg. 22. 14. Sunt autem hujus confirmationis partes duę: una, qua Deus graviſſimum judicium enuntiat, tribus verſib. altera, qua per apoſtrophen Judæorum fiduciam inanem excutit, duobus ultimis. *Sed conſum.*] id eſt, nondum conſummavero iram & judicium meum, cùm terram deſolavero; ſed deſolatam perdiu continebo, ut permaneat in luctu longiſſimo, ſeq. verſu; ſecundum legis interminationem, Levit. 26. 34. & 43. 28 *Lugebit*] id eſt, deſolata manebit, allegoricè. *Atrati*] ut ſuprà ver. 23. nam priùs inſignis erat & illuſtris terra, cùm oculi Jehovæ curarent eam, Deuter. 11. 12. 29 *Vesient in ipſas nubes*] id eſt, in loca præalta & ardua, ut conſulant vitæ ſuæ: hyperbolæ. 30 *Tu autem*] apoſtrophe ad Judæam, quæ cum ſcorto impudentiſſimo comparatur, mangonio ſuo & lenociniis pelliciente amatores ſuos. *Fucò*] ut de Izebela dicitur 2. Reg. 9. 30. *Animam tuam*] id eſt vitam, ut alibi paſſim. 31 *Primipara*] nam a natura difficiliores eſſe primos quoſque partus inter medicos convenit. *Quòd feſſa fuerit*] id eſt, quòd ad laſſitudinem uſque maximam diſcurſaverim, ut amatores cõciliarem mihi, & pro amatoribus interfectores comparaverim.

Nam

Nam ita allegoricè Judæi cõfitentur se perniciem sibi justo Dei judicio accersiviſſe ab iis, quorum operam sibi jucundam fore speraverant: ut de Assyrio narrat Jeschahhja 8.7.

In Caput V.

1 *Percurrite*] Tertia pars concionis, nimirum confirmatio tum peccati quod Judæis Propheta exprobrat, versib. quinque; tum supplicii denuntiati, ver. 6. quæ duo primùm exornantur per cõtestationem, usque ad versum 20. deinde amplificantur, usque ad versum 10. seq. capitis. Exprobratur autem peccatum Judæorum primùm ex eo quòd nemo justus in illis inveniri possit, etsi unius causa Deus se urbis totius miserturum esse pollicetur, duobus versibus; deinde ex eo quòd ferulis non corriguntur, sed obdurantur magis, ver. 3. postremò quòd ne ipsi quidem præfecti & administratores populi resipiscerent, sed januam omnis licentiæ sibi totique populo aperirent. *Illis*] nimirum urbi propter justum illum, ut Genes. 18.23. & seq. 3 *O Jehova*] apostrophe ad Deum, velut testem, cognitorem, & judicem obstirmationis populi. *Percutis eos*] id est, & infideles sunt; & quò magis verberas, eo magis in perfidia obstirmantur. 4 *Isti*] nimirum qui renuunt accipere eruditionem, & obstirmant sese. Tenues enim hîc accipiuntur pro vulgo & plebe infima: ut 2. Reg. 24.16. & 25.15. & infrà 40.7. *Ignorant*] id est, imperiti sunt: periphrasis sic Joan. 7.49. 5 *Jugum*] Dei, legis, & omnis disciplinæ. 6 *Idcirco*] brevis pœnæ instantis denuntiatio, sectens allegoriis. *Leo*] ut suprà 4.7. *Lupus vespertinus*] id est, hostis veteratorius, qui similis est lupo jam diu exercitato in præda vespere comparanda, ut feræ solent, Psal. 104.20. sic Chabakuk. 1. 8. & Tzephan. 3.3. *Pardus*] cujus proprium est insidere condensis arborum, occultari earum ramis, & in prætereuntia desilire, ut narrat Plinius lib. 10. natur. histor. cap. 73. sic Hosch. 13.7. 7 *Ubi est*] exornatio duarum præcedentium confirmationis partium, ut diximus ver. 1. confirmat tum Judæorum peccata per contestationem, usque ad versum 14. tum supplicia divinitus infligenda, usque ad versum 20. quibus duabus partibus deinde sua sigillatim amplificatio subjungitur. Incipit autem hæc contestatio ab eodem argumento quod proposuerat Deus, versu 1. condonarem (inquit) si quisquam aut quicquam esset quare ad condonandum adduceret: sed ubi est? q. d. nusquam est in tota civitate sancta. *Filii*] id est, omnes deficiunt a Deo, in idolis gloriantur, & in spirituali atque corporali scortatione volutãtur. 10 *Diruite*] brevis descriptio judicii ex mandato Dei per Chaldæos exsequendi, ut habetur 2. Reg. 24. & 25. *Consummationem*] id est, sed ne his quidem rebus gestis existimate vos consummavisse judicia mea: adhuc piura vobis & mihi restabunt facienda, ut suprà 4.27. & infrà ver. 18. *Amovete pinnas*] id est, diruite muros, ut 2. Reg. 25.13. & Nechem. 1.3. & 2.3. 12 *Non ita est*] ut Jehova per Prophetas dicit: vide 2. Chron. 36.15. 13 *Ita fiet*] id est, potiùs hæc mala in ipsos recident, & nos malè mulctabimus ipsos: prout denuntiãt nobis, ipsos gladio perdemus & fame: sic tentatum fuisse in Jirmejam, legimus infrà 11. & 18. & 20. & 26. & 37. & seq. 14 *Idcirco*] exornatio suppliciorum, ut diximus in versum 7. qua Deus primùm Prophetam instruit & armat potente verbo, ut liberè judicia pronuntiet, hoc versu: deinde judicia illa explicat, quinque sequentib. *Tuo*] apostrophe ad Jirmejam, qui prænuntiis verbo calamitates populi illud facere dicitur quod Deus præstat opere, versibus seq. sic Jechezk. 24.5. & 9. vide suprà 1.10. 15 *Gentem e longinquo*] ut Jesch. 5.26. ex lege Deut. 28.49. *Antiquissima*] id est, cujus monarchia & Respublica jam olim fuit rerum publicarum princeps: vide Genes. 10.10. 16 *Velut sepulchrum apert.*] id est, multos conficiet & consumet sagittis e pharetra, metonymicè. 18 *Consummationem*] ut suprà ver. 10. 20 *Indicate*] jam sequitur amplificatio duorum præcedentium locorum confirmationis, ut diximus ver. 7. primùm enim contestatio peccati Judæorum illustratur, hoc toto capite; deinde judiciorum prænuntiatio, versibus novem capitis seq. 21 *Quibus oculi sunt*] ut Jeschahh. 42.18. & 33. 22 *An me*] primum contestationis argumentum, increpans obstirmationem Judæorum ab exemplo admirabilis operis Dei, qui arena coërcet immanes fluctus maris. 23 *Ut recesserunt*] id est, nulla re coërcentur, cum decretum Dei arenâ coërceat fluctus maris ingentissimos. 24 *Neque dicunt*] secundum contestationis argumentum: neque revocantur (inquit Deus) singularibus ergaipsos beneficiis. *Septimanas*] id est, annos illos intermissionis terræ, quibus singularem benedictionem Deus promiserat, Levit. 25.20. & seq. *Statuta*] quæ ipse promisit in messem, Levit. 26.4. & 10. 26 *Nam præstò sunt*] descriptio iniquitatis Judæorum, quam neque exemplis omnipotentiæ, neque beneficentia Dei corrigi Propheta demonstravit, tribus versibus. *Contemplatur*] descriptio allegorica obstirmatæ & accuratissimæ malitiæ populi, hoc & seq. versu, cui similis est Proverb. 1.17. 27 *Dolo*] id est, rebus dolo partis. *Propterea*] id est, neque tãtùm non afficiuntur conscientia mali, sed etiam ex illis augescunt, in illis gloriantur, ditantur, pinguescunt. &c. 28 *Transcendunt*] id est, expertes sunt omnis mali: non sunt nexus eis usque ad mortem eorum, &c. ut Psal. 73. 4. & sequen. 29 *An propter ista*] regressio ad contestationis verba, suprà ver. 9. 30 *Res stupenda*] videlicet quæ exponitur seq. versu. 31 *Dominatum exerc.*] id est, dominos agunt in hæreditatem Domini, ut dicitur 1. Petr. 5.3. idque ministerio pseudoprophetarum, quos sacerdotes ad conciliandam sibi autoritatem submittebant. *Facturi*] videlicet nisi reprimeremini suppliciis, quæ mox denuntiantur.

In Caput VI.

1 *Congregate vos*] Amplificatio alterius partis in confirmatione positæ: qua Propheta veluti bellicum canens maximas clades Judæis prænuntiat, usque ad versum 10. *Binjaminitæ*] id est, Judæi omnes, synecdochicè: sed Binjaminitæ probrosè videntur appellari propter scelus Gibhhæ, de quo Judic. 19. & seq. ut Hosch. 9.9. & 10.9. q. d. sceIerati adulteri: quomodo vocantur principes Sedomi & populus Hhamoræ, Jeschahh. 1.10. *E medio*] id est, excurrite in fines vestros ad repentinam hostilis adventus significationem. *Tekohhi*] quod oppidum erat Jehudæ, ut apparet ex 1. Chronic. 2.24. & 4.5. & 10.9. *Beth-ceremum*] in Binjamine, ut colligitur ex Nechem. 3.14. *Incendium*] id est, ignis significationem, ut Plinius nominat: Græci appellant φρυκτούς, & speculatorias turres φρυκτωρίας. *Aquilone*] ut suprà 1.14. vide suprà 4.6. & 20. 2 *Decoræ*] id est pace, & bonis omnibus, gloriáque Judææ exornaveram, & saturaveram: ut suprà 5.7. & 24. sed ea ipsa ornamenta hostes adversus Judæam provocatura sunt, ut præ dixerat Jeschahhja Chizkijæ, 2. Reg. 20.17. 3 *Pastores*] id est Reges, Principes, & duces cum copiis: sic infra 12. 10. 4 *Comparate*] ethopœia, qua Propheta verba Regum & ducum exprimit studio & celeritate inter se contendentium, ut certatim invadant Jeruschalaima. *Ipso meridie*] id est, quàm primùm, antequàm inclinet dies. *Væ nobis*] indignantium verba, quòd non maturè satis ex sententia animi sui impressionem fecerint. 5 *Surgite*] q. d. noctes potius insomnes ducamus, quàm ut obsidionem & eversionem Jeruschalaimorũ differamus: ut Jeschahh. 5.27. 6 *Nam sic ait*] confirmatio præcedentis denuntiationis a decreto Dei, quo primùm hostes provocantur, deinde causa justitiam Dei asserens exponitur, hoc & seq. versu: tum patheticè Judæa ad resipiscentiam revocatur, ver. 8, ac postremò judicium destinatum pronuntiatur, ver. 9. 8 *Luxetur*] id est, tanquam luxatum aut elisum membrum

membrum discedat abs te, & tu abscindaris ab illa tanquam abalienatum membrum: metaphora optimè communionem Dei cum fidelibus explicans: ut Jechezk. 23. 9 *Dicentes refer.*] id est, subinde revertentes ad spolia Judææ exportanda, donec tota fuerit exhausta. Nam sæpius & per partes Judæa expilata est: ut narratur infrà 52. 28. 10 *Quos alloquar*] quarta pars concionis, nimirum confutatio vanæ Judæorum præfidentiæ (qui negabant ita præcisè desperandum de populo, & denuntianda judicia Dei) a malitia & obfirmatione illorum adversus verbum ejus, usque ad versum 18. deinde ab hypocrisi & simulatione externa cultus, versu 20. quibus malis suæ pœnæ denũtiantur, versib. seq. Exponitur autem illa malitia ab enumeratione partium: duæ sunt (inquit) Judæorum partes, popularis & Ecclesiastica: ut suprà 5. 31. popularis obstinatio deplorata est, hoc versu; ac proinde maledicta, duobus sequen. ecclesiastica verò eo deterior est, quòd non tantùm Prophetæ & Sacerdotes ipsi obfirmantur, sed alios etiam obdurant falsis promissionibus, tribus seq. Quamobrem rebellio utriusque ordinis tandem concluditur, ver. 16. & 17. *Præputiata est*] id est, occlusa & obstructa, veluti obducta cute aut adipe, atque obstipata, ne accipiat verbum Dei: nam præputium Hhebræis accipitur pro re quavis putanda resecandâque; ut Levit. 19. 23. 11 *Æstu Jehova*] id est, verbis propheticis gravissimam Dei indignationem testificantibus; ut suprà 4. 19. 14 *Secundum*] id est, ut curantur afflatu vel palpatione leviculi puerorum casus, cùm tamen gravissima sint & mortifera mala populi. 15 *Fecerintne*] id est, an unquam Prophetæ isti populum reprehenderunt maleficiorum nomine? *Illi*] populares. *Isti*] Sacerdotes & Prophetæ, quibus hæc cura fuerat mandata, Levitici 10. sic infrà 8. 9. 16 *Sic dicente*] summa præcedentis rebellionis explicatio qualis fuit in populo, hoc versu; & in Prophetis ac Sacerdotibus, versu seq. *Stare secundum viam*] id est, non tantùm ex privata, sed etiam ex publica majorum administratione & vitæ genere observate, atque cognoscite quod vitæ genus sit vobis amplectendũ, ut securâ porrò agatis vitam: allegoria. 17 *Speculatores*] Sacerdotes & Prophetas tum ordinarios, tum extra ordinem: sic Jeschahh. 57. 2. *Attendite*] videlicet quem significetis & pronuntietis populo: ut Jechezk. 3. 17. & 33. 7. 18 *Idcircò*] altera pars cõfutationis, qua Deus præfractos Judæos omissos faciens, gentes omnes & terram ipsam contestatur, duobus ver. hypocrisin redarguit, ver. 20. & sententiam fert exitii, ver. 21. quam sequentib. explicat. *Quæ insint*] id est, peccata quorum isti peraguntur rei, & sententiam meam. 19 *Fructum*] ut Proverb. 1. 31. 21 *Offendicula*] id est, instrumenta exitialis ruinæ, quæ exponuntur duobus ver. seq. *Patres &*] ut suprà ver. 11. id est, omnes promiscuè, synecdochicè. 22 *E terra Aquil.*] ut suprà 1. 14. 24 *Audientibus nobis*] exornatio præcedentis interminationis a consternatione, vastatione, & luctu Judæorum gravissimo, tribus versibus. *Nostræ*] id est Judæorum: in quorum numero modestè se ipsum cõprehendit Propheta per synecdochen. 27 *In exploratoria*] conclusio totius concionis: qua primùm Deus Prophetam cõfirmat in functione sua, hoc ver. deinde Propheta, tanquam rebus cognitis & exploratis, summam totius concionis repetit de improbitate & reprobatione populi: similem allegoriam vide Jeschahh. 21. 6. & seq. 29 *Exaresc.*] ἐργασία præcedentis dicti, Judæos in se ipsis ferreos & chalybeos esse, & adjuncta sibi omnia corrumpere: verè (inquit Propheta) sunt ferrum & chalybs; non autem argentum, ut videri volunt: nam tantum abest ut mala, tanquam scoriæ, ab ipsis disparentur, ut contrà non magis fundi & cõflari possint quàm ferrum aut chalybs: imò potius exsiccantur Æoli pylæ, contrahuntur & exuruntur folles, plumbũmque totum (quod ad commoditatem fusuræ adhiberi solet) omnino evanescit, quàm ut liquari possint ad purgationem sui. *Conflator*] sive Deus opifex summus, sive administri ipsius. 30 *Argentum reprob.*] appellatio συγχωρητικὴ sive per concessionẽ dicta: argentum, inquit, dici volunt: dicantur sanè, sed reprobos tamen esse, & reprobatos a Deo artifice sapientissimo cognoscent omnes.

Caput VII.

Propheta Iudæos a prava conversatione revocans, ad resipiscentiam & veram in Deum unum fidem hortatur promissionum ab ipso acceptarum nomine: illorum peccata contestatur, & certissimas pœnas denũtiat: stuporem, obfirmationem & præsumptionem arguit, judiciaq; Dei ventura explicat: propter quæ se se ad luctum convertens, populum suum deflet: abesse ab illo desyderat, ne peccata illorum horrendaq; judicia videre cogatur: inanem illorum fiduciam in legem, & Prophetarum delimenta evincit a rebellione ipsorum: luctum vehemẽtissimum omnibus indicit: ac postremò consolatus bonos, fore prænũtiat ut Iudæi uno cum reliquis gentibus judicio divinitus retundantur.

1 2 VERBUM quod fuit ad Jirmejam a Jehova, edicendo, Sta in porta domus Jehovæ, ut proclames ibi verbum hoc: & dicito, audite verbum Jehovæ omnes Jehudæi, qui intratis per portas has ad incurvandum vos Jehovæ.

3 Sic ait Jehova exercituum Deus Jisraëlis, bonas efficite vias vestras & actiones vestras: tũ faciã ut habitetis in loco hoc.

4 Ne habetote fiduciam vestram in rebus falsis, dicendo: templi Jehovæ, templi Jehovæ, templi Jehovæ ista *sunt*:

5 Sed omnino bonas efficitote vias vestras & actiones vestras; sed omnino exercetote jus inter virum unum & alterum.

6 Peregrinum, pupillum, & viduam ne opprimitote, & sanguinem innoxium

a Heb. falsitatis: sic infrà ver. 8.

b Heb. & inter amicum ipsius.

innoxium ne effunditote in loco hoc: denique [c] Deos alienos ne prosequimini malo vestro:

[c] *Heb.* ne ite post Deos alienos in malũ vobis: sic ver. 9.

7 Et faciam ut habitetis in loco hoc, in terra quã tradidi majoribus vestris; inde a seculo usque in seculum.

8 [d] Ecce vos habetis fiduciam vestram in verbis falsis, [d] minimè profuturis.

[d] *Heb.* adnõ prodesse: ut Jeschahh. 44. 5.

9 An furando, occidendo & adulterando, jurandóque falsò, & adolendo Bahhali; denique sequendo deos alienos quos non noviſtis,

10 Etiam venietis & stabitis coram me in domo hac [e] quæ vocatur de nomine meo, & dicetis, [e] eripimur? [e] ut perficiatis omnes abominationes istas.

[e] *Heb.* super qua vocatur nomen meum: sic deinceps.

11 An spelunca effractorum esse videtur domus hæc in oculis vestris, quæ vocatur de nomine meo? [e] etiam ego ecce prospexi, dictum Jehovæ.

12 [e] Nam ite jam in locum meum qui erat Schilunte, ubi feceram ut habitaret nomen meum primùm; & videte id quod feci ei propter malitiam populi mei Jisraëlis.

1. Schem. 4.

13 Itaque nunc eo quòd facitis omnia opera ista, dictum Jehovæ; & dũ alloquor vos [f] inde a diluculo continenter non auditis, & inclamanti vos non respondetis:

[f] *Heb.* manè surgendo & loquẽdo.

14 Ideò facturus sum huic domui quæ vocatur de nomine meo, in qua vos confiditis, & huic loco quem dedi vobis & majoribus vestris; quemadmodum feci Schilunti:

15 Et abjiciam vos a facie mea; [e] quemadmodum abjeci omnes fratres vestros, [e] totum semen Ephrajimi.

16 [e] Tu ergo ne orato pro populo isto, neque efferto pro istis clamorem & orationem, neque intercedito apud me: nam minimè essem exauditurus te.

17 [e] An minimè vides quid isti faciant in civitatibus Jehudæ, etiam in plateis Jeruschalaimorum?

18 [e] Ipsi filii colligunt ligna, eorumq; patres accendunt ignem, ac fœminæ depsunt massam; ad faciendum [e] lucunculos [g] [e] rebus cœlestibus, & libandum libamina diis alienis, ut irritent me.

[g] *Heb.* operi cœlorum: sic opus pro re usurpatur, Genes. 33. 14. sic infrà 44.

19 [e] An contra me *est*, *quòd* isti irritant? dictum Jehovæ; an non contra ipsos, propter pudorem faciei ipsorum?

20 Idcircò sic ait Dominus Jehova, ecce ira mea & æstus meus effundetur in locum hunc, super homines, & super jumenta, & super arbores agri, ac super fructum terræ; ardebítque ita ut non exstinguatur.

21 [e] Sic ait Jehova exercituum Deus Jisraëlis: [e] holocausta vestra adjicite ad sacrificia vestra, & comedite carnem *eorum*.

22 Nam [e] non sum locutus cum majoribus vestris, neque præcepi eis quo die eduxi eos è terra Ægypti; de rebus holocausti & sacrificii:

23 Sed

23 Sed rem hanc præcepi eis, edicendo, auſcultate voci meæ, ut ſim vobis Deus, & vos ſitis mihi populus; & ambulate in tota via illa quam præcepi vobis, ut bene ſit vobis. Exod. 19.5. & 24.3.

24 Non tamen auſcultarunt neque inclinarunt aurem ſuam, ſed ambularunt in conſiliis, in [b] ſententia animi ſui peſſimi; denique [c] hæc *fuerunt* ipſis a tergo, non autem a fronte. [b] *Heb.* aſpectu cordis: ut Deut. 19. 9.

25 Inde a tempore quo exiverũt majores veſtri è terra Ægypti uſque ad diem hunc; cùm miſerim ad vos omnes ſervos meos Prophetas quotidiè [d] diluculo & continenter: [d] *Heb.* manè ſurgendo & mittendo: ut 2. Chronic. 36. 15.

26 Non tamen auſcultaverunt mihi, neque inclinaverunt aurem ſuam; ſed obdurarunt cervicem ſuam, pejus fecerunt quàm majores ipſorum.

27 [e] Cùm loqueris ad iſtos omnia verba iſta, ſimiliter non auſcultant tibi, & cùm inclamas eos non reſpondent tibi.

28 [e] Quamobrem dicito ad eos, hæc *eſt* gens [e] qui non auſcultant voci Jehovæ Dei ſui, neque accipiunt eruditionem: periit fides & exciſa eſt ex ore ipſorum.

29 [e] Tonde comam tuam, & abjice, & extolle [e] in locis eminentibus lamentationem; quia ſpernit Jehova & deſerit generationem [f] in quam excandeſcit. [f] *Heb.* excãdeſcentiæ ſuæ.

30 Quia fecerunt Jehudæi quod malum videtur in oculis meis, dictũ Jehovæ; [e] poſuerunt abominationes ſuas in hac domo quæ vocatur de nomine meo ad polluendum eam,

31 Et ædificaverunt excelſa [e] Tophethi, quod *eſt* in [e] valle filii Hinnomi, ad comburendum filios ſuos & filias ſuas igne; quod non præceperam, neque [g] ſubierat in animum meum: [g] *Heb.* aſcẽderat in cor.

32 Idcircò ecce dies venturi ſunt, dictum Jehovæ, cùm non dicetur amplius [e] Topheth & vallis filii Hinnomi; ſed vallis interfectionis: nam etſi ſepelient Tophethi, tamen nullus *ſupererit* locus:

33 Sed erũt cadavera populi iſtius eſcæ volatilibus cœli & beſtiis terræ; nemine deterrente.

34 Ita faciam ut ceſſet ex civitatibus Jehudæ, & ex plateis Jeruſchalaimorum vox gaudii & vox lætitiæ, [e] vox ſponſi & vox ſpõſæ: nam vaſtationi erit hæc terra.

Caput VIII.

1 In tempore illo, dictum Jehovæ, depromentes oſſa regum Jehudæ & oſſa principum ejus, oſſaq; Sacerdotũ, & oſſa Prophetarum; denique oſſa habitantium Jeruſchalaimis, e ſepulchris ipſorum,

2 Expandent ea ſoli, & lunæ, totiq; exercitui cœlorum, [e] quæ diligunt, & quæ colunt, & [a] quæ ſequuntur, & quæ [e] conſulunt, denique quibus incurvant ſe: non colligẽtur, neque ſepelientur, pro fimo in ſuperficie terræ erunt: [a] *Heb.* poſt quæ ambulant.

3 Et optatior erit mors quàm vita toti reſiduo, iis qui reſidui erunt ex [a] familia peſſima hac; in omnibus locis reſiduis quò depulero illos, dictum Jehovæ exercituum.

4 [b] Prætereà dices ad eos, ſic ait Jehova, [c] an ita cadunt ut non poſſint reſurgere? ſi converteretur, an non reverteretur *Deus*?

b Heb. æterna, ſive pervincente.

5 Cur averſus eſt populus hic, *urbs* Jeruſchalaimorũ, averſione [b] pervicaciſſima? retinent dolum, renuunt converti.

c Heb. non rectum.

6 Attendi & audivi, [c] prava loquuntur, nullum virum pœnitet malitiæ ſuæ ut dicat, quid feci? quiſque eorum converſus eſt in curſu ſuo, ut

d Heb. inundans.

equus [d] præceps ruens in prœlium.

7 [e] Etiam ciconia in cœlo novit ſtata tempora ſua, & turtur, grúſque, & hirundo obſervant tempus adventus ſui: at populus meus non noverunt jus Jehovæ.

8 [f] Quomodo dicitis, ſapientes ſumus, & lex Jehovæ penes nos eſt? utique ecce ad falſitatem operatur ſtylus, *ad* falſitatem *operantur* legiſperiti.

ſuprà 6. 15.

9 [g] Fecerúnt*ne* ſapientes ut [h] erubeſcerent, [i] conſternatí*ne* ſunt & capti? ecce verbum Jehovæ ſpernunt, eccujus rei ſapientia ineſſet eis?

ſuprà 6. 13. & ſeq.

10 [k] Idcircò tradam uxores eorum aliis, agros eorum poſſeſſuris hæreditariò: nam a minimo uſque ad maximum quiſquis eſt, [l] deditus eſt

e Heb. quæſtuoſus quæſtus.

quæſtui, etiam a Propheta uſque ad Sacerdotem quiſquis eſt, agit [m] falſo.

f Heb. falſitatem.

11 Nam curant contritionẽ filiæ populi mei [n] ſecundum curationem mali leviculi, dicendo, pax, pax: etſi nulla *eſt* pax.

g Heb. ſecũdum leviculum: ut ſuprà 6. 14.

12 Fecerúnt*ne* ut erubeſcerent, cùm abominationem fecerunt? neque *illi* [o] prorſus erubeſcunt, neque ignominia ſciunt affici: idcircò

h Heb. erubeſcendo.

cadent cum illis cadentibus, [p] quo tempore viſitabo illos corruent, ait

i Heb. tẽpore viſitationis illorum.

Jehova.

k Heb. recipiendo recipiam eos.

13 [q] Omnino exſtirpabo eos, dictum Jehovę; nullę ſunt uvæ in iſta vite, nullíque fici in iſta ficu, etiam ipſa folia deciderunt, & [r] quæcunque

l Heb. addo.

[r] adhibeo eis prætereunt,

ſuprà 4. 5.

14 Dicentes: quorſum nos [s] deſidemus? congregamini, & ingrediamur civitates [t] munitas ut quieſcamus ibi: [u] at Jehova Deus noſter quietos reddet nos, cùm dederit bibendũ nobis [w] ſuccum cicutæ, quia peccavimus Jehovæ.

m Heb. munitionis.

n Heb. aquas.

15 [x] Exſpecta pacem, ſed nihil *erit* boni; tẽpus curationis, ſed ecce *aderit* terror.

16 Inde a Dane auditur ronchus equorum illius, a ſono hinnituum robuſtorum ejus contremiſcit tota terra; qui veniunt ut conſumant

o Heb. plenitudinem ejus.

terram & [y] quæ implent eam, civitatem & qui habitant in ea.

17 [z] Nam ecce ego immiſſurus ſum in vos ſerpentes aſpides; contra quos nulla prodeſt muſſitatio, ut mordeant vos, dictum Jehovæ.

18 [a] Quod

18 p Quod me recreaturum esset est in mœrore, in me q animus meus languidus est.

19 Ecce sonus vociferationis filiæ populi mei propter *advenas* terræ r longinquissimę, *dicētis*, an Jehova minimè *est* Tzijone? an rex ejus minimè *est* in ea? cur irritaverunt me, *ait ille*, sculptilibus suis, vanitatibus alienigenarum?

20 Præteriit messis, finita est æstas; & nos non servamur.

21 Propter contritionem filiæ populi mei conteror; atratus incedo, stupor corripit me.

22 An opobalsami nihil *est* in Gilhhade? an medicus nullus *est* ibi? nam cur non convaluit filia populi mei? s

p *Heb.* recreans me.
q *Heb.* cor meum.
r *Heb.* lōgin quitatum.
s *Heb.* ascēdit sanitas filiæ: ut 2. Chronic. 24.13. & Nechem. 4.7.

Caput IX.

1 Si quis daret caput meum esse aquas, & oculum meū scaturiginem lachrymarum; ut deflerem interdiu & noctu confossos filiæ populi mei.

2 O si quis poneret me in deserto, in diversorio viatorum, ut derelinquerem populum meum, & abirem ab eis: nam omnes sunt adulteri, interdicti *die* perfidè agunt:

3 Et intendunt lingua sua arcum suum falsum, neque in fide invalescunt in terra; sed de malo in malum procedunt, neque agnoscunt me, dictum Jehovæ.

4 Quisque ab amico suo cavete, & ulli fratri ne confiditote: nam omnis frater omnino supplantat, & omnis amicus *cum* detractione ambulat:

5 Et quisque amico suo illudunt, ac veritatem non loquuntur: docent linguam suam loqui falsum, perversè agendo defetiscuntur.

6 Tua habitatio *est* in medio dolo; pro dolo renuunt cognoscere me, dictum Jehovæ.

7 Idcircò sic ait Jehova exercituum, ecce ego conflans eos probavi eos: sed quomodo facturus sum propter filiam populi mei?

8 Culter jugulans lingua eorum *est*, dolum loquitur: ore suo cum amico suo pacem eloquitur, at in animo suo disponit insidias suas.

9 An propter ista non visitarem eos? dictum Jehovæ; an de gente hujusmodi non sumeret ultionem anima mea?

10 Propter hos montes extollam fletum & lamentum, & propter caulas deserti lamentationem: nam accendentur adeò ut nullus transeat, neque audiatur vox pecoris; tam aves cœli quàm jumenta, evagabuntur, abibunt:

11 Et disponam Jeruschalaima in acervos, lustrum draconum; & civitates Jehudæ disponam *in* desolationem, adeò ut nullus inhabitet.

t *Heb.* falsitatis.
u *Heb.* supplantando.
x *Heb.* doli.
y *Heb.* in medio. *supra* 5.9. & 29.
z *Heb.* ab ave cœli & usque ad jumentum.

12 "Quis eſt vir ille ſapiens qui doceat iſtud, & id quod edixerit os Jehovæ ſibi indicet? propter quid pereat hæc terra, incendatur tanquam deſertum, adeò ut nullus pertranſeat?

13 Dicit enim Jehova, quia derelinquunt legem meam quam expoſueram eis; neque auſcultant voci meæ, neque ambulant in illa;

f Heb. eunt poſt aſpectũ cordis ſui: & poſt Bahhalim.

14 Sed [f] ſequuntur ſententiam animi ſui; & Bahhalimos, quod docuerunt ipſos majores ipſorum:

g Heb. aquas: ut ſuprà 8.14.

15 Idcircò ſic ait Jehova exercituum Deus Jiſraëlis: ecce ego cibaturus ſum iſtos, populum hunc "abſinthio, & bibendum daturus eis [g] ſuccum cicutæ:

16 Nam diſpergam eos in gentes quas non noverunt ipſi aut patres ipſorum, mittamq; poſt eos gladium donec conſumpſero eos.

17 Sic ait Jehova exercituum, animadvertite, & vocate lamentatrices ut adveniant; & ad [h] præficas mittite ut adveniant,

h Heb. peritas.

i Heb. feſtinent ut extollant.

18 Et [i] feſtinanter extollant de nobis lamentum; deſcendentibus lachrymis ex oculis noſtris, & ex palpebris noſtris fluentibus aquis.

k Heb. ſonus lamenti.

19 Nam [k] ſonorum lamentum auditur de Tzijone, quomodo vaſtamur? erubeſcimus valde, quia derelinquimus terram, quia dejiciunt *hoſtes* tabernacula noſtra.

l Heb. fœmina amicam ſuam.

20 "Quin audite fœminæ verbum Jehovæ, & percipiat auris veſtra verbum oris ejus; ut doceatis filias veſtras lamentum, & [l] altera alteram *doceat* lamentationem.

21 Nam aſcendit mors ad feneſtras noſtras, ingreſſa eſt in palatia noſtra; ad exſcindendum parvulos è vicis, juvenes è plateis,

22 ("Eloquere, ſic *habet* dictum Jehovæ) & ceciderunt cadavera humana ut fimus in ſuperficie agri; & "ut manipulus a tergo meſſoris, quæ nullus colliget.

23 "Sic ait Jehova, ne gloriator ſapiens in ſapientia ſua, neque gloriator potens in potentia ſua; neque gloriator dives in divitiis ſuis:

1. Corinth. 1.31. & 2. Corinth. 10.17.

24 Sed in hoc glorietur qui gloriatur, ſe intelligere & cognoſcere me, me eſſe Jehovam exercentem "benignitatem, jus, & juſtitiam in terra: quia iſtis delector, dictum Jehovæ.

25 Ecce dies venturi ſunt, dictum Jehovæ, quibus animadvertam; in omnem "circumciſum cum præputiato,

26 "In Ægyptios, & in Jehudæos, & in Edomæos, & in Hhammonitas, & in Moabitas, denique in omnes "amputatos latere, qui habitat in deſerto: nam omnes iſtæ gentes "præputiatæ ſunt, etiam tota domus Jiſraëlis præputiati ſunt corde.

ANNOT.

Caput VII. 161

ANNOTATIO IN CAP. VII.

1 *Verbum*] Hujus concionis (quæ eodem ferè est argumento quo superiores duæ) partes sunt quinque: prima est exordium per narrationem mandati a Deo accepti, duobus versibus; secunda est propositio hortans ad resipiscentiã & fidem, promissionésque & minas denuntians, usque ad versum 17. tertia est confirmatio singularum propositionis partium, usque ad versum 12. capitis 9. quarta est confutatio inanium defensionum quibus Judæi se purgare conabantur, inde ad versum 23. postrema est conclusio bonis consolationem afferens, & impiis omnibus promiscuè judicium denuntians, ad finem. 2 *In porta*] atrii maximi, quod etiam atrium populi appellatur. 3 *Sic ait*] secunda hęc pars, propositio, continet hortationem ad resipiscentiam & fidem veram, usque ad versum 7. idque propter certissimas Dei promissiones, ver. 7. deinde a contrario contestatur peccata Judæorum, pœnásque denuntiat irrevocabiles, inde ad 17. *Bonas efficite*] propositio summa hortationis & promissi, quæ sequentib. quatuor versib. exponuntur. 4 *Ne habetote*] id est, ne arrogetis promissiones vobis, tanquam si perpetuò hærerent vobis & sine conditione fuissent datæ: quod est falsissimum. *Templi Jehovæ*] id est, quid reprehendis, ô Propheta, in operibus nostris? aut cur constantissimas Dei promissiones in dubium vocas? de istis omnibus quæ tu adducis sumus adeò confirmati, ut nihil suprà. Nam opera hæc nostra nónne sunt templi Jehovæ, a Jehova imperata lege? promissiones verò nónne huic templo conjunctæ sunt? ac proinde nónne tam firmæ atque cõstantes sunt erga nos, quàm firmum est templum? hoc templum requies est Dei usque in sempiternum, Psal. 132. 14. Quamobrem pro certo habemus fidelem Deum propter templum suum conservaturum esse regionem nostram, & nos cultores suos. 8 *Ecce*] altera pars propositionis, quã Propheta ex contrario primùm peccata redarguit & hypocrisin Judæorum, usque ad versum 11. deinde pœnas denuntiat gravissimas, sequentib. 10 *Eripimur*] id est, tuti sumus ab omni periculo, nihil potest damno esse nobis, quia servat nos Deus quem colimus in templo suo. *Ut perficiatis*] id est, ut porrò ad maleficia vestra revertamini. 11 *Etiam*] id est, quandoquidem non pluris domum meam facitis quàm spelunca latronum, jam prospexi quid mihi sit faciundum: ut sequentibus per Prophetam explicat. Hìc enim transitio est ad judicia Dei denuntianda templo & populo: quæ duobus exẽplis antè gestis illustrantur. 12 *Nam vte*] prius exemplum de abjectione templi, de quo 1. Schem. 4. Psal. 78. 60. & 132. 6. 15 *Quemadmodum abjeci*] secũdum exemplum de abjectione populi, de quo 2. Reg. 17. *Totum semen*] id est, regnum Israëlitarum, synecdochicè: ut Jesai. 7. 8. 16 *Tu ergo*] id est, fixum & certum est decretum, quod neminis causa revocaturus sum. 17 *An minimè*] tertia pars concionis, nimirum confirmatio singularum antecedẽtium in propositione partium: qua primùm evincit Judæorum peccata, ver. 17. & 18. deinde justissimas pœnas statuit, duobus sequen. quarum partium sequitur ἐργασία, ad confutationem usque. Confirmatur autem peccatum, non amplius ab ipsa populi conscientia (ut altera pars) sed a Prophetæ ipsius testimonio. 18 *Ipsi filii*] id est, omnes a summo ad infimũ concione facta est suprà 5. 1.) sed a Prophetæ ipsius testimonio. 18 *Ipsi filii*] id est, omnes a summo ad infimũ certatim exercent idololatriam. *Lucunculos*] vox Hhebræa peculiaris est hujus Prophetæ, qua significantur liba quædam ἑτύπωα, id est certas formas expressas habentia pro ratione idolorum quibus erant offerenda: quod genus liborum Romani appellabant lucuntes sive per diminutionem lucunculos, a Lucumonibus Hetruscis maximis superstitionum artificibus. *Rebus*] de quibus copiosè infrà 8. 2. 19 *An contra me*] hoc est, non mihi, sed sibi suo facto malefaciunt ipsi, ut declarat seq. versu. 21 *Sic ait Jehova*] ἐργασία hæc confirmationis (ut diximus in versum 17) præcedẽtia Prophetæ verba exornat primùm explicatione peccatorum pœnarúmque, usque ad versum 4. capitis 8. deinde amplificatione, usque ad 18. tertiò pathetica lamentatione Prophetæ, inde ad versum 12. capitis 9. Explicantur autem in hac prima parte peccata Judæorum, tum majorum, usque ad versum 26. tum eorum qui tempore Jirmejæ vixerunt, ver. 27. & 28. deinde subjiciuntur pœnæ quas se sumpturum interminatur Deus. *Holocausta vestra*] id est, abite cum sacrificiis & holocaustis vestris, & ea omnia ad usus vestros & comessationes traducite: ingrata sunt mihi; ut Jeschahh. 1. 13. & Hhamos 5. 22 *Non sum locutus*] videlicet solùm aut simpliciter: eclipsis; ut Genes. 32. 28. nam præceperat quidem Deus per Moschen, sed alio respectu; ac proinde alia magis observari voluerat. 24 *Hoc*] nimirum auscultare mihi, & inclinare aurem suam ad verba mea, &c. q. d. oculos confixerunt tantùm in externos ritus; hæc autem quæ præcipua sunt, tanquam a tergo reliquerunt; ut loquitur Christus Matth. 23. 23. 27 *Cum loqueris*] alterum membrum explicationis peccatorum quibus Judæi tenebantur tempore Jirmejæ, ut majores sui. 28 *Quamobrem*] cùm neque majores, neque isti auscultent. *Qui non auscultant*] id est, gens ab omni pietate in Deum & officio erga homines aliena; ac proinde toti legi Dei immorigera. 29 *Tonde*] altera pars explicationis de pœnis divinitus eventuris; qua Deus Judæis luctum imperat, primùm quia deserturus est ipsos peccatorum causa, tribus versibus; deinde quia est omneis hostibus expositurus, qui neque vivis neque mortuis parcant, inde ad versum 4. sequen. capitis. Luctus autem synecdochicè tõsura & miserabilibus lamentis significatur; ut Ijobi 1. 20. *In locis*] ut suprà 3. 16. 30 *Posuerunt*] ut narratur 2. Reg. 21. 4. & 2. Chron. 23. 4. 31 *Tophethi*] vide Jeschahh. 30. 33. *Valle*] de qua Jehosch. 15. 8. 32 *Topheth*] id est, amplus & latus locus, Syriaca appellatione: quomodo accipiendum sequens antithesis ostendit. Nam (inquit Propheta) non erit spatiosus satis ut omnes sepeliendos capiat: propterea non ampliùs obtinebit antiquam suam appellationem. 34 *Vox sponsi &*] id est, festivum ullum epithalamium: sic infrà 16. 9.

In Caput VIII.

1 *Depromentes*] videlicet eversis omnium sepulchretis atque monumentis, ut indicatur 2. Chronic. 36. 19. cùm dicuntur Chaldæi omnia instrumenta desyderabilia perdidisse, & Nechem. 2. 3. 2 *Quæ diligunt*] id est, quibus cum lascivitur, synecdochicè. *Consulunt*] sive res cœlestes observando, sive petendo oracula. 3 *Familia*] vide Levit. 20. 5. 4 *Præterea*] secundus ἐργασίας locus, ut diximus suprà 7. 21. nimirum amplificatio tum peccati Judæorum, usque ad versum 10. tum pœnæ, inde ad 18. Amplificatur autem peccatũ per comparationem misericordiæ Dei præsentissimæ, hoc versu, cum stupore & obfirmatione Judæorum, tribus sequen. & cum fastuosa præsumptione, ver. 8. & 9. *An ita cadunt*] id est, præcipitantur quidem Judæi in ruinam suam gravissimè: sed quantus quantus sit casus, omnino major est Dei misericordia, qua erigerentur si resipiscentes ad ipsum sese converterent. 7 *Etiam ciconia*] argumentum amplificationis per comparationem volucrium remeantium & commeantium suis temporibus, cui similis est Jeschahh. 1. 3. 8 *Quomodo dicitis*] redargutio falsæ præsumptionis & confidentiæ ab effectis contrariis, ut Roman. 2. 17. & Jacob. 2. 16. & sequen. Est autem hic apostrophe ad Sacerdotes, Prophetas, & doctores legis. 9 *Fecerúntne*] id est, an ullum specimen fructúmve sapientiæ suæ in docendo & reducendo populo ediderunt? *Erubescerent*] populares, quos doctrina ipsorum mandaverat Deus vocari ad fidem & resipiscentiam. *Consternati*] autoritate Dei & legis videlicet, ut renuntient malo suo: nam hic primus est aditus, quo captivæ ducuntur omnes cogitationes ad obediendum Christo, ut ostendit Apostolus 2. Corinth. 10. 5. 10 *Id-*

circò] altera pars amplificationis de pœnis (ut diximus in versum 4) qua in parte exponuntur duo: primùm quæ & quàm graves pœnæ ipsos maneant pro peccatis suis, usque ad versum 16. deinde quomodo & per quos, ver. 16. & 17. 13 *Omnino exstirpabo*] exornatio præcedentis interminationis per similitudinem plãtæ inutilis, quam Deus velut bonus agricola eradicatum iri denuntiat: ut Jeschahh. 5. *Quæcunque*] id est, nullam culturam a me admittũt, sed operam & exspectationem agricolarum meorum ludificantur: ut suprà 5. 12. 14 *Desidemus*] videlicet exspectantes Deum, & hærentes istis Prophetarum verbis. *At Jehova*] ironica responsio Prophetæ, qua ludificatur inanem Judæorum præfidentiam, hoc modo: certè quiescetis; sed longè aliter quàm existimatis: nam peribit animus Regis, animúsque Principum: ut suprà 4. 9. *Succum cicutæ*] soporiferum videlicet, atque lethiferum. q. d. soporabit exponendos morti. 15 *Exspecta*] ironia traducens Judæorum præfidentiam, neque pacem illis fore, neque spem recuperandæ pacis cùm adempta fuerit; sed fore cùm liberationem sperabunt, ut eo magis ingravescant mala: ut Jeschahh. 5. 30. 16 *A Dane*] id est, ab extremis finibus: hyperbole. 17 *Nam ecce*] comparatio ad exponendum implacabilem Chaldæorum animum & virulentissimum accommoda. De hac autem comparatione vide Psal. 58. 6. 18 *Quod me*] tertius ἐργασίας locus, pathetica Prophetæ lamentatio: quæ primùm luctum suum & causas exponit prolepticè, quatuor versibus; deinde optatum, tribus; postremò causas luctus sui copiosè explicat, usque ad versum 12. capitis sequen. Est autem periphrasis animi in his verbis, *quod me recreaturum esset*: nam animus lætus bene medicinam facit, Proverb. 17. 22. 19 *Ecce sonus*] causæ luctus ponuntur duæ: una quædam veluti discessio & separatio Dei a populo suo, de qua Ecclesia conqueritur; altera est peccatorum gravitas, quam Deus Judæis exprobrat per dialogismum, hoc versu: unde consequuntur publicæ calamitates, ver. 20. & Prophetæ luctus, ver. 21. 20 *Præteriit messis*] videlicet a nobis. q. d. Judæorum Ecclesia, omnia commoda omnésque eorum percipiendorum rationes nobis perierunt, & nos pariter perivimus. Nam lætitia in scripturis tempore messis & vindemiæ (quæ in desinentem æstatem incidit) figurari solet: ut Psal. 4. 7. & Jeschahh. 9. 3. 22 *An opob.*] secundus lamentationis locus, continens optata tria: unum, ut curetur populus Judæorum, quod metaphoricè significatur rebus corporeis, hoc versu: alterum, ut Propheta condignè pro atrocitate supplicii miserias populariũ deflere possit, versu 1. sequen. capitis; tertium, ut jam jam sibi liceret abesse per voluntatem Dei, ne tantarum calamitatum spectator esset, malorúmque præsentium, quæ deinde enarrantur a ver. 2. *Opobalsami*] vide Genes. 37. 25.

In Caput IX.

2 *Nam omnes*] Ætiologia optatorum præcedentium a duabus causis; una est, indignissima & impurissima vita populi, usque ad versum 7. altera, pœna gravissima divinitus infligenda, inde ad versum 12. *Interdicti sæ*] exaggeratio perfidiæ a tempore: ne ipsis quidem diebus qui festi erant Domino, integram fidem conservasse. 4 *Quisque*] apostrophe ad populum suum πρὸς ἀνεγνοιν: ut ver. 6. 6 *Pro dolo*] id est, malunt adhærere suo dolo, quam eo omisso mihi se adjungere. 7 *Idcircò*] altera causa luctus; ut ostendimus ver. 2. *Ego conflans*] ut suprà 6. 29. *Sed*] id est, cùm videam me in vanum conflare, & ab istis mala avelli non posse (ut suprà ibidem) quid porrò faciendum est? hæc autem consultationis species summè est emphatica: ut Jeschahh. 5. 3. 10 *Propter hos montes*] id est, Judæam, quæ montosa est, Exod. 15. 17. & Deuteron. 11. 11. *Extollam*] id est, faciam ut extollantur lamenta. *Deserti*] id est, planitiei pascuæ inter montes sitæ: ut Jehoschuhh. 15. 61. *Accendentur*] id est, planè desolabuntur, tanquam pervadente igne. 12 *Quis est*] quarta pars concionis, confutatio: atqui habemus (dicebãt Judæi) legem & Prophetas: non est peritura lex ex ore nostro: ut suprà 8. 8. & infrà 18. 18. habetis quidem, ait Propheta: sed neque Propheta est ullus qui eloquatur, hoc versu; neque ullus in populo qui auscultet legi, duobus sequen. ac proinde duo vobis restant: unum, ut pœnas pendatis Deo, ver. 15. & 16. alterum, ut præficas deflenteis mala vestra conducatis, quia ne vobis quidem lugendi tempus dabitur; usque ad versum 23. sic Jechezk. 24. 16. & sequen. 15 *Absinthio*] id est, rebus amarissimis tractabo: nam amaritudinem absinthio comparat scriptura, ut Proverb. 5. 4. infrà 23. 15. Lament. 3. 15. & 19. & Apocalyps. 8. 11. 20 *Quin*] amplificatio. q. d. non vacat diu aut longiùs excurrere ad conducendas præficas: agite, ô mulieres, ad planctum aliæ alias & puellas vestras informate, qui describitur duobus versibus proximis. 22 *Eloquere*] exaggeratio lamenti, cujus gravitatem sibi necessariò fuisse enuntiandam Propheta docet ab iterato præcepto Dei: quod nos propterea parenthesi inclusimus. Sic autem præscribitur lamentum istud, ut olim a Mosche canticum jussu Dei, Deuteron. 31. 19. & sequen. *Ut manipul.*] id est confertim, per strues cadaverum quàm plurimas. 23 *Sic ait*] conclusio bimembris, qua primùm revocantur pii a fiducia rerum omnium ad fidem in Deum ipsos consolaturam in maximis angustiis, duobus versibus: deinde impiis judicium denuntiat, duobus ultimis. 24 *Benignitatem*] erga pios, & jus in impios: ut Psal. 101. 1. ex justitia quæ regula est utriusque. 25 *Circumcisum*] i. Judæos promiscuè cum alienigenis: prout per Regem Babyloniæ factum est, ut idem prophetat infrà 27. 6. & seq. 26 *In AEgypt.*] quibus omnibus sigillatim suas calamitates prænuntiat, infrà 46. & sequen. *Amputatos lat.*] id est, Arabas, quos eodem modo Propheta nominat infrà 25. 23. & 49. 32. de qua cõsuetudine ita ait Herodotus in Thalia: dicunt Arabes tonderi sui capillamenti comam, ut ipse Dionysus tonsus est: tondentur autem in subrotundam formam, circumradentes tempora. *Præputiata*] ut Deut. 10. 16. & suprà 4. 4.

Caput X.

Propheta Iudæos ab idololatria gentium revocat certis argumentis ad reverentiam Dei: stuporem illorum & dementiam in sequendis idolis Deo neglecto redarguit; & palàm gentibus prædicari jubet idolorum vanitatem, certa fiducia fœderis & beneficentiæ Dei: contumacibus clades a Babyloniis eventuras prænuntiat: postremò pii se sistentes Deo judicia ipsius æquo animo subeunt, & moderationem petunt ad gloriam Dei & salutem suam.

1 Audite

1 AUDITE hoc verbum quod eloquitur Jehova vobis,
2 ô domus Jisraëlis:
"Sic ait Jehova, secundum "viam Gentium istarum ne discitote, & "a signis cœlorum ne consternemini;
3 quia consternantur Gentes ab illis:
"Nam statuta ipsorum populorum *sunt*, "vanitas *est*: "cùm lignum ipsum ex sylva cæcidit, "opus manuum artificis ad normam,
4 "Argento & auro pulchrum reddit ipsum; clavis & malleis confirmant ista, "ut non "amittat.
5 "Tanquam palma "opere continente sunt; ne loquuntur quidem, "omnino portandi sunt, quia nō possunt incedere: ne timetote ab istis, quia non affectura sunt malo, etiamq; benefacere non *est* penes ipsa.
6 "Ex eo quòd nullus est par tibi, o Jehova; *quòd* maximus es, & maximum nomen tuum potentia,
7 Quis non revereatur te, "Rex ipsarum Gentium? cùm in te cōquiescat "*illa*; cùm *maximus sis* in omnibus sapientibus Gentium & omni regno ipsarum, ex eo quòd nullus *est* par tibi.
8 "At "unà obbrutescunt & stolidi fiunt; eruditio "vanitatum *eruditio* "ligni est.
9 Argentum ductum ex Oceano advehitur, & aurum ex "Uphazo, opus artificis & manuum conflatoris: hyacinthinum & purpureum vestimentum eorum, opus peritorum sunt omnia.
10 Jehova verò Deus "[d] verus *est* Deus "[e] vivens, & Rex [f] "sempiternus: "cujus fervore commovetur terra, neque sustinere possunt Gentes indignationem ejus.
11 (Sic dicitote illis, dii isti qui cœlos & terram non fecerunt; perituri sunt è terra, & è *regionibus* sub cœlo ipsi)
12 "Qui fecit terram virtute sua, stabiliit orbem habitabilem sapientia sua; & prudentia sua extendit cœlos,
13 Quo vocem suam edente fremitus aquarum est in cœlis: qui effert vapores ab extremitate terræ; fulgura cum ipsa pluvia facit, & producit ventum e thesauris suis.
14 "Magis obbrutescit omnis homo; quàm ut animadvertat "pudefacere omnem conflatorem sculptili: nam falsum est fusile ejus, nec spiritus est in *ullo* eorum.
15 Vanitas sunt, opus [g] aberrationis maximæ; [h] "quo tēpore visitabuntur illi, peribunt *ipsa*.
16 "Non sicut istarum *est*, sed formator omnium est Jahhakobi portio; vicissim Jisraël tribus possessionis ipsius: Jehova exercituum nomen est ei.
17 "Recipe e terra "mercem tuam, quæ habitas "in munitione hac.

a *Heb.* sinat exire.
b *Heb.* portando.
c *Heb.* in uno.
d *Heb.* veritatis.
e *Heb.* viventes: ut Jehosch. 24. 19.
f *Heb.* seculi.
g *Heb.* aberrationū, sive seductionū.
h *Heb.* tēpore visitationis illorum.

18 Nam ita ait Jehova, ecce ego funda ejaculaturus sum habitatores hujus terræ hac ipsa vice; & angustia affecturus sum eos, ut deprehendant *ista & dicant*,

19 "Hei mihi propter contritionem meam, ægerrima est plaga mea: "ego autem dicebam, utique hic morbus est quem perferam.

20 Tentorium meum vastatum est & omnes funes mei dirupti; filii mei exeunt a me adeò ut non exstent ulli, nullus extendat amplius tentorium meum & erigat aulæa mea.

21 "Nam obbrutuerunt ipsi pastores & Jehovam non consuluerunt: idcircò non secundabuntur, & totus grex pascalis eorum dispergetur.

22 "Sonorus rumor ecce advenit, & commotio magna e terra Aquilonis; ad disponendum civitates Jehudæ *in* desolationem, lustrum draconum.

23 "Novi Jehova, non esse penes hominem viam ipsius; non esse penes virum ambulantem vel dirigere gressum suum.

24 Castiga me Jehova, verumtamen modicè; ne *castiges* in ira tua, ut non comminuas me.

25 Effunde æstum tuum in eas Gentes quæ non agnoscunt te, & super familias quæ nomen tuum non invocant; sed comedunt Jahhakobum, ac ita comedunt eum ut absumant eum, & caulam ejus desolant.

a Heb. ægritudo.

b Heb. sonus auditionis.

suprà 9.11.

l Heb. in modo.

Psal. 79.6. & 7.

ANNOTATIO.

1 *Audite*] Hujus concionis membra præcipua sunt quinque: primum est exordium simplicissimum, audientium faciens ab autoritate Dei, & auditorum officio, ver. 1. secundum, propositio doctrinę de contemnendis idolis, & reverendo Deo, a ver. 2. ad 8. tertium est redargutio Judæorum qui se implicaverant gentili idololatriæ, usque ad versum 17. quartum, prophetica venturæ cladis denuntiatio, usque ad versum 23. quintum, cōclusio ab ōratione quam Propheta habet coram Deo æquè bonorum omnium ac suo nomine, tribus versibus ultimis. 2 *Secundùm Jehova*] hujus propositionis capita sunt duo: unum, de idolis minimè curandis, versibus quatuor; alterum, de reverentia uni Deo habenda, ver. 6. & 7. Neglectus autem idolorum duo continet, ut non detur illis opera, & non timeatur: quia timor & superstitio religionem idolorum solet efficere, hoc ver. causæ verò exponuntur, sequentibus. *Viam*] id est, ritus ad idololatriam pertinentes, & ad studia aliena ab honore Dei: quæ Gentes propinquæ per totam Syriam eo colebant studiosiùs, quo propiùs a luce Judæorum aberant. *A signis cælorum*] quæ Gentes reverentur & colunt, habentes pro diis; ut suprà Judæis fuit exprobratum 7.18. Sensus est, duo sunt genera gentibus Deorum: uni sunt ficti nuda cogitatione; alteri sunt quidem in rebus creatis, sed ab illis gentibus coluntur pro Deo. Vos autem ne ab illis quidem debetis metuere qui in maxima autoritate & existimatione sunt apud gentes, utpote corpora cœlestia. *Quia consfter.*] id est, ne propterea timeatis ab illis, si istæ gentes ab illis stolidè sibi metuant. 3 *Nam statura*] ætiologia superioris documenti, continens causas ex quibus contemnenda sunt idola. Est autem hæc prima ab efficiente causa: quid enim ex illis effecit deos, nisi stulta opinatio & institutum populorum? *Vanitas est*] secunda causa a natura idolorum & fine, quæ copiosiùs exponuntur infrà ver. 14. & 15. ut Jeschahh. 44.9. *Cùm lignum*] tertia causa a materia, ut Jeschahh. 40.20. & 44.9. *Opus manuum*] quarta causa ab instrumentis, ut Jeschahh. ibidem, ver. 7. & 8. 4 *Argento &*] quinta causa a forma, quam ipse artifex adeò conscius est cum animo suo inanem & caducam esse, ut operam consumat plurimam ad idolum suum a deformatione, ruina, & perditione vindicandum, ut Jeschahh. 40.19. & 44.7. *Ut non amit.*] id est, ut factus ille Deus non finat suum aurum & argentum emungi sibi. 5 *Tanquam palma*] sexta causa ab inutilitate ipsorum: nam rigidi sunt ut trunci, neque sibi utiles, neque aliis: ut Jeschahh. 44.5. *Opere continente*] id est, ut stipites rigent. *Omnino*] ut Jeschahh. 46.1. & 7. 6 *Ex eo quòd*] alterum caput propositionis de reverentia Dei, ut diximus in versum 2. 7 *Rex ipsarum*] id est, qui regnum & imperium summum obtines in eas ipsas gentes quæ non agnoscunt te, eóque uteris ex sententia tua. *Illa*] potentia, cujus meminit superiore versu: nam his & sequentibus verbis per ὑστέρωσιν verborum ex usu Hhebræorum eadem causas reverentiæ Dei repetit, quæ positæ sunt præcedente versu. 8 *At unà*] tertia pars, ut diximus in versum 1. nimirum redargutio Judæorum in communem idololatriam cum gentibus delapsorum: quæ hoc versu generatim proposita, deinde per antithesin latius explicatur, perúmque Dei & idolorum confirmatur, usque ad versum 14. & tandem amplificatur antithesi effectorum ergà adultores, ver. 14. & duobus sequen. *Unà*] id est, Judæi cum gentibus convenientes in eandem idololatriam. *Vanitatum*] id est, in omnem vanitatem homines seducens, ut ver. 15. & suprà 2.5. *Ligni*] id est, idolis ligneis, metonymicè

metonymicè ad contemptum: etsi per synecdochen comprehenduntur idola omnia. 9 *Uphazo*] id est, ophito, de quo 1. Reg. 9. 28. ut Danielis 10. 5. 10 *Verus*] non autem eruditionem tradens vanitatis, ut idola. *Vivens*] non mortuus & rigens, ut stipes. *Sempiternus*] non ex materia corrupta, & ab hominibus principium habens. *Cujus fervore*] id est, qui omnia agit, sursum deorsum vertit arbitratu suo; non autem artificum manu & voluntate agitur, aut portatur humeris. 11 *Sic dicitote*] ἐρμηνεία præcedentis antitheseos per apostrophen ad Judæos; qua docet illos armatos fide certa in Deum verum, viventem, & sempiternum, potiùs debere non tantùm ab idolis abstinere, sed etiam gentes sermone ipsarum redarguere cum omni fiducia & libertate sancta: ut fecerunt tres illi, Daniel. 3. Quamobrem hic versus Syrico sermone conscriptus est. 12 *Qui fecit terram*] regressio ad commendationem Dei primùm ab operibus creationis, hoc versu; deinde administrationis, versu sequen. 14 *Magis obbrutescit*] amplificatio præcedentis redargutionis a rebus consequentibus idololatriæ; nimirum quòd homines dementes facti ampliùs dementantur, & ipso sensu communi carent: ut exponitur Jeschahh. 44. 13. *Pudefacere*] id est, sibi ab artifice afferri maximum pudoris, ignominiæ, & confusionis argumentum; cùm homo verus falso, animatus inanimo honorem divinum habeat, hoc versu; vanitatem pro veritate amplectatur, aberrationem pro recto itinere, & mortem pro vita, sequen. versu. 15 *Quo tempore*] id est, uno momento peribunt cum suis cultoribus, quando Judæos idololatras visitabit Deus: sic Jeschahh. 46. 16 *Non sicut*] epiphonema, quo Propheta indignitatem idololatriæ qua Judæi cum gentibus communicabant summatim ostendit; a mutuo fœdere, quo Deus se populo, & populus Deo sese obstrinxerat. Longè præstantius, inquit, est jus Israëlitarum cum Deo: qui non idola gentium amplectuntur (quid enim Deo cum idolis?) non Solem, Lunam, aut cœlestia corpora, quæ usu cum illis obtinent, ut Deuteron. 4. 19. & 29. & 29. 26. sed Deum ipsum verum, viventem, & sempiternum possident. 17 *Recipe*] quarta pars, nimirum denuntiatio judicii divinitus in Judæam immittendi, quod perstrinxerat ver. 15. Continet autem hæc denuntiatio primùm præceptum allegoricum, ut Judæi consarcinent & convasent omnia, pro eo quod est, ut se ad fugam aut captivitatem comparent, ut Jechezk. 12. deinde planam & apertam denuntiationem illius judicii, versibus seq. *Mercem tuam*] id est, pretiosas facultates tuas, & eas maximè de quibus suprà ver. 9. ironicè. *In munitione hac*] id est Jeruschalaimis. 18 *Deprehendant*] id est, re ipsa experiantur id quod prædicenti per Prophetas mihi noluerunt credere. 19 *Hei mihi*] formula luctus quo usuros Judæos Propheta narrat, duobus versibus. *Ego autem*] amplificatio luctus ab antegressa confidentia. q. d. me miseram, quòd prædicentibus jam olim minimè crediderim; sed si quod malum mihi obveniret, illud fore putaverim velut accessiunculam febriculæ, unde illicò liberarer. 21 *Nam obbrut.*] ætiologia præcedentis denuntiationis; cujus amplá interpretatio petenda est ex duabus concionibus præcedentibus. 22 *Sonorus rumor*] hypotyposis ad exaggerationem prophetiæ. *Terra Aquil.*] ut suprà 1. 14. 23 *Novi*] conclusio, qua Propheta animum suum exponit, & informat pios in eodem instituto, ut se totos committât Deo, & ipsum orent pro salute Ecclesiæ ad gloriam Dei. Sensus est: Ego (inquit Propheta) & pii omnes sentientes mecum, credentes huic decreto tuo quod planè statuisti contra Judæam exsequi, non præsumimus de virtute aut arte nostra, ut judicia tua possimus effugere, aut ab iis vel gressum unum & latum (quod aiunt) unguem discedere: sibi confidunt impii, ut suprà 8. 14. nos contrà nobis omnino diffidimus, hoc versu: sed quandoquidem stat sententia ut nos omnes castiges propter peccata nostra, non refugimus paternam castigationem tuam; ecce, sistimus nos tibi, facito quod bonum & æquum est in nobis; sed in justitia tua memor esto miserationum tuarum, pro gloria tua & infirmitate nostra temperans castigationes tuas, ver. 24. Quòd si æstus iræ tuæ profundendus est; ecce gentes, quæ neque gloriæ tuæ curam habẽt, neque populi tui misèrentur, ver. ultimo: hæc illa est materia æstui iræ tuæ commodissima.

CAPUT XI.

Deus Iirmejæ & Sacerdotibus Hhanathothanis imperat ut fœdus legis exponant populo cum promissionibus & minis: Iirmeja solus mandato parens generale fœdus explicat, & popularibus suis accommodans primùm contestatur eos peccatorum nomine, deinde severissimum judicium pronuntiat: utrumque verò confirmat partim Dei ipsius testificatione, partimq; sua experientia a suis ipsius civibus: tum prænuntiata illis clade se ipsum confirmans adversus præsentia scandala, præsumptionem Iudæorum confutat proposito Dei consilio rigidissimo, & bonos promissis instaurandæ Ecclesiæ consolatur.

1 VERBUM quod fuit ad Jirmejam a Jehova, dicendo,

2 Audite verba fœderis hujus; quæ eloquamini viris Jehudæ & habitatoribus Jeruschalaimorum.

3 Dicito ergo ad illos, sic ait Jehova Deus Jisraëlis; Deut. 27. 26. maledictus vir ille qui non auscultaverit verbis fœderis hujus,

4 Quod præcepi majoribus vestris, quo a tempore eduxi eos e terra Ægypti ex catino ferri, edicendo; auscultate voci meæ, ut faciatis ista omnino prout præcipio vobis: eritisq; mihi in populum, & ego ero vobis Deus:

a *Heb.* die: synecdoche. Deut. 4. 20.

5 Ut

5 Ut præſtem juramentum quod juravi majoribus veſtris me daturũ eis terrã affluentem lacte & melle, prout eſt hodie: ″cui reſpondens dixi, Amen, Jehova.

6 ″Deinde edixit Jehova mihi, proclama omnia verba iſta in civitatibus Jehudæ & in plateis Jeruſchalaimorum, dicendo; auſcultate verba fœderis hujus ut faciatis eà.

b Heb. conteſtando. *c Heb.* manè ſurgendo & cõteſtando.

7 ″Nam [b] omnino conteſtatus ſum majores veſtros, quo tẽpore evexi eos e terra Ægypti uſque in diem hunc, [c] inde a diluculo continenter dicendo; auſcultate voci meæ:

d Heb. aſpectu cordis ſui: ut Deut. 29.19.

8 Non tamen auſcultarunt, neque inclinarunt aurem ſuam; ſed ambulaverunt quiſque [d] ex ſententia animi ſui peſſimi: ideò adduxi ſuper eos omnia verba fœderis hujus quod præceperam facere, ac non fecerunt.

9 Dixit itaque Jehova ad me, ″præſtò eſt conjuratio; in viris Jehudę & habitatoribus Jeruſchalaimorum;

10 Averſi ſunt ſupra iniquitates majorum ſuorum priſcorum, qui renuerant auſcultare verbis meis, & ipſi ſequuntur deos alienos colendo eos; irritum fecerunt domus Jiſraëlis & domus Jehudæ fœdus meum quod pepigeram cum majoribus ipſorum.

11 ″Idcircò ſic ait Jehova, ecce ego adducturus ſum cõtra eos malum ex quo non poterunt exire: ″etiamſi inclamarent me, non exaudirem eos.

e Heb. ſervãdo non ſervabunt.

12 Tunc abeuntes civitates Jehudæ & habitatores Jeruſchalaimorũ inclamabunt ipſos Deos quibus ipſi ſuffitum faciunt: ſed [e] omnino non ſervabunt ipſos tempore mali ipſorum:

13 Quamvis pro numero civitatum tuarum ſint dii tui, o Jehuda; & pro numero platearum Jeruſchalaimorũ diſpoſueritis altaria ″pudẽdo, altaria ad ſuffitum faciendum Bahhali.

f Heb. inclamarer, impersonaliter.

14 ″Tu ergo ne orato pro populo iſto, neque efferto pro iſtis clamorem & orationem: nam minimè eſſem exauditurus quo tempore [f] inclamarer propter malum ipſorum.

g Heb. pro amato mihi. *h Heb.* caro ſanctitatis tranſiverũt.

15 ″Quid eſſet [g] amabile mihi domi meæ?″ *an* facere iſtam ſuum graviſſimum ſcelus? *quoſque* ampliſſimos?″ nam [h] carnes ſanctæ perierunt abs te: cùm *adeſt* malum tuum, tum demum exultas.

16 ″Olivam virentem, ″pulchram fructus ſpecie vocaverat *te* Jehova nomine tuo: ″ad ſonum conflictus procellarum maximi incẽdet ignem præterea, cùm fregerint propagines ejus.

17 Nam Jehova exercituum qui plantaverat te, elocutus eſt contra te malum; propter malitiam domus Jiſraëlis & domus Jehudæ quam exercuerunt inter ſe, ad provocandum me adolendo Bahhali.

18 ″Ac Jehova quidem oſtẽdit mihi ita ut agnoſcerem: ″tum demonſtraviſti mihi actiones eorum,

19 Cùm eſſem ″velut agnus aut bos qui ducitur ad mactandum: nam ignorabam

ignorabam eos contra me inire cogitationes, *dicendo*; perdamus ligno pro cibo ejus, aut exscindamus eum e terra viventium, ut nomen ejus non commemoretur amplius.

20 At ô Jehova exercituum judex [k] justissime, probator renum & cordis; visurus sum ultionem tuam de eis; nam tibi revelavi causam meam.

21 Idcircò sic ait Jehova [l] de Hhanathothanis, quærentibus animam tuam, dicendo; ne vaticinator in nomine Jehovæ, & non morieris manibus nostris:

22 Idcircò *inquam* sic ait Jehova exercituum, ecce ego animadversurus sum in istos: ipsi juvenes morientur gladio; filii eorum, & filiæ eorũ morientur fame:

23 Et residuum non erit ipsis, cùm adducam malũ in Hhanathothanos anno visitationis eorum.

[k] *Heb.* justitiæ. Psal. 7. 10.

[l] *Heb.* hominibus Hhanathotharũ: ũo ver. 23.

Caput XII.

1 JUSTUS es Jehova, si contendere velim tecum: verumtamen judicia eloquar [a] tua, cur via improborũ succedat? cur tranquilli sint [b] quicunque agunt perfidè?

2 Plantes eos, etiam radicentur? pergant, etiam edãt fructum ii; quorum in ore propinquus es, sed longinquus a renibus ipsorum?

3 Nempe tu Jehova agnoscis me, pervides me; ideò probas animum meum, ut adhæreat tibi: avellẽdo istos ut oves *trahendas* ad mactationem, & præparando eos ad diem interfectionis,

4 Quousque *ais*, lugeret terra? & herba totius agri exarescceret? præ malitia habitantium in illa, deficerẽt singula jumenta & volatilia? quia dicunt, non videt finem nostri.

5 Quando cum peditibus curris, defatigant te; quomodo ergo miseres te cum equis? etiam in terra [d] prospera *cui* confidis, *defatigant te*; ecquî faceres in elatione Jardenis?

6 Quandoquidem etiam fratres tui & domestici patris tui, etiam ipsi perfidè agunt in te, ipsi quoque convocant post te multitudinem; ne credito istis, quamvis alloquantur te bonis *verbis*.

7 Derelicturus sum domum meam, deserturus possessionem meam: traditurus [e] eam quam diligebat anima mea in manum inimicorum ipsius.

8 Est mihi possessio mea similis leoni in sylva, edit contra me vocem suam; idcircò odi eam.

9 Avis digitata est mea possessio mihi, ô aves, circumquaque in eam: agite, congregate omnes bestias agri, facite ut veniant ad comedendum.

10 Pastores multi corrupturi sunt vineam meam, conculcaturi portionem

[a] *Heb.* penes te.

[b] *Heb.* omnes agentes perfidè perfidiam.

[c] *Heb. ut sit* tecum.

[d] *Heb.* pacis.

[e] *Heb.* dilectionem animæ meæ: metonymia.

tionem meam; redacturi portionem mihi [f] desyderatissimam in desertũ desolatissimum.

f Heb. desyderii mei in desertũ desolationis.

11 Dispositurus est eam *quisque* in desolationem, lugebit per me desolata; desolabitur tota hæc terra, quia nemo est qui reponat in [g] animo.

g Heb. corde. Jeschahh. 57.5.

12 In omnes clivos per desertum vẽturi sunt vastatores: nam gladius Jehovæ consumpturus est ab extremitate terræ [h] una ad alteram, nulla pax erit ulli carni.

h Heb. usque ad extremitatem terræ.

13 "Cùm seminaverint triticum, spinas metent; cùm indoluerint laboribus, non proficient: nã erubescetis ex proventibus vestris præ æstu iræ Jehovæ.

14 "Sic ait Jehova de omnibus vicinis meis malis, "qui attingunt possessionem quam possidendam tradidi populo meo Jisraëli: ecce ego convulsurus sum eos e terra sua, cùm domum Jehudæ cõvellero e medio eorum.

15 Erítque postquam convulsero illos, ut [i] rursus misereat me istorum; & reducam ipsorum quemque "in possessionem suam, & quemque in terram suam.

i Heb. revertar ut miserear.

16 Erit etiam si [k] omnino didicerint vias populi mei jurando per nomen meum, vivit Jehova, quemadmodum docuerũt populum meum jurare per Bahhalem; ut "ædificentur in medio populi mei:

k Heb. discẽdo didicerint.

17 Quòd si non auscultaverint, tum convellam gentem illam [l] continenter, & perdam; dictum Jehovæ.

l Heb. convellendo, & perdendo.

ANNOTATIO IN CAP. XI.

1 *Verbum*] Hujus concionis (quæ eodem ferè argumento est cum superioribus) capita sunt quinque: primum est exordium, versibus quinque; secundum, propositio, usque ad versum 15. tertium, confirmatio rerum in propositione enarratarum, ad finem usque capitis 11. quartum, confutatio ad eandem confirmationem pertinens, capite 12. usque ad ver. 14. quintum, conclusio prophetica, inde ad finem usque. Exordium autem facit audientiam primùm ab autoritate imperantis Dei, ver. 1. deinde a recordatione fœderis jam olim initi, ver. 2. postremò a denuntiatione pœnarum quas de ruptoribus sui fœderis sumpturus est Deus, & contrariarum promissionum erga obsequentes, tribus reliquis versibus. *Edicendo*] tum ipsi Jirmejæ, tum Hhanathothanis gentilibus ipsius: qui Sacerdotes erãt, ac proinde ex officio promulgare legẽ tenebantur. 2 *Quæ eloquamini*] videlicet vos, qui Sacerdotes estis, ut doceatis Jahhakobum judicia Dei, & Jisraëlem legem ejus: Deuteron. 33.10. 3 *Dicito ergo*] tu & Sacerdotes ipsi, synecdochicè. Continet autem hoc mandatum thesin sive propositionem generalem, legis, qua maledictio immorigeris importatur, & promissiones obsequẽtibus. 5 *Cui respondens*] id est, ego solus acquievi vocationi & mandato Dei ad pronuntiandum doctrinam generalem legis, quod Sacerdotes præstãre tenebantur: sic accipiendum esse commonstrant ea quæ sequuntur, ver. 18. & sequen. Sacerdotes non tantùm recusasse promulgationem fœderis, sed periculum etiam Jirmejæ intendisse. 6 *Deinde*] secunda hæc pars, quam propositionem appellavimus, continet primùm summam theseos præcedentis, sive universæ doctrinę fœderis ex lege, hoc versu; deinde contestationem Judæorum, usque ad versum 11. tertio sententiæ irrevocabilis dictionem, quatuor versibus. 7 *Nempe omnino*] contestatio, ut modò diximus, totam Judæorum gentem respicit, primùm majores ipsos, hoc & seq. versu; deinde illud ipsum seculum in quo Propheta conversabatur, duobus alteris. 9 *Præsto est conjur.*] id est, hæc generatio certissimè cum majoribus suis & inter se conjurata est quodammodo, ut se adversus me obfirmarent: quod exponitur sequen. versu. 11 *Idcircò*] tertius locus propositionis, sententiæ dictio. *Etsamsi clamar.*] id est, decretum hoc meum futurum est irrevocabile, neque ipsorum causa mutabitur, neque tua, infrà ver. 14. 13 *Pervendendo*] ut suprà 3.19. 14 *Tu ergo*] vide suprà 7.16. 15 *Quid esset*] tertia pars, confirmatio duarum præcedentium in contestatione partium, tum objurgationis acerbissimæ de peccatis ipsorum, tum sententiæ latæ; primùm a juridica cognitione Dei, quæ falli non potest, usque ad versum 18. deinde ab ipsius Prophetæ testimonio contra Judæos omnes, & suos ipsius cives, inde a ver. 18. *An facere istam*] id est, an incesta & impurissima ista scortatio cum idolis mihi allubescere? cui ego semper fui infensissimus, velut zelotes juris conjugalis mei. Nam rem ita habuisse, & omnes etiam amplissimos ruisse in idololatriam præcipites, constat ex historia Joschijæ, item suprà 7. 4. & 5. & Jechezk. 8. *Nam carnes*] id est, nullum sacrificium justum (quod synecdochicè carnis appellatione designatur)

designatur) offerre potes ad abolenda peccata & conciliandum Deum; quia & impura es ipsa, ac proinde non potes non impurare oblationes tuas, Levit. 23.25. & tua impuritate pertinacissimè delectaris. 16 *Oliȝam*] allegoria, qua Propheta antegressam populi dignitatem exprobrat, & futuram calamitatem figurat elegantissimè. *Pulchram*] id est, pulcherrimè efflorescentem, quæ faciebat spem maximam sui. *Ad sonum*] futuræ calamitatis figuratio: erunt (inquit Propheta) veluti concursantes ventorum procellæ, quæ in hunc locum irruentes decutient flores tuos, perfringent ramos, id est, parvos & magnos trucidabunt; deinde oppidum ipsum tanquam arboris truncum consument igne: quæ quidem gesta esse ostendunt ultima capita Regum, Chronicorum, & Jirmejæ. 18 *Ac Jehoȝa*] alter locus confirmationis a testimonio Prophetæ: qui modestissimè ostendit se non curiosè quidem pervestigasse peccata populi sui, tanquam si odio studióve aliquo abduceretur; sed cùm nihil ejusmodi cogitaret, a Deo adductum esse ad notitiam improbitatis suorum popularium. *Tum demonstraȝisti*] apostrophe ad Deum emphatica, ut hoc pacto magis evincat populares suos se nihil dicere de suo, Deum ipsi autorem & testem esse. 19 *Velut agnus*] id est, simplicissimo animo obirem functionem meam (ut Christus Apostolis præcepit Matth. 10.16.) & mei contrà quærerent necem meam; ut sequentia explicant. *Perdamus*] id est, enecemus eum fame, aut gladio, ut demonstrat antithesis pœnarum vers. 22. Est autem ironica locutio conjuratorum, qui lignum pro cibo nominant. quasi dicat, includamus eum loco angusto aut abstruso; ubi si volet comedere, ligna ipsa aut parietes comedat. 10 *Relaȝi*] id est, revelatam committo. 21 *Idcircò*] denuntiatio pœnæ singularis in Hhanathothanos, tribus versibus; quæ singulis improbi illorum consilii partibus respondet.

In Caput XII.

1 *Justus es*] Quarta concionis pars, confutatio: quid ita vaticinaris, inquient, cùm illis bene sit adhuc, & tibi malè? respondet Propheta, neque hoc quod in præsentia est, neque illud quod prædico, alienum est a justitia Dei: & res præsentes & futuras illa administrat, neque ab eo abjudicari potest justitiâ, ullius hominis quantumvis justi operâ; sed ipse sibi invitis omnibus eam vindicaturus est, ut Psal. 51.6. *Si contendere*] id est, si prosperitatem improborum, & meam bonorumque calamitatem ægrè ferens tecum disceptare audebit quisquam: ut Ijobi 8.3. & 9.2. & sequentib. *Verumtamen*] proposita confessione de justitia Dei inexpugnabili, jam exponitur objectio duob. versib. quæ a Propheta solvitur vers. 3. deinde exornatur sequentib. Est autem objectio ἀναντιῤῥητος cur improbi & hypocritæ prosperentur, inquit: reticetur enim contrarium membrũ, cur justi utantur rebus adversis, ut ostendit responsum vers. 3. 3 *Nempe*] subjectio ad præcedentem objectionem, qua primùm usum adversitatum in bonis explicat, deinde prosperitatum in improbis: nam (inquit) boni rebus adversis agnoscuntur & respiciuntur, id est, curantur a Deo, probantur ad tempus, & docentur adhærere Deo: improbi verò prosperè interea agentes saginantur, ut pecudes ad mactationem: sic Psal. 94.13. *Avellendo*] id est, cùm interea improbos alios momẽto abripis tanquam in lanienam e fasginatio, alios ad futura judicia comparas justissimè, prout illi afficere bonos cogitant, suprà vers. 19. 4 *Quousq;*] ethopœcia, qua Propheta Dei consilium explicat humanitus, quod paucis dixerat præcedente vers. Sunt autem hujus consilii partes duæ: una, de causis; altera, de judiciis quæ toti Judææ pronuntiat Deus. Causæ sunt totius regionis & omnium animantium horriditas propter atrocitatem scelerum, hoc vers. & bonorum omnium qui Deo curæ sunt defatigatio, vers. 5. & 6. *Quia dicunt*] id est, quia præfractè negant providentiam Dei, omnipotentem illius administrationem nihil ad se pertinere jactant, & prophetias ludificantur, tanquam si non essent sibi eventura mala. 5 *Quando*] secunda causa, ut modò diximus: cujus hic est sensus, Judæi omnes nunc ita se habent, ac si castra adversus Deum facerent & adversus bonos. Quemadmodum autem in castris alii sunt pedites, alii equites, quorum hi longe illis sunt velociores; ita etiam in Judæorum cœtu alii sunt omnium obfirmatissimi & velocissimi ad maleficia, ut infrà 8.6. alii nondum tantoperè obdurati aut apti ad ea perpetranda: sed tamen tanta est illorum omnium pervicacia, ut ne minimum quidem calonem sistere possis, aut superare & revocare a malitia ad Deum. Quid ergo cum Jerosolymitanis facias, qui maleficiorum autores sunt obstinatissimi, si apud tuos nihil efficis? qui tyrunculi sunt, si cum illis comparentur. *Etiam in terra*] sensus est, Judæa quodammodo in duo hominum genera divisa est: quorum uni non ita exundant peccatis, sed æquiore (ut ita dicam) conditione sunt: alteri præcipites exundant in omnia peccata & augescunt, ut cùm Jarden fluvius diffunditur præter ripas suas: vide Jehosch. 3.15. *Cui confidis*] id est, de qua bene speras: ut cum Hhanathothanis fecit: nam sequens versus est hujus exegeticus. 7 *Dereliquerunt*] altera pars consilii, de judiciis Judææ eventuris, ut diximus in versum 4. quæ comprehenditur versibus 7. 8 *Est mihi possessio*] exornatio justitiæ Dei duabus comparationibus, leonis, hoc vers. & avis rapacis, sequente. 9 *Digitata*] id est, ravocatio Chaldæorum & cæterarum gentium contra Judæos, per ὑστέρωσιν: nam Deus priore loco aves provocat cõtra digitatam avem, & posteriore bestias contra leonem, servatis comparationibus. 10 *Pastores*] ut sup. 6.3. 13 *Cùm semina ver.*] ex interminatione Levit. 26.16. & Deut. 28.38. 14 *Sic ait Jehoȝa*] conclusio, qua Deus primùm pax, uncis unguibus tanquam digitis in prædam involans: sic vocat Plinius lib. 11. natur. hist. cap. 47. *O aves*] pro- in summa judicium se effecturum esse de Judæis & gentibus promiscuè denuntiat, hoc vers. ut suprà 9.25. deinde bonos consolatur promissa instauratione Ecclesiæ ex Judæis & gentibus conversis ad ipsum, tribus ultimis. *Qui attingunt*] id est, sunt finitimi Judææ. 15 *In possess.*] spiritalem videlicet, id est, Ecclesiam. 16 *AEdificentur*] id est, cooptentur in Ecclesiam per fidem.

Caput XIII.

Deus typo cinguli proposito sua in populum beneficia, illius ingratum animum & maleficia, eventuram ampl. illi perditionem præfigurat: judicium á se gravissimum in omnes pronuntiat: populares, Regem, Reginam ampl. ipsam ad humilitatem, fidem, & resipiscentiam revocat, ut prævertant casum obnuntiatum: postremò peccata & pertinaciam eorum contestatus fert sententiam de publico Judæorum casu.

1 SIC ait Jehova ad me, abi, & compara tibi cingulum [a] lineum, & imponito illud lumbis tuis; in aquas autem ne inferto ipsum. [a] *Heb.* linorum.

2 Itaq; comparans cingulum, ex verbo Jehovæ imposui lumbis meis.

3 Deinde fuit verbum Jehovæ ad me [b] iterum, edicendo, [b] *Heb.* secundò.

4 "Accipe istud cingulum quod comparasti, quod impositum est lumbis tuis: & surge, abi ad Euphratem, & "absconde illud ibi in projectura petræ.

5 Tum abiens abscondi ipsum ad Euphratem, quemadmodum præceperat Jehova mihi.

e Heb. à fine dierum multorum.

6 Fuit autem [e] exactis diebus multis, ut ediceret Jehova mihi, surge, abi ad Euphratem, & recipe inde illud cingulum quod præceperam tibi ut absconderes illic.

7 Quamobrem abiens ad Euphratem, cùm effodissem recepi cingulum illud e loco ipso ubi absconderam ipsum: sed ecce "corruptum erat cingulum, non erat aptum ad rem ullam.

8 Tum fuit verbum Jehovæ ad me dicendo,

9 Sic ait Jehova, ita corrumpam fastum Jehudæ & fastum Jeruschalaimorum maximum,

10 Populi istius pessimi, qui renuunt auscultare verbis meis, qui ambulant [d] ex sententia animi sui, & sequuntur deos alienos colendo eos, & incurvando se eis: eritq; similis cingulo isti quod non est aptum ad rem ullam.

d Heb. in aspectu cordis sui, & ambulant post Deos.

11 Nam quemadmodum adhæret cingulum lumbis viri, ita feceram ut adhæreret mihi tota domus Jisraëlis & tota domus Jehudæ, dictum Jehovæ, ut esset mihi populus, & ad nomen, & ad laudem, & ad ornatum: sed non auscultarunt.

12 "Quapropter dicito ad eos verbum hoc; sic ait Jehova Deus Jisraëlis, omnis "uter implendus est vino; quibus dicentibus ad te, [e] an verò ignoramus utrem implendum esse vino?

e Heb. an noscendo non novimus.

13 Dicito ad eos, sic ait Jehova, ecce ego repleturus sum omnes habitatores terræ hujus; etiam ipsos reges, qui insident pro Davide in solio illius, & Sacerdotes, & Prophetas, deniq; omnes habitatores Jeruschalaimorum "ebrietate:

f Heb. virum ad fratrem suum.

14 Et dissipabo eos [f] unum cum altero, tum patres, tum filios pariter, dictum Jehovæ: non utar clementia, neq; parcam, neq; miserebor, quin perdam eos.

15 "Audite & auribus percipite, ne exaltetis vos: nã Jehova loquitur.

16 Cedite Jehovæ Deo vestro gloriam, "cùm nondum tenebras effecerit, & cùm nondum offenduntur pedes vestri in [g] montibus cæcioribus intempesta nocte: cùm exspectantibus vobis lucem disposuerit eam in umbram lethalem, redegerit in caliginem.

g Heb. montibus intempestæ noctis.

17 "Quòd si non auscultabitis hoc, in latebris flebit anima mea propter superbiam: & [h] valde lachrymabitur, descendent inquam ex oculo meo lachrymæ, quia captivus abducendus est grex Jehovæ.

h Hebr. lachrymando lachrymabitur.

18 "Dic Regi & "Augustæ, [k] abjectissimè considite: nam descensurus est principatus utriusq; vestrum, corona ornatus vestri.

i Heb. Dominæ.

k Heb. abjicite & sedete.

19 "Civitates [l] Australes occludentur ita ut nullus aperire possit: deporta-

l Heb. Austri.

portabitur Jehuda tota, deportabitur ᵉ*civitas* pacatorum.

20 ᵉSuſtollite oculos veſtros, & reſpicite iſtos venientes ab Aquilone: ubi eſt ᵉgrex ille qui traditus fuerat tibi? pecudes ᵉornatus tui?

21 ᵉQuid dictura es, cùm animadvertet in te? nam ᵉtu docuiſti iſtos ſuprà te, duces, in capite *eſſe*: an nõ dolores corripient te, quales mulieris ᵐparturientis?

22 Quòd ſi dicas cum ⁿanimo tuo, cur obventura ſunt mihi iſta? propter amplitudinem iniquitatis tuæ ᵉretegentur fimbriæ tuæ, violenter auferentur ᵒſoleæ tuæ.

23 An mutare poteſt Æthiops cutem ſuam, aut ᵉpardus liventes maculas ſuas? etiam vos poſſetis bene facere, ô edocti malefacere.

24 ᵉIdeò diſpergam eos velut ſtipulam ᵉprætereuntem, ad ventum ᵉdeſerti.

25 Hæc ſors tua, portio ᵖdemenſa tibi a me, dictum Jehovæ; ᵉquæ oblita es mei, & fiduciam habes in falſo,

26 Nam ᵉetiam ego denudaturus ſum *te*, fimbriis tuis obductis faciei tuæ; ut videatur ignominia tua.

27 Adulteria tua, & hinnitus tuos, ᵍſceleſtam ſcortationem tuam ſupra colles in agro, vidi abominationes tuas: væ tibi, urbs Jeruſchalaim morum; num mundabis te? ʳ ᵉpoſt quantum adhuc temporis?

m Heb. partus.
n Heb. corde.
o Heb. veſtigia, metonymicè.
p Heb. menſurarum tuarum.
q Heb. ſcelus ſcortationis tuæ.
r Hebr. poſt quando adhuc?

ANNOTATIO.

1 *Sic ait*] Hujus concionis, exitium Judæis ſimiliter denuntiantis, ſummæ partes ſunt tres: prima eſt propoſitio judicii, uſque ad verſum 15. ſecunda eſt hortatio ad omnes ordines ut auſcultent Deo, uſque ad verſum 21. tertia eſt confirmatio judicii propoſiti per conteſtationem, ad finem uſque. Propoſitionis autem membra ſunt duo: unum eſt typus cum ſuo exegemate, 11. primis verſib. ſecundũ eſt allegoria conſimiliter explicata, verſ. 12. & duob. ſeq. *Abi* & *in hoc typo repræſentat Propheta Deum, cingulum verò populum quem ſibi adjunxit Deus; ut exponitur verſ. 9. & ſeq. *In aquas*] id eſt, hoc cingulum tibi ſemper adhæreto, & ab omni humore qui ipſum corrupturus eſſet conſervato: typus curæ & beneficiorum Dei erga populum. 4 *Accipe*] hîc jam Propheta typus eſſe populi ex parte incipit, ut oſtendat facto Judæorum accidiſſe ut corrumperentur ipſi; quia ad Euphratem profecti ſunt, ut Aſſyriorũ copias ſibi adjungerent: prout exprobratur infrà verſ. 21. *Abſconde*] typus Judæorum exiſtimantium ſe in umbra Aſſyriorum ſecurè deliteſcere. 7 *Corruptum erat*] ut Judæi corrupti fuerant Aſſyriorum contagio, 2. Reg. 16. & ſe corrumpendos ac perdendos exhibuerunt judicio Dei, verſ. 9. 12 *Quapropter*] altera pars propoſitionis, allegoria: ut diximus in verſum 1. *Uter*] id eſt, lagena figulina, per κατάχρησιν: ut Jeſchahh. 30. 14. 13 *Ebrietate*] id eſt, vehementiſſimis calamitatibus, quibus ità obruentur, ut non amplius ſciant quò ſe vertant quàm ebrii ſepulti vino: ſic Jeſchahh. 51. 17. & ſeq. 15 *Audite*] ſecundâ pars, hortatio ad humilitatem, fidem, & reſipiſcentiam, ut antevertatur ſeveriſſimum judicium illud Dei: qua primùm populares admonentur, tribus verſib. deinde Rex, Reginaque, tribus alteris. 16 *Cum nondum*] id eſt, antequàm teterrimas illas calamitates importet, quæ cum tenebris ferè in ſcriptura comparantur; ut contrà cum luce proſperitas. 17 *Quòd ſi*] modeſtiſſima explicatio infelicitatis inobſequentibus eventuræ. quaſi dicat, vos omnino peribitis, & ego lugebo caſum veſtrum propter peccata veſtra. 18 *Dic Regi*] altera pars hortationis, ut diximus verſ. 15. 19 *Civitates Auſtr.*] id eſt, oppida Ægypti, in quæ vos effugituros confiditis, non recipient vos; ſed occluſa permanebunt Chaldæorum metu. *Civitas pacatorum*] id eſt, Jeruſalem, in qua pace perpetua & proſperitate uſuri vobis videmini: eſt autem alluſio ad nomen Jeruſchalaimorum. 20 *Suſtollite*] hypotypoſis emphatica. *Grex ille*] videlicet populus Jehovæ (ut ſuprà verſ. 17.) cui tu paſtor datus es. *Ornatus tui*] nam in multitudine populi eſt decor Regis, Proverb. 14. 28. 21 *Quid dicturus es*] ultima pars, conteſtatio confirmans judicia modò denuntiata primùm ab explicatione cauſarum, tribus verſib. deinde ſententiæ dictione, quatuor ultimis. Sunt autem cauſæ tres: infidelium conſociatio & honor atq; impetium illis attributum, hoc verſu; maleficiorum ab illis hauſtorum perpetratio, verſu ſeq. & obfirmatus atque impœnitens animus, verſ. 23. *Tu docuiſti*] advocante videlicet Achazo, 2. Reg. 16. 7. 22 *Retegentur*] id eſt, in cadus] epicœnè: nam mares non dicuntur varii, ſed fœminæ variæ, ut teſtis eſt Plinius lib. 8. natur. hiſt. cap. 17. parœmiæ. 24 *Ideò diſperg.*] ſententiæ dictio; ut annotavimus in verſ. 21. *Prætereuntem*] id eſt, leviſſimam, quæ non poteſt loco uno conſiſtere; ſed minimo vento hûc illûc impellitur. *Deſerti*] id eſt, pleniſſimè, & ſine impedimento perflantem, ut ſuprà 4. 11. 25 *Quæ oblita es*] id eſt, mè negligens retexiſti, & proſtituiſti te aliis. 26 *Etiam*] videlicet quemadmodum oblita es mei, & fiduciam in aliis collocans denudaviſti te. 27 *Poſt quantum*] quaſi dicat, quod ſpacium ampliùs tibi concedi velles ut reſipiſceres a maleficiis tuis, cùm ſis pervicaciſſima? fruſtrà prorogaretur tempus: emphatica conteſtatio.

CAPUT XIIII.

Deus per Prophetam famem graviſſimam Judææ denuntiat: quamobrem Propheta videns illa malorum initia eſſe implorat Dei fidem & miſericordiam; cui reſpondet Deus ſe nulla cau-

ſa decretum ſuum revocaturum eſſe: & transferente Iirmeja crimen in Pſeudoprophetas, tum his, tum popularibus ruinam denuntiat: tertiò deprecante Iirmeja, ampliùs decretum ſuũ confirmat. itaq; Iirmeja ſollicitus de ſalute Eccleſiæ & ad flebile lamentũ converſus conſolationem a Deo accipit, & expoſita fide quam adhibuerat ad perfungendam vocationem ſuam, in functione porrò adverſus omnia mala confirmatur.

1 ″VERBUM Jehovæ quod fuit ad Jirmejam, ſuper ″verbis cohibitionum.

2 ″Lugebit Jehuda & ″portæ ejus elangueſcent, atrati erunt *jacentes* humi: & querela Jeruſchalaimorum ″aſcendet.

3 Etiam magnifici eorum emittent ″minimos ſuos ad aquas: venientes ad foſſas non invenient aquas, revertentur ſuis vaſis vacuis, erubeſcent & pudore ſuffuſi ″operient caput ſuum.

4 Propter terram attritam, eo quòd non fuerit pluvia in terra; erubeſcentes agricolæ operient caput ſuum.

5 Quin etiam cerva in agro, quod pepererit derelinquet; quia non erit tenera herba.

6 Et onagri ſtantes in clivis, ″haurient ventum ut dracones, deficient oculi eorum: quia nulla erit herba.

7 ″Quandoquidẽ iniquitates noſtræ teſtantur contra nos, ô Jehova, fac propter nomẽ tuũ: nã multæ ſunt averſiões noſtrę, tibi peccavimus.

8 O ſpes Jiſraëlis, ſervator ejus tempore anguſtiæ: ″quare eſſes ut peregrinus in hac terra, & tanquam viator *qui* divertit ad pernoctandum?

9 Quare eſſes ″ut vir fatiſcens, tanquam robuſtus non valens ſervare? atqui tu ″in medio noſtri *es* Jehova, & ᵃde nomine tuo vocamur; ne relinquas nos.

ᵃ Heb. nomẽ tuum ſuper nos vocatur.

10 ″Sic ait Jehova de populo hoc, ″ita diligunt evagari, pedes ſuos nõ cohibent: ideò Jehova non accipit eos benevolè; nunc recordatur iniquitatis eorum, & viſitat peccata eorum.

11 Deinde edixit Jehova mihi, ″ne orato pro populo iſto in bono.

12 Cùm jejunabunt, non exaudiam clamorem eorum, & cùm offerent holocauſtum & munus, non ſum benevolè accepturus ea; ſed gladio, & fame ac peſte ſum conſumpturus eos.

13 ″Quamobrẽ dicente me, Aha, Domine Jehova, ecce iſti Prophetę dicunt eis, non eſtis ᵇexperturi gladium, & fames non erit vobis: ſed pacem ᶜfirmam daturus ſum vobis in loco hoc:

ᵇ Heb. viſuri.
ᶜ Heb. firmitatis.

14 ″Dixit Jehova ad me, falſum Prophetæ iſti prophetant in nomine meo; non miſi eos, neq; præcepi eis, neq; allocutus ſum eos: viſione ᵈfalſa, & divinatione, ac re nihili, doloq; ᵉanimi ſui iſti prophetas agunt vobis.

ᵈ Heb. falſitatis.
ᵉ Heb. cordis ſui.

15 Idcircò ſic ait Jehova, quod ad Prophetas iſtos qui prophetant in nomine meo cùm ego nõ miſerim eos; ii ipſi qui dicunt gladius aut fames non erit in terra hac, gladio & fame deficient ii ipſi Prophetæ.

16 Populus autem iſte, quibus ipſi prophetant, erunt projecti in plateis Je-

teis Jeruſchalaimorum præ fame & gladio, nec ullus erit ſepeliens eis ipſos, uxores ipſorum, filioſq; ipſorum, ac filias ipſorum; adeò effundam ſuper ipſos "malitiam ipſorum.

17 Dicito itaq; ad ipſos verbum hoc, [f] "deſcendant ex oculis meis lachrymæ noctu & interdiu, & ne deſiſtant: nam cõtritione magna frangetur virgo filia populi mei, percuſſione ægra valde.

18 Si exeam in agrum, ibi ecce confoſſi gladio; ſin autem ingrediar civitatem, ibi ecce ægritudines famis: nam tum Propheta, tum Sacerdos "nundinantur contra terram, "& non agnoſcunt.

19 "An [g] omnino ſpernis Jehudam? an Tzijonem "faſtidit anima tua? quare percutis nos ita ut nulla ſuperſit nobis curatio? quare "exſpectando pacem nullum adeſt bonum; & *exſpectando* tempus curationis, tantùm ecce terror?

20 Agnoſcimus Jehova improbitatem noſtrã, iniquitatem patrum noſtrorum; nos peccaſſe tibi.

21 Ne contemnito propter nomen tuum, ne vilipendito "ſolium gloriæ tuæ: recordare, ne irritum facito fœdus tuum nobiſcum.

22 An ſunt inter "vanitates gentium qui pluviam edant? & an [h] cœleſtes *dii* edunt imbres? "nónne tu is es Jehova Deus noſter? ideò exſpectamus te, quia tu facis omnia iſtà.

f Heb. deſcendant oculi mei lachryma: hypallage emphatica.

g Heb. ſpernendo.

h Heb. cœli.

Caput XV.

1 "Sed dixit Jehova ad me: "ſi inſtaret Moſche & Schemuel coram me, minimè eſſet animus meus erga populum iſtum: "emitte a facie mea, & exeant.

2 Eſto verò, ſi dicant ad te, quò exibimus? ut dicas ad eos, ſic ait Jehova, qui ad mortem *exiturus eſt*, ad mortem *exito*; & qui ad gladium, ad gladium; & qui ad famem, ad famem; & qui ad captivitatem, ad captivitatem.

3 "Præficiam enim iſtis quatuor "genera, dictum Jehovæ, gladium ad interficiendum, & canes ad trahendum; & volatilia cœlorum, ac beſtias terræ ad comedendum & ad perdendum:

4 Et "tradam eos in cõmotionem omnibus regnis terræ propter Menaſchem filiũ Jechizkijæ regis Jehudæ, ob ea "quæ fecit Jeruſchalaimis.

5 Nam quis uteretur clementia erga te, urbs Jeruſchalaimorum? aut quis condoleret tibi? aut quis accederet "ad interrogandum de [i] proſperitate tua?

6 Tu deſeruiſti me, dictum Jehovæ, retrorſum abiviſti: ideò extendo manum meam contra te ut perdam te; defeſſus ſum "pœnitendo.

7 Itaq; "ventilabo eos ventilabro "in portis hujus terræ, orbabo, perdam populum meum: cùm a viis ſuis non revertantur.

8 Numeroſiores mihi erunt viduæ ejus quàm arena [k] marina: adducam contra eos, contra "matres & juvenes vaſtatorem ipſo meridie; faciam ut irruat in eam repentè, civitatem inquam, terroribus.

a Heb. familias.

b Heb. pace.

c Heb. marium.

9 Elangueſcet quæ pariebat ſeptenos, efflabit animam ſuam, occidet ſol ejus dum adhuc futurus eſſet dies ipſorum: erubeſcet & pudebit eam, denique reſiduum iſtorum gladio exponam coram inimicis ipſorum, dictum Jehovæ.

d Heb. virũ litis & virũ contentionis toti, &c.

10 Hei mihi mater mea, quòd peperiſti me d in quem intendatur lis, & in quem intendatur contentio a tota hac terra: non dedi mutuum, neque mutuo dederunt mihi; unus quiſque maledicit mihi.

e Heb. reſiduum tuum eſſet in bonum.

11 Ait Jehova, an non e reſiduo tuo eſſet bene? an non intervenirem pro te tempore mali & tempore anguſtiæ apud inimicum?

f Heb. ab Aquilone.

12 An ferrum fracturum eſſet ferrum f Aquilonare, & chalybem?

Infrà 17.3.

13 Opes tuas & theſauros tuos direptioni exponam abſque pretio, idq; propter omnia peccata tua, & in omnibus terminis tuis:

14 Faciamq; ut tranſeas penes inimicos tuos, in terrã *quam* ignoras: cùm ignis accenſus ira mea in vos inflammatus fuerit.

15 Tu noſti Jehova, recordare mei, & viſita me, ac ultionẽ ſume pro me de perſequentibus me; pro longanimitate tua ne intercipito me: agnoſce me ferre propter te opprobrium.

g Heb. comedi, metaphoricè: ut Jechez. 3.1.

h Heb. cordis: quia vocatur nomẽ tuum ſuper me.

16 Cùm adfuerunt verba tua, g admiſi illa; fuitq; verbum tuum mihi gaudio & lætitiæ h animi mei: quandoquidem vocor de nomine tuo, ô Jehova Deus exercituum.

i Heb. a facie.

17 Non ſedi in concilio irriſorũ, aut exultavi i ex adverſo manus tuæ; ſolitarius ſedi: quia indignatione repleviſti me.

k Heb. æternitatis.

18 Quare eſſet dolor meus k æternus? & plaga & percuſſio mea mortifera? ſi renueret curari, l omnino eſſes mihi ſimilis fallaci, aquis inſtabilibus.

l Heb. exiſtẽdo eſſes.

19 Idcircò ſic ait Jehova, quandoquidem converteris prout convertito te, coram me ſtas; quandoquidem inquam educis rem pretioſam a vili, tanquam os meum es: reverti debuerant iſti ad te, non autem tu reverti ad eos.

Ut ſuprà 1. 18. & 19.

20 Ideò oppono te populo iſti pro muro æneo munitiſſimo, ut oppugnantes te non prævaleant tibi: quia tecum ſum ad ſervandum te & ad eripiendum te, dictum Jehovæ.

21 Eripiam enim te e manu malorum, & redimam te e manu violentorum.

ANNOTATIO IN CAPVT XIIII.

1 *Verbum*] Hujus concionis argumentum totum, ab ipſa inſcriptione quæ habetur verſ. 1. facilè cognoſci poteſt: nam tota eſt διαλογισικὴ, continens ex parte deprecationes Prophetæ & piorum omnium, partimque denuntiationes & reſponſa Dei. Sunt itaq; hujus concionis (ſi ἐπιγραφὴν ſive inſcriptionem exceperis) partes ſex: prima eſt prophetica propoſitio eventuræ famis, uſque ad verſum 7. ſecunda eſt deprecatio Eccleſiæ, verſ. 7. 8. & 9. cui reſpondet Deus ac Prophetæ nominatim, ſibi decretum eſſe irrevocabile cùm de immittenda fame, tum de aliis omnibus calamitatibus, verſ. 10. & duob. ſeq. tertia eſt deprecatio transferens crimen in Prophetas ad populum excuſandum, verſ. 13. cui reſpondet Deus ipſos æquè perituros, & luctum indicit Prophetæ ad ſignificandum populo decretum Dei, inde ad verſ. 19. quarta eſt deprecatio ſimiliter confitens peccata publica & miſericordiam implorans, ad finem uſque capitis: cui reſpondet Deus per confirmationem & amplificationem decreti ſui, primis verſib. 9. capitis 15. quinta eſt lugubris expoſtulatio Prophetæ, qui maximam peccantium contradictionem expertus conqueritur de difficultatibus adminiſtrationis ſuæ, verſ. 10. & eum confirmat Deus, quatuor ſequentib. ultima eſt oratio Prophetæ pro ſalute ſua omiſſo populo, verſ. 15. & tribus ſeq. cui omnia ſpondet Dominus, tribus verſib. ultimis. Ἐμφασιν autem verborum, quam inſcriptio habet, mutavimus ad evidentiam. *Verbis cohibit.* Id eſt, deprecationibus, quas Propheta & boni fundebant coram Deo, ut amolirentur judicia Dei publicè denuntiata. 2 *Lugebit*] prima pars, denuntia-

denuntiatio famis vehementissimæ: quam denuntiationem factam esse temporibus Joschijæ, ut præcedentes conciones omnes, minimè dubitamus. Nam integrum hujus concionis argumentum refertur in illud Joschijæ tempus 2. Reg. 23.26. & sequentib. *Portæ ejus*] id est, incolæ totius Judææ, metonymicè. *Ascendet*] id est, quàm maximâ voce edetur passim. 3 *Minimos suos*] id est, etiam eos ipsos qui ministerio inepti sunt propter ætatem imbecillam, presli aquarum inopia: ut de Achabo legimus, 1. Reg. 18. 5. & seq. *Operient*] ut 2. Schem. 15.30. 6 *Hauriunt ventum*] id est, nihil habebunt unde famem aut sitim expleant; ac proinde enecabuntur inopia cibi & potus, quam dracones, serpentes & venenata pleraque ferunt sine graviore incommodo, modò libero cœlo perfruantur: ut narrant Aristotel. lib. 8. de historia animalium, cap. 4. & Plinius lib. 10. natur. hist. cap. 72. 7 *Quandoquidem*] secunda pars, ut diximus in versum 1. continens deprecationem, tribus versib. & decretum Dei, tribus alteris. Deprecationis partes sunt duæ, confessio, hoc vers. & deprecationis argumenta a gloria Dei & promissionibus fœderis, duob. seq. 8 *Quare esses*] id est, quare negligeres administrationem nostram, neque magis te immiscerес rebus nostris quàm peregrinus in Republica aliena? quod tibi foret contumeliosum, ac si tantùm diversaturus fuisses ad tempus, non autem permansurus in seculum cum populo tuo ex promissione tua, fide nostra, & antegressa experientia. 9 *Ut vir fatisc.*] id est, defessus præ anteactis laboribus; quasi non posses ampliùs servare tuos, deminuto & fracto robore: nam hujus verbi epexegesis sequentib. continetur. *In medio nostri*] id est, Deus es constantissimus & semper idem in populo tuo: propterea nos gloriamur de te, colimus & profitemur te. 10 *Sic ait Jehova*] decretum Dei compensantis errores spirituales populi suppliciis paribus, hoc versu; & decreti immutabilitatem ostendens, duobus seq. *Ita diligunt*] quasi dicat, ipsi sunt in causa, amant errare hûc illûc & discursare ad idola sua: itaque faciam ut errent. 11 *Ne orato*] ut suprà 7.16. & 11.14. quasi dicat, frustrà tu & ipsi operam consumpseritis; stat sententia. 13 *Quamobrem*] tertia pars continens deprecationem per translationem criminis in Pseudoprophetas, hoc vers. & ampliorem explicationem decreti, quinque seq. 14 *Dixit Jehova*] hoc decreto primùm indicatur falsitas Prophetarum, hoc versu; deinde tum ipsorum exitium, vers. sequente; tum populi adhærentis ipsis, vers. 16. postremò luctus prophetæ imperatur ut certissimam calamitatem præfiguret, vers. 17. & 18. Complementum autem istorum habetur in fine 2. Reg. & 2. Chron. & Jirmejæ. 16 *Malitiam*] id est, pœnas malitiæ ipsorum debitas. 17 *Descendant*] id est, jam verò me lugere oportet palàm, & deflere miserias vestras. 18 *Nundinantur*] ut suprà 5.31. *Et non agnoscunt*] id est, populares terræ non vident exerceri nundinationem sui, atque ita amant: ut suprà ibidem, & hic vers. 10. 19 *An omnino*] quarta pars, continens primùm deprecationem pro salute Ecclesiæ ad Dei gloriâ, quatuor versib. deinde iteratam explicationem & confirmationem decreti irrevocabilis, versib. 9. sequentis capitis. Sunt autem in deprecatione primùm querimonia, hoc versu; deinde confessio peccati vers. 20. ut sup. vers. 7. postremò deprecatio ipsa propter gloriam Dei, duobus ultimis. – *Fastidit*] ex lege Levit. 26.11. *Exspectando pacem*] ut suprà 8.15. 21 *Solium gloriæ tuæ*] id est, Judæam, qua regnum Dei tum continebatur, synecdochicè. 22 *Vanitates*] id est, idola, quæ Judæi a gentibus colenda receperant, de quibus suprà 10. 2. ut Deut. 32.21. *Nonne tu*] ut Psal. 147. 8. & Hosche. 2.21. & Zecarjæ 10.1.

In Caput XV.

1 *Sed dixit*] Hoc responsum confirmat sententiam antè latam per concessionem, vers. 1. & categoricam denuntiationem, vers. 2. quæ sequentibus exornatur. *Si instaret Mosche*] hypothetica enuntiatio per conditionem imposibilem, quasi dicat, si duo isti viventes in medio istius populi essent, nihil efficerent apud me: ut Jechezk. 14.13. *Emitte*] id est, prophetando denuntia ipsos a me repudiatos & rejectos esse. 3 *Præficiam*] exornatio præcedentis decreti, duobus versib. quod deinde amplificatur per contestationem, vers. 5. & 6. & denuntiationem summæ calamitatis promiscuè omnes pervasuræ. 4 *Tradam*] ex lege Deut. 28.25. *Quæ fecit*] id est, quæ ut reciperentur & observarentur in Judæa autor fuit Menasche. 5 *Ad interrogandum te*] id est, salutandum te vel unico verbo: gradatio elegantissima. 6 *Pœnitendo*] ut Genes. 6.6. 7 *Ventilabo*] ut Levit. 26.33. *In portis*] id est, in omnibus terminis, synecdochicè. 8 *Matres &*] ut Genes. 32.11. *Terroribus*] id est, terrificentissimè. 9 *Quæ pariebat*] id est, fœcunda mulier & valentissima, multorũ futura mater: numerus certus pro incerto. *Occidet sol*] id est, momento mutabitur clarissima quæq; & illustrissima gloria in calamitates tenebrosissimas: sic enim lucem & tenebras a Prophetis accipi sæpè docuimus. 10 *Hei mihi*] quinta pars, lugubris expostulatio Prophetæ de difficultatibus administrationis suæ, hoc vers. de quibus ipsum consolatur & confirmat Deus, quatuor seq. *Non dedi mutuum*] id est, hæsi quàm simplicissimè functioni meæ, nihil prætereà egi cum istis hominibus; ab omni occasione litis quæ humanitus moveri potuisset, supersedi prudens: quod synecdochicè designatur hîc mutui contractus nomine. 11 *Ait Jehova*] responsum Dei primùm confirmat Prophetam adversus inimicos omnes internos & externos, hoc & seq. vers. deinde prophetiam adversus Judæos, duobus alteris. *An non*] id est, isti qui residuum a se superstes fore putant, te verò exstinctum iri interminantur, peribunt ipsi a Chaldæis; tu autem residuus eris, & beneficia ab illis accipies: ut narratur infrà 40. nam (inquit Deus) ego sum intercessurus, ut defendam te ab hoc populo qui inimicus est tibi, & gratiosum te apud Chaldæos reddam. 12 *An ferrum*] confirmatio præcedentis promissionis per comparationem: sunt isti ferrei (inquit Deus) sed ego qui intervenio pro te, sum tibi murus chalybeus: non est quod metuas ut frangaris ab istis hominibus. *Ferrum Aquil.*] id est, chalybem, ut sequens epexegesis docet: nam Chalybes populi sunt in Ponto ad Aquilonem siti, a quibus chalybs appellationem habet teste Virgilio lib. 2. Georg. & Strabone lib. 12. Geographic. 13 *Absq; pretio*] ut Psal. 44.13. 15 *Tu nosti*] ultima pars, oratio; qua Propheta Deo se, suam fidem, & administrationem probans totum committit ipsi ad servandum ipsum, & adversarios judicandos, quatuor versib. cui Deus spondet vicissim omnia salutaria, tribus ultimis. *Ne intercipito*] sed servato in functione mea: eclipsis contrarii; ut Genes. 18.18. 16 *Cùm adfuerunt*] exornatio præcedentis propositionis, qua Propheta primùm fidem suam, obedientiam, & studium (de quo dixerat, tu nosti, præcedente vers.) exponit duobus versib. deinde curari & servari petit suo & piorum nomine, vers. 18. 17 *Indignatione*] adversus populum hunc in peccatis obfirmatum & rejectum a te: quamobrem se solitarium sedisse ait, ut Moschem fecisse legimus Exod. 33. 7. & ipse optavit suprà 9.2. 18 *Similis fallaci*] cùm salutem & curam Ecclesiæ tuæ in te receperis ab æterno. *Aquis insta.*] id est, torrentibus, qui momento coorti momento evanescunt: ut depinguntur Ijobi 6.15. & sequentib. Nam contrà Deus fons appellatur salutis Ecclesiæ, Jeschahh. 12.3. 19 *Idcirco*] responsum Dei probantis officiũ Jirmejæ, hoc vers. & confirmantis ab omnibus adversis, duobus seq. *Converteris prout*] id est, adhibes te ad ea quę impero tibi, synecdochicè. *Coram me stas*] id est, ministras mihi, ut interpretatur Mosche Deut. 10.8. *Educis*] id est, prophetando discernis quicquid bonum est a malo, & incorruptè ac sine acceptione personarum verum doces, & fallum abdicas, tanquam si ego ipse loquerer. *Revertri*] nimirum si vellent servari; quod planè negligunt persistantes in obfirmatione sua. *Non autem tu*] Pseudoprophetarum exemplo videlicet, qui ad illos reverturtur averſi a me, & sua dicta illorum studiis accommodant: ut suprà 14.14. & Micæ 2.11. 20 *Ideò*] nempe quia non revertuntur ad te, sed opponunt se ipsos tibi.

CAPUT XVI.

Deus per Prophetam graviſsimas calamitates populo denuntiaturus, typicè conjugio, liberorum procreatione, luctu, conviviiſq; interdicit: deinde Iudæorum peccata conteſtatus & ſententia lata, pios promiſſa redintegratione Eccleſiæ ex Iudæorum reliquiis & gentibus conſolatur: omnia confirmat a juſtitia, ſcientiaq; infinita, & præſentia ſua in Eccleſia: quamobrē Propheta oratione ad Deum converſa petit judicia ipſius effici, ſe a Deo curari, & veritatem prophetiarum ſuarum re ipſa aſſeri: ac poſtremò accepto Dei mandato ſummatim fœdus cum populo jam olim initum, promiſsiones, minaſq; repetit.

1 ″ET fuit verbum Jehovæ ad me, edicendo,

2 ″Ne [a] ducito tibi uxorem, neque ſunto tibi filii aut filiæ in loco iſto.

a Heb. accipito.

3 Nam ſic ait Jehova de filiis & de filiabus natis in loco iſto; & de matribus ipſorum quę pepererint ipſos, & de patribus ipſorum qui genuerint ipſos in terra iſta:

b Heb. ægritudinum.

4 Mortibus [b] ægerrimis morituri ſunt, non plangentur, neque ſepelientur, pro fimo in ſuperficie terræ erunt: & gladio ac fame deficient, eritq; cadaver eorum cibo volatilibus cœli & beſtiis terræ.

5 ″Quin ſic ait Jehova, ne ingreditor in domum deſignatoris, neque ito ad plangendum, neque condoleto eis: nam ″recepi pacem meam a populo iſto, dictum Jehovæ, benignitatem & miſerationes.

6 Cùm mortui fuerint magni & parvi in terra iſta, ″non ſepelientur, neque plangent eos; [c] ″neque cæſuram ſibi, neque calvitium inducet ſibi pro illis *quiſquam*:

c Heb. nec cędetur, neque calvabitur ipſis: imperſonaliter.

7 Neque impartientur *cibum* illis in luctu ad conſolandum ullum de mortuo; neque bibendum dabunt eis ex poculo conſolationum de patre ullius & de matre ullius eorum.

8 Denique in domum ″convivii ne ingreditor, ut aſſideas eis ad comedendum & ad bibendum:

9 Nam ſic ait Jehova exercituũ Deus Jiſraëlis; ecce ego facturus ſum ut ceſſet a loco iſto ante oculos veſtros & diebus veſtris, ″vox gaudii & vox lætitiæ, vox ſponſi & vox ſponſæ.

Suprà 5. 19.

10 ″Eſto autem cùm indicaveris populo iſti omnia verba hæc; ſi dixerint ad te propter quid elocutus eſt Jehova contra nos totum malum maximum iſtud? & quæ eſt iniquitas noſtra, aut quod peccatum noſtrum quo peccavimus Jehovæ Deo noſtro?

11 Ut dicas ad eos, eò quòd dereliquerunt majores veſtri me, dictum Jehovæ, & [d] ſecuti deos alienos coluerunt eos & incurvaverunt ſe eis: me autem dereliquerunt, & legem meam non obſervarunt:

d Heb. abeuntes poſt.

12 Vos verò [e] pejus feciſtis quàm majores veſtri; nam ecce [f] ſequimini quiſq; ſententiam animi ſui peſſimi non auſcultando mihi:

e Heb. malè egiſtis faciendo præ majoribus. *f Hebr.* itis poſt aſpectum cordis veſtri.

13 Propterea ejiciam vos e terra iſta in terram quam ignoraſtis vos & majores veſtri, & coletis ibi Deos alienos interdiu & noctu: ″quamdiu non dedero vobis gratiam.

Infrà 23. 7. & 8.

14 ″Idcircò ecce dies venturi ſunt, dictum Jehovæ: quibus ″non dicetur am-

tur amplius, vivit Jehova qui evexit Jisraëlitas e terra Ægypti:
15 Sed, vivit Jehova, qui evexit Jisraëlitas e terra Aquilonis & ex omnibus regionibus quò depulerat eos: postquam reduxero eos in terram suam quam dederam majoribus ipsorum.
16 "Ecce ego missurus sum ad "piscatores multos, dictum Jehovæ, ut piscentur eos; & postmodùm missurus sum ad multos "venatores, ut venentur eos ex omni monte, & ex omni colle, etiam ex projecturis petrarum:
17 Quia oculi mei *advertunt* ad omnes vias eorum, non sunt absconditæ a facie mea; neque est abdita iniquitas eorum ex adverso oculorum meorum.
18 Et rependam "priùs "duplum iniquitatis eorum & peccati eorum; eò quòd prophanaverint terram meam "cadaveribus rerum detestabilium suarum, & "abominationibus suis impleverint possessionem meam.
19 "Jehova robur "meum & munitio mea, perfugiumq; meum in die angustiæ: ad te gentes "venient e finibus terræ ac dicent, utique "falsum possidebant majores nostri, vanitatem & [g]inutilia.
20 An facturus esset sibi homo deos? atqui isti "non *sunt* dii.
21 "Idcircò ecce ego faciens ut experiantur "illi vice hac, demonstrabo "his manum meam & potentiam meam; ut cognoscant nomen meum esse Jehovam.

[g] *Heb.* in quibus nihil utile.

Caput XVII.

1 "Peccatum Jehudæ scriptum est "stylo ferri, & [a]scalpro lapidis perdiuturni; "exaratum in tabula cordis
2 eorum, ad cornua "altarium vestrorum:
"Cùm recordentur filii illorum altarium suorum, & lucorum suorum; ad arbores virentes, ad colles altissimos.
3 "Montem meum cum "ipso agro, copias tuas, omnes thesauros tuos direptioni exponam; *propter* excelsa tua, propter peccatum in omnibus terminis tuis: Sup. 15. 13.
4 Ita "intermissionem facies tu, & *qui sunt* apud te a possessione tua quam dederam tibi, faciamque ut servias inimicis tuis in terra quam ignoras: nam ignem accendistis in ira mea, *qui* usque "in seculum inflammabitur.
5 "Sic ait Jehova, maledictus vir ille qui fiduciam habet in homine, & statuit "carnem brachium suum; a Jehova autem recedit [b]animus ejus.
6 Erit enim similis "nudatissimæ *arbori* in loco campestri, quæ non [c]sentit cùm advenit "bonum; quæ [d]sita est *in* siccissimis *locis* in deserto, terra "salsuginosa & inhabitabili.
7 Benedictus vir ille qui fiduciam habet in Jehova, & cujus confidentia *est* Jehova.

[a] *Heb.* ungula, sive ungue.
[b] *Heb.* cor.
[c] *Heb.* videt: sic vers. 8.
[d] *Heb.* habitat. Psal. 1. 1.

8 Nam erit ſimilis arbori plantatæ ſecundum aquas & ſecundũ prõ-
ceſſum aquarũ mittenti radices ſuas, quæ non ſentit cùm advenit æſtus,
ſed ſunt folia ejus virentia: & anno ″cohibitionis non eſt ″ſollicita, neq;
deſinit quin faciat fructum.

9 ″Fraudulentum ″cor ipſum ſupra omnia, & mortiferum eſt; quis
cognoſcat ipſum?

Pſal.7.10. 10 Ego Jehova ſcrutator cordis, probator renum; idq; ut dem cuiq;
ſecundum vias ſuas, ſecundum fructum actionum ſuarum.

e Heb. parit. 11 ″*Ut* perdix colligit ova ſed non ᵉexcludit, ita comparans divitias
f Heb. & in fine ſuo. ſed injuria; ″mediis diebus ſuis derelinquet eas, ᶠ& tandem erit ſtultus.

12 ″Solium gloriæ, *ſolium* excelſi inde a principio; *eſt* locus ſanctuarii
″noſtri.

13 ″O exſpectatio Jiſraëlis Jehova, omnes derelinquentes te erubeſcãt:
″caſtigationes meæ in hac terra ″conſcribantur, quia dereliquerunt
″ſcaturiginem aquarum perennium Jehovam.

14 ″Sana me Jehova & ″ſanabor, ſerva me & ſervabor; quia ″laus
mea es.

15 Ecce iſti ″dicunt ad me, ubi *eſt* verbum Jehovæ? eveniat jam:

g Heb. poſt te. 16 Atqui ego ″non urſi ne *eſſem* paſtor ᵍobſequens tibi, & diem mor-
tiferum non concupivi, tu noſti: quod prodiit ex labiis meis, coram fa-
cie tua eſt.

17 Ne ſis mihi ″terrori, ″receptus meus es in die mali.

18 Erubeſcant qui perſequuntur me, ne autem erubeſcam ego; terre-
antur ipſi, ne autem terrear ego: adduc contra eos diem mali, & *h* ″dupla
h Heb. duplo contritionis. contritione frange eos.

i Heb. filiorum populi. 19 ″Sic edixit Jehova mihi, abi ut conſiſtas in porta ⁱpopularium iſto-
rum, per quam ingrediuntur reges Jehudæ, & per quam egrediuntur:
atque in omnibus portis Jeruſchalaimorum:

20 Et dicito ad eos, audite verbum Jehovæ Reges Jehudæ, omneſq;
Jehudæi; & omnes habitatores Jeruſchalaimorum, qui ingredimini per
portas iſtas.

k Hebr. animabus veſtris. 21 Sic ait Jehova, cavete ᵏvobis ipſis: & ″ne portetis onera die ſabba-
thi, aut inferatis *ea* in portas Jeruſchalaimorum:

22 Neque educatis onera e domibus veſtris die ſabbathi, neque ul-
Exod. 20.8. & 23.12. & 31.13. lum opus faciatis: ſed ſanctificate diem ſabbathi quemadmodum præ-
ceperam majoribus veſtris:

23 Qui non auſcultarunt, neq; inclinarunt aurem ſuam; ſed obdura-
runt cervicem ſuam, non auſcultando neq; accipiendo eruditionem.

l Heb. auſcultando. 24 Erit enim ſi ˡomnino auſcultaveritis mihi, dictum Jehovæ, non
inferendo onera in portas civitatis hujus die ſabbathi: & ſanctificando
diem ſabbathi, ne faciatis in eo ullum opus;

25 ″Ut ingrediantur per portas civitatis hujus Reges ac Principes ſe-
dentes ſuper ſolium Davidis, vecti curribus & equis, ipſi, & Principes
eorum,

corum, viri Jehudæ, & habitatores Jeruſchalaimorum: [m] conſiſtatq́; [m] civitas hæc in ſeculum:

26 Et veniant ex civitatibus Jehudæ, & ex locis circum Jeruſchalaima, tum e terra Binjaminis, [n] tum ex loco humili, & ex ipſo monte, atq; ex Auſtrali plaga afferentes holocauſtum & ſacrificium munuſq; cum thure: & adducentes [n] euchariſtica in domum Jehovæ.

27 Quòd ſi non auſcultaveritis mihi ut ſanctificetis diem ſabbathi, & non portetis onus ingrediendo in portas Jeruſchalaimorum die ſabbathi; utiq; accendam ignem [n] in portis ipſius, qui conſumet palatia Jeruſchalaimorum, & non exſtinguetur.

[m] *Heb.* conſideat.

[n] *Heb.* grātiarum actionē: ſynecdochicè.

ANNOTATIO IN CAPVT XVI.

[a] *Et fuit*] Hujus concionis, quæ eodē argumento eſt cū præcedentibus ſummæ partes ſunt quatuor præter inſcriptionem verſ. 1. prima eſt propoſitio judiciorum Dei cum typo triplice, uſque ad verſ. 10. ſecunda eſt conteſtatio Judæorum de peccatis ipſorum, inſerta piorum conſolatione de inſtauranda Eccleſia, & judicii denuntiatione, uſque ad verſ. 5. capitis 17. tertia eſt confirmatio propoſitionum præcedentium, uſque ad verſum 19. poſtrema eſt concluſio a brevi repetitione fœderis, promiſſionumq́, & minarum comprehenſarum fœdere. 2 *Ne ducito*] hujus propoſitionis typi & partes ſunt tres: primus typus venturas calamitates exponit, tribus verſib. ſecundus & tertius gravitatem earum amplificant, nimirum nullum fore conſolationis locum, a verſ. 5. ad 8. & nullam planè lætitiam, verſ. 8. & 9. 5 *Quin*] alter typus & pars propoſitionis, ut modò diximus: in quo Propheta gradatim funebres cerimonias & ordine perſequitur: prima eſt, ut qui in luctu ſunt, antequàm efferatur funus, a deſignatoribus ſive magiſtris funebrium ceremoniarum informentur de cultu, amictu, ritu, ordine, & cæteris rebus ad compoſitum luctum pertinentibus, quos homines Tullius & Seneca deſignatores vocant; ſecunda eſt proſecutio funeris: tertia eſt lugentium conſolatio elato funere: quas partes Propheta perſequitur, verſib. ſeq. *Recepi*] id eſt, ſubtraxi & ademi. 6 *Non ſepelient.*] id eſt, nulla adhibebuntur deſignatorum documenta, tumultuariè fient omnia. *Neq; cæſur.*] quam gentibus acceptam Judæi obſervabant, contra legem, Levit. 19. & Deut. 14. 7 *Neq; impart.*] id eſt, comites qui funus proſecuti fuerint, non conficient ſilicernium, id eſt, cænam qua veteres funus exſecuti utebantur ad conſolandos proximos & neceſſarios mortui: ſic Jechezk. 24. 17. & ſeq. 8 *Convivii*] videlicet ullius quod celebretur hilariter & feſtivè inter populares. 9 *Vox gaudii*] ut ſuprà 7. 34. 10 *Eſto autem*] ſecunda pars concionis (ut diximus in verſum 1.) qua Deus per Prophetam primùm Judæos conteſtatur & ſententiam fert exilii, quatuor verſib. deinde bonos promiſſionibus inſtaurandæ Eccleſiæ erigit, verſ. 14. & 15. ac poſtremò ſingulas hujus conteſtationis & promiſſionis partes exornat, ſequentibus. 13 *Quamdiu*] id eſt, toto tempore quo vos decrevi exulare, neque vobis conciliare gratiam apud dominos veſtros: ut factum eſt temporibus Cyri. Sunt autem hæc verba μεταβατικὰ ad ſequentem promiſſionem. 14 *Idcircò*] nimirum quia tempus ſimiliter conſtitui quo gratiam ineatis apud Regem Cyrum, qui dominabitur vobis. *Non dicetur*] id eſt, majus erit poſterius beneficium priore, ac proinde prioris recordationem obſcurabit. Nam beneficium hoc non ſimpliciter ad tempus reverſionis Cyro regnante pertinet; ſed ad totum illud tempus quod reverſionem eſt conſecutum, uſque in adventum Chriſti: ut perſtringit verſus ſequens, & copioſiùs explicant tres verſus ultimi, hoc capite. 16 *Ecce*] exornatio, ut diximus in verſum 10. primùm judicii efficiendi in Judæis quod verſ. 13. Deus denuntiaverat, comprehenſa tribus verſibus; deinde promiſſæ inſtaurationis, tribus alteris; ac poſtremò conteſtationis qua Deus ad ſeveram ſententiam ferendam adducitur, verſibus quatuor cap. ſequentis. *Piſcatores*] id eſt, Ægyptios verſantes in aquis & piſcationi deditos: ut narrat Jeſchahhja 19. nam Parhho Neco interfecit Joſchijam, Joachazum vinctum abduxit, & regioni impoſuit mulctam præficiens Jehojakimum, 2. Reg. 23. 29. & ſeq. *Venatores*] Chaldæos ſive Babylonios, inde a temporibus Nimrodi celebres ab iſto venationis genere, id eſt, latrones maximos; vide Geneſ. 10. 8. & 9. complementum verò 2. Reg. 24. & 25. & infrà ultimo. 18 *Priùs*] videlicet quàm dies illi veniant qui fuerunt promiſſi, verſ. 14. & 15. *Duplum iniquit.*] id eſt, pœnarum abundè: ut Jeſchahh. 40. 2. *Cadaveribus*] id eſt, humanis ſacrificiis, quibus ſe litare abominandis ſuis idolis exiſtimabant: ut infrà 19. & Jechezk. 16. *Abominationibus*] id eſt, idolis abominandis. 19 *Jehova*] apoſtrophe ad Deum, qua tranſit Propheta ad ſecundum exornationis locum de promiſſionibus magnificis reſtituendæ Eccleſiæ, tum ex piis Judæorum reliquiis, de quibus ſuprà verſ. 15. tum ex Gentibus ad Deum converſis per illuſtrationem Evangelii gloriæ Chriſti. *Meum*] & ſanctarum videlicet reliquiarum, quas ad ſalutem prædeſtinaveris ex populo meo. *Venient*] fide & reſipiſcentia. *Falſum*] confeſſio Gentium, quam confirmant ſeq. verſu, de vanitate idololatriæ. 20 *Non ſunt dii*] re ipſa videlicet, etſi opinione ſunt: ſuprà 10. 3. 21 *Idcircò*] nimirum ut Gentes cum Judæorum reliquiis vocentur ad participationē gloriæ Dei. *Illi*] Judæi, exſecutione ſententiæ meæ. *Hii*] gentibus convocandis ad fidem Evangelii.

In Caput XVII.

[x] *Peccatum*] Tertia pars exornationis de peccato Judæorum, duobus verſib. & ſententia contra eos lata, duobus alteris, ut fuerant propoſita ſuprà 16. 11. & ſequentib. ſenſus eſt, peccatum adeò tenaciter hærere animis Judæorum, adeò firmè impreſſum eſſe, & ipſos adeò obduratos, ut deſperetur de ipſorum reſipiſcentia. *Stylo ferri*] id eſt, fortiſſimo, qualem eſſe oportet quo ferrum inciditur. *Lapidis p.*] id eſt, ſcalpro valentiſſimo, quali opus eſt ad ſcalpendos lapides firmiſſimos, qui in æternitatem ſervantur, neque gelicidiorum tempeſtate, neq; tactu ignis, neq; aſperginibus, neque alia ulla ratione facilè corrumpuntur: cujus generis Statonienſes lapides eſſe narrant Vitruvius lib. 2. de architectura cap. 7. & Plinius lib. 36. natur. hiſt. cap. 22. Nam ab hac firma & ſolida natura iſtius lapidis orta eſt Hhebræa appellatio, quaſi lapidem ſervabilem dicas: quod pleroſque interpretes adduxit ut exponerent adamas. *Exaratum*] id eſt, ita impreſſum ut intimè hæreat, & foris ſit expoſitum, privatè & palàm. *Altarium veſtror.*] apo-

ſtrophe ad Judæos, idololatriam indigniſſimam exprobrans. 2 *Cùm record.*]confirmatio præcedentis dicti de obfirmatione Judæorum, ab ipſa puerorum teſtificatione; qui patentum idololatriam imbibentes nunquam Jehovæ, ſed idolorum ſemper recordantur: ut ſuprà 7.18. 3 *Montem meum*]Tzijonem, ubi erat templum, de quo ſup. 7. *Ipſo agro*]id eſt, Judæa tota. 4 *Intermiſſionem f.*]id eſt, ad tempus exulabis, & terra habebit intermiſſionem ab *Infrà* tuiſque omnibus: alluſio ad legem Exod. 23. 11. Deut. 16. ex interminatione quæ eſt Levit. 26. 34. & ſeq. 5 *Sæculum*]id eſt, longum tempus, ut Exod. 21. 6. fuit enim ſpatium annorum ſeptuaginta, infrà 25. 11. & 29. 10. *Continet autem*]tertia pars, confirmatio præcedentium propoſitionum de improborum caſu & bonorum ſalute. Continet autem hæc confirmatio membra duo: primum eſt propoſitio juſtitiæ Dei in omnes, verſibus quatuor; ſecundum, exornatio, quatuor alteris; tertium eſt optatum Prophetæ pro ſalute Eccleſiæ & ſua, verſ. 13. & 5. ſequentib. Juſtitiæ autem divinæ argumenta ſunt duo; unum contra improbos, hoc & ſeq. verſu; alterum erga bonos, verſ. 7. & 8. præſuperiore capite poſita fuerant in conteſtatione. *Carnem*]vide Jeſchahh. 31. 1. & ſeq. 6 *Nudatiſſima*]vide Pſal. 102. 18. Hoc autem de arbore accipiendum eſſe tùm adjuncta oſtendunt, tum antitheſis verſ. 8. *Bonum*]id eſt, imbrem, aut aliud aliquid tempeſtivum plantis & commodum. *Salſuginoſa*]id eſt, infructuoſa: ut oſtendit antiquitas Pſal. 107. 44. 8 *Cohibitionis*]id eſt, quo cohibentur tempeſtates fructibus accommodæ, ſive imbres, ſive æſtus, ſive aliud impedimentum, tanquam vindemians intempeſtivè proventuros fructus. *Sollicita*]metaphoricè, ad ſignificandam fidei in viro bono πληροφορίαν. 9 *Fraudulentum*]ſecundum membrum, ut diximus in verſum 5. quo tacitè occupatur objectio: atqui unde futura eſſet iſta adminiſtratio, ut bonis bene ſit, & malis malè: cùm hominis improbi animus ita ſit multiplex, ut a nemine perveſtigari poſſit; bonorũ verò exſpectatio nuſquam appareat reſpondet Propheta, & improborum animos quantumvis tortuoſos novit & corrigit Deus, tribus verſib. & bonis certiſſimè proſpicit, verſ. 12. unde ſequitur precatio Prophetæ ad Deum, 6. verſib. *Cor ipſum*]videlicet hominis; cùm neque aliis notum eſſe poſſit, neque ipſum ſibi: adeò malitia, infirmitatibus uſque abundat, & ignoratione: perſtringit autem Judæos qui fraudibus putabant Deum & Prophetas ejus a ſe ludificatum iri, cùm in idololatria pergerent, & Prophetis molirentur mortem. 11 *Ut perdix*]ſenſus eſt, quemadmodum perdicem videmus ova multa collecta ponere, ut ea foveat & excludat ſimul; perſæpè tamen accidere ut aut ipſa intercipiatur ab aucupe, aut ova frangantur à mare pruriente, aut a cucullo, denique aliqua ratione impediatur ne collecta ova per juſtum tempus foveret; ſic fit ut excludantur pulli: ſic etiam accidit iniquis providentia Dei, ut dementes homines congeſtis ſuis theſauris ſortientur tempeſtivè, & rebus partis abuti non poſſint pro exſpectatione ſua. *Mediis d.*]ut Pſal. 102. 25. 12 *Solium gloriæ*]altera pars reſponſionis, unde fit bene bonis: nimirum a Deo Rege glorioſo, excelſo, ſempiterno, & loco in Eccleſia verſante, boniſque adſtante. *Noſtri*]id eſt, piorum, ex quibus conſtituitur Eccleſia. 13 *Oblectatio*]oratio brevis Prophetæ ſumpta occaſione ex præcedente verſu; qua Deum precatur ut inimicos ſuos perdendo gloriæ ſuæ conſulat, & Prophetæ ſuo; quæ duo prolepticè hoc verſ. poſita inſequentibus copioſiùs exponuntur. *Caſtigationes meæ*]id eſt, conciones quaſcunque habui ad caſtigandum & reducendum populum hunc. 14 *Cunctentur*]id eſt, hîc te præſente, & coram illis a te velut judice in acta referantur. *Scaturiginem*]ut ſuprà 2. 13. *Sana me*]prior poſtulati locus ſpectans ad ſecundum membrũ prolepſeos præcedentis verſ. per ὑστέρησιν Hîc habes frequentiſſimam. Petit enim Propheta ſibi a Deo proſpici, verſib. quatuor; deinde retundi adverſarios, verſ. 18. Perfectionis autem quam facit pro ſe ipſo, membra ſunt duo: unum, ut Deus ipſum magis ac magis ſanctificet, & conformet ad gloriam ſuam, hoc verſu; alterum, ut Deus teſtimonium perhibeat functioni ipſius adverſus refractarios illuſores Dei, tribus ſeq. *Sanabor*]videlicet amplius: prout fideles omnes dum in hac vita verſantur, laborant ex infirmitatibus, & Dei beneficio ab eis exoptant liberari, quod figuratur Joan. 13. 10. *Laus mea*]id eſt, certa ducia glorior de te apud omnes adverſarios; ac proinde me hærere in meis infirmitatibus, futurum eſſet tibi ingentium. 15 *Dicunt*]ut apud Jeſchahh. 5. 18. & 19. 16 *Non urſi*]defenſio Prophetæ adverſus ludificationes contumacium, a vocatione Dei & functione ſua: quicquid mihi exprobrent (ait Propheta) tu laus mea & vindex meus es: nam primùm vocatio mea eſt a te, cui ego malui obſequi quàm ſubterfugiendo officium vitam mihi experetam vocatione liberam; quæ quidem vita mihi futura fuiſſet mortifera, ut tu fueras interminatus ſuprà 1. 17. & antea Jonæ exemplo oſtenderas: deinde functio mea, fideſque & diligentia quam ad functionem adhibui, tibi ſunt perſpectiſſimæ: denique tùm in vocatione, tùm in functione explorata eſt tibi conſcientia mea. 17 *Terrors*]quem interminatus fueras ſubterfugienti vocationem tuam, ſuprà ibidem. *Receptus meus*]ex promiſſione, ſuprà 1. 8. & 19. & 15. 20. 17 *Dupla contr.*]ut ſuprà 16. 18. 19 *Sic edixit*]ultima pars, concluſio a ſumma repetitione ſecundum, uſque ad verſum 24. deinde conjunctarum promiſſionum, minarumque, inde ad finem. 21 *Neporretur*]id eſt, ne violetis cultum Dei, cujus documenta & exercitamenta proponebantur ſabbathis, ſynecdoche: ut Jeſchahh. 56. 2. Nam eo die commodiùs ſibi ſuis rebus incumbere videbantur: ut Nechem. 13. 15. & ſeq. 25 *Ut ingrediantur*]id eſt, ut regnum totum permaneat florentiſſimum. 26 *Tum ex loco*]id eſt, ex ſingulis partibus ad tribum Jehudæ pertinentibus: nam ita diſtribuitur ſors Jehudæ, Jehoſch. 15. 27 *In portis*]id eſt, in toto termino, ſynecdochicè.

Caput XVIII.

Deus typo & ſermone per Iirmejam Iudæis ſuum jus & facultatem in ipſos exponit; & ad reſipiſcentiam hortatus conteſtatur ipſos impietatis nomine, judicium q; venturum denunciat: poſtremò Propheta impium contra ſe conſilium exponens, Dei fidem implorat ad defenſionem ſui, & pœnam adverſariorum.

1 Verbum quod fuit ad Jirmejam a Jehova, edicendo.
2 Surge, & deſcendito in domum figuli; & ibi faciam
ut audias verba mea.
3 Deſcendi itaq; in domum figuli, ubi ecce is faciebat opus in ſuis ſellis.
4 Cumq; corrumperetur vas illud quod ipſe faciebat ex argilla, in manu figuli; iterum fecit ex ea vas alterum, quemad-

a Heb. reverſus eſt & fecit.

modum

modum rectum visum est in oculis ipsius figuli facere.
5 Tum fuit verbum Jehovæ ad me, dicendo;
6 "An sicut figulus iste non possem facere vobis, ô domus Jisraëlis? dictũ Jehovæ: ecce ut argilla in manu figuli, ita vos estis in manu mea, ô domus Jisraëlis.
7 "Cùm eloquar contra gentem & contra regnum, me convulsurũ & demoliturum & perditurum momento:
8 Conversa gente illa a malo suo contra quam locutus fuero, "pœnitebit quoq; me ejus mali quod cogitaveram facere ei.
9 E contrario cùm loquar de Gente & regno, me ædificaturum & plantaturum momento:
10 Si fecerit quod malum *videtur* in oculis meis non auscultando voci meæ; vicissim pœnitebit me illius boni quo dixero me benefacturum ei.
11 Nunc itaque alloquere jam viros Jehudæ & habitatores Jeruschalaimorum, dicendo; sic ait Jehova, ecce ego "fingo contra vos malum, & cogito contra vos cogitationem: revertimini jam quisque a via sua pessima, & bonas efficite vias vestras, actionesq; vestras. Suprà 7.3.
12 "Dicunt autem, animum abjicimus *revertendi*: sed [b] cogitationes nostras sequamur, & quisque ex sententia animi sui pessimi faciamus. *b Heb.* post cogitationes nostras eamus, & quisque aspectũ cordis sui, &c.
13 "Idcircò sic ait Jehova, interrogate jam inter gentes "quis audierit talia: rem fœdam valde fecit virgo Jisraëlis. Suprà 2. 10.
14 "An derelicturus esset *viator* præ rupe agrum? *præ* [c] nivoso Libano? an desererentur aquæ *præ* [d] insolenter frigidis fluentes? *c Heb.* nive Libani: hypallage. *d Heb.* extraneis frigidis: sic accipitur vox extranei Jetchah. 28.21.
15 Nam obliti sunt "mei populus meus, vanitati adolent: & "faciunt ut impingant inter se in viis suis, "a semitis "perpetuis, "eundo itineribus *multis*, via non aggesta: *e Heb.* seculi: sic vers. seq. Infrà 19. & 25.9.
16 Ut exponam terram eorum desolationi, sibilis perpetuis: quisquis transiturus est per eam obstupescat, & "agitet caput suum,
17 *Velut* [f] Euro dispergam illos coram inimico; "cervice, non autem facie *obversa* respiciam eos tempore calamitatis ipsorum. *f Heb.* vento Orientali: ut Exo. 14. 21.
18 "Præterea dicunt, [g] agite, cogitemus contra Jirmejam cogitationes; "nam non est peritura lex a Sacerdote, & consilium a sapiente, & verbum a Propheta: agite, percutiamus eum "propter istam linguam, & "ne attendamus ad ulla verba ejus. *g Heb.* venite, bis hoc vers.
19 "Attende Jehova ad me, & audi vocem contendentium mecum.
20 "An rependendum est pro bono malũ, quòd fodiunt fossam [h] mihi? recordare me stetisse coram te, ut loquerer pro eis bonum, ad avertendum æstum tuum ab eis. *h Hebr.* animæ meæ.
21 "Idcircò expone filios eorum fami, & fac ut diffluant [i] per gladium, sintq; uxores eorum orbæ ac viduæ, & viri eorum [k] interfectione moriantur: juvenes eorum percutiantur gladio in prælio. *i Hebr.* per manus gladii: κατὰχρησις. *k Heb.* sint interfecti mortis.
22 Audiatur clamor e domibus eorum, cùm adduxeris contra eos

turmam repentè: quia foderunt fossam ad capiendum me, & laqueos occultarunt pedibus meis.

23 Nam tu Jehova, nosti totum consilium eorum contra me ad mortem; ne expiato iniquitatem eorum, & peccatum eorum a conspectu tuo ne deleto: sed [l] propellantur in offendiculum coram te, tempore iræ tuæ age contra eos.

[l] Hebr. sint propulsi.

ANNOTATIO.

1 *Verbum*] Hujus concionis præter inscriptionem versus 1. tres sunt in universum partes: prima est propositio omnipotentiæ Dei Judæos gubernantis, coërcentis, & justo judicio perdituræ, usque ad versum 12. secunda est contestatio ipsorum contumaciæ, usque ad versum 18. tertia est Prophetæ oratio propter nefariam illorum contra ipsum conspirationem, & Dei gloriam. Propositionis partes sunt, typus, usque ad vers. 5. & anagoge typi, usq; ad 12. 3 *Sellis*] figulatibus. 6 *An sicut*] anagoge, sive summa accommodatio typi: quæ deinde exornatur per thesin, versib. quatuor; & accommodatur hypothesi, vers. 11. 7 *Cùm eloquar*] ἐμπλοκὴν verborum perspicuitatis causa, hîc & vers. 9. mutavimus. 8 *Pænitebit*] ut Genes. 6. 6. De hoc autem argumento vide Jechezk. 3. & 33. 11 *Fingo*] videlicet ut argillam figulus: alludit enim ad præcedentem typum. 12 *Dicunt autem*] transitio ad secundam partem, de qua in versum 1. per narrationem Judæorum pervicaciæ Deo rebellantium & inter se animos contumaces confirmantium. 13 *Idcircò*] contestatio similis ei quæ habetur suprà 2. qua Propheta Judæorum improbitatem primùm evincit exemplo gentium, hoc versu: & duabus similitudinibus, vers. 14. & 15. deinde judicium eventurum confirmat, vers. 16. & 17. *Quis audierit*] nedum fecerit: emphasis, ut 1. Corinth. 5. 1. 14 *An derelinquetur*] sensus est; nullus est viator tam demens, qui asperum iter aut saxosum nivosumque anteponat plano & facili: neque est homo qui aquas salubres postponat illis quæ aut nimio gelu, aut nimia frigiditate sua sunt periculosæ. Hunc versum sic accipiendum demonstrat ἀπόδοσις sequentis vers. similia hæc duo per ὑστέρωσιν explicans. 15 *Me*] qui sum scaturigo aquarum perennium, suprà 2. 13. & 17. 13. *Faciunt ut imp.*] ut suprà ostendit vers. 12. *A semitis*] id est, itinera plana & trita, quæ Deus proponit, deserentes. *Eundo itin.*] id est, vagando, ut faciunt idololatræ: periphrasis. 16 *Agitet caput*] id est, ludificetur & subsannet, ut 2. Reg. 19. 21. 17 *Cervice non*] id est, non dignabor vos respicere, ut qui misericordiam capiunt solent aspicere; sed aversus a vobis permanebo: humanitus dictum: sic Proverb. 1. 26. 18 *Præterea*] transitio ad tertiam partem, per narrationem improbi & præfracti Judæorum consilii adversus Jirmejam: quæ occasio fuit ut eo ampliùs se ipsum Deo cõmitteret oratione sequente. *Nam non est*] id est, Pseudopropheta est, non possunt quæ iste prophetat evenire omnibus ordinibus quos constituit Deus: Ecclesia penes nos est, non potest Deus Ecclesiam suam & ordines quos in Ecclesia constituit perdere; ut suprà 5. 12. *Propter istam ling.*] id est, quia audacter res importunas, falsas, & odiosas lingua sua effutit, & impudens Pseudopropheta est. *Ne attend.*] id est, nihil accipiamus eorum quæ dicit, ne curemus aut quæcunque prophetat, aut quæcunque ad probationem sui adducturus esset: nam indignus est qui audiatur, jam plus satis auditus est, qui non assentitur nostris ordinibus; sed ab illis condemnatus est. Quamobrem hoc ipso verbo in oratione Jirmeja utitur: non attendunt isti (inquit) tu igitur Jehova attende, &c. 19 *Attende*] hæc oratio duas partes continet; unam, de Prophetæ bono; alteram, de adversariorum suppliciis: quæ duo prolepticè notata hoc vers. sequentibus exponuntur. 20 *An rependi.*] expositio prioris membri prolepseos, qua ostendit Propheta se indignissimè mala ab eis petiisse quibus bene cupiverat feceratque. 21 *Idcircò*] expositio posterioris membri: cujus postulata non ex studio carnis, sed ex testificatione spiritus Dei profecta sunt, qui Prophetam tum de obfirmatissima illorum malitia, tum de judicio irrevocabili fecerat certiorem.

CAPUT XIX.

Deus per Prophetam typo & sermone Iudææ toti cladem & eversionem summam prænuntiat: qua audita Paschchur Iirmejam prehendit, in carcerem trudit, & postridiè injuriæ factæ nomine sententiam de captivitate sua ignominiosa & suorum omnium a Deo per Prophetam accipit: tum Iirmeja ad Deum conversus adducit vocationem suam, expostulat de suis persecutionibus, fidem Dei vocantis implorat in adversarios, fiduciamq; certam præcipiens animo Deum suorum liberatorem & vindicem prædicari jubet.

1 [a] SIC ait Jehova, abi & compara lagenam figuli testaceam; adhibens de senioribus populi, & de seniori-

[a] Heb. & de senioribus.

bus sacerdotum.

2 Deinde progressus in vallem filii Hinnomi, quæ est ad ostium portæ orientalis; proclamato ibi verba illa quæ edixero tibi.

[b] Heb. Iolaxis.

3 Et dicito, audite verbum Jehovæ reges Jehudæ, & habitatores Jeruschalaimorum: sic ait Jehova exercituum Deus Jisraëlis, ecce ego adducturus sum malũ contra locum hunc, quod quisquis audiverit, tinnient aures ejus.

4 Eò

4 "Eò quòd dereliquerunt me,& "alienum reddiderunt locum hunc, adolentes in eo diis alienis quos non noverunt ipsi, majoresque eorum, & Reges Jehudæ; ac impleverunt locum hunc sanguine "innocentum:

5 Et ædificaverunt excelsa Bahhalis ad comburendum filios suos igne,holocausta Bahhali:quod non præceperam, neq; locutus fueram, neq; "venerat in animum mihi:

6 Idcircò,ecce dies venturi sunt, dictum Jehovæ, cùm non vocabitur locus hic amplius "Topheth, aut vallis filii Hinnomi; sed vallis interfectionis.

7 Nam exhauriam consilium Jehudæ & Jeruschalaimorum in "loco hoc,faciens ut corruant gladio coram inimicis suis, & manu quærentium animam ipsorum: tradamq; cadaver eorum cibo volatilibus cœli,& bestiis terræ:

8 Et exponam civitatem hanc desolationi & sibilo: quisquis transibit prope eam,stupebit,& sibilabit propter omnes plagas ejus.

9 Faciamq; ut comedant carnem filiorum suorum, & carnem filiarum suarum, & quisque carnem amici sui comedant; "præ oppressione & præ angustia qua angent eos inimici eorum, & quærentes animam eorum.

10 "Deinde frangito ipsam lagenam, ante oculos illorum hominum qui ituri sunt tecum.

11 Et dicito ad eos,sic ait Jehova exercituum, ita frangam populum hunc & civitatem hanc,ut qui frangit vas figuli, "quod non potest curari amplius: & Tophethi [d]sepelientur, eò quòd nullus supererit locus ad sepeliendum.

12 Ita facturus sum loco isti,dictum Jehovæ,& habitatoribus ejus;& redditurus civitatem istam similem Tophetho.

13 Et erunt domus Jeruschalaimorum, domusque Regum Jehudæ ut locus Tophethi; immundissimæ: omnes domus illæ super quarum tecta adoleverint toti exercitui cœlorum, & libaverint libamina diis alienis.

14 Deinde reversus Jirmeja Tophetho, quò miserat ipsum Jehova ad prophetandum;substitit "in atrio domus Jehovæ, dixitq; ad totum populum,

15 Sic ait Jehova exercituum Deus Jisraëlis,ecce ego adducturus sum contrà civitatem hanc, & contra omnes civitates ejus totum illud malum quod elocutus sum contra eam: quia obdurarunt cervicem suam, ut non auscultarent verbis meis.

Caput XX.

1 AUDIENS autem Paschchur filius "Immeris Sacerdos,qui erat "præfectus antecessor in domo Jehovæ; Jirmejam prophetantem verba ista,

[c] *Heb.* ascenderat in cor meum. Suprà 7.32.

[d] *Heb.* sepelient: impersonaliter.

2 Percussit Paschchur Prophetam Jirmejam: posuitque eum in ‖ cippo qui *erat* ‖ in porta Binjaminis summa, quæ *erat* ad domum Jehovæ.

3 Fuit autem postridie cùm eduxisset Paschchur Jirmejam e cippo; ut ‖ diceret ad eum Jirmeja, non ‖ Paschchurem vocat Jehova nomẽ tuum, sed ‖ Magor-missabibum.

4 Nam sic ait Jehova, ecce ego [a] inditurus sum tibi formidinem, tibi & omnibus amicis tuis, qui corruent gladio inimicorum suorum oculis tuis videntibus: cùm totum Jehudam tradam in manum Regis Babyloniæ, qui deportabit eos in Babyloniam, & percutiet eos gladio:

5 Cùm tradam totum robur civitatis hujus, totumque laborem ejus, & quicquid ejus est pretiosum; denique omnes thesauros Regum Jehudæ tradam in manum inimicorum ipsorum, ut diripiant eos & capiant eos & deducant eos in Babyloniam:

6 Tu quoq; Paschchur & omnes [b] domestici tui abibitis in captivitatem; & Babylonẽ pervenies, ibiq; morieris, & ibi sepelieris, tu & omnes amantes tui quibus prophetasti falsò.

7 ‖ Pellexisti me Jehova, quando ‖ pellectus sum; fortior fuisti me, & prævaluisti: sum derisioni toto die, totus iste *populus* subsannat me.

8 Nam ‖ ex quo proloquor, ‖ exclamo; violentiam & vastationem clamo: quia est verbum Jehovæ mihi probro & ludificationi totum diem.

9 ‖ Si dicam, non commemorabo eum, neque loquar ampliùs nomine ejus: atqui ‖ est in [c] animo meo quasi ignis ardens inclusus ossibus meis, & defetiscor sustinendo, ‖ nec possum amplius:

10 Quamvis audiam infamem sermonem ‖ multorum Magor-missabibi, ‖ *dicentium* indicate quod indicemus, omnis mortalis [d] qui pacem colere debebat mecum, observantium ‖ claudicationem meam: fortassis pellicietur & prævalebimus, aut sumemus ultionem nostram de eo.

11 Atqui Jehova adest mihi similis potenti formidabili: idcircò qui persequuntur me impingent, neque prævalebunt, erubescent valde cùm ‖ non secundabuntur, cùm ignominia [e] perpetua non poterit tradi oblivioni.

12 ‖ Itaque ô Jehova exercituum probans justum, inspiciens renes & cor; videam ultionem tuam de istis, quia tibi revelavi causam meam.

13 ‖ Canite Jehovæ, laudate Jehovam: quia eripuit animam egentis e manu maleficorum, *dicentis*,

14 ‖ Maledictus dies quo genitus fui; dies quo peperit me mater mea, ne sit benedictus.

15 Male-

[a] *Heb.* daturus sum te formidini: hypallage.

[b] *Heb.* habitatores domus tuæ.

[c] *Heb.* corde.

[d] *Heb.* pacis meæ.

[e] *Heb.* seculi. Infrà 23. 4.

Sup. 11. 20.

15 Maledictus ille vir qui nuntiavit patri meo, dicendo, natus est tibi filius mas; [f] valde lætificavit eum:

16 Sitq; vir ille "similis civitatibus quas evertit Jehova, neque pœnituit eum; cùm audivisset clamorem manè, & vociferationem tempore meridiano:

17 Quòd non affecerit me morte, *egressum* ex vulva; aut fuerit mihi mater mea sepulchrum meum, & vulva ejus *ut* gravidæ perpetuò.

18 Ecquare e vulva egressus sum ut viderem molestiã ac mœrorem, & consumerentur pudore dies mei?

[f] *Heb.* lætificando.

ANNOTATIO IN CAPVT XIX.

1 *Sic ait Jehova*] Duò hæc capita, quia perpetuã narrationem continent, unà conjunximus. Continentur autem hac narratione tria potissimùm: primum est de prophetia quam ex mandato Dei typo & sermone Judæis præsignificavit Jirmeja, toto hoc capite; secundum est de certamine quod servo Dei prophetanti fuit oblatum, & singulari denuntiatione Prophetæ in adversarios, 6. primis versib. capitis 20. tertium est precatio, inde ad finem usq;. *Lagenam*] ad typum qui exponitur infrà vers. 12. *De senioribus*] id est, certos homines autoritate præditos ex utroque ordine civili & Ecclesiastico tibi adjungito; ut in illis sistas quodammodo totum Judææ corpus. 2 *Progressus*] nimirum a suburbano figulorum vico, qui extra portam Orientalem ad vallem filiorum Hinnomi pertinebat: qui tractus erat argillaceus & figlinæ accommodus. *Vallem*] de qua Jehosch. 15. 8. *Portæ Orient.*] de qua Nechem. 3. 29. nam eandem esse demonstratur infrà vers. 14. *Ibi*] videlicet utrobique in valle Hinnomi & ad portam Orientalem, ut fecisse posteà videbimus. 3 *Et dicito*] hujus prophetiæ partes sunt duæ: prophetia ipsa, usque ad versum 10. & typus, versib. quatuor: Prophetiæ autem summa est hoc versu; exornatio, seq. *Tinnient a.*] vide 1. Schem. 3. 11. 4 *Eo quòd*] exornatio continet primùm causas, duobus versibus; deinde judicium & pœnas, vers. 6. & seq. *Alienum reddid.*] id est, effecerunt peccatis suis ut non ampliùs agnoscam pro meo. *Innocentum*] quos sacrificarunt Moleco, suprà 7. 31. & proximè seq. versu. 6 *Topheth*] vide Jeschahh. 30. 33. 7 *Loco hoc*] id est, urbe Jerusalaim orum & toto agro, synecdochicè. 9 *Præoppress.*] ex comminatione, Deut. 28. 53. 10 *Deinde frang.*] typus, ut diximus in versum 3. cujus explicatio sequentib. continetur. 11 *Quod non p.c.*] id est, restitui in statum pristinum. Nunquam enim Judæorum regnum a deportationis tempore fuit redintegratum, & pristinæ dignitati ac amplitudini restitutum. 14 *In atrio d.*] ad ostium portæ Orientalis, de qua vers. 2.

In Caput XX.

1 *Audiens*] Secunda pars, de certamine quod pro veritate Dei fuit subeundum Prophetæ, duobus versib. & singulari denuntiatione publicorum privatorumque judiciorum Dei, quatuor seq. *Immeris*] ex decimasexta Sacerdotum sorte, 1. Chron. 24. 14. *Præfectus antec.*] id est, secundus a Sacerdote summo, ut erat El-hhazar vivo Aharone patre, Num. 4. 2 *Cippo*] vide 2. Chron. 16. 10. *In porta*] de qua 2. Chron. 23. 20. 3 *Dicerer*] singularis denuntiatio judicii divini in Paschchurem, cum notatione certa formæ, temporis, & aliarum circumstantiarum, ac causæ. *Paschchurem*] id est, qui extendit pallorem; sive efficit autoritate & violentia ut pallescant homines undique & ab ipso metuantur: sic in Jirmeja opere demonstraverat. Hoc vocis etymon amplectimur adducti contrariæ appellationis antitheſi. Vox enim composita est ex duobus verbis, quorum prius diffundere est, ut Levit. 13. posterius pallescere, Jeschahh. 29. 22. *Magor-miss.*] id est, formidinem circumquaque, pro eo quod est, qui omnibus ex partibus formidine percelletur. 7 *Pellexisti me*] tertia hæc pars duobus membris continetur, oratione, usque ad versum 13. & laudatione, inde ad finem usque. In oratione verò primùm Propheta narrat necessitatem functionis suæ & adversantium certamina, quatuor versib. deinde opem Dei præsentissimam, vers. 11. ac postremò optatum, vers. 12. *Pellectus*] ad suscipiendam & obeundam functionem meam. quasi dicat, tu unus mihi autor es vocationis meæ, & recusanti vim quodammodo attulisti, suprà 1. 17. & 17. 16. 8 *Ex quo proloq.*] id est, cœpi obire prophetandi munus. *Exclamo*] id est, infinitis ludificationibus, probris, contumeliis, & malis exagitor; quæ mihi clamores miserabiles extorquent, faciuntque ut expostulem tecum de violentia & vastatione quam moliuntur adversum me: metalepsis. 9 *Si dicam*] id est, atque nunc etiam si impedimentis illis deterritus statuerem supersedere a functione hac, non possem: tanta est vis verbi & vocationis tuæ, ut me oporteat in voces aut in sermonem propheticum erumpere: sic Ijobi 32. 18. & seq. *Est in animo*] videlicet verbum Jehovæ, cujus meminit præcedẽte vers. *Nec possum*] videlicet sustinere aut inhibere verbum Dei. 10 *Multorum*] qui sequentibus verbis speciatim exponuntur, nimirum Paschchuris, Pseudoprophetarum, amicorum, & inimicorum. *Dicentium indic.*] periphrasis Pseudoprophetarum, qui nundinantur cum populo dicentes, quid vultis prophetari vobis? & prophetabimus: ut Micæ 2. 11. *Clamdicationem*] tum a functione, tum a vita mea, ut sequentia verba docent. eandem metaphoram vide Psal. 35. 15. & 38. 18. 11 *Non secundabuntur*] id est, non succedet quod optant adversum me; sed ipsi perpetua confusione a Deo afficientur. 12 *Itaque*] oratio, ut antè diximus, ultionem petens de adversariis non ex carnali & privato studio, sed ex testificatione spiritus Dei, conscientia decreti irrevocabilis contra Judæos, & divinæ gloriæ desyderio in defendenda præstandaque veritate. 13 *Canite*] altera pars, laudatio Dei, ut diximus in versum 7. quam Propheta prædicari jubet ex præcepta animo fiducia de liberatione sua & piorum omnium, quos gravissimæ calamitates oppressurum: quæ calamitates sequentibus versibus amplificantur per ethopœiam, tanquam si quis pius obsessus malis conturbaretur ne acquiesceret Deo, & sermone invehereturin diem nativitatis suæ. quasi dicat, eum meritò celebrandum esse, qui bonos circumventos malis, nullum modum aut finem videntes calamitatum, sed de exitu propè desperantes liberat providentia omnipotente, paternaque benevolentia. 14 *Maledictus*] ethopœia pii circumventi malis gravissima, cui similis est Ijobi 3. 16 *Similis civitatibus*] id est, malè perierit, ut civitates illæ, Genes. 19. 24. & seq. *Cum audivisset*] id est, cùm noctu & interdiu, clàm & palàm, privatè publicèque impudentissi-

mam & projectissimam ad omnia peccata audaciam libidinemque civium percepisset Deus: ut Deus ipse testatur, & facta comprobant Genes. 18. & 19. Sic enim accipitur clamoris vocabulum Genes. 18. 20. & 19. 13.

CAPUT XXI.

Tzidkija obsessis Ieruschalaimis Prophetam consulit; qui ad postulatum Regis respondens pestem, famem, & gladium prænuntiat, expugnationemq; oppidi: quamobrem populo dat consilium ut vitæ suæ prospiciat deditione, & domui Regis nominatim ut sibi consulat resipiscentia.

1 VERBUM quod fuit ad Jirmejam a Jehova; cùm misisset ad ipsum Rex Tzidkija Paschchurem "filium Malcijæ, & Tzephanjam "filium Mahhassejæ Sacerdotem, ut dicerent,

2 Consule quæso pro nobis Jehovã, quia Nebucad-retzar Rex Babyloniæ bellum gerit contra nos: fortè facturus est Jehova nobiscum pro omnibus mirabilibus suis, ut ascendat ille a nobis.

3 "Dixit autem Jirmeja ad eos: sic dicitote ad Tzidkijam:

4 Sic ait Jehova Deus Jisraëlis, ecce ego "aversurus sum instrumenta bellica quæ sunt in manu vestra, quibus pugnatis adversus Regem Babyloniæ, & adversus Chaldæos qui obsident vos extra murum; & recepturus illos "intra civitatem hanc.

a Heb. in medium civitatis hujus.

5 "Nam præliaturus sum ego vobiscum manu extenta & brachio forti; idq; ira & æstu ac fervore magno,

6 Et percussurus habitatores civitatis hujus, tum homines, tum jumenta: peste magna morientur.

7 "Posteà autem, dictum Jehovæ, tradam Tzidkijam Regem Jehudæ, servosq; ejus, & populum ipsum, id est, qui residui fuerint in civitate hac a peste, a gladio, & a fame, in manum Nebucad-retzaris Regis Babyloniæ, & in manum inimicorum ipsorum, ac in manum quærentium animam ipsorũ: qui percutiet eos acie gladii, non parcet eis, neq; clementia utetur, neq; miserebitur.

8 "Ad populum verò hunc dicito, sic ait Jehova: ecce ego propono vobis "viam vitæ, & viam mortis.

9 Qui desidebit in civitate hac, morietur gladio, aut fame, aut peste: qui autem egressus defecerit ad Chaldæos qui obsident vos, utiq; vivet, eritq; ipsi anima sua "loco spolii.

10 Nam "opposui iratam faciem meam civitati huic in malum, ac nõ in bonum, dictum Jehovæ: in manum Regis Babyloniæ tradetur, ut exurat eam igne.

11 "Quod autem ad domum Regis Jehudę, audite verbum Jehovæ.

b Heb. judicate.

12 O domus Davidis, sic ait Jehova, "exercete quolibet manè jus, &

c Heb. raptũ.

eripite eum qui "rapinam patitur e manu opprimentis: ne prodiens velut ignis æstus meus ita ardeat ut nullus exstinguat, propter malitiam actionum vestrarum.

13 Ecce

13 Ecce me contra te, ô quæ insides isti convalli, rupes istius planicie; dictum Jehovæ: qui dicitis, quis descendet ad nos? aut quis intrabit in habitacula nostra?

14 Nam animadvertam in vos secundum fructum actionum vestrarum, dictum Jehovæ; & succendam ignem in sylva illius, qui consumet omnia quæ circumstant illam.

ANNOTATIO.

1 *Verbum*] Hujus capitis duæ sunt partes: narratio occasionis ex qua Prophetam Rex voluit consuli, duobus v. & prophetia, reliquis. *Filium Malcijæ*] e quinta sacerdotum sorte, 1. Chronic. 24. 9. *Filium Mahhaß.*] e vigesimaquarta sacerdotum sorte, 1. Chronic. 24. 17. 3 *Dixit autem*] hujus propheticæ partes in universum duæ sunt; una, qua denuntiatur publica calamitas, usque ad versum 8. altera, qua consilium datur, & domus regia populusq; totus ad bonam frugem revocatur, propositis interminationibus, inde ad finem usque. Calamitates autem prolepticè seq. versu, in duo tempora distribuuntur: unum est, quàm magna & multa incommoda Judæi perpessuri sint antequam oppidum capiatur, quod exponitur vers. 5. & 6. alterum est, quæ mala oppido capto consecutura sint, ut exponuntur vers. 7. 4 *Aversurus sum*] id est, reducturus a muris; quia nemo poterit iis uti ad defensionem, multis gladio cadentibus, aliis peste & inedia deficientibus: ut indicatur vers. 6. & 7. 5 *Nam præstaturus*] nimirum pexius in vers. 3. de calamitatibus Tzidkijæ & populo eventuris. 8 *Ad popul.*] altera pars, continens duo consilium genera: unum, deditionis, tribus vers. alterum, justitiæ colendæ, vers. 11. & seq. *Viam vitæ*] quæ exponitur seq. vers. 45. 5. 10 *Opposur*] ut Levit. 17. 10. & 20. 5. 11 *Quod autem*] altera pars consilii; quia regnum amplius stare non potest judicio Dei, ut stirps regia saltem vitæ suæ consulat resipiscentia. 13 *O quæ insides*] periphrasis propugnaculi Tzijonis, quod appellatur civitas Davidis, 2. Schem. 5. 9. Nam Tzijonem ab omnibus partibus circumstabant convalles, eratque ab ortu planicies, quam rupes sive propugnaculum illud defendebat. *Isti convalli*] quæ dicitur convallis Rephaimorum & vallis Hinnomi, ut continentes sunt, Jehosch. 15. 8. *Qui dicitis*] videlicet præsidentes naturæ loci & munitionibus, ut Jebusæi fecerant, 2. Schem. 5. 6. 14 *In sylva*] id est, in domo Jehovæ, & domo Regis, domibusque magnatum, quæ ex pretiosa materia a sylva Libani apportata fuerant exstructæ: metonymia; ut Jehahh. 22. 8. sic accipimus adducti comparatione aliorum locorum, 2. Reg. 25. 12. & 2. Chron. 36. 19. & infrà 22. 7. & 52. 13.

CAPUT XXII.

Prophetæ ex Dei mandato Regem, Principes, & populum ad resipiscentiam hortatur promissionibus & minis: deinde observata omnium ordinum malitia, primùm Regibus singulis, Ioachazo, Iehojakimo, & Ieconjæ suas calamitates prædicit; tum etiam omnibus principibus & magistratibus, adhibita tamen consolatione de futura Ecclesiæ restitutione & amplificatione per Christum: ac postremò tum pseudoprophetas falsitatis redarguit, decipientes populũ visionum somniorumq; divinorum specie; tum populares impietatis, ludificantes bonos Prophetas Dei: & severissimum Dei judicium utriusq; prænuntiat.

1 SIC ait Jehova, descende *in* domum Regis Jehudæ; ut
2 eloquaris ibi verbum hoc;

Et dicito, audi verbum Jehovæ, Rex Jehudæ qui sedes in solio Davidis, tu, servique tui, & populus tuus, qui intratis per portas istas.

3 Sic ait Jehova; exercete jus & justitiam, & eripite eum qui rapinam patitur e manu oppressoris: & peregrino, pupillo, ac viduæ ne vim faciatis, ne violentia utamini, & sanguinem innocentem ne effundatis in loco isto.

4 Nam si omnino feceritis rem hanc; utiq; ingredientur per portas domus hujus, Reges sedentes pro Davide in solio ejus, vecti curribus aut equis, ipse *Rex* cum servis suis & populo suo:

5 Sed si non auscultaveritis verbis istis; per me juro, dictum Jehovæ, in vastitatem abituram esse domum hanc.

a Heb. facite. Sup. 21. 12.
b Heb. raptũ.
c Heb. faciendo. Sup. 17. 25.
d Heb. futuram.

6 "Nam sic ait Jehova "de domo Regis Jehudæ, "*velut* Gilhhad tu mihi *fueras, ut* caput Libani; *mentiar*, nisi disposuero te *ut* desertum, ut civitates non habitabiles,

7 Et præparavero contra te perditores, quemque cum instrumentis suis: qui cædent lectissimas cedros tuas, ac dejicient in ignem.

8 Itaque transeuntibus gentibus multis prope civitatem hanc; si dixerint [e] alter alteri, propter quid fecit Jehova ita civitati maximæ isti?

9 Tum dicent, eò quòd dereliquerunt fœdus Jehovæ Dei sui; & incurvantes se diis alienis coluerunt eos.

10 "Ne fleatis "pro mortuo, neque condoleatis ei; [f] omnino flete pro "abeunte, quia non revertetur amplius ut videat solum [g] natale suum.

11 Nam sic ait Jehova de "Schallumo filio Joschiję Regis Jehudæ, qui regnabat loco Joschijæ patris sui, qui egressus est e loco hoc: non est reversurus eodem amplius:

12 Sed in loco quo deportaverunt eum, illic moriturus est; ita terram hanc non videbit amplius.

13 "Væ" ædificanti domum suam [h] injustitiâ, & cœnacula sua [i] injuriâ; amici sui "servitutem exigenti gratis, & [k] mercedem operis ejus non danti ei:

14 Qui dicit, ædificabo mihi domum [l] amplissimam, & cœnacula spatiosissima; & "lacerat sibi fenestras meas & tectum [m] cedrinum, "deinde pingit Indico.

15 "An regnaturus es, quia tu "misces te cum ista cedro? pater tuus an non "comedit ac bibit? cùm exercuit jus & justitiam, tum bene fuit ei.

16 Cùm judicavit causam pauperis & egentis, tum bene fuit: "an non illud est? hujus rei scientia est apud me, dictum Jehovæ,

17 Minimè spectare oculos tuos & [n] animum tuum, nisi ad quæstum tuum; & ad sanguinem innocentem quem effundas, & ad fraudem, & ad concussionem quam perficias.

18 "Idcirco sic ait Jehova de Jehojakimo filio Joschijæ Regis Jehudæ; non "plangent eum heu frater mi, aut heu soror: "non plangent eū, heu domine, aut heu decus ejus:

19 "Sepultura asini sepelietur, tractus & projectus ultra "portas Jeruschalaimorum.

20 "Ascende Libanum & clama, ac in Baschane ede vocem tuam: clama etiam trans "vada, cùm "fracti fuerint omnes amatores tui.

21 Allocutus sum te in summa tranquillitate tua, dixisti, non auscultabo: hæc via tua *est* a pueritia tua; nam non auscultasti voci meæ.

22 Omnes "pastores tuos "depascet ventus, & "amatores tui in captivitatem abibunt: tunc certè erubesces, & rubore suffunderis propter omnem malitiam tuam.

23 "O quæ desides in Libano, quæ nidificas in ipsis cedris; quàm "gratu-

[e] *Heb.* vir ad amicum suum.
[f] *Heb.* flendo.
[g] *Heb.* nativitatis suæ.
[h] *Heb.* in nō justitia.
[i] *Heb.* in nō jure.
[k] *Heb.* opus.
[l] *Heb.* mensurarū: ut Numc. 13. 32.
[m] *Heb.* e cedro.
[n] *Heb.* cor.

[n] gratulaberis tibi, cùm invadēt te tormina, dolor tanquā parturientis. [n] *Heb.* grata eris tibi.
24 [o] Ut vivo ego, dictum Jehovæ, etiamsi esset [o] Conja filius Jehojakimi Regis Jehudæ [o] sigillum in manu dextera mea; tamen inde [o] evellam te:
25 Et tradam te in manum quęrentium animam tuam, & in manum eorum [p] a quibus tu formidas; nempe in manum Nebucad-retzaris Regis Babyloniæ, & in manum Chaldæorum. [p] *Heb.* a quorum facie.
26 Et ejiciam te, ac matrem tuam quæ peperit te, in terram alienam, ubi non fuistis nati: & ibi moriemini.
27 De terra verò ad quam isti elaturi sunt [q] desyderium suum ut revertantur illûc; illûc non sunt reversuri. [q] *Heb.* animam: ut Ps. 27.12.
28 [o] An simulachrum contemptum, quod dispergitur, esset vir iste Conja? an instrumentum in quo nulla *est* delectatio? cur ejecti essent ipse & [o] semen ipsius, & projecti in terram quam non norunt?
29 O terra, terra, terra, audi verbum Jehovæ.
30 Sic ait Jehova, [o] scribite virum istum liberis carentem *fore*, virum non prosperaturum [r] unquam: imò non prosperabitur [o] de semine ejus quisquam sessurus in solio Davidis, & dominaturus ampliùs in Jehudam. [r] *Heb.* dieb. suis.

Caput XXIII.

1 [o] Væ pastoribus qui perdunt & dispergunt gregem pascui
2 mei, dictum Jehovæ.
Idcircò sic ait Jehova Deus Jisraëlis contra istos pastores [o] qui pascunt populum meū; vos dispergitis oves meas & dispellitis eas, non autem visitatis eas: ecce ego animadversurus sum in vos malignitatem actionum vestrarum, dictum Jehovæ.
3 [o] Deinde ego congregabo residuum [o] ovium mearum ex omnibus regionibus quò dispuleram eas, & reducam eas ad caulam suā; ubi [o] fœtificabunt & augescent:
4 Constituamque super eas pastores, qui pascent eas; ita ut non timeant ampliùs, neque consternentur, neque [o] desyderentur, dictum Jehovæ.
5 Ecce dies venturi sunt, dictum Jehovæ, quibus excitabo [o] Davidi germen justum: qui regnabit rex, secundabiturque, ac exercebit jus & justitiam in terra.
6 Diebus ejus servabitur Jehuda, & Jisraël habitabit securè: atq; [o] hoc nomen ejus est quo vocabit eum Jehova justitia nostra.
7 Idcircò ecce dies venturi sunt, dictum Jehovæ; quibus non dicetur amplius, vivit Jehova, qui evexit [o] Jisraëlitas e terra Ægypti: Sup. 16.14. [a] *Heb.* filios Jisraëlis.
8 Sed vivit Jehova, qui evexit & qui deduxit semen domus Jisraëlis e terra Aquilonis & ex omnibus regionibus quò depuleram eos, cùm residebunt in terra sua.
9 [o] Quod ad Prophetas ipsos, frangitur cor meum [b] in me, eliduntur [b] *Heb.* in medio mei.

omnia ossa mea, ″sum ut vir ebrius, & similis viro quem superat vinum: ″propter Jehovam, & propter verba sanctitatis ejus.

10 ″Nam adulteris plena est hæc terra; nam propter execrationem luget hæc terra, arescunt caulæ deserti; estq; concussio istorum pessima, & potentia istorum ᶜiniquissima:

ᶜ Heb. nõ recta: μείωσις.

11 Quia tam Propheta quàm Sacerdos contaminant *eam*: ″etiam domi meæ invenio malitiam eorum, dictum Jehovæ.

ᵈ Heb. lubricitatum.

12 Idcircò erit via sua ipsis ᵈ quasi ″lubricissima cum caligine, in qua impellantur & cadant: cùm adduxero contra eos malum, anno visitationis ipsorum, dictum Jehovæ.

13 ″In Prophetis quidem Schomronis videram insulsitatem; prophetabant ″per Bahhalem; & seducebant populum meum Jisraëlem:

14 At in Prophetis Jeruschalaimorum video rem horrendam, adulterando & ambulando in falsitate; ″quòd confirmant etiam manus maleficorum, ut non revertantur ullus a malitia sua: sunt mihi omnes isti ut ″Sedomi, & habitatores istius *urbis* ut *habitatores* Hhamoræ.

15 Idcircò sic ait Jehova exercituum de istis Prophetis, ecce ego ″facturus sum ut comedant isti absinthium, & facturus ut bibant isti succum cicutæ: quia a Prophetis Jeruschalaimorum prodiit contaminatio in totam hanc terram.

16 Sic ait Jehova exercituum, ne auscultetis verbis istorum Prophetarum qui prophetant vobis, vanos efficiunt isti vos; visionem ᵉ animi sui eloquuntur, non ex ore Jehovæ.

ᵉ Heb. cordis: sic deinceps.

ᶠ Heb. dicendo.

ᵍ Heb. in aspectu cordis sui.

17 Dicunt ᶠ continenter iis qui spernunt me, loquutus est Jehova, pax erit vobis: & cuiq; ambulanti ᵍ ex sententia animi sui dicunt, non superveniet vobis malum.

18 Nam ″quis stetit in consilio Jehovæ, & vidit vel audivit verbum ejus? quis attendit ad verbum ejus & audivit?

Infrà 30.23.

19 Ecce ″turbo Jehovæ æstu proditurus est, ac turbo permanens: super caput improborum permanebit.

20 Non avertetur ira Jehovæ donec perfecerit, & donec præstiterit cogitationes animi sui: ʰ tandem animadvertetis hoc ″animadversione,

ʰ Heb. in extremitate horum dierum.

21 Me non mittente Prophetas istos, ipsos cucurrisse; me non alloquente ipsos, prophetasse ipsos:

22 Quòd si ″stetissent in consilio meo; utique pronuntiaturos fuisse verba mea populo meo, & revocaturos eos a via sua mala, & a malignitate actionum suarum.

23 ″An Deus ᵉ propinquo sum ego? dictum Jehovæ; ac non Deus ᵉ longinquo?

Psal. 139.

24 An delitescere potest quisquam in latebris, ut ego non videam ipsum? dictum Jehovæ: an non cœlos & terram ego impleo? dictum Jehovæ.

25 ″Au-

25 "Audio quid dicant isti Prophetæ qui prophetant nomine meo falsum, dicendo; somniavi, somniavi.
26 "Quousq; tandem? an est *somnium* in animo istorum prophetarũ qui prophetant falsum? imò sunt Prophetæ doli animi sui:
27 Qui putant se facturos ut obliviscatur populus meus nominis mei per somnia sua, quæ enarrant quisque amico suo: quemadmodum obliti fuerant patres eorum nominis mei "per Bahhalem.
28 Propheta ille penes quem somnium est, enarret somnium; & penes quem est verbum meum, eloquatur verbum meum [i] verè: "quid isti paleæ cum tritico? dictum Jehovæ.
29 "An non ita verbum meum est ut ignis? dictum Jehovæ; & sicut malleus efficiens ut dissiliat petra?
30 "Idcircò ecce me contra istos Prophetas, dictum Jehovæ, qui "furantur verba mea quisque ab amico suo.
31 Ecce me contra Prophetas istos, dictum Jehovæ; qui [k] adhibent linguam suam "ut dicant dictum.
32 Ecce me contra prophetantes somnia falsa, dictum Jehovæ, qui enarrantes ea seducunt populum meum falsitatibus suis, & "rapiditate sua: cùm ego non miserim eos, neq; præceperim eis, & omninò "non prosint populo huic, dictum Jehovæ.
33 "Cùm itaque rogabit te populus hic, aut aliquis Propheta, aut sacerdos, dicendo; "quæ est [l] onerosa prophetia Jehovæ? tum dicito ad eos id quod *est* onerosæ prophetiæ; nempe deserturus sum vos, dictum Jehovæ:
34 Nam in Prophetam illum, ac in Sacerdotem illum, & in ipsum populum "qui dixerit, onerosam prophetiã Jehovæ; utiq; animadvertam in virum illum & in domum illius.
35 "Sic dicturi estis quisq; ad amicum suum & quisq; ad fratrẽ suum; quid respondit Jehova? aut, quid locutus est Jehova?
36 Onus autem Jehovæ ne commemorate amplius: nam ipsum onus futurum est cuiq; "verbum suum, si perverterîtis verba Dei viventis, Jehovæ exercituum Dei nostri.
37 Sic dicturus es ad Prophetam ipsum, quid respondit tibi Jehova? aut, quid loquitur Jehova?
38 Sed quandoquidem onerosam prophetiã Jehovæ dicitis, idcircò sic ait Jehova, eò quòd dicitis verbum istud onerosa prophetia Jehovæ; quamvis miserim ad vos qui dicant, ne dicatis, onerosa prophetia Jehovæ;
39 Idcircò ecce me, qui "obliturus sum vestri [m] continenter: nam deseram vos, & civitatem quam dederam vobis & majoribus vestris, *abjectos* a conspectu meo:
40 Et imponam vobis "opprobrium perpetuum, ignominiamq; perpetuam; quæ non poterit tradi oblivioni.

[i] Heb. veritate.
[k] Heb. accipiunt.
[l] Heb. onus: sic deinceps: ut Jeschaiah. 13.1.
[m] Heb. obliviscendo.
[n] Heb. Opprobrium seculi, & ignominiam seculi. Sup. 20. 11.

ANNOTATIO IN CAPVT XXII.

1 *Sic ait*] Ab hoc capite ad finem usque prophetiarum Jirmejæ non est obſervata temporũ ratio in illis conſcribendis, tum quia liber qui primùm a Jirmeja conſcriptus fuerat, bona ex parte cõſciſſus & exuſtus eſt, infrà 36. tum quia verisimile eſt ſequentes prophetias tumultuariè (ut erant tempora) a Jirmeja fuiſſe compoſitas. Videtur autem prophetia hæc in Jehojakimi tempora incidiſſe, cùm cœpiſſet ille regnare beneficio Regis Ægypti: ut narratur 2. Reg. 23. 34. Sunt verò in hac prophetia tres in univerſum partes: prima eſt exordium, duobus verſib. ſecunda eſt theſis ſive propoſitio generalis petita ex lege, tribus ſeq. tertia eſt hypotheſis ſive propheta ſingularis præcedentem theſin ad omnes ordines accommodans, ad finem uſque ſeq. capitis. 2 *Tu ſervi*] prolepſis, ſive diſtributio ſumma ordinum regni, ad quos deinde Propheta in ſua hypotheſi ſigillatim orationem habet. 3 *Sic ait Jehova*] theſis ſummatim complectens documenta legis: mandata quidem & interdicta ſynecdochicè, hoc verſ. promiſſiones, verſ. 4. & minas, verſ. 5. 6 *Nam ſic ait*] prophetica hæc hypotheſis (ut ſuprà attigimus) ſingularia Dei judicia prædicit ordinibus ſingulis eventura: ac primùm quidem universè toti regno, his quatuor verſib. deinde verò minutatim regibus ipſis, toto hoc capite; tum principibus & toti ſtirpi regiæ, 8. primis verſib. ſeq. capitis: poſtremò verò populariibus, ad finem uſque. *De domo*] id eſt, de regno toto, ut ſequentia oſtendunt. *Velut Gilhhad*] ſumma hæc denuntiatio proponit primùm judicium Dei ſeveriſſimum, duobus verſ. deinde cauſas, duobus alteris. Exponitur autem judicium, & amplificatur allegoricè per comparationem præcedentis ſtatus, hoc modo: fuiſti mihi in tanto pretio ut celeberrimum te effecerim (inquit Dominus ad regnum Jehudæ) & tam frequens atque populoſum, quàm fuit unquàm Gilhhad nobilibus ſuis emporiis celebre, oppidis frequentiſſimum, ac munitiſſimum; Gen. 37. 25. & Deut. 3. jam verò contrà exhauriam te civitatibus & habitatoribus. Præterea inſtruxeram te & locupletaveram rebus optimis atque ampliſſimis, quarum præſtantia cedrorum Libanicarum amplitudinem longè ſuperabat: jam verò interfimiſſurus ſum quoſdam veluti putatores, qui omnem tuam dignitatem abripiant tibi, & perdant funditus ſine ulla reſtitutionis. 10 *Neſleatis*] ſingularis hæc prædicatio judiciorum Dei eventurorum Regibus, tres partes continet: prima eſt de judicio in Joachazum ſive Jochananem, uſque ad verſ. 13. ſecunda, in Jehojakimum fratrem illius, uſque ad verſum 24. tertia, in Jeconjam filium Jehojakimi, uſque ad finem capitis. *Pro mortuo*] id eſt, pro Joſchija qui in bello occubuerat. quaſi dicat, non eſt cur Joſchijam defunctum lugeatis: bene conſultum eſt ipſi, ut videret omnia mala quæ mox eventura ſunt, 2. Reg. 22. 20. Præterea ne illum quidem deflere vobis vacabit pro tempus, quia jam advenit novum luctus argumentum. Nam Joachaz ita captivus abducitur, ut pro mortuo ei ſit ter jam jam habendus ſit, & celebrandus luctus ipſius. *Abeunte*] Joachazo videlicet in captivitatem, 2. Reg. 23. 33. 11 *Schallumo*] id eſt, Joachazo (vide in 1. Chron. 3. 15.) cui fortè boni ominis cauſa hoc nomen a populo cùm ungeretur inditum eſt: etſi probabilius videtur Jirmejam hoc nomen Joachazo tribuere ironicè. quaſi dicat, hunc aliorum fuiſſe Schallumum, qui non multo amplius regnum obtinuerit, quàm Schallum filius Jabeſchi præfuit Iſraëlitis, 2. Reg. 15. 13. 13 *Væ adif.*] ſecunda pars exponens copioſiùs judicium Dei in Jehojakimum, ut diximus verſ. 10. qua primùm exponuntur cauſæ judicii, uſque ad verſum 18. deinde judicium ipſum deſcribitur, ad verſum 24. uſque. Cauſæ autem exponuntur primùm per theſin, quam ne ipſe quidem Jehojakim fuiſſet oppugnaturus, duobus verſib. deinde per conteſtationem ſingularem Jehojakimi, verſ. 15. & ſeq. *AEdificanti*] ut Jeſchahh. 5. 8. Elegantem gradatio in hac theſi: quia primum objicitur injuſta rei alienæ occupatio, deinde alieni laboris abuſus ingratiſſimus, ac poſtremo rerum ſacrarum uſurpatio: quæ omnia ne Regibus quidem licere Propheta docet. *Servientem exig.*] exemplo Ægyptiorum, quibuſcum fœdus perfidè junxerat, ut a Chaldæis deficeret. *Et mercedem*] contra legem Levit. 19. 13. & Deut. 24. 14. & 15. 14 *Lucerat ſibi*] id eſt, ad uſum ſuum. *Deinde pingit*] id eſt, rectum e domo mea amotarum loco obducit colorem floridum Indici, ne fraus manifeſta ſit. Eſt enim Indicum floridi coloris genus, quod Hhebræi vocant Schaſchar, hîc & Jechezk. 23. 14. a Saſuris (ut vocat Plinius lib. 6. natur. hiſt. cap. 19.) Indiæ populis ultra Gangem a quibus exportatur. Arabes cõpoſita voce appellant Sarcin. quaſi dicas, Sarcanæ, quia in cannis naſcitur, ut teſtis eſt Dioſcorides lib. 5. cap. 67. 15 *An regnaturus*] conteſtatio ſingularis præcedentem theſin applicans Jehojakimo: quam Propheta exaggerat exemplo patris Joſchijæ, duobus verſib. quibus dicat, an his artibus regnum tuum ſtabilitum iri exiſtimas? quod in Deum contumelioſus es, hoc verſ. & in hominem injuſtiſſimus, verſ. 17. non ita ſe geſſit pater. *Miſces te*] id eſt, res ſacras admiſces tuis: hypallage. *Comedit ac*] id eſt, proſperè potitus eſt regno, ſynecdochicè. 16 *An non illud*] id eſt, nõnne tu illa facis quæ antè dicta ſunt? *Iderco*] ne illorum criminum reus es? ut neges pertinaciſſimè, & omnes alii ignorent, ego certè optimè novi. 18 *Idcirco*] deſcriptio judicii, ut dictum eſt in verſ. 13. *Plangent*] qui ſunt e ſtirpe regia, Regem aut Reginam deflebunt. *Non plangent*] populares. 19 *Sepultura aſini*] id eſt, inſepulta ſepultura, ut Cicero in Philip. 1. vocat: quæ ſequentibus verbis explicatur. *Portas*] id eſt, terminos Judææ, ſynecdochicè. 20 *Aſcende*] ſarcaſmus ad familiam Jehojakimi; quo oſtendit Propheta ſive Libanum & Baſchanem verſus Aſſyrios inclamet ut ſuppetias ferant, ſive vada tranſmeet ad inclamandos Ægyptios, omnia fore inutilia: ut narratur 2. Reg. 24. 9. *Vada*] Schichoris fluvii, paludes Sirbonidis, & Nili, ad Ægyptum pertinentia. *Fracti*] id eſt, Aſſyrii quidem domiti & ſub jugum Babyloniorum miſſi, Ægyptii verò attriti: ut modò diximus. Nam hi fuerunt amatores Judææ: ſicut meminit ſuprà 2. 36. 22 *Paſtores*] id eſt, Principes regni. *Depaſcet*] id eſt, abibunt illi in ventum. *Amatores tui*] id eſt, Sacerdotes & Prophetæ quibuſcum ſcortaris: ut exprobratur infrà 23. 9. & 10. 23 *O quæ deſides*] ironia, hanc partem judicii concludens ab infauſti exitii comparatione cum præſente gloria. 24 *Ut vivo ego*] tertia pars, exponens judicium Dei in Jeconjam; ut diximus verſ. 10. qua primùm ipſius, domuſque totius calamitas prædicitur, verſib. quatuor: deinde ex ipſis quidem inpoſterum futurus Rex ullus prædicitur, tribus verſibus ultimis. *Conja*] id eſt, Jeconja per apheræſin, qui etiam Jehojakin dictus eſt. *Sigillum*] id eſt, annulus ſignatorius; pro eo quod eſt, etiamſi fuiſſet Jeconja mihi cariſſimus, quem ſemper in oculis ferrem. *Evellam te*] ut narratur 2. Reg. 24. 14. & ſeq. 28 *An ſimulachrum*] interrogatio pathetica, tranſitum faciens ad alterum judiciorum genus de perdenda tota Jeconjæ ſtirpe: perinde ac ſi Judæi in admirationem adducti dicerent, non eſſe credibile fore ut ita perderetur totum genus regium: cui admirationi reſpondet Propheta per exclamationem, & terram teſtem adhibet fore ut tota hæc gens pereat Nam poſt deportationem dominatus ad poſteros Davidis ex Nathane recidit, ut diximus 1. Chron. 3. 17. 30 *Scribite*] id eſt, referte in acta ſententiam hanc *men ipſius*] id eſt, gens ipſius tota ex ſemine Joſchijæ profecta. a Deo latam, & decretum irrevocabile. *De ſemine*] id eſt, de hac gente, ut verſ. 28. diximus, ex qua regnavit quidem Tzidkija, ſed minimè proſperatus eſt.

In Caput XXIII.

1 *Væ paſtor*] Secunda prædicatio judiciorum ſingularium (ut diximus in verſ. 6. capitis præcedentis) adverſus regiæ ſtirpem, Principes, & magiſtratus, duob. verſib. cui graviſſimæ interminationi (quia non poterat compleri niſi cum integra everſione regni) Propheta conſolationẽ ſubjicit promiſſa inſtauratione abſolutiſſima per Chriſtũ, 6. verſib. ſeq. 2 *Qui paſcunt*] id eſt, quorum eſt paſcere, quemadmodũ Græci vocant ποιμένας λαῶν. 3 *Deinde*] promiſſio inſtaurationis Eccleſiæ, hoc verſ. per Evangelium, ſeq. verſ. ſub Epiſcopo ſummo & paſtore animarũ noſtrarũ Chriſto, verſ. 5.

ßo, vers. 5. ad justitiam & salutem nostram, ver. 6. & ad Dei gloriam, ver. 7. & 8. *Ovium mearum*] non tantùm Judææ, sed etiam Israëlis, ver. 6. ex quo manifestum est non esse hæc verba restringenda ad reversionem è Babylonia, sed liberationem spiritualem per Christum hîc agi. *Fœtificabunt*] gignendo gentes in Christo prædicatione Evangelii. 4 *Desyderentur*] id est, desit ulla ovis tradita in manum Christi, Joan. 10. 28. & 29. 5 *Davidi*] q. d. non autem ex vobis, ac ne ex Schelomone quidem; sed ex Davide per Nathanis genus. Confer singula hujus promissionis membra cum Jeschahh. 11. *Germen*] id est Christum, qui tanquam surculus ex trunco intermortuo repullulascens germinavit justitiam ad salutem Ecclesiæ suæ: sic infrà 33. 14. & Zecarj. 3. & 6. 6 *Hoc nomen*] id est, Christus Jehova qui justitia nostra est, Ecclesiam suam vocabit salutis & securitatis populum, ac recipla ornabit his tantis beneficiis: sic accipiendum esse ostendit comparatio similis loci infrà 33. 14. Est autem hic locus evidentissimus ad confirmandum naturam divinam, & beneficium Christi; sicut humanam demonstrarunt præcedentia verba. 9 *Quod ad*] tertia prædicatio singularium judiciorum Dei, ut diximus in versum 6. capitis præcedentis, nimirum contra omnes subditos: qui distribuuntur in duos ordines, unum Ecclesiasticum Prophetarum Sacerdotúmque, alterum popularem: Ecclesiastico sua fit denuntiatio, usque ad versum 33. populari, ad finem usque. In hac autem denuntiatione contra Ecclesiasticos proponitur primùm summa totius argumenti, versibus quatuor: deinde exornatio, sequentibus. *Frangitur cor*] verba Prophetæ indignantis. *Sum ut Vir ebrius*] id est, totus perturbatus sum. *Propter Jehovam*] id est, ita afficior zelo Dei graviter, & studio vindicandæ veritatis illius. 10 *Nam*] ætiologia: indignissimè fero (inquit) quia tota Judæa circumfluit maleficiis per Prophetas & Sacerdotes ipsos. 11 *Etiam domi meæ*] id est, ne in æde quidem mea a sceleribus suis abstinent, ubi saltem eos oportuit affici mei præsentis reverentia: ut Jechezk. 8. 12 *Lubricessima*] ut Psal. 35. 6. elegans allegoria, ad significandum malum inexpugnabile. 13 *In Prophetis*] exornatio hæc sententiæ præcedentis in Prophetas latæ duas partes continet, ex prophetarum distributione: prior est, de Prophetis jactantibus visiones & oracula a Deo, usque ad versum 25. posterior est de Prophetis revelationes per somnia sibi factas prædicantibus: quæ duo revelationis genera fuisse olim in Ecclesia ostendit Deus, Numeror. 12. 6. In hoc autem membro primùm indignitas sceleris per comparationem exponitur, duobus versib. & denuntiatur pœna, versu 15. deinde populus de falsitate & judicio in ipsos vêturo præmonetur, usque ad versum 23. ac postremò confirmatur ab omnipræsentia & omniscientia Dei, ut ita loquamur, ver. 23. & 24. *Per Bahhalem*] quod videlicet fuit tolerabilius, quàm si prophetassent in nomine meo: quod isti impiè perfidéque faciunt. 14 *Quòd confirmant*] id est, quòd etsi Dei jura cognoscunt, eos qui talia faciunt dignos esse morte; non solùm ea faciunt ipsi, sed etiam facientibus patrocinantur tum exemplis vitæ, tum nefariis documentis. *Sedomi*] ut Jeschahh. 1. 9. & 10. 15 *Facturus sum*] id est, enecabo eos amarulentissimis & gravissimis mortis generibus, quorum amaror absinthio, pernicies verò cicutæ succo figuratur: ut suprà 8. 14. & 9. 15. 18 *Quis stetit*] nimirum alius præter nos? eclipsis in hoc genere locutionis frequens, ut Proverb. 30. 4. Sic Jirmejæ & Prophetis bonis qui prætereà fuerunt eodem tempore, suam ordinariam dignitatem & autoritatem objecerunt: ut suprà 7. & 8. & 18. 18. quod confirmat comparatio versus 22. 19 *Turbo*] descriptio judicii, per comparationem illius de quo Genes. 19. 24. 20 *Animadversione*] id est, certissimè & evidentissimè. 22 *Stetissent*] id est, si me consuluissent, & ex ore meo acceptas prophetias voluissent proloqui, hæc bonorum Prophetarum officia fuisse facturos. 23 *An Deus*] confirmatio præcedentis denuntiationis a natura Dei (ut diximus in versum 13) qua Pseudoprophetarum conscientias transverberat: putatísne (inquit Deus) humani aliquid de majestate mea? si existimatis me velut longinquum & residentem in cœlo res vestras ignorare; at Deum me e longinquo esse vester ipsorum animus testis est: sin autem propinquum putatis certis latebris deludi posse, at scitis nullas esse adversum me latebras, cùm cœlos & terram impleam majestate mea: dilemma gravissimum per comparationem humani status cum natura Dei. 25 *Audio quid dicant*] posterior pars sententiæ de Prophetis somnia venditantibus, ut diximus in versum 13. quos primùm redarguit Deus, quatuor versibus sequen. deinde fert sententiam, trib. 26 *Quousque tandem*] redargutio hæc primùm negat somnia divina pseudoprophetis obvenire, hoc ver. deinde consilium ipsorum dolosum reprehendit, sequen. versu; ac postremò docet nihil eis commune cum Prophetis aut cum verbo Dei esse, ver. 28. & 29. 27 *Per Bahhalem*] id est, nomine Bahhalis; ut factum fuerat Achazi, Menaschis, Ammonis, aliorúmque temporibus. 28 *Quid isti paleæ*] id est, quid commune est istis pseudoprophetis & doctrinæ eorum cum Prophetis doctrinâque Dei? proverbiale dictum. 29 *An non*] amplificatio præcedentis argumenti a duplice comparatione: quid dico (ait Deus) nihil istorum paleæ cum tritico commune esse? imò verus, tanquam aurifex igne, verbo Dei utitur in probandis & purgandis piis, ducendísque & informandis in omni opere bono; cùm alii contrà nundinentur dicentes, indicate quod indicemus vobis, suprà 20. 10. Prætereà Propheta bonus non cedit perversorum & saxeorum hominum pertinaciæ; sed verbo Dei tanquam malleo perfringit: isti contrà obdurationem confirmant blandimentis suis. 30 *Idcircò*] sententiæ latio, ut diximus in versum 26. ἐναντιοφανῶς ad vehementiam. *Suffurantur*] id est, verbum meum sibi cognitum, quo tanquam igne aut malleo deberent uti; sacrilegè dissimulant: primus gradus sceleratæ prophetiæ. 31 *Ut dicant*] id est, ut commenta sua pro dictis Jehovæ in populum disseminent; nam hoc tritum erat Prophetarum jam olim exordium: secundus gradus. 32 *Rapiditate sua*] id est, volubilitate sermonis & sapientia humana verborum, qua ferè eniruntur præstare qui rei veritate carent, ut fucum faciant imprudentibus: tertius gradus. *Non prosint*] sed obsint: μείωσις, ut suprà ver. 10. 33 *Cum itaque*] secundum membrum prædicationis tertiæ judiciorum Dei, ut diximus in versum 9. quo Propheta toti populo ludificanti Prophetas Dei (ut dicitur 2. Chron. 36. 16) gravissimum judicium denuntiat summatim, duobus ver. deinde admonet, tribus sequen. ac postremò sententiam fert, tribus ultimis. *Quæ est onerosa*] ironicum interrogandi genus, quo Judæi præfracti & minas Dei habentes pro fabulis exagitabant Prophetas ejus. 34 *Qui dixerit*] nempe ironicè & per ludibrium, ut modò demonstravimus. 35 *Sic dicetis*] videlicet consulentes seriò, ac sine ludibrio. 36 *Verbum suum*] id est, sermo iste ironicus, quo Jehovam & verbum ipsius ludificabitur, ipsi constabit magno. 39 *Oblaturus sum*] humanitus dictum, cujus exegesin sequentia verba continent.

Caput XXIIII.

Deus typis & sermone instaurationem venturam Ecclesiæ, tum Judæorum, tum etiam catholicæ; & novi Regis populiq; deportationem futuram prænuntiat.

2. Reg. 24. 14. & seqq.

1 *Isionem* ostendit mihi Jehova; nempe ecce duo calathi ficuum compositi ante templum Jehovæ: postquam deportasset Nebucad-retzar Rex Babyloniæ Jeconjam filiũ Jehojakimi Regis Jehudæ, Principesq; Jehudæ, & fabros ipsos lignarios, ac fabros ferrarios Jeruschalaimis, & abduxisset eos in Babyloniam.

a *Heb.* ficus præcocium: hypallage.

2 Calathus unus erat ficuum bonarum valde, quales sunt præcoces ficuum: & calathus alter ficuum malarũ valde, quæ non possent comedi præ pravitate.

3 Dicenti autem Jehovæ ad me, quid tu vides Jirmeja? dixi, ficus: has bonas ficus, bonas valde; illas verò malas, malas valde, quę non possunt comedi præ pravitate.

4 Tum fuit verbum Jehovæ ad me, dicendo,

b *Heb.* deportationẽ Jehudæ: metonymia.

5 Sic ait Jehova Deus Jisraëlis, ut ficus bonas istas; ita agnoscam deportatos Jehudęos, quos emisi ex loco hoc in terram Chaldęorum, in bonum:

c *Heb.* apponens.

6 Et adjiciens oculos meos ad illos in bonum, reducam illos in terrá hanc; ubi ædificabo illos, ac non demoliar, & plantabo illos, ac non evellam.

d *Heb.* in populum, & ego ero illis in Deũ.

7 Nam inditurus sum illis cor ad cognoscendum me, me esse Jehovam, eruntq; mihi populus, & ego ero illis Deus: cùm reversi fuerint ad me ex toto corde suo.

8 Quemadmodum verò ficus istas malas quæ non possunt comedi præ pravitate: (nam sic ait Jehova) ita exponam Tzidkijam Regem Jehudæ, & Principes ejus, ac residuum Jeruschalaimorum qui residui sunt in terra hac, etiam qui habitaverint in terra Ægypti:

Deut. 28. 37. suprà 15. 4.

9 Exponam, inquam, eos commotioni in malum apud omnia regna terræ; opprobrio, & parabolę, dicterio, & maledictioni in omnibus locis quò depulero eos:

10 Et mittam in eos gladium, famem, ac pestem; donec consumpti fuerint e terra quam dederam ipsis & majoribus ipsorum.

ANNOTATIO.

1 *Visionem*] Hujus prophetiæ tempus manifestum est ex ver. 1. partes verò duæ sunt: una typica, tribus primis versib. altera anagogica, typos quos Deus exhibuerat Prophetæ explicans, reliquo capite. *Ante templum*] velutio conspectu domini justi & judicis, qui posteà sententiam pro jure suo de illis laturus est. 4 *Tum fuit*] transitio ad anagogen, cujus partes (ut typi) sunt duæ: una, promissionis erga pios deportatos, & universè totam Ecclesiam Christi: altera, comminationis in cæteros impios, qui deportandi erant & exagitandi infinitis crùciatibus, ternis versib. 5 *Agnoscam*] ex electione videlicet: atque hic primus gradus est beneficiorum Dei, quæ allegoricè seq. versu; deinde simpliciter & nudè ver. 7. proponũtur. 7 *Inditurus*] promissio evangelica: ut infrà 31. 33. 8 *Quemadmodum*] id est, ut solent abjici acerbæ ficus atque immaturæ, & omnium arbitrio exponi. *Nam sic ait*] parenthesis ad confirmationem dicti; quia hæc denuntiatio humanitus incredibilis esse videbatur, constituto per Nebucad-retzarem novo Rege beneficiario. *Etiam qui*] id est, qui occiso Gedalja in Ægyptum fese receperint: ut narratur infrà 43. & 44.

Caput XXV.

Propheta Dei verbis Regẽ & Judæos contestatur, quòd fuerint immorigeri mandatis ipsius: ac propterea captivitatem annorum septuaginta prædicens eis, judicia quoque in alias gentes finitimas communiter eventura; & tandem in Babylonios prænuntiat: postremò sententiam fert Dei nomine de omnium illarum gẽtium ruina, & luctu funestissimo divinitus obvẽturo.

1 Verbum

1 VERBUM quod fuit ad Jirmejam cõtra totum populũ Jehudæ anno quarto Jehojakimi filii Joschijæ Regis Jehudæ (qui annus *est* primus Nebucad-retzaris
2 Regis Babyloniæ)

Quod elocutus est Jirmeja Propheta; apud totum populũ Jehudæ & apud omnes habitatores Jeruschalaimorum, dicendo,

3 A decimotertio anno Joschijæ filii Amonis Regis Jehudę usque in diem hunc (hic vicesimustertius annus est) fuit verbum Jehovæ ad me; quod eloquutus sum vobis[a] inde a diluculo continenter, nec tamen auscultastis.

4 Misit etiam Jehova ad vos omnes servos suos Prophetas[b] inde a diluculo continenter, quibus non auscultastis (ac ne inclinastis *quidem* aurem vestram ut audiretis)

5 Qui dicerent, revertimini jam quisque a via sua mala, & a pravitate actionum vestrarum; ita manete in ea terra quam tradidit Jehova vobis & majoribus vestris; a seculo usque in seculum:

6 Et ne[c] prosequamini deos alienos colendo eos & incurvando vos eis; neque provocetis me opere manuũ vestrarũ, ut nõ malefaciã vobis.

7 Sed nõ auscultastis mihi, dictum Jehovæ: ut provocaretis me opere manuum vestrarum, malo[d] vestro.

8 Idcircò sic ait Jehova exercituum, eò quòd non auscultastis verbis meis:

9 Ecce ego missurus sum ut assumam omnes [e] nationes Aquilonis, dictum Jehovæ, *missurus* inquam ad Nebucad-retzarem Regem Babyloniæ servum meum, & adducturus illas contra terram hanc & contra habitatores ejus, atque contra omnes gentes istas circumquaque: quas internecioni devovens exponam eas desolationi, & sibilo, ac vastitatibus [f] perpetuis:

10 Et faciam ut pereat ex eis vox gaudii, & vox lætitiæ, vox sponsi & vox sponsæ; sonus molarum, & lux lucernæ:

11 Eritq; tota terra ista vastationi, & desolationi: ac servient gentes istæ Regi Babyloniæ septuaginta annis.

12 Deinde erit completis septuaginta annis, *ut* animadvertam in Regem Babyloniæ & in gentem illam, dictum Jehovæ, iniquitatem ipsorum, id est in terram Chaldæorum; exponamq; *gentem* illam desolationibus perpetuis:

13 Et adducam contra terram illam omnia verba mea quæ loquutus sum cõtra illam; quicquid scriptum est in libro isto, quod prophetavit Jirmeja contra omnes gentes.

14 Cùm[g] servitutem exegerint ab his ipsis quoque gentibus amplis, & Regibus magnis, tum rependam eis secũdum opus eorum, & secundum factum manuum eorum.

[a] *Heb.* manè surgendo & loquendo: ut suprà 7. 13.

[b] *Heb.* manè surgendo & mittendo: ut suprà 7. 25.

[c] *Heb.* eatis post.

[d] *Heb.* vobis.

[e] *Heb.* familias.

suprà 18. 16.

[f] *Heb.* seculi: sic deinceps. suprà 7. 34. & 16. 9.

[g] *Heb.* servierint *sibi* per hos: ut Exod. 1. 14.

15 ᵉNam ſic edixit Jehova Deus Jiſraëlis mihi, ſume poculum iſtud vini, iſtud *poculum* æſtusè manu mea: & ᵉbibendum dato iſtud omnibus illis gentibus ad quas ego mitto te,

16 Ut bibant & cõcutiantur atque inſaniant; propter gladium quem ego miſſurus ſum inter eas.

17 Itaque ſumpſi illud poculum e manu Jehovæ, ut bibẽdum darem omnibus iſtis gentibus ad quas mittebat me Jehova:

18 Jeruſchalaimis, & civitatibus Judææ, regibuſq; ejus & principibus ejus; ᵉtradendo eos vaſtitati, deſolationi, ſibilo, & maledictioni ipſo hodierno die:

19 ᵉParhhoni Regi Ægypti & ſervis ejus, Principibuſq; ejus & toti populo ejus:

20 Et toti iſti ᵉ miſcellaneæ turbæ, id eſt, omnibus Regibus terræ ᵉHhutzi; & ᵉomnibus regibus terræ Peliſchtæorum, & Aſchkeloni, & Hhazzæ, Hhekroniq;, & ᵉreſiduo Aſchdodi:

21 ᵉEdomæis, & ᵉMoabitis, & ᵉHhammonitis:

22 Et omnibus Regibus ᵉTyri, omnibuſq; Regibus Tzidonis; & omnibus Regibus ᵉregionis illius quæ eſt ʰ ſecundum mare:

23 Item ᵉDedani, & Temæ, Buzoq;, & omnibus amputatis latere;

24 Id eſt, omnibus Regibus ᵉArabiæ; & omnibus Regibus ᵉmiſcellaneæ turbæ, habitantibus in deſerto:

25 Item omnibus regibus ᵉZimræi, omnibuſq; Regibus ᵉHhelami & omnibus Regibus Mediæ:

26 Et omnibus Regibus Aquilonis, propinquis & remotis ᵉ ⁱuni cũ altero, ac omnibus regnis cujuſque regionis ᵉquæ eſt ex adverſo hujus terræ; denique Rex ᵉScheſchaci ᵉbibet poſt iſtos.

27 Et dices ad eos, ſic ait Jehova exercituum, Deus Jiſraëlis, bibite & inebriamini, ᵉetiam vomite, ac cadite ita ut non ſurgatis: propter gladium quem ego immiſſurus ſum inter vos.

28 Eſto autem, ſi renuant accipere poculum e manu tua bibendum; ut dicas ad eos, ſic ait Jehova exercituum, ᵏomnino bibituri eſtis.

29 ᵉNam ecce in ea civitate ˡquæ de nomine meo vocatur, ego initium feci afficiendi malis; & vos ᵐomnino impunes eſſetis? nõ eritis impunes: nam gladium ego proclamo contra omnes habitatores iſtius terræ, dictum Jehovæ exercituum.

30 ᵉTu itaque prophetato ad illos omnia verba iſta: & dicito ad illos, Jehova ex alto ᵉrugiet, & ᵉex habitatione ſanctitatis ſuæ edet vocẽ ſuam, ᵒomnino rugiet in habitaculo ſuo, ᵉceleuſma quale eſt calcantium effecret contra omnes habitatores iſtius terræ.

31 Pervadet ſtrepitus uſque ad extremitatem terræ, quia cõtentio eſt Jehovæ cum gentibus iſtis, diſceptat ipſe contra omnem carnem: improbos iſtos expoſiturus eſt gladio, dictum Jehovæ.

32 Sic

ʰ *Heb.* in tranſitu maris.

ⁱ *Heb.* viro cum fratre ſuo.

ᵏ *Heb.* bibendo.

ˡ *Heb.* ſuper quam vocatur nomen meum.

ᵐ *Heb.* innocentes exiſtendo innocentes exiſteretis: vide Exodi 20. 7.

ᵒ *Heb.* rugiendo rugiet.

32 Sic ait Jehova exercituum, ecce afflictio proceſſura eſt de gente in gentem; & turbo magnus excitabitur e lateribus terræ:

33 Eruntq; confoſſi Jehovæ tempore illo[p] ab extremitate una terræ ad alteram: non plangentur, neque recipientur, neque ſepelientur, pro fimo in ſuperficie terræ futuri ſunt.

34 Ejulate paſtores, & clamate, & volutate vos magnifici[q] pecuarii; quia completi ſunt dies veſtri[r] ut mactemini: *dies* inquam diſperſionũ veſtrarum, quibus cadetis, [s]ut ut ſitis vaſa deſyderabilia:

35 Peribitq; perfugium a paſtoribus, & [t]ratio evadendi a magnificis pecuariis.

36 Vox[u] clamoſa paſtorum, ejulatúſque magnificorum pecuariorũ *audietur*; quia vaſtaturus eſt Jehova paſcuum eorum:

37 Et ſuccidentur caulæ[x] utentes pace, propter æſtum iræ Jehovæ

38 *AEſtuantis*, ut juvenis leo[y] derelinquens tugurium ſuum: nam erit terra iſtorum deſolationi propter æſtum[y] *gladii* opprimẽtis, & propter æſtum iræ ipſius.

p Heb. ab extremitate terræ uſque ad extremitatem terræ.

q Heb. gregis: ſic duobus ver. ſeq.

r Heb. ad mactandum.

s Heb. ut vas deſyderii.

t Heb. evaſio.

u Heb. clamoris.

x Heb. pacis.

ANNOTATIŌ.

1 *Verbum*] Hujus capitis ſummæ partes ſunt quatuor, præter inſcriptionem contentam duobus verſibus: conteſtatio, inde ad verſum 8. interminatio venturi mali, inde ad verſum 15. typus, inde ad verſum 30. ac poſtremò ſententiæ latio, inde ad finem uſque. *Totum pop.*] & alios ſimiliter, per ſynecdochen, qui poſteà in hoc capite recenſentur. *Qui annus*] quemadmodum etiam apparet ex 2. Reg. 24. 14. & 25. 11. incidit autẽ hic primus Nebucadnetzaris annus in deſinentem annum tertium Jehojakimi, & ineuntem quartum, ut conſtat ex Daniel. 1. 1. 3 *A decimo tertio*] conteſtatio, qua ſuum & aliorum Dei Prophetarum officium Jirmeja comparat cum rebellione Judæorum. De tempore autem vide ſuprà 1. 2. 8 *Idcircò*] ſecunda pars, interminatio in Judæos æquè ac in omnes finitimos (ut ſuprà 9. 25.) uſque ad ver. 12. deinde verò in Chaldæos ipſos ad conſolationem Eccleſiæ, ver. 12. & duobus ſeq. 9 *Miſſurus*] id eſt ſpiritu, velut nuntio tranſmiſſo, excitaturus: humanitus dictum. *Servum meum*] id eſt, effecturum voluntatem meam velut adminiſtrum, ut Cyrus appellatur illius paſtor, Jeſchahh. 44. 23. 10 *Sonum molar.*] i. omnis commoditas victus, & vel minima proſperitas, quæ lucis nomine in ſcripturis figuratur. 11 *Gentes iſtæ*] id eſt, Judæa cum aliis Gentibus, ſynecdochicè: ut copioſiùs explicatur infrà 29. 10. & ſeq. 12 *Expo-nam*] ut prædixerat Jeſchahhja 13. & 14. & 21. & 47. narratúrque geſtum, Daniel. 5. 15 *Nam ſic edixit*] tranſitio ad quartum locum de typo mandato divinitus; qui ætiologicus eſt eorũm quæ modò Propheta dixit, fore ut Babylonius ſervitutem exigat non tantùm a Judæis, ſed etiam a Gentibus Regibúſque magnis. *Poculum*] ut Jeſchahh. 51. 17. *Bibendum dato*] nempe Prophetia; id eſt, bibituras illas prophetato: vide ſuprà 1. 10. ſic deinde illi Deus tradere quod propheret, & ipſe viciſſim ſumere, ac bibendum dare dicitur, ver. ſequentibus. 18 *Tradendo*] id eſt, pronuntiando ſententiam excidii, quam contra Judæam jam tulit Dominus. 19 *Parhhons*] ut copioſiùs exponitur infrà 46. 20 *Miſcellaneæ*] id eſt, variis populis, quorum nomina ſequentibus exponuntur; fines autem inter ipſos non tantùm conjuncti, ſed etiam confuſi erant & permixti dominatus. *Hhutzi*] vide Geneſ. 10. 23. *Omnibus regibus*] id eſt, tum regibus, tum rebuspublicis quæ in Peliſchtæa erant: vide infrà 47. *Reſiduo*] nam Aſchdodum ſive Azoton Pſammetichus pater Parhhonis Neconis annis vigintinovem obſederat, itáque bona ex parte everterat Rempublicam, teſte Herodoto in Euterpe. 21 *Edomæis*] de quibus infrà 49. 7. & ſequentibus. *Moabitis*] de quibus infrà 48. *Hhammonitis*] de quibus infrà 49. 1. 22 *Tyri*] de quibus infrà 47. 4. *Regionis*] id eſt, Syriæ ſuperioris, Peliſchtæis fœderatæ; infrà 49. 23. 23 *Dedani &*] i. gentibus Arabiæ petrææ, de quibus infrà 49. 28. Hoc autẽ Dedane & ſequentib. ſynecdochicè cõtinentur poſteri plures Keturæ, Nachoris, & Jiſchmahhelis. Nã Dedã filius eſt Keturæ, Gen. 25. 13. Tema Jiſchmahhelis, Gen. 25. 15. & Buz Nachoris, Gen. 22. 21. *Amputatis latere*] vide ſuprà 9. 26. 24 *Arabia*] petrææ videlicet, ut docet ſequentiũ comparatio. *Miſcellaneæ*] i. Arabũ Scenitarũ, Nomadũ, Attalorũ, aliorúmque ſine clauſtris & civitatibus in Arabia deſerta degẽtiũ, ut ſcribitur infrà 49. 31. & ſeq. 25 *Zimræi*] id eſt, incolarum felicis Arabiæ, ſynecdochicè. Sunt enim Zimræi ſive Zimranæi populi felicis Arabiæ, dicti a Zimrane: cujus mentio eſt Geneſ. 25. 2. Zamarenos vocat Plinius lib. 6. natur. hiſtor. capite 28. *Hhelami*] vide Geneſ. 10. 22. & infrà 49. 34. 26 *Uni cum altero*] id eſt promiſcuè, ut dictum eſt ſuprà 9. 25. *Quæ eſt ex adverſo*] periphraſis circumjacentium & finitimarum regionum. *Scheſchach*] id eſt, Babyloniæ feſta agentis, ut ſcribitur Danielis 5. & apud Herodotum lib. 2. Eſt enim Scheſchac lingua Babylonica feſtum diem celebrans, & Schace feſti dies, ut refert Athenæus lib. 14. ex Beroſo & Cteſia. Eſt autem hæc nominis mutatio referenda ad μετωνύτητα orationis, de qua Hermogenes tomo quarto de invẽtione: qua commutatione idcircò Propheta uſus eſt, quòd hac una appellatione vellet diem ipſum caſus Babylonici velut digito commonſtrare, hîc & infrà 51. 41. confer cum Jeſchahh. 21. 5. *Biber*] alludit ad convivium, de quo Daniel. 5. 27 *Etiam vomite*] id eſt, ita obruimini poculo indigationis Dei, ut non tantùm conturbemini, ſed omnem facultatem vos exonerandi & vitam ipſam amittatis. Pergit enim Propheta in typica ſua allegoria. 29 *Nam ecce*] elegans ætiologia, de qua vide 1. Petri 4. 17. & ſeq. ſic Jechezk. 9. 6. 30 *Tu itaque*] ultima pars, ſententiæ latio, concludens præcedentem conteſtationem & typũ: qua primùm terrores denuntiantur, duobus verſibus; deinde horrendæ ſtrages, luctúſque funeſtiſſimus, verſibus ſeq. *Rugiet*] id eſt, ut leo in prædam viſam incurſurus, horrendum intonabit: nam tota hæc ſententia eſt allegorica, Deum cum leone, Reges & Principes cum paſtoribus, populos cum gregibus, regiones cum paſcuis & caulis comparans:

Ex habitatione] id est e cœlo. *Celeusma*] vide Jeschahh. 16. 18. 38 *Derelinquens*] nimirum ut in prædam involet. *Gladii*] ut infrà 46. 16. & 50. 16.

Caput XXVI.

Iirmeja ineunte Iehojakimi regno omnes ad resipiscentiam hortatur, & recusantibus judicium denuntiat: ac propterea comprehensus a Sacerdotibus & Prophetis accusatur, publico judicio purgatur, & autoritate Achikami a violentia Regis defenditur.

1 In principio regni Jehojakimi filii Joschijæ Regis
Jehudæ, fuit verbum hoc a Jehova, edicendo,
2 Sic ait Jehova, sta in atrio domus Jehovæ, ut eloquaris apud omnes civitates Jehudę venientes adincurvandũ se *in* domo Jehovæ, omnia verba quæ præcipio te eloqui eis: ne subtrahito verbum:
3 Si fortè auscultantes revertãtur quisque a via sua mala; ut pœniteat me mali quod ego cogito facere illis propter pravitatem actionum illorum.
4 Itaq; dicito ad eos, sic ait Jehova: nisi auscultaverîtis mihi, ut ambuletis in lege mea quam proposui vobis,
5 Auscultando verbis servorum meorum Prophetarum quos ego mitto ad vos, ut inde a diluculo mittenti nondum auscultastis;
6 Utique reddam domum hanc similem Schilunti, & civitatem hãc tradam maledictioni apud omnes gentes terræ.
7 Audiebant autem Sacerdotes, ac Prophetæ, totusq; populus, Jirmejam proloquentem verba ista in domo Jehovæ.
8 Quare fuit cùm absolvisset Jirmeja proloqui quæcunque præceperat Jehova proloqui apud totum populum; ut prehenderent eum Sacerdotes, & Prophetæ, totúsque populus ille, dicendo, omnino moriturus es.
9 Cur prophetasti nomine Jehovæ, dicendo, similis Schilunti futura est domus hæc, & civitas hæc ita vastabitur ut nullus sit habitator? congregabaturq; totus populus ad Jirmejam *in* domum Jehovæ.
10 Audientes autem principes Jehudæ res istas, ascenderunt è domo Regis *in* domum Jehovæ: & consederunt ad ostium portæ Jehovæ recentioris.
11 Tum alloquuti sunt Sacerdotes, & Prophetæ Principes illos, & omnes *seniores* populi, dicendo; crimen capitale *est* in viro isto: nam prophetavit contra civitatem hãc, quemadmodum audivistis auribus vestris.
12 Tum alloquutus est Jirmeja omnes illos Principes, totumq; populum, dicendo: Jehova misit me ad prophetandum contra domum hanc & contra civitatem hanc omnia verba quæ audivistis.
13 Nunc ergo bonas efficite vias vestras, & actiones vestras, & auscultate voci Jehovæ Dei vestri: & pœnitebit Jehovam istius mali quod eloquutus est contra vos.
14 De

a Heb. manè surgendo & mittendo.

b Heb. moriendo.

c Heb. jus mortis viro isti: sic infrà ver. 16.

14 De me autem, ecce me in manu vestra: facite mihi ut bonum & ut rectum *videtur* in oculis vestris.

15 Verumtamen [d] omnino scitote, si morte afficitis me, [e] sanguinem innocētem vos imponere vobis, & civitati huic, & habitatoribus ejus: nam [f] verè misit me Jehova ad vos, ad proloquendum [f] vobis audientibus omnia verba ista.

16 [g] Tunc dixerunt Principes illi, omnésque *seniores* populi ad Sacerdotes & ad Prophetas; nullum est in viro hoc crimen capitale, cùm nomine Jehovæ Dei nostri sit alloquutus nos.

17 Et surgētes [g] quidam è senioribus terræ; alloquuti sunt totam congregationem populi, dicendo:

18 [h] Mica Moraschtites [h] prophetabat temporibus Chizkijæ regis Jehudæ, & alloquebatur totum populum Jehudæ, dicendo; sic ait Jehova exercituum, Tzijon *ut* ager arabitur, & urbs Jeruschalaimorum *in* cumulos erit, & mons hujus domus in excelsa [i] sylvosa.

19 An [k] omnino morte affecerunt illum [k] Chizkija Rex Jehudę, & totus Jehuda? an non reveritus est Jehovam, & deprecatus est faciem Jehovæ, atque pœnituit Jehovam illius mali quod eloquutus fuerat contra eos? nos ergo facimus malum magnum contra [l] nos ipsos.

20 [m] Et quamvis etiam quidam prophetans nomine Jehovæ, Urija filius Schemahhjæ ex kirjath-Jehharimis; prophetasset cōtra civitatem hanc & contra terram hanc omnino secundum verba Jirmejæ,

21 Cumq; audivisset Rex Jehojakim & omnes potētes ejus, omnésque Principes verba ejus, [n] & quæsivisset Rex eum afficere morte (quod audiens Urija timuit, fugiénsque venit in Ægyptum:

22 Sed misit Rex Jehojakim quosdam in Ægyptum; Elnathanem filium Hhacboris, & [m] alios cum eo in Ægyptum,

23 Qui educentes Urijam ex Ægypto, reduxerūt eum ad Regem Jehojakimum) & percussisset eum gladio, abjecisseteq; cadaver ejus in sepulchra [n] populariūm:

24 Verumtamen [o] manus Achikami filii Schaphanis adfuit Jirmejæ, ut non traderet eum in manum populi ad morte afficiēdum ipsum.

[d] *Heb.* sciendo.
[e] *Heb.* in veritate.
[f] *Heb.* in auribus vestris.
[g] *Heb.* viri: sic infrà ver. 23.
[h] *Heb.* erat prophetans: ut ver. 20. Micæ 3. 12.
[i] *Heb.* sylvæ.
[k] *Heb.* morte afficiēdo.
[l] *Heb.* animas nostras.
[m] *Heb.* viros.
[n] *Heb.* filiorum populi.

ANNOTATIO.

1 *Principio*] Totum hoc caput est διηγηματικὸν, id est, narrativum: nam post observatam temporis circumstantiam ver. 1. narrantur quatuor: primum est prophetiæ argumentum, quam ex mandato Dei pronuntiavit Jirmeja, usque ad versum 7. secundum, criminatio, tribus versibus; tertium, litis contestatio, usque ad versum 16. quartum, sententia Prophetam absolvens, conjuncta exsequutione illius. 2 *Civitates*] id est cives, metonymicè. 3 *Pœniteat*] vide Genes. 6. 6. 4 *Sic ait Jehova*] summa Prophetiæ, nimirum hypothetica interminatio; ut suprà 7. cui ex adverso respondens promissio (quæ hîc reticetur) ponitur infrà ver. 13. 7 *Audiebant*] secunda pars narrationis, de criminatione Jirmejæ. *Totusq; pop.*] qui tum videlicet in atrio erat: sic seq. versu. 9 *Totus populus*] reliquus videlicet qui per urbem erat. 10 *Audientes*] tertia pars narrationis, de litis cōtestatione: qua accusatur Jirmeja, ver. 11. & Prophetæ se ipsum defendit, versib. quatuor seq. *Recentioris*] id est supremæ, quam Rex Jotham curaverat ædificari, 2. Chronic. 23. 7. 11 *Principes illos*] id est, totum consilium justè constitutum ex utroque ordine: ut apparet ex ver. 17. 12 *Tum alloquutus*] defensio Jirmejæ juridicialis absoluta (ut vocant Rhetores) incipiens & concludens a vocatione Dei, & jure ab ipso factum asserēs: quapropter promissionem hypotheticam proponit, vers. 13. & hypothetica interminationem, duobus seq. 15 *Sanguinem innocent.*] i. vos vestra ipsorum culpa reos peragi injustissimæ & crudelissimæ cædis meæ. 16 *Tunc dixerunt*] sententia, cujus ἄπιον exponitur tribus ver. seq. & exsequutio, reliquis. 18 *Mica*] confirmatio sententię, a ptæ judicatę similis exēpli. 19 *Chizkija &c.*] id est, justum legitimúmque consilium ex regiis & popularibus: ut supra ver. 11. 20 *Et quamvis*] narratio exsequutionis sententiæ, & libe-

rati justo judicio Jirmejæ, contra illegitimam Regis violentiam: cujus exemplum his quatuor versibus continetur. 21 *Et quæsiviſſet*] sine consilio legitimo, re non quæsita, cognita, & legitimè judicata, denique sine ulla juris forma. 23 *Populariſum*] id est, contemptissima & abjectissima: cujusmodi fuerunt quos Latini vocabant puticulos teste Varrone lib. 4. de lingua Lat. 24 *Manus*] id est, autoritas & auxilium: fuerat enim Achikam jam diu consiliarius in comitatu Regis Joschijæ, ac proinde plurimùm autoritate poterat.

CAPUT XXVII.

Deus per Prophetam typo & sermone venturum Nebucadnetzaris dominatum prædicit in gentes omnes finitimas, & ipsis consulit: deinde Regem futurum Iudæorum similiter admonet ut se dedat Babylonio, & a Pseudoprophetis caveat: & omnes ordines ad temporarium Babylonii obsequium provocat adductis minis & promissionibus.

1 IN principio regni Jehojakimi filii Joschijæ regis Jehudæ; fuit verbum hoc ad Jirmejam a Jehova, edicendo,

2 Sic edixit Jehova mihi, compara tibi vincula & lora quæ indas collo tuo.

3 Deinde mittito illa ad Regem Edomæorum, & ad Regem Moabitarum, & ad Regem Hhammonitarum, & ad Regem Tyri, & ad Regem Tzidonis; per legatos qui venturi sunt Jeruschalaima ad Tzidkijam Regem Jehudæ:

a Heb. filiorum Hhammonis. *b Heb.* per manum legatorum.

4 Et mandato illis ut dominis suis indicant: sic ait Jehova exercituũ Deus Jisraëlis, sic indicitote dominis vestris:

5 Ego feci terram, homines, & jumenta quæ sunt in superficie terræ virtute mea maxima, & brachio meo extento: ideò trado illam cui rectum videtur in oculis meis.

Daniel. 2.

6 Nunc itaque ego trado omnes regiones istas in manum Nebucadnetzaris Regis Babyloniæ servi mei: quin etiam bestias agri trado ei ut serviant ei.

c Heb. filio filii ejus. *d Heb.* servient *sibi* per eum: ut Exodi 1. 14. & suprà 25. 14.

7 Servient autem ei omnes istæ gentes, filioq; ejus, & nepoti ejus; donec adveniat tempus terræ ipsius etiam illud, cùm servitutem exigent ab eo gentes amplæ & Reges magni.

8 Erit igitur ut in gentem illam & in regnum illud quæ non servient ipsi Nebucad-netzari Regi Babyloniæ, & quæ nõ indet collum suum jugo Regis Babyloniæ; gladio & fame, ac peste animadvertam in gentẽ istam, dictum Jehovæ, donec consumpsero eas manu illius.

9 Vos ergo ne auscultetis Prophetis vestris, aut divinis vestris, aut somniis vestris, aut planetariis vestris, aut præstigiatoribus vestris; qui alloquuntur vos dicendo, non estis servituri Regi Babyloniæ.

10 Nam falsum isti prophetant vobis; ut longè abducam vos a terra vestra, & cùm depulero vos pereatis.

11 Gentem verò illam quę inducet collum suum in jugum Regis Babyloniæ, & serviet ei; ipsam utique relinquam in terra sua, dictum Jehovæ, ut colat eam & habitet in ea.

12 Etiam Tzidkijam Regem Jehudæ alloquutus sum secundum omnia verba ista, dicendo; inducite colla vestra in jugum Regis Babyloniæ,

niæ, & ſervite ei, populóque ejus; ita vivite.
13 "Quare moreremini tu & populus tuus gladio, fame, & peſte; quẽ-
admodum" eloquutus eſt Jehova de gente quæ non ſervierit Regi Ba-
byloniæ?
14 Ne ergo auſcultetis verbis iſtorum prophetarum qui alloquun-
tur vos, dicendo; non eſtis ſervituri Regi Babyloniæ: nã falſum iſti pro-
phetant vobis,
15 (Non enim miſi eos, dictum Jehovæ, ſed ipſi prophetant nomine
meo falsò) ut depellam vos, & pereatis vos & ipſi Prophetę qui prophe-
tant vobis.
16 Etiam Sacerdotes, & totum populum ipſum alloquutus ſum, di-
cendo; ſic ait Jehova, ne auſcultetis verbis Prophetarum veſtrorum qui
prophetant vobis, dicẽdo, eccè" inſtrumenta domus Jehovæ reducen-
tur ex Babylonia jam 'mox: nam falſum iſti prophetant vobis.
17 Ne auſcultetis eis, ſervite Regi Babyloniæ, ita vivite: quare eſſet
civitas hæc[f] deſolationi?
18 "Quòd ſi Prophetæ ſunt, &" ſi eſt verbum Jehovæ cum ipſis; inter-
cedant, quæſo, apud Jehovam exercituum, ut non veniant hæc inſtru-
menta quæ reliqua ſunt in domo Jehovę, domoq; Regis Jehudæ, ac Je-
ruſchalaimis in Babyloniam.
19 Nam ſic ait Jehova exercituum; de iſtis" columnis, & de iſto lacu,
ac de baſibus, denique de[g] reliquis inſtrumentis quæ reliqua ſunt in ci-
vitate hac,
20 Quæ non accepit Nebucad-netzar Rex Babyloniæ, cùm depor-
taret Jeconjam filium Jehojakimi Regis Jehudæ Jeruſchalaimis in Ba-
byloniam; & omnes clariſſimos Jehudæ & Jeruſchalaimorum:
21 Nam, *inquam*, ſic ait Jehova exercituum Deus Jiſraëlis; de iſtis in-
ſtrumentis quæ reliquâ ſunt *in* domo Jehovæ, & in domo Regis Jehu-
dæ, ac Jeruſchalaimis:
22 In Babyloniam deferentur & illic erunt; uſque" in diem quo viſi-
taturus ſum hos, dictum Jehovæ, quo faciam ut aſcendant hi, & reducã
illa in locum hunc.

e Heb. celeritate.

f Heb. deſolatio.

g Heb. reliquo inſtrumentorum.

2. Reg. 24. 14. & ſeq.

2. Reg. 25. 16. 2. Chron. 36. 18. & infrà 52.

ANNOTATIO.

1 *In principio*] Hujus prophetiæ (quæ inſcriptionem ſuam habet ver. 1.) ſummæ partes ſunt duę: una eſt denuntiatio prophetica ſervitutis, quã ſervitura erant finitima regna omnia Regi Babyloniæ, uſque ad ver. 12. altera eſt prophetia di daſcalica ad populum Dei, inde ad finem uſque. *Principio*] id eſt, ante annos undecim quàm Tzidkija cœpiſſet regnare, revelata eſt divinitus prophetia hæc, & a Jirmeja obſignata; cùm nõdum magnus ille Nebucadnetzar in Babylonia regnaret: ut oſtenditur ſuprà 25. 1. 2 *Sic edixit*] prior hæc prophetiæ pars continet typum, duobus ver. & explicationem, ſequentibus 6. *Comparatibi*] videlicet in tempus illud quo cœpturus erat Tzidkija regnare: ſic enim autoritas conciliatur prophetiæ, & omnis malè de Propheta ſuſpicandi occaſio tollitur. *Indas*] videlicet illorum unum, ad figurandum regnum Tzidkijæ, ut apparet ex ſeq. cap. 3 *Illa*] nimirum alia ad Reges exteros pertinentia. *Venturi*] & cõſpirationem juncto fœdere inituri, de qua 2. Chronic. 36. 13. 5 *Ego feci ter.*] theſis ſive propoſitio generalis, exponens cauſam & fundamentum hypotheſeos, quæ ſequentibus verſibus continetur. Eſt autem cauſa ſumpta a creatione & jure Dei in res creatas omnes. 6 *Nunc itaque*] hypotheſis continens primùm explicationem typi, tribus verſib. deinde conſilium, tribus alteris. *Regis Babyl.*] futuri poſt quadrienniũ, ut ſuprà 25. 1. 7 *Filio ejus*] Evilmerodaco, cujus mentio eſt 2. Reg. 25. 30. & infrà 52. 31. *Nepotí*] Bel-ſchatzazi, de quo Daniel. 5. 1. *Tempus terræ*] id eſt, quo viſitaturus ſum terram, ut infrà ver. ultimo: nimirum poſt annos ſeptuaginta, ſuprà 25. 12. & infrà 29. 10. *Gentes amplæ*] Perſæ & Medi, de quibus Jeſchahh. 21. 9 *Vos ergo*] propoſitio conſilii, ut diximus in ver. 6. 12 *Etiam Tzidkijam*] ſecunda pars Prophetiæ, qua datur conſilium primum

Regi

Regi Judæorum, 4. versib. deinde sacerdotib. & populo toti, 3. versib. ac postremò ultima deportatio prænuntiatur; reliquis ver. 13 *Quare moreremini*] ἄτοπον præcedentis consilii, ad quod regreditur Propheta seq. ver. *Elegantius*] supra ver. 8. 16 *Instrumenta*] quæ deportata fuerant in Babyloniam temporibus Jehojakimi & Jeconjæ, 2. Chron. 36. 7. & 10. 18 *Quòd si*] ἀντιπαράστασις, qua Propheta docet prophetas illos, si sunt servi Dei, non debere illius iram mendaciis suis cumulare; sed certissimè eventuram amoliri atque deprecari coram Deo: sic comparatur transitus ad propheticam denuntiationem sequentem. *Si est Verbum*] id est, si Deo sunt chari, & ullam cum eo communicationem habent. 19 *Columnis*] de quibus 1. Reg. 7. 22 *In diem*] de quo 2. Chron. 36. 22. & Hhezræ 1.

Caput XXVIII.

Iirmeja præcedentem concionem typo & sermone Iudæis significans, a Chananja reprehenditur: quem bona Iudæis, finitimis q. gentibus, & mala Chaldæis ominantem Iirmeja redarguit, & protervè in se irruenti ac lorum suum frangenti cedit; donec a Deo remissus prophetiam suam amplificat, & mortem Chananjæ prædicit, quam eventus comprobavit.

1 Cùm autem fuisset *illud* ab anno illo, principio regni Tzidkijæ regis Jehudæ, ad annum usque *illius* quartum mense quinto; alloquutus est me Chananja filius Hhazzoris Propheta qui erat e Gibhhone, in domo Jehovæ, ante oculos Sacerdotum & totius populi, dicendo,

2 Sic ait Jehova exercituum Deus Jisraëlis, dicendo; fregi jugum Regis Babyloniæ.

3 Intra biennium justum ego reducturus sum in locum hunc omnia instrumenta domus Jehovæ; quæ accepit Nebucad-netzar Rex Babyloniæ e loco hoc, & deduxit in Babyloniam:

4 Etiam Jeconiam filium Jehojakimi Regis Jehudæ, & omnes deportatos Jehudæ qui venerunt in Babyloniam, ego reducturus sum in locum hunc, dictum Jehovæ: cùm fregero jugum Regis Babyloniæ.

5 Tum alloquens Jirmeja Propheta Chananjam Prophetam illum, ante oculos sacerdotum, & ante oculos totius populi, qui astabant in domo Jehovæ:

6 Dixit Jirmeja Propheta, amen, ita faciat Jehova: præstet Jehova verba tua quæ prophetasti, reducendo instrumenta domus Jehovæ, & omnes deportatos e Babylonia in locum hunc.

7 Verumtamen audi quæso verbum hoc quod ego loquor; te audiente, & audiente toto hoc populo.

8 Prophetæ illi qui fuerunt ante me & ante te inde a seculo; illi prophetaverunt contra regiones amplas & contra regna magna bellum, & afflictionem *famis*, & pestem:

9 Propheta ille qui prophetat pacem; cùm évenit verbum ipsius Prophetæ, cognoscitur ille Propheta esse quem misit Jehova verè.

10 Tum capiens Chananja Propheta lorum illud a collo Jirmejæ Prophetæ, fregit illud:

11 Et loquutus est Chananja ante oculos totius populi, dicendo; sic ait Jehova; ita frangam jugum Nebucad-netzaris Regis Babyloniæ intra biennium justum è collo omnium istarum gentium: tum abibat Jirmeja Propheta itinere suo.

12 Sed

a Heb. dierũ: ut Gen. 41. 1. sic infrà ver. 11.

b Heb. omnem deportationẽ: sic ver. 6.

c Heb. in auribus tuis, in auribus, &c.

d Heb. in veritate.

12 Sed fuit verbum Jehovæ ad Jirmejam; postquam fregisset Chananja Propheta lorum illud è collo Jirmejæ Prophetæ, edicendo,
13 Abi & alloquitor Chananjam, dicendo; sic ait Jehova, lora lignea fregisti, sed compara loco illorum lora ferrea.
14 Nam sic ait Jehova exercituum Deus Jisraëlis, jugum ferreum impositurus sum collo omnium gentium istarum, ut serviant Nebucadnetzari Regi Babyloniæ, & servituræ sunt ei: quin etiam bestias agri traditurus sum ei.
15 Deinde dixit Jirmeja Propheta ad Chananjam prophetam; audi jam Chananja, non misit te Jehova, sed tu fecisti ut fiduciam poneret populus hic in falso.
16 Idcircò sic ait Jehova, ecce ego emissurus sum te a superficie terræ, hoc anno tu moriturus es; quia apostasiam suasisti contra Jehovam.
17 Et mortuus est Chananja Propheta, anno illo mense septimo.

ANNOTATIO.

1 *Cùm autem*] Totum hoc caput narrativum est eorũ quæ consecuta sunt ex præcedente prophetia. Narrat enim Jirmeja primùm contradictionem Chananjæ, versibus 4. & redargutionem suam, versib. 5. sequentib. deinde cõtrarium typum a Chananja exhibitum cum sua interpretatione, ver. 10. & 11. & interminationem Dei a Jirmeja prænuntiatam, effectámque a Deo, inde ad finem usque. *Fuisset illud*] id est, cùm typo & sermone, quem Deus imperaverat suprà 27.3. volũtatem Dei judiciúmque significare perrexissem per quadriẽnium. Nam particula Hhebraica tertio loco significationem accipit præpositionis usque: quo etiam modo interpretati sumus 1. Schem. 18.10. & alibi. *Propheta*] officio videlicet, quamvis re ipsa falsus esset: nam ex gente Sacerdotum erat ad quos pertinebat Gibbhon. Jehosch. 21.17. 2 *Fregi*] id est, in consilio meo constitutum est frangere. 5 *Ante oculos*] id est publicè, prout publicè peccaverat: quò spectat documentum Pauli 1. Timoth. 5.20. 6 *Dixit Jirmeja*] hujus redargutionis duæ sunt partes; exordium a voto, captans auditorum benevolentiam, ac potius (ut Rhetores vocãt) insinuatio, hoc & seq. versu; deinde confutatio, seq. 8 *Prophetæ*] confutationis duo sunt argumenta: prius, quòd populo improbissimo pacem & prosperitatem prædicat, id a lege & omnibus sanctorum Prophetarum testimoniis discrepare, ver. 8. deinde eventum ipsum esse commonstraturum quàm falsa sit Chananjæ prædicatio: quas duas pseudoprophetarum notas, a doctrina videlicet & ab eventu, docuit Mosche Deuter. 13. & 18.20. 10 *Lorum illud*] quod ipsi supererat, ut figuraret jugum Babyloniorum Judæis imponendum; ut diximus suprà 27.2. 11 *Istarum gent.*] contra quas antè prophetasti. *Abibat*] contentionem fugiens videlicet, & consulens ædificationi (quæ inter rixandum nulla est) donec Deus opportunitatem exhiberet servo suo commodam ad ædificandum, ut factum fuisse narratur seq. versu. 16 *Apostasiam*] ut Deut 13. 5. & infrà 29.13.

CAPUT XXIX.

Propheta Iudæos in deportatione Babylonica versantes literis admonet de officio in captivitate, de promissæ in futurum liberationis tempore, & de calamitatibus eorum qui deportationem refugerint pseudoprophetarum mendaciis: itaque orationem in pseudoprophetas convertens ipsos reprehendit, & funestum exitium singulis prænuntiat.

1 Hæc autem sunt verba Epistolæ quam misit Jirmeja Propheta Jeruschalaimis; ad [a] reliquos seniores deportatos, & ad Sacerdotes, & ad Prophetas, atque ad totum populũ, quem deportaverat Nebucad-netzar Jeruschalaimis in Babyloniam:

[a] *Heb.* reliquum seniorum deportationis.

2 Postquam egressus esset Jeconja Rex & Augusta, ac aulici Principes Jehudæ ac Jeruschalaimorum; fabriq; lignarii, & fabri ferrarii Jeruschalaimis:

2. Reg. 24. 14. & seq.

3 Per El-hhasam filium Schaphanis & Gemarjam filium Chilkijæ (quos mittebat Tzidkija Rex Jehudæ ad Nebucad-netzarem Regem Babyloniæ in Babyloniam) dicendo:

4 [a] Sic

4 Sic ait Jehova exercituũ Deus Jiſraëlis, [b] omnibus deportatis quos deportavi Jeruſchalaimis in Babyloniam:

5 Ædificate domos, & inhabitate: ac [c] conſerite hortos, & veſcimini fructu eorum.

6 Ducite uxores, & gignite filios ac filias; accipite etiam filiis veſtris uxores, & filias veſtras tradite viris ut pariant filios filiáſque: & augeſcite iſtîc, ac ne minuamini:

7 Denique quærite [d] proſperitatẽ iſtius civitatis quò deportavi vos, & orate pro ea Jehovam; nam cum proſperitate ejus futura eſt vobis proſperitas.

8 Sic enim ait Jehova exercituũ Deus Jiſraëlis, ne decipiant vos prophetæ veſtri qui ſunt inter vos, & divini veſtri; neq; auſcultetis ſomniis veſtris, quæ vos ipſi curatis ſomniari:

9 Quia falsò iſti prophetant vobis nomine meo: non miſi eos, dictũ Jehovæ.

10 Sic enim ait Jehova; nam ubi implebuntur Babylonię ſeptuaginta anni, viſitabo vos: & præſtabo erga vos verbum meum illud optimum, reducendo vos in locum hunc:

11 Cùm ego agnovero *dandas vobis* cogitationes quas ego cogito de vobis, dictum Jehovæ, cogitationes [e] proſperitatis, non autem adverſitatis; dandum vobis finem, [f] eumq; exſpectatiſſimum.

12 Cùm invocaverîtis me ut abeatis, & oraverîtis me; tum exaudiam vos:

13 Et quærentes me invenietis, cùm requiſiverîtis me ex toto [g] animo veſtro.

14 Præſtò enim futurus ſum vobis, dictũ Jehovæ, & reducturus [h] captivos veſtros, congregaturusq; vos ex omnibus gentibus, & ex omnibus locis quò depulero vos, dictum Jehovæ: & reducturus vos in locũ hunc unde deportavi vos:

15 Cùm dixerîtis, excitaverat nobis Jehova Prophetas *prophetantes*, *eundum* in Babyloniam.

16 Nam ſic ait Jehova de Rege qui ſedet in ſolio Davidis, & de toto populo qui reſidet in civitate hac; fratribus veſtris qui non egreſſi ſunt vobiſcum in illa deportatione:

17 Sic ait, *inquam*, Jehova exercituum, ecce ego immiſſurus ſum in hos gladium, famem, ac peſtem: & expoſiturus ſum eos tanquam ficus horrendas, quæ non poſſunt comedi præ pravitate.

18 Nam perſequar eos gladio, fame, ac peſte; & exponam eos cõmotioni apud omnia regna terræ, exſecrationi, & deſolationi, ſibilóque, & opprobrio apud omnes gentes quò depulero eos:

19 Eò quòd non auſcultant verbis meis, dictum Jehovæ; cùm mitto ad eos ſervos meos Prophetas inde a diluculo continenter, ut non auſcultabatis, dictum Jehovæ.

Vos

20

b Heb. toti deportationi quã, &c. ſic deinceps.

c Heb. plantate: ſic infrà 28.

d Heb. pacẽ: ſic deinceps.

2. Chron. 32. 26.

e Heb. pacis, non autem mali.

f Heb. & exſpectationis.

g Heb. corde.

h Heb. captivitatem veſtram.

ſuprà 24.

i Heb. manè ſurgendo & mittendo: ut 2. Chron. 36. 15.

20 [k]Vos itaque audite verbum Jehovæ; omnes deportati quos misi Jeruschalaimis in Babyloniam.

21 Sic ait Jehova exercituum Deus Jisraëlis de[l] Achabo filio Kolajæ, & de Tzidkija filio Mahhasejæ, qui prophetãt vobis nomine meo falsum: ecce ego traditurus sum eos in manum Nebucad-retzaris Regis Babyloniæ, ut percutiat eos ante oculos vestros:

22 Et sumetur ab ipsis [l]maledictionis formula apud omnes deportatos Jehudę qui sunt in Babylonia, dicendo; disponat te Jehova ut Tzidkijam, & ut Echabum, quos torrefecit Rex Babyloniæ igne:

23 Eò quòd commiserunt flagitium in Jisraële, adulterãtes cum uxoribus amicorum suorum, & loquentes verbum nomine meo [m]falsum quod non præceperam eis: [n]ego verò sum istorum cognitor ac testis, dictum Jehovæ.

24 [o]Schemahhjam verò Nechelamæum alloquitor, dicendo,

25 [p]Sic ait Jehova exercituum Deus Jisraëlis, dicendo; eò quòd tu misisti nomine tuo literas ad totum populum qui est Jeruschalaimis, & ad Tzephanjam filium Mahhaseję Sacerdotem, atque ad omnes Sacerdotes, dicendo,

26 [q]Jehova disposuit te Sacerdotem in loco Jehojadahhi Sacerdotis, cùm sitis præfecti *in* domo Jehovæ contra omnem virum [r]amentem & Prophetam agentem; ut ponas eum in cippo aut in [s]scapha:

27 Nunc ergo quare non increpasti *saltem* Jirmejam Hhanathotanum, qui Prophetam agit vobis?

28 Quandoquidem misit ad nos in Babyloniam, dicendo, longa est *captivitas*: ædificate domos, & inhabitate; ac conserite hortos, & vescimini fructu eorum.

29 (Legerat enim Tzephanja Sacerdos literas istas, [t]audiête Jirmeja Propheta)

30 Fuit ergo verbum Jehovæ ad Jirmejam, edicendo,

31 Mitte ad omnes deportatos dicẽdo; sic ait Jehova de Schemahhja Nechelamæo: eò quòd prophetat vobis Schemahhja, quamvis ego nõ miserim ipsum, facitq; ut fiduciam ponatis in falso:

32 Idcircò sic ait Jehova, ecce ego animadversurus sum in Schemahhjam Nechelamæum, & in semen ejus; non erit ei quisquam qui habitet in medio populi hujus, neque videbit bonum quod ego facturus sum populo meo, dictum Jehovæ: quia apostasiam suasit contra Jehovam.

[k] qui idẽ dicitur Echab. sequ. ver.

[l] *Heb.* maledictio: metonymia.

[m] *Heb.* falsitatis.

[n] *Heb.* fugẽtis navicum.

[o] *Heb.* in auribus Jirmejæ Prophetæ.

supra ver. 5.

ANNOTATIO.

1 *Hæc autem*] Hujus capitis partes in universum duæ sunt: inscriptio, tribus versib. & epistola prophetica, ad finem usque. 4 *Sic ait*] hæc epistola (cujus inscriptionem hic versus continet) duo habet prophetiarum genera: unum commune & ad Judæos omnes spectans, usque ad ver. 20. alterum singulare cõtra Pseudoprophetas & adversarios Jirmejæ, ad finem usque. Communis autem prophetiæ tres sunt partes: prima qua Deus deportatos pedem in Babylonia figere jubet, usque ad ver. 10. secunda, qua liberationem in suum tempus pollicetur resipiscẽtibus, usque ad ver. 16. tertia, qua reliquis in Judæa consistentibus aut alibi extra Babyloniam, infinita mala prænuntiat, ver. 16. & tribus sequen. 5 *Ædificate*] id est, ita inite rationes vestras & vitam instituite, ut diu mansuri in Babylonia:

ſynecdoche. 7 *Civitatis*] id eſt, totius regni Babylonici, ſynecdochicè. 8 *Ne decipiant*] videlicet prædicãdo mox futuram eſſe liberationem, ac proinde vos a veris prophetiis & juſtis actionibus quas indixi vobis avertendo. *Prophetæ*] falſi, quorum duo ponuntur genera, ut totidem verorum Prophetarum ſunt Numer. 12. nam Prophetæ boni ex viſionibus & ſomniis agunt, mali verò divinationibus & commentis ex animo ſomniis aburuntur. *Quæ vos ipſi*] exegeſis præcedentis dicti: verè, inquit, veſtra ſunt ſomnia: nam vos illa pretio redimitis, ut ſuprà 20. 10. 10 *Sic enim*] ſecunda pars communis prophetiæ, confirmans monita præcedentia de ſede Babylonica colẽda, & avertandis Pſeudoprophetis, a definito promiſſionis tempore, de quo ſuprà 25. 12. 11 *Cùm ego cogn.*] id eſt, quando mihi viſum fuerit præſtare promiſſiones meas. 12 *Cùm invocav.*] ex promiſſione Levit. 26. 40. & ſeq. & Deuter. 30. 1. & ſeq. cujus rei complementum exſtat Danielis 9. & in libris Hhezræ & Nechemjæ. 15 *Cùm dixeritis*] id eſt, cùm longis perpeſſionibus edocti fueritis gloriam tribuere Deo, & veritatem prophetiarum ejus cõfiteri, ut Daniel. 9. 6. & 12. *Eundum in Bab.*] id eſt, ſubeundam eſſe captivitatem iis qui ſibi conſultum voluerint: ſic tranſitur ad ſequentem locum de graviſſimis eorum calamitatibus, qui ſpernẽtes Prophetarum monita dedere ſe recuſaverint, & ultrò ſubire captivitatem. 16 *In illa dep.*] de qua ſuprà ver. 2. Eſt autem hîc pars tertia communis prophetiæ, non eſſe expetendum ut qui in Babylonia ſunt in Judæam revertantur, quod pſeudoprophetæ narrabant: nam peſſimè cum illis actum iri. 20 *Vos itaque*] ſecunda pars epiſtolæ, cujus exordium, hoc verſu, reſpicit ad monitum quo utebatur ſuprà, ver. 8. Sunt autem in hac parte prophetiæ duæ: una, contra pſeudoprophetas, tribus verſib. ſeq. altera, contra quemdam prophetam ex proceribus adverſantem Jirmejæ, ver. 24. & ſeq. 23 *Ego verò*] confirmatio judicii prænuntiati, a certiſſima notitia teſtimonióque Dei. 24 *Schemahhjam*] altera prophetia, ut diximus ver. 20. *Nechelamæum*] hanc vocem patronymicam eſſe demonſtrat terminatio: ſed utrum a patre, an verò a patria ducatur incertũ eſt. Nos ſuſpicamur hic ineſſe paronomaſian, & Schemahhjam fuiſſe Nachamæum, a Nachamo progenitore cujus mentio eſt 1. Chronic. 4. 19. alluſiſſe verò Jirmejam per epentheſin unius literæ, ut perſtringeret illius ſtudium erga pſeudoprophetarum ſomnia. 25 *Sic ait Jehova*] hæc prophetia duo continet: narrationem cauſæ, quinque verſib. & dictionem ſententiæ, tribus ultimis. *Dicendo*] id eſt, in hæc verba, aut in hanc ſententiam, quam tres verſus ſequentes exponunt. 26 *Jehova*] ſumma epiſtolæ, qua Schemahhja ſacerdotibus primùm exponit officium ipſorum, hoc ver. deinde reprehendit delictum, duobus ſequentibus. Quemadmodum (inquit) magnus ille Jehojadahh ſacerdos vindex olim fuit Reipublicæ, 2. Reg. 11. & 2. Chron. 23. ita vos vindices ſanæ doctrinæ in Eccleſia conſtituit Deus. Erat enim Tzephanja Sacerdos ſecundanus, ut habetur 2. Reg. 25. 21. *Amentem*] ut 2. Reg. 9. 11. ſic a viris prophanis appellantur ſervi Dei. *Scapha*] Hhebraicam vocem, quæ nuſquam alibi legitur, penuria Latinitatis ita ſumus coacti reddere, ut nefarius iſte zelus gradatione aliquatenus explicetur. Eſt enim vox Hhebræa compoſita, ſignificans genus illud cruciatus cujus meminit Plutarchus in Artoxerxe: compingebantur duæ ſcaphæ pari commenſu inter ſe reſpondentes, ita ut corpus hominis inditum quaſi in vagina eſſet. Quod genus cruciatus ſive ad cuſtodiam atrociſſimam, ſive ad quæſtionem, ſive ad necem offerretur vinctis, præbebatur illis mel temperatum lacte, & invitis etiam infundebatur in os unde viverent, &c. quæ ibi Plutarchus copioſè narrat. Quamobrem Hhebræi ex forma cruciatus & victus una voce dixerunt naviculas ſugentis, quia homo intra binas naviculas hoc pacto inditus alebatur ſuctu, & hac appellatione anguſtiſſimum quemque carcerem duriſſimúmque deſignarunt: qualis hodie videtur in muris quem Galli vocant caligam.

Caput xxx.

Propheta juſſus promiſſiones de inſtauranda Eccleſia conſcribere, primùm figurat malorũ quibus Iudæa opprimenda erat amplitudinem: deinde expoſita promiſſione pios hortatur ad fidem, docens Deum cùm in afflictionibus præſentem eſſe, tum fore magnificum in perdendis adverſariis, & liberandis ſervãdiſq; ſuis: quamobrem promiſſiones magnificas de regno Chriſti prædicat ad Iudæos & gentes perventuro; & quamvis futurum ſit ut Eccleſia in hoc ſeculo tum externis mundi incurſionibus, tum ſuis ipſius infirmitatibus infeſtetur; fideles tamen conſolatur a benedictionibus, ſtudioq; & fœdere Dei efficaciſſimo, & confirmat documentis & comparationibus.

1 Verbum quod fuit ad Jirmejam a Jehova, dicendo,

2 Sic ait Jehova Deus Jiſraëlis, edicẽdo; ſcribe tibi omnia verba quibus alloquor te, in libro:

3 "Quòd ecce dies venturi ſunt, dictum Jehovæ, cùm reducam captivam multitudinem populi mei Jiſraëlis & Jehudæ, ait Jehova; & me reducente eos in terram quam dederam majoribus ipſorũ, poſſidebunt eam.

4 Hęc ergo ſunt verba quæ eloquutus eſt Jehova, de Jiſraële & de Jehuda.

5 "Nam ſic ait Jehova, vocẽ trepidationis audimus; pavoris, nulliuſq; pacis.

6 "Interrogate jam, & videte an pariat mas: cur video unumquemq; virum *ſtare* manibus ſuis *appoſitis* ad lumbos ſuos, velut puerperam, & "converſos eſſe omnes vultus in ſpeciem morbi regii? *dicendo*,

a *Heb.* in morbũ regium, ſive auruginẽ.

7 Eheu,

7 Eheu, quia magnus est dies hic, adeò ut nullus fuerit par ei: ut ut tempus angustiæ *est* Jahhakobo, tamen ex eo servabitur.
8 Erit enim die illo, dictum Jehovæ exercituum, ut frangam jugum istius a collo tuo, & vincula tua disrumpam; neque servitutem exigēt ab ipso ampliùs extranei:
9 Sed servient Jehovæ Deo suo, & Davidi Regi suo quem excitabo ipsis.
10 Tu ergo ne timeto, serve mi Jahhakob, dictum Jehovæ, neque consternator Jisraël: nam ecce ego servaturus sum te e longinquo, & semen tuum e terra captivitatis suæ, ut reversus Jahhakob quiescat ac tranquillus sit, nemine perterrefaciente.
11 Tibi enim adsum, dictum Jehovæ, ad servandum te: cùm faciam consummationē in omnibus gentibus quò dispersero te, verumtamen in te non facturus sum consummationem; sed castigaturus sum te modicè, non autem prorsus impunem relicturus te.
12 Nam sic ait Jehova; mortifera *erit* confractio tua, ægerrima percussio tua.
13 Nemo adjudicabit causam tuam compressioni; curationes, emplastrum nullum proderit tibi.
14 Omnes amantes tui obliviscentur tui, te non requirent: cùm plagā inimici percussero te, castigatione *inimici* sævi; propterea quòd multa est iniquitas tua, numerosa peccata tua.
15 Quid exclamares propter confractionem tuam, mortiferum esse dolorem tuum? propterea quòd multa est iniquitas tua, numerosa sunt peccata tua, facio ista tibi.
16 Idcircò quicunque consumunt te consumentur, & omnes prementes te quotquot sunt in captivitatem abibunt: & erunt conculcantes te conculcationi, & omnes diripientes te exponam direptioni:
17 Cùm faciam ut ad justam constitutionem assurgas, & a percussionibus tuis curabo te, dictum Jehovæ: quia depulsam vocaverint te, dicentes, Tzijon ista est, nemo requirit eam.
18 Sic ait Jehova, ecce ego reducam captivā turbam tētoriorum Jahhakobi, & tabernaculorum ejus miserebor: ædificabiturq; civitas in aggere suo, & palatium pro ratione sua consistet.
19 Et prodibit ex eis *vox* gratiarum actionis, & vox ridentium: cùm multiplicabo eos & non minuentur, amplificaboq; eos, & non exigui fient:
20 Eruntq; filii ejus ut olim, & cœtus ejus coram me stabilietur; animadvertam verò in omnes opprimentes eum:
21 Et erit magnificus ejus ex ipso, & dominator ejus e medio ipsius prodibit, quem jubebo accedere ut appropinquet ad me: nam quis ille est qui spondeat cum animo suo se appropinquaturum ad me? dictū Jehovæ:

b Heb. servient *sibi* per eum: ut Exodi 1. 14.

c Heb. ad modum.
d Heb. innocentem declarando nō declarabo te innocentem: vide Exod. 20. 7.

e Heb. ascendat sanitas tibi: ut 2. Chron. 24. 13.

f Heb. sedebit.

g Heb. corde: sic ver. 24.

22 Denique eritis mihi populus, & ego ero vobis Deus.

supra 23. 19. 23 ᵉEcce turbo, Jehovæ æstu proditurus est, turbo ᵉindesinenter hospitans; super caput improborum permanebit.

ᵇ Heb. æstus iræ. 24 Non avertetur ᵇæstus ira Jehovę, donec perfecerit & donec præstiterit cogitationes animi sui; ᵍtandem animadvertetis illud.

ᵍ Heb. in extremitate dierum.

Caput XXXI.

1 ᵉEmpore illo, dictum Jehovæ; ero Deus omnibus familiis Jisraëlis, & ipsi erunt mihi populus.

2 Sic ait Jehova, ᵉinvenit gratiam in deserto populus ᵉeorum qui supersunt a gladio; Jisraël, me eũte ad collocandum eum.

3 ᵉA longinquo *tempore* Jehova apparebat mihi, *in-*

ᵃ Heb. seculi. *quies*; ᵉimò dilectione ᵃperpetua diligo te, idcircò extendo *erga te* benignitatem.

4 ᵉAdhuc ædificaturus sum te, ut ædificeris, virgo Jisraëlis; adhuc ornabis te tympanis tuis, & procedes cum choro ludentium.

5 Adhuc cõseres vineas in montibus Schomronis; plantabunt plantatores, & ᵇsolutis sacris vescentur.

ᵇ Heb. prophanabunt: ut Deuter. 20. 6. 6 Nam dies est futurus, quo clamabunt ᵉcustodes in monte Ephrajimi; ᵉsurgite, & ascendamus Tzijonem, ad Jehovam Deum nostrum.

7 Sic enim ait Jehova, cantate Jahhakobo lætitiam, & claram vocem

ᵉ Heb. in capite iplarũ gentium. edite ᵉpalàm ante ipsas gentes: pronuntiate, laudate, ac dicite, Serva Jehova populum tuum residuum Jisraëlis.

8 Ecce ego adducam ᵉeos e terra Aquilonis, & congregabo eos e lateribus terrę, inter ipsos ᵉcæcũ, & claudum, gravidam, & puerperam pariter: congregatione magna revertentur huc.

9 ᵉCum fletu venientes & cum deprecationibus reducam eos; faciam ut eant ᵉsecundum torrentes aquarum via recta, in qua non impinganti quia sum Jisraëli pater, & Ephrajim primogenitus meus est.

10 ᵉAudite verbum Jehovæ, ô gentes, & annuntiate in regionibus e longinquo *sitis*; ac dicite, qui sparserat Jisraëlem congregat eum, & servat eum ut pastor gregem suum:

11 Quia redimit Jehova Jahhakobum, & vendicat eum e manu fortioris eo.

12 Tum ᵉvenientes cantabunt in excelso Tzijonis, & confluent ad bonitatem Jehovæ, ᵉcum frumento, & cum musto, & cum oleo, & cum fœtibus gregis & armẽti: eritq; anima eorum similis horto irriguo, neque pergent mœrere amplius.

13 Tunc lętabitur virgo in choro, juvenes ac senes pariter; cùm mutavero luctum eorum in gaudium, & consolatus fuero eos, ac lætificavero eos a mœstitia ipsorum:

14 Et irrigabo animam Sacerdotũ pinguedine, & populus meus bonitate mea saturabuntur, dictum Jehovæ.

ᵉ Sic

15

15 "Sic ait Jehova, "vox in Rama audita est, lamentum & fletus [d] multus amariſſimus, "Rachel deflet filios ſuos: renuit cõſolationem admittere de filiis ſuis, quia nullus ſupereſt.

16 "Sic ait Jehova, cohibe vocem tuã a fletu, & oculos tuos a lachrymis; quia "eſt merces operi tuo, dictum Jehovæ, quòd reverſuri ſunt e terra inimici:

17 Eſt, inquam, exſpectatio "tandem tibi, dictum Jehovæ; fore ut revertantur filii "ad terminum ſuum.

18 [f] "Omnino audio" Ephrajimum condolentem ſibi, *dicendo*, "caſtigaſti me ut caſtigarer tanquam vitulus non aſſuetus: converte me ut convertar, quia tu es Jehova Deus meus.

19 Nam poſtquam converſus fuero, pœnitebit me; & poſtquã oſtenſum fuerit mihi, "applaudam femori: erubeſco, etiamq; ſuffundor rubore, quòd feram opprobrium pueritiæ meæ.

20 "An filius charus mihi eſt Ephrajim? an natus [g] ſummæ oblectationis? *eſt*, nam ex quo "loquutus ſum contra eum, [h] "omnino recordor ejus adhuc: idcircò "perſtrepunt viſcera mea propter eum, [i] omnino miſerebor ejus, dictum Jehovæ.

21 "Statue tibi "hermas, diſpone tibi "pyramidas, adhibe animum tuum ad iſtum "aggerem qua via iviſti: revertere, virgo Jiſraëlis, revertere ad civitates tuas iſtas.

22 "Quouſque pergeres ſubducere te, ô filia "averſa? "nam patrat Jehova *rem* novam in terra, fœmina ambit virum.

23 "Sic ait Jehova exercituum Deus Jiſraëlis, adhuc dicturi ſunt verbum hoc in terra Jehudæ & in civitatibus ejus, cùm reduxero multitudinem captivam earum: benedicat tibi Jehova, ô "habitaculum juſtitiæ, mons ſanctitatis.

24 Nam habitabunt in ipſa, Judæa, & omnibus civitatibus ejus pariter, "agricolæ, & [k] pecuarii:

25 Cùm ſatiavero animam defeſſam, & omnem animam mœſtam explevero:

26 "In hoc invigilo, & inſpicio; etiam ſomnus meus ſuavis eſt mihi.

27 Ecce dies venturi ſunt, dictum Jehovæ, quibus "cõſeram domum Jiſraëlis & domum Jehudæ ſemine hominum & ſemine jumentorum:

28 Et erit quemadmodum "ſedulus fui contra eos exſtirpando, & demoliendo, & deſtruendo, perdendoq;, ac malis afficiendo; ita ſedulus ero erga eos ædificando & plantando, dictum Jehovæ.

29 "Temporibus illis "non dicent ampliùs, "patres comederunt omphacen & dentes filiorum obſtupeſcunt:

30 Sed quiſque propter iniquitatem ſuam morietur: omnis hominis qui comederit omphacen, obſtupeſcent dentes ipſius.

[d] *Heb.* amaritudinum.

[e] *Heb.* ad extremũ tuũ.

[f] *Heb.* audiendo audivi.

[g] *Heb.* oblectationum.

[h] *Heb.* recordando recordor.

[i] *Heb.* miſerendo miſerebor.

[k] *Heb.* & qui proficiſcuntur cum grege.

Jechezk. 18.

Hebr.8.8. 31 Ecce dies vẽturi ſunt, dictum Jehovæ; quibus pangam cum domo Jiſraëlis & cum domo Jehudæ fœdus novum:

32 "Non ſecundum illud" fœdus quod pepigeram cum majoribus eorum, quo die prehendi manum eorum, ut educerem eos e terra Ægypti: nam ipſi irritum fecerũt fœdus meum, " & ego cõjugio junctus manſiſſem eis? dictum Jehovæ.

33 Nam hoc illud eſt fœdus quod pangam cum domo Jiſraëlis poſt dies hos, dictum Jehovæ; indam legem meam [l] mẽti eorum & "cordi eorum inſcribam eam, & erò eis Deus & ipſi erunt mihi populus.

[l] *Heb.* medio eorum.

34 "Non autem *ſolùm* docebunt ampliùs quiſque amicum ſuum & quiſque fratrem ſuum, dicendo, cognoſcite Jehovam: nam quotquot erunt, cognoſcent me a minimo eorum uſque ad maximum eorum, dictum Jehovæ: me condonare iniquitatem ipſorum, & peccati ipſorum non recordari ampliùs.

Gen.1.14. Jeſchahh. 51.15. 35 "Sic ait Jehova, qui diſponit ſolem ad lucem interdiu, ſtatuta lunæ & ſtellarum ad lucem noctu; qui diſrũpit mare & fremunt fluctus ejus, cui nomen *eſt* Jehova exercituum:

36 Si amovebuntur ſtatuta iſta a conſpectu meo, dictum Jehovæ; etiam ſemen Jiſraëlis ceſſabunt eſſe gens in conſpectu meo omnibus diebus.

37 Sic ait Jehova, ſi poterunt menſurari cœli ſupernè, aut perveſtigari fundamenta terræ infernè; etiam ego ſpernam totum ſemen Jiſraëlis propter omnia quæ fecerunt, dictum Jehovæ.

38 "Ecce dies venturi ſunt, dictum Jehovæ; cùm ædificabitur Jehovæ civitas hæc "a turri Chananeelis uſque ad portam anguli:

39 Et procedet adhuc linea menſoria e regione illius verſus "collem ſcabioſi, ac" deflectet Gohham verſus:

40 Et tota" convallis cadaverum ac cineris, cum omnibus agris illis, uſque ad torrentem Kidronis ad angulum uſque" portæ equorum Orientem verſus, *erit* [m] ſancta Jehovæ: nõ exſtirpabitur, neque deſtruetur ampliùs [n] unquam.

[m] *Heb.* ſanctitas.
[n] *Heb.* in ſeculum.

ANNOTATIO IN CAP. XXX.

1 *Verbum*] Hujus prophetiæ (quæ capitibus duobus continetur & exegetica eſt illius quam perſtrinxerat ſuprà 23. 3. & ſeq.) partes ſunt in univerſum quinque: prima eſt inſcriptio generalis, primis quatuor verſib. ſecunda eſt propoſitio tum miſeriarum præſentium, tum venturę liberationis & gloriæ filiorum Dei, uſque ad verſum 12. tertia eſt exornatio & prophetica enarratio ſingularum propoſitionis partium, uſque ad verſum 35. ſeq. capitis: quarta eſt confirmatio, tribus verſib. poſtrema, concluſio typica, promiſſiones ſummatim repræſentans ad catholicam Eccleſiam perventuras, tribus verſib. ultimis. Inſcriptionis autem membra ſunt hæc: Deum prophetię authorem eſſe, hoc verſ. mãdare ut literis obſignetur, ſeq. verſu; & ſummam prophetiæ ſpectare ad reſtitutionem Eccleſiæ, ver. 3. ut ſummãtim concluditur ver. 4. 3 *Quod*] ſummum argumẽtum totius prophetiæ, ut modò diximus. 4 *De Iſraele &*] id eſt, de toto populo ſuo, & Eccleſia Chriſti. 5 *Nam ſic ait*] propoſitio hæc, quæ principium eſt prophetiæ, duabus partibus continetur: quarum una miſerias populi Dei, dolorem, luctúmque explicat, tribus verſib. altera, liberationem mirificã, ſalutem, & gloriam a Deo obventuram, in fine verſus 7. & duobus ſeq. ac tum demum hortatione concluditur ver. 11. & 12. *Audimus*] hæc verba ſunt Dei condolentis Eccleſiæ ſuæ, & ſe ipſum communicare eã afflictionibus illius paternè oſtendentis. q. d. verum quidem eſt omnia jam perſonare terroribus & adverſa eſſe, hoc ver. frangi animos etiam fortiſſimos, ſeq. verſu; & lugere omnes, ver. 7. ſed longè alia ratio poſteà futura eſt. 6 *Interrogate jam*] elegans hypotypoſis doloris acerbiſſimi, a forma parturientium. *Converſos eſſe*] id eſt expalleſcere, ac potius exhauſto ſanguine liveſcere tanquam mortui ſint. 7 *Ut ut tempus*] tranſitio ad alterum propoſitionis locum, ut diximus in verſum 5. de promiſſione ſalutis: cujus ratio, ſeq. verſu, & uſus, ver. 9. explicatur. 8 *Iſtius*] videlicet qui te premit jugo. 9 *Davidi*] Chriſto, filio dilectionis Dei, ex ſemine Davidis: ut dixerat ſuprà 23. 5. ſic

Jechezk.

Jechezk.34.23.&37.24. 10 *Tu ergo*]hortatio ad constantem fidem in Deum,ab antecedentibus propositionis argumentis per ὑστέρωσιν; nimirum a liberatione & salute divinitus consequutura,hoc versu;& ab usu calamitatum, quibus impii judicantur,& castigantur boni,seq.versu. 12 *Nam sic ait*] tertia hæc pars propositionem explicat, primùm enarratione singularum illius partium,usque ad versum 23.deinde exornatione,sequẽtibus. In enarratione autem exponuntur primùm miseriæ & calamitates præsentes in Ecclesiam immittẽdæ justitia Dei,usque ad ver. 16.deinde liberatio Ecclesiæ, & gloriosa instauratio per unicam Dei misericordiam in Christo, inde ad versum 23. *Mortifera erit*]nimirum humanitus.q.d.gravissimè quidem affligẽris,atque ita ut omnes desperent de restitutione tui,tribus versib.sed ne exclames;quia ictus salutares,non lethales fauri sunt,ver.15. 13 *Nemo*]allegoria ab arte chirurgica.q.d.tam desperatum erit ulcus tuum,ut neque curationem, neque solamen adhibere quisquam possit, & vel amici tui ad recordationem tui perhorrescant. Nam etiam Judæi captivi cum mortuorum ossibus comparantur, Jechezk.37. *Compressioni*]id est,ut comprimatur ad suppurationem,sicut fit in vomicis. 14 *Plagæ inimici*] id est,per inimicum Chaldæum,& tibi infensissimum,ac supra modum sævientem illata;quam tamen Deus potentia sua moderaturus est,ut castigationis author;ex promissione versus undecimi. 15 *Quid exclamares*] respiciens ad sævitiem durissimam hostium, & miserias tuas; non autem ad justam administrationem meam. *Facio ista*] nempe ut ab illis te purgem igne afflictionũ,veluti candente ferro,sive cauterio. 16 *Idcircò*]ut experiaris me ista facere ad purgationem tui, inquit, tum adversarios aliud spectantes perdam propter blasphemias & scelera ipsorũ, duobus ver.tum etiam liberabo te,sequentibus. *Consumunt te*]id est,studeant consumere;non autem curare,ut est consilii mei. 17 *Depulsam*]videlicet per ludibrium & blasphemã contumeliam. *Tzijon*]allusio ironica ex vocis ambiguo etymo,qua hostes Tzijonis nomen traducunt in contemptum, quasi significet arentem & desertũ locum:quam ironiam sequentes voces confirmant. 18 *Sic ait Jehova*]promissio liberationis & instaurationis allegorica:nam etsi particula ejus aliqua exactis septuaginta annis fuit præstita,fuit tamen illud quædam veluti prolusio perfectæ liberationis in Christo;ad quam Prophetam respexisse sequentes versus docent manifestissimè. *In agro suo*]qui definitur infrà tribus versib.ultimis seq.capitis. 19 *Prodibit*]id est,offerẽtur sacrificia laudis,fructus labiorum per Christum,Hebr.13.15. 21 *Magnificus*]id est,Rex & dominator Christus,idémque Sacerdos in æternum sistens nos Deo & Patri. *Jubebo accedere*]id est,vocabo in sacerdotium:sic accipiendum esse docetur Psal. 110.& infrà 33.sub finem. *Quis ille est*]id est,quis sibi ipsi sumat hunc honorem,nisi Christus vocatus a Deo,& factus Pontifex?Hebr.5.4.&seq. 23 *Ecce turbo*]exornatio,ut diximus in versum 12.illustrans præcedentia propositionis & enarrationis membra:ac primùm quidem futurum impiorum statum elegante allegoria,duobus versib. deinde piorum ad Ecclesiam Dei pertinentium,versibus 35.seq.capitis. *Indesinenter hosp.*] id est, inimicos Dei & Ecclesiæ pervadens,& quasi hospitium ex hospitio quærens,donec singulos consumpserit.

In Caput XXXI.

1 *Tempore illo*] secundus locus exornationis, quo primùm communio & benedictio Dei erga fideles proponitur, usque ad ver.15.deinde quędam incommoda diluuntur quæ non viderentur alioqui cum regno Christi consentire, inde ad versum 23.ac postremò benedictiones Dei in Ecclesiam copiosiùs exponũtur,versibus 13.sequentib. In prima autem propositione duo beneficia continentur:unum, cõmunionis cum Deo & fœderis ejus ex beneplacito æterno,tribus versib.alterum,benedictionum ex fœdere,ver.4.& 5.quas Deus opera piorum testatas facit tum inter ipsos in Ecclesia Judæorum,usque ad versum 12.tum etiam palàm & universè spectantibus audientibúsque gentibus,& ad Ecclesiam convocatis,inde ad versum 15. quæ omnia evincunt tempus illud de regno Christi accipiẽdum esse. 2 *Invenit gratiam*]argumentum promissionis præcedentis quo Deus ad liberandum Ecclesiam adducitur, a beneplacito æterno & anteacta beneficentia: de cujus fide & constantia dubitantem quodammodo piorum animum Deus confirmat διαλογισικῶς,seq.versu. *Eorum*]id est, Judæorum & Jisraëlitarum; quia una voce dicuntur Jisraël sequente membro per epexegesin. 3 *A longinquo*]quasi dicant nutantes pii,olim quidem exercuit, sed jam retrixisse & obloleta videtur Dei beneficentia. *Imò*]correctio dicti præcedentis.qua Deus infirmam piorũ fidem statuminat. *Benignitatem*]quæ sequentibus continetur, nimirum ut benedictionibus perfundatur pius corã tota Ecclesia & gentibus omnibus. 4 *Adhuc ædificaturus*]promissiones allegoricæ(ut antè diximus) de instauratione a Deo,& gratiarum actione solẽni ab Ecclesia,hoc versu;ac postremò de usu commoditatum omnium legitimo, ver.sequente. 6 *Custodes*]id est,præcones Evangelii,Episcopi gregis,& administri Christi. *Surgite*]Summa prædicationis Evangelici,quo primùm Judæorum pópulus vocatur ad Deum & Ecclesiam,hoc ver.& in fide salutis suæ instituitur,tribus seq.deinde gentes ipsæ,ver.10.&seq. 8 *Eos*]videlicet qui morem gerentes mandato meo laudabũt & precabuntur me. *Cæcum & claudum*]id est,ne minimum quidem,aut infirmissimũ perire sinam de manu mea, 9 *Cum fletu*] id est,sollicitos de salute sua,ut dixerat ver.7. *Secundum torrentes*]ut Psal.23.2. 10 *Audite*] altera pars prædicationis Evangelici,de vocatione gentium,ut diximus in ver.6. 12 *Venientes*]electi videlicet ex Judæis & gentibus:quorũ status allegoricè legalibus figuris exprimitur,& terrenis promissionibus. *Cum frumento,&c.*] id est,omnia grati animi testimonia perhibentes:ut olim fiebat eucharisticis. 15 *Sic ait Jehova*]expositio præstantium incommodorum quæ fideles in regno Christi hîc experiũtur,Propheta diluit,ut diximus in ver.1.prior est,externas tamen perpessiones in regno Christi nõ esse hîc desituras,sed fore ut statim a Christo nato furorem suum sathanas exerceat,tribus versib.posterior est,etiam remansuram in piis suæ infirmitatis internæ conscientiam,quæ exponitur sequentibus.Prioris occupatio habetur hoc ver.solvitur duobus seq. posterioris verò occupatio cõtinetur ver.18.& 19.solutio,trib.seq. *Vox in Rama*]id est,in agro Ramæ,& toto Bethlechemi tractu:ut exponitur Matth. 2.17. *Rachel*]elegãs prosopopœia,quasi dicatur sepulchrum aut Rachel ipsa in sepulchro suo luxisse, & defleviſſe stragem illam miserabilem quæ ab Herode fuit edita.Erat enim sepulchrum Rachelis Bethlechemum versus in cõfinio Jehudæ & Binjaminis,Gen.35.16.& 1.Schem.10.2. 16 *Sic ait Jehova*]solutio præcedentis occupationis:utcunque furat Sathanas & sanctorum vitam appetat, Ecclesiam tamen liberos novos indies habituram esse tum ex Jisraëlitis,tum ex cooptatis gentibus;qui in terra inimici latent,id est,in regno Sathanæ & in potestate tenebrarum,donec revertantur ad Ecclesiam,vocati a Christo. *Est merces*]id est,non erit irritum tuum hoc studium ergà liberos; sed ampliore beneficio a Deo compensabitur,quòd alii comparabuntur & se adjungent tibi. 17 *Ad terminum*] id est,in Ecclesiam: servatur enim priscus terræ promissæ typus qui adumbrabat Ecclesiam. 18 *Omnino audio*] secunda occupatio,ut diximus in versum 15.qua Deus primùm Ecclesiam perculsam suæ infirmitatis præsentis & malorum conscientia,& se ipsi committentem & orantem pro fide ac salute sua inducit per ethopœiam,duobus versib. neque propterea a se abjici testatur,sed potiùs se animo esse benevolo in eam,ver.20.verbo docere eam,ver.21. ac mirificè potentissimo suo opere amplificare,ver.22. *Ephraimum*]id est,Ecclesiam Christi ex Jisraëlitis collectã, synecdochicè. *Castigasti me*]hæc orationis formula tres partes continet:prima est confessio peccatorum & justitiæ Dei peccatores coërcentis & revocantis afflictionibus;secunda est petitio,ut Deus misericordia sua ex gratuito fœ-

dere plenum usum fructúmque afflictionum præbeat Ecclesiæ, id est, veram fidem, resipiscẽtiam, & fructus dignos resipiscentia in suis ingeneret, hoc ver. tertia est professio tum efferendorum in posterum fructuum acceptis donis a Deo, tum præsentis zeli a præteritis peccatis & pœnis eorum abhorrentis, seq. versu. 19 *Applaudam fem.* Jexanimo dolens gravissimè: synecdoche a signo, ut Jechezk. 21. 17. 20 *An filius*] responsio ad præcedentem occupationem; quis putaret, inquit Dominus, Ecclesiam cum superioribus his malis cõflictantem mihi charam esse? sed tamen omnino chara est, &c. ut suprà ver. 18. exposuimus. *Loquutus sum*] id est, his malis afflixi eum immisis vero meo. q. d. in acerbissimis malis semper capio de eo misericordiam, ut Chabakuk. 3. 2. *Perstrepunt*] humanitus dictum, a comparatione terrestrium progenitorum. 21 *Statue tibi*] allegorica docendi ratio, qua Deus Ecclesiã veluti a se peregrinantem monet ut indicia & documenta ipsius animo observans ipsum sequatur liberationem prostituturum, tanquam cippis, dædalis, & aliis viarum monimentis positis. *Hermas*] id est, statuas & signa iter commonstrantia. *Pyramidas*] id est, obelos & columnas mucronatas sive fastigiatas, ut summi arborum rami, unde nomẽ habent. *Aggerem*] videlicet quo itum est ex Judæa in Assyriam: sed allegoricè accipiẽdus est pro via totius Ecclesiæ, ut Jeschahh. 19. 23. 22 *Quousque perg.*] q. d. procede in medium, neque pudore aut metu a sequenda vocatione mea deterretor: nam si pudet te tui ipsius, sum honori tibi: si metuis, sum virtus tua: ego recipio in me, & præbebo virtutem tibi plus quàm virilem ad salutem tuam. *Aversa*] id est, quæ a me abieras in perditionem tuam. *Nam potrat*] q. d. vide ut confestim arripias occasionem oblatam: nam si Ecclesia Dei (quæ cum fœmina comparatur) te & Judæis propriis suis liberis caruerit propter aversionem vestram, non potest illa profectò orba permanere; sed tanquam vidua & (quemadmodum appellatur Jeschahh. 54. 1.) sterilis virum ambiet, & filios aliunde sibi comparabit filiásque. 23 *Sic ait*] expositio benedictionum Dei, ut diximus suprà in ver. 1. Continentur autem in his benedictionibus primùm beneficia liberationis, habitationis, vitæ, commodorúmque omnium quæ promittit Deus, tribus verb. deinde causa benedictionum, amor Dei efficacissimus, tribus alteris; tertiò instrumenta, nimirũ justissima Dei administratio, ver. 29. & 30. & fœderis novi communicatio verbo & spiritu suo, ver. 31. & quatuor sequentib. *Habitaculum*] id est Ecclesia, allegoricè. 24 *Agricolæ &*] id est, optimi quique populares, simplicissimi, & utilissimi, ut probat Aristot. libro 6. Politic. cap. 4. 26 *In hoc invig.*] id est, oculis fero (quod ajunt) Ecclesiam; ut Jeschahh. 15. & 16. vigili & dormienti mihi semper obversatur recordatio & studium illius: humanitus dictum. Est autem hic secundus promissionum locus, ut diximus in versum 23. 27 *Conseram*] id est Ecclesiam, quæ priùs inculta videbatur, desertáque, multiplicabo veluti sementẽ: metaphora. 28 *Sedulus fui*] ut figuraverat Deus suprà 24. 29 *Temporibus illis*] tertius promissionum locus, de forma & ratione qua Ecclesiam administraturus est Deus, ut diximus suprà 23. *Non dicent*] id est, opere demonstrabo justitiam meam, & a blasphemis istorum contumeliis vindicabo; sic Jechezk. 18. 2. *Patres comederunt*] proverbiale dictum, pro eo quod est, majorum delicta luunt immerentes filii: sic Judæi Deum injustitiæ criminabantur, ut sibi justitiæ gloriam assererent. 32 *Non secundum*] sed præstantioribus promissis sancitum in Christo, ut sequentes versus tres exponunt: quod pluribus ostenditur 2. Corinth. 3. & Hebr. 7. & tribus seq. *Fœdus*] scriptum in tabulis lapideis, ut docet promissionum sequentium antithesis. *Ergo*] indignantis Dei verba, quæ ad evidentiam negatione categorica exprimit Apostolus Heb. 8. 9. 33 *Cordi vero*] id est, non atramento, sed spiritu Dei vivi; non in tabulis lapideis, sed in carneis tabulis cordis exaratum: prout repetitur duobus proximè sequentibus capitibus, Jechezk. 36. & 2. Corinth. 3. 3. 34 *Non autem solùm*] vide Jeschahh. 11. 9. id est, in priore fœdere docuerunt Mosche & Prophetæ litera tantummodò; in posteriore verò erunt omnes docti a Deo, venient ad Christum quos Pater traxerit, & unctionem habentes a sancto illius spiritu cognoscent omnia, Joan. 6. 44. 1. Corinth. 1. 7. & 2. 20. & seq. & 1. Johan. 2. 20. Est autem in his verbis eclipsis apud Hhebræos frequens, ut observavimus Genes. 32. 28. & 1. Schem. 8. 7. 35 *Sic ait Jehova*] confirmatio, ut diximus in versum 1. a comparatione rerum creatarum, quas potiùs perituras confirmat Deus quàm ut jota unum promissionum suarũ excidat. 38 *Ecce*] conclusio a repetitione promissorum typica. *A turri Chan.*] id est, tota ab extremitate una ad alteram. Persequitur autem his & sequentibus verbis justum ambitum Jeruschalaimorum, incipiens a Meridiano latere, quà templum & Regia conjungebantur alteris Jeruschalaimis ad portam Chananeelis, & inde procedens ad Orientem, ubi porta anguli communis erat terminus ab Oriente & Septentrione: vide Nechemjæ 3. 1. & 2. Reg. 14. 13. 39 *Collem scabiosi*] id est, collem in quo impuri aut immundi quacunque scabie, extra oppidum relegati exige, habebant suas habitationes: quapropter etiam in eam partem deducebantur rei plectendi morte, in loco quidictus est Gulgolta, sive calvariæ locus: ut est in Evangelio. Terminat autem hic collis Jeruschalaima ab Aquilone occasum versus. *Deflectet*] videlicet ab Aquilone Meridiem versus, ubi terminus Occidentalis Jeruschalaimorũ est, habens a Septentrione collem scabiosi & a Meridie Gohham. Est autem Gohha arduus collis in parte exteriore civitatis Davidis, terminum ab occasu & Meridie finiens: fortasse ita dictus quòd ascensum haberet laboriosissimum. 40 *Convallis cadaverum*] id est, vallis Raphaæorum & filiorum Hinnomi, ubi sacrificabantur liberi, & abibant in cineres: ut meminimus suprà 7. 30. & alibi sæpè. A Gohha autem incipit reflecti terminus ab Occidente in Meridiẽ. *Porta equor.*] de qua vide Nechemjæ 3. 28. Ante hanc autem erat angulus civitatis Davidis, qui introrsum reflectebatur a Meridie Aquilonem versus.

Caput XXXII.

Propheta pro ratione typi imperati a Deo agrum comparat, & promissione restitutionis accepta cum Deo expostulat quòd non videretur præsens obsidio & propinqua occupatio captivitasq́; promissioni respondere: quamobrem Deus utrunque in se recipiens judicium mox futurum exponit, & promissiones affirmat consequuturas suo loco.

1 Verbum quod fuit ad Jirmejam a Jehova, anno decimo Tzidkijæ Regis Jehudæ: " is est annus decimus octavus Nebucad-retzaris.

2 Tunc autem copiæ Regis Babyloniæ obsidebant Jeruschalaima; & Jirmeja Propheta erat inclusus atrio custodiæ quæ erat in domo Regis Jehudæ.

3 Nam

3 Nam incluſerat illum Tzidkija Rex Jehudæ, dicendo: cur prophetas dicendo? ſic ait Jehova, ecce ego traditurus ſum civitatem hanc in manum Regis Babyloniæ ut capiat eam,

4 Etiam Tzidkija Rex Jehudæ non eripiet ſe e manu Chaldæorum, ſed omnino tradetur in manum Regis Babyloniæ; & alloquetur os illius eum in os, & oculi hujus oculos illius videbunt:

5 Deinque in Babyloniam abducet Tzidkijam, ubi futurus eſt donec viſitem ipſum, dictum Jehovæ: quòd pugnatis contra Chaldæos, non proſperabimini.

6 Dixit ergo Jirmeja: fuit verbum Jehovæ ad me, dicendo,

7 Ecce Chanameel filius Schallumi patrui tui venit ad te, dicturus; compara tibi agrum meum qui eſt ad Hhanathotas; nam tuum *eſt* jus redempturæ ut compares.

8 Cùm ergo veniens ad me Chanameel filius patrui mei ſecundum verbum Jehovæ, ad atrium cuſtodiæ, indixiſſet mihi, compara quæſo agrum meum qui *eſt* ad Hhanathotas, qui *eſt* in terra Binjaminis; nam tuum eſt jus hæreditatis, & tuum redempturæ, compara tibi: & agnoviſſem verbum Jehovæ id eſſe:

9 Comparavi agrum illum a Chanameele filio patrui mei, qui *eſt* ad Hhanathotas; & appendi ei pecuniam, ſeptemdecim ſiclos argenti:

10 Et ſcribēs in literis obſignavi, & adhibui teſtes; cùm appendiſſem pecuniam trutina.

11 Deinde ſumens literas emptionis; *tum* obſignatas præcepti & ſtatutorum, tum publicas;

12 Tradidi literas emptionis Baruco filio Nerijæ filii Machſejæ, ante oculos Chanameelis patruelis mei, & ante oculos teſtium qui ſubſcripſerant literis emptionis: ante oculos omnium Jehudæorum qui reſidebant in atrio cuſtodiæ.

13 Et præcepi Baruco ante oculos eorum, dicendo,

14 Sic ait Jehova exercituum Deus Jiſraëlis, ſume literas has, literas emptionis has, tum obſignatas, tum literas publicas haſce; & repone eas in vaſe teſtaceo, ut permaneant dies multos.

15 Nam ſic ait Jehova exercituum Deus Jiſraëlis; adhuc comparabuntur domus, & agri, vineæq; in terra hac.

16 Itaque oravi Jehovam; poſtquàm dediſſem literas emptionis Baruco filio Nerijæ, dicendo,

17 Eheu Domine Jehova, ecce tu feciſti cœlos, & terram virtute tua maxima, & brachio tuo extento: non poteſt occultari tibi ulla res:

18 Exerces benignitatem in milleſimos, & rependis iniquitatem patrum in ſinum filiorum ipſorum poſt ipſos: Deus ille fortis, maximus, potentiſſimus, cujus nomen *eſt* Jehova exercituum,

19 Magnus

a Heb. tradendo tradetur.
b Heb. cum ore hujus.
c Heb. ſeptē ſiclos & decem argēti.
d Heb. conſtatus sū: ut Jeſcha. 8.2. ſic deinceps.
e Heb. patētes.
f Heb. patrui.
Gen. 18.14.
g Heb. a te: ſic infrà ver. 27.

19 Magnus consilio,& amplus actione:cùm oculi tui aperti spectent in omnes vias hominum, ut des cuique secundum vias ipsius & secundum fructum actionum ipsius;

20 Qui disponens signa & ostenta in terra Ægypti, usque in diem hunc;tum in Jisraële, tum in reliquis hominibus "comparasti tibi nomen,quale est hodierno die.

b Heb. fecisti:ut Genes. 12.2.

21 Nam eduxisti populum tuum Jisraëlem e terra Ægypti; signis, & ostentis,ac manu forti,brachioq; extento,& terrore magno,

22 Et dedisti eis terram hãc quam juraveras majoribus eorum te daturum eis; terram affluentem lacte & melle.

23 Sed quia ingressi & hæreditariò possidentes eam non auscultarũt voci tuæ,& in lege tua non ambulaverunt, quæcunque præceperas eis facere non fecerunt:fecisti ut eveniret eis tota afflictio hæc.

24 Ecce missilia catapultaria venerunt in civitatem ad capiendum eam, & civitas traditur in manum Chaldæorum qui oppugnant eam, cum gladio,& fame,ac peste:denique quod proloquutus es fit, ut ecce tu vides.

25 Interea tu edicis mihi, Domine Jehova, compara tibi agrum istũ pecunia,& adhibe testes:cùm civitas ipsa traditur in manum Chaldæorum.

26 "Fuit verò verbum Jehovæ ad Jirmejam,dicendo,

Numer.16. 22.

27 Ecce ego sum Jehova Deus omnis carnis: an mihi occultari possit ulla res?

28 Idcircò sic ait Jehova; "ecce ego trado civitatem hanc in manum Chaldæorum,& in manum Nebucad-retzaris Regis Babyloniæ,ut capiat eam,

29 Et ingressi Chaldæi qui oppugnant civitatem hanc succendãt civitatẽ hanc igne,& comburant eam:adeóque domos ipsas,"super quarum tectis adoleverunt Bahhali, & libaverunt libamina diis alienis, ut provocarent me:

30 Quia fuerunt filii Jisraëlis & filii Jehudæ tantummodò facientes quod malum *videtur* in oculis meis inde a pueritia sua:quia filii Jisraëlis tantummodò provocant me opere manuum suarum,dictum Jehovæ:

i Heb. incũbit mihi: pleonasmus.

31 Quia in iram meam & in æstum meum 'incumbit civitas hæc, ex quo die ædificaverunt eam usque in diem hunc; ut amoveam ipsam a facie mea:

32 Propter omnem malitiam filiorum Jisraëlis & filiorum Jehudæ, quam exercuerunt ad provocandum me ipsi, Reges eorum, Principes eorum,Sacerdotes eorum,& Prophetæ eorum; cùm viri Jehudæ, tum habitatores Jeruschalaimorum:

33 Qua"obverterunt mihi cervicem,non autem faciem;& docẽti eos

k Heb. manè surgendo & docendo.

'inde a diluculo continenter minimè auscultant ad percipiendum eruditionem;

Sed

34

34 Sed posuerũt abominationes suas″ in domo ′quæ vocatur de nomine meo,ad polluendum eam,

35 Et ædificaverunt excelsa Bahhali, quæ *sunt* in valle filii Hinnomi, ad traducendum filios suos & filias suas″ Moleco; etsi non præceperam eis,neque‴ venerat in animum meum ut facerent abominationẽ hanc: ut ad peccandum inducerent Jehudam.

36 ′Nũc,inquam,idcircò sic ait Jehova Deus Jisraëlis;de civitate hac quam vos dicitis tradi in manum Regis Babyloniæ,gladio, & fame, ac peste.

37 Ecce ego congregaturus sum illos ex omnibus regionibus, quò depulero ipsos ira mea,& æstu meo,ac fervore magno:& reducens eos in locum hunc facturus sum ut habitent securè:

38 Denique erunt mihi populus,& ego ero ipsis Deus.

39 Indam enim illis cor unum & viam unam ad reverendum me omnibus diebus;ad bonum ipsorum & filiorum ipsorum post ipsos.

40 Et pangam ipsis fœdus″ perpetuum,fore ut non avertã me â prosequendis ipsis, benefaciendo ipsis:& reverentiam mei indam ′animo ipsorum,ut non recedant a me.

41 Ita gaudebo de ipsis benefaciendo ipsis; cùm plantavero ipsos in terra hac ′firmè,ex toto corde meo & ex tota anima mea.

42 Nam sic ait Jehova, quemadmodum adduxero in populum hũc totum malum maximum istud; ita ego adducturus sum super eos totũ hoc bonum quod ego ′promitto ipsis.

43 ′Tum comparabitur ager in terra hac;quam vos dicitis desolatam esse adeò ut nullus insit homo aut jumentum, traditam esse in manum Chaldæorum:

44 Agros pecunia comparabunt,& inscribendo literis,& obsignando,atque adhibendo testes″ in terra Binjaminis,& in circumjacentibus locis Jeruschalaima,ac in civitatibus Jehudæ, tum in civitatibus ′montanis,tum in civitatibus humilis regionis,tum in civitatibus plagę Australis; cùm reduxero captivam multitudinem illorum, dictum Jehovæ.

l Heb. super quam vocatur nomen meum.

m Heb. ascenderat in cor.

n Heb. seculi. *o Heb.* cordi.

p Heb. in firmitate.

q Heb. loquor erga ipsos:ut Genes.18.19.

r Heb. montis.

ANNOTATIO.

1 *Verbum*] Hujus capitis partes sunt quatuor:prima est inscriptio, narrationem continens temporis & occasionis hujus propheticæ, quinque versib. secunda est propositio summa narrationis typicæ & promissionis Dei, usque ad versum 16.tertia est expostulatio Prophetæ cum Deo,usque ad versum 26.postrema confirmatio,inde ad finem usque. *Is est annus*] vide suprà 25.1. 3 *Ecce ego*] vide complementum 2.Reg.& 2.Chronic.ultimis capitibus, & infrà 39.& 52. 7 *Ecce*] secunda hæc pars,propositio, continet narrationem typi divinitus imperati, usque ad ver. 15.deinde usum illius,ver.15. *Tuum est jus*] ex lege Levit.25.32.& seq. Est autem in hoc ver. aposiopesis, qua retinetur Propheta mandatum Dei,ne idem bis repetendum esset. 11 *Præcepti*] id est, quibus literis obsignatis continebatur tum diserta narratio mandati quod Propheta a Deo acceperat,tum accurata descriptio singularum cautionũ ad jura privati istius contractus pertinentium. *Publicas*] id est,fide publica confirmatas a magistratu, ad ratihabitionem privati contractus. 15 *Nam sic ait*] q.d.post tempus a Deo constitutum mihi futuræ sunt usui: est autem hic anagoge typi. 16 *Itaque*] transitio ad tertiam partem,expostulationem,ut diximus in ver.1. 17 *Eheu*] expostulatio hæc duo continet:narrationem bonitatis & beneficentiæ Dei erga suos,usque ad versum 23.& expositionem præsentis ac futuri judicii contra Judæos, quod conqueritur Propheta non satis cum typo imperato conveniret,ver.23.& duobus sequen. *Non potest occul.*] q.d. fateor quidem (prout omnium scientiam obtines) te videre istud:sed ego planè non video quo pacto hæc se habitura sint. 18 *In sinum*] vide in Psal.79.12. 26 *Fuit verò*] transitio ad quartam partem, nimirum confirmationem præcedentis typi atque prophetiæ; qua Deus primùm jus & scientiam

& scientiam totius administrationis sibi arrogat, seq. versu: deinde judicium suum justissimum in Judæam asserit, itéque ad ver. 36. ac postremò promissiones confirmat a se nihilominus effectum iri. 28 *Ecce*] secunda hæc confirmationis pars est hyperbatica: nam cœpit Deus dicere, idcircò, id est, ut cognoscas me effecturum esse promissiones meas: quamobrem in regressione eadem particula, idcircò, repetitur finito hyperbato, infrà ver. 36. 29 *Sm per quarum tect.*] vide 2. Reg. 23. 12. & suprà 19. 13. 33 *Obverterunt*] ut suprà 2. 27. 34 *In domo*] ut suprà 23. 11. vide 2. Reg. 23. 4. 35 *Moleco*] vide Levit. 18. 21. 36 *Nunc inquam*] regressio ad promissionem cœptam à suprà ver. 28. cujus promissionis duæ sunt partes; una Evangelica, pertinens ad catholicam Ecclesiam Christi, usque ad versum 43. altera, singularis de reversione Judæorum, duobus ultimis. 43 *Tum*] id est, cùm incipiam præstare has promissiones meas. 44 *In terra*] id est, in toto regno Jehudæ, cujus fuerunt partes Binjamin & Jehuda. De hac autem distributione Jehudæ vide Jehosch. 15.

Caput XXXIII.

Deus Ecclesiam ad erigendos animos hortatus, promissiones facit de ipsa liberãda, instauranda, ornandaq́, pace & stabilitate æterna ad gloriam suam in Christo: & promissis suis confirmatis aliorum sententias, judiciaq́, contraria confutat naturæ documentis.

1 Fuit autem verbum Jehovæ ad Jirmejam, secundò, cùm ipse adhuc detineretur in atrio custodiæ, dicendo;

2 "Sic ait Jehova facturus "istud, Jehova "formãs istud ad stabiliendum ipsum; Jehova nomine.

3 "Invoca me, & respõdebo tibi; ac indicabo tibi magna & abstrusa, "quæ non agnoscis.

4 "Nam sic ait Jehova Deus Jisraëlis; de familiis civitatis hujus & de familiis Regum Jehudæ, demoliendis, *exponendis* in *a* "missilia catapultaria & in gladium,

5 "Venientibus ad pugnandum contra Chaldæos, "imò ad explendũ ipsas cadaveribus hominum quos percussero ira mea & æstu meo; & "propter quorum omnem malitiam abscondi faciem meam a civitate hac:

6 "Ecce ego *b* faciens ut assurgat ad justam constitutionem & sanitatem, curabo eos; & revelabo eis abundãtiam pacis, "& quidem stabilissimæ.

7 "Nam reducam captivã multitudinem Jehudæ, captivamq́; multitudinem Jisraëlis; & ædificabo eos ut anteà:

8 Et mundabo eos ab omni iniquitate ipsorum, qua peccaverint mihi; & condonabo omnes iniquitates ipsorum quibus peccaverint mihi, & quibus defecerint a me:

9 Quod erit mihi *d* celebri gaudio, laudi, & ornamento apud omnes gentes terræ; quæ audient totum hoc bonum quod ego facturus sum illis, & expavescentes commovebuntur ad totum illum bonum & ad totam illam pacem qua ego affecturus sum illam.

10 "Sic ait Jehova, adhuc audietur in loco hoc, quẽ vos dicitis vastari adeò ut nullus insit homo, nullumq́; jumentum; in civitatibus Jehudæ, & in plateis Jeruschalaimorũ desolatis adeò ut nullus insit homo, nullusq́; habitator, & nullum jumentum,

11 Vox gaudii, & vox lætitiæ, vox sponsi, & vox sponsæ, vox dicentium celebrate Jehovam exercituum, quia bonus *est* Jehova, quia in seculum *est* benignitas ejus, offerentium gratiarum actionem *in* domo Jehovæ;

a Heb. catapultas: ut 2. Reg. 19. 32.

b Heb. faciens ei ascẽdere curationem: ut 2. Chron. 24. 13.

c Heb. & veritatis, vel fidei.

d Heb. nomini gaudii: hypallage, pro gaudio nominatissimo.

suprà 7. 34.

Psal. 136.

Jehovæ: cùm reduxero captivam multitudinem hujus terræ ut anteà, ait Jehova.

12 Sic ait Jehova exercituum, adhuc erit in loco hoc vastato adeò ut nullus insit homo [e] aut jumentum, & in omnibus civitatibus ejus; cau- [e] *Heb.* usque ad jumentum.
la pastorum facientium ut accubent greges.

13 In civitatibus [f] montanis, in civitatibus humilis loci, & in civitati- [f] *Heb.* montis.
bus Australis plagæ, & in terra Binjaminis, ac in locis circumjacentibus Jeruschalaima, deniq; in civitatibus "Jehudę; adhuc transibunt greges [g] opera" numerantis, ait Jehova.

[g] *Heb.* per manus.

14 "Ecce dies venturi sunt, dictum Jehovæ; cùm præstabo verbum istud optimum quod proloquutus sum erga domum Jisraëlis, & erga domum Jehudæ.

15 Diebus illis & tempore illo faciam ut effloreścat Davidi germen Suprà 23.5.
justum; qui exercebit jus & justitiam in terra.

16 Diebus illis servabitur Jehuda, & Jeruschalaimani habitabunt securè; atq; hoc est quo vocabit eam *civitatem* Jehova justitia nostra.

17 "Nam sic ait Jehova, non exscindetur Davidi vir sedens in solio domus Jisraëlis:

18 Etiã sacerdotibus Leviticis non exscindetur vir a conspectu meo; "offerens holocaustum, & adolens munus, ac faciens sacrificium omnibus diebus.

19 "Deinde fuit verbum Jehovæ ad Jirmejam, dicendo, Sup. 31.35.

20 Sic ait Jehova, si irritum facere potestis fœdus meum *de* die & fœdus meum *de* nocte; idque ut non sit diurnum tempus & nocturnum tempore suo:

21 Etiam fœdus meum cum Davide servo meo irritum fiet; ne sit ei filius regnans in solio ejus, & cum Levitis sacerdotibus ministris meis.

22 Ut non potest numerari exercitus cœlorum, nec potest mensurari arena maris; ita augebo "semen Davidis servi mei, & Levitarum ministrantium mihi.

23 "Rursus fuit verbum Jehovæ ad Jirmejam, dicendo,

24 An non animadvertis quid "populus iste loquantur? dicendo, duas istas familias quas elegerat Jehova jam spernit ipsas: & populum meum "contemnunt *illi*, adeò ut non *videatur esse* ampliùs gens in conspectu illorum.

25 Sic ait Jehova, "si non fœdus meum interdiu & noctu; *si* statuta cœli & terræ non disponam:

26 Etiam semen Jahhakobi & Davidis servi mei spernam, ne sumam de semine ejus qui dominentur in semen Abrahami, Jischaki, & Jahhakobi; cùm reduxero multitudinem captivam eorum, misertus ipsorũ.

ANNOTATIO.

1 *Fuit autem*] Hæc prophetia etsi eodem argumento cum superiore est, diversa tamen est tempore, ut inscriptio docet vers. 1. Sunt autem partes illius quatuor: prima est exordium vers. 2. & 3. secunda, propositio prophetiæ, inde

ad vers. 19. tertia, confirmatio, ad versum 23. usque; postrema, confutatio, reliquis. 2 *Sic ait*] hujus exordii (quo Deus propositionis sequentis fundamenta proponit) duo sunt loci: unus, a persona Dei promissiones præstituri ex natura & fœdere suo, hoc vers. alter a persona Judæorum, cùm fuerint comparati ad percipiendam sanctè liberationem suam, versu seq. *Istud*] quod deinceps promissurus est. *Formans*] ut Jeschahh. 46. 11. 3 *Invoca me*] Jecundus locus exordii per hortationem expressus. *Quæ non agn.*] id est, præ infirmitate non potes cernere, attendens ad præsentia mala, & illis velut caligine quadam excæcatus: ut ipse Jirmeja confessus fuerat suprà 32. 17. 4 *Nam sic ait*] hujus propositionis primùm subjectum (ut ita dicamus) exponitur, duobus versib. deinde promissio per prolepsin vers. 6. quæ posteà exornatur seq. 5 *Venientibus*] videlicet consilio suo. *Imò ad expl.*] correctio, qua Deus consilio Judæorum opponit suum. *Propter quorum* ἐμπλοκὴν Hhebraici sermonis ad evidentiam transtulimus. 6 *Ecce*] prolepsis sive propositio summa promissionum sequentium, quæ allegoricè hoc vers. posita seq. explicatur. Sunt autem earum partes duæ; restitutionis, quæ exponitur tribus versib. & fructuum ex restitutione eventurorum, usque ad vers. 19. qui fructus hîc significantur pacis & stabilitatis nomine. 7 *Nam reduc.*] restitutionis promissæ partes ponuntur liberatio a peccatis & salus, duobus versib. & finis sive usus illius, gloria Dei, vers. 9. 10 *Sic ait*] prior liberationis fructus, ut diximus in vers. 6. hîc primùm exornatur, quatuor versib. & autor effectorque illius Christus promittitur, vers. 14. & 15. deinde posterior fructus, nimirum stabilitatis æternæ exponitur, versib. seq. 13 *Jehuda*] id est, totius regni. *Numerantis*] pro ratione illa quam exposuimus Levit. 27. 32. 14 *Ecce*] promissio de Christo effectore bonorum præcedentium, in quo omnes promissiones Dei sunt etiam & amen ad Dei gloriam, 2. Corinth. 1. 20. 17 *Nam sic ait*] altera pars promissionis de stabilitate regni, hoc vers. & sacerdotii, seq. versu: quæ duo in uno Christo concurrere demonstravimus suprà 30. 21. 18 *Offerens*] id est, fungens sacerdotio, & perficiens ministerium totum a Levitarum gente figuratum. 19 *Deinde*] confirmatio præcedentis stabilitatis a documentis naturalibus, usque ad vers. 23. tum in persona Christi, vers. 20. & 21. tum in omnibus Ecclesiæ membris, vers. 22. 22 *Semen Davidis*] id est, pios insitos in Christum Davidis filium qui fecit nos Reges & Sacerdotes Deo & Patri suo, 1. Petri 2. 5. & Apocalyp. 1. 6. & 5. 10. 23 *Rursus*] confutatio ludificationum quibus utuntur hostes Ecclesiæ, & infirmi percelluntur, eodem argumento quo confirmatio. 24 *Populus iste*] infirmus videlicet, & abjiciens spem promissionum ex præsentibus malis. *Contemnunt illi*] hostes Ecclesiæ. 25 *Si non*] id est, potiùs aliquis fœdus meum de naturæ conservatione initum præstari a me impediverit, quàm ut sempiternam Ecclesiæ administrationem ex promisso mihi extorqueat.

CAPUT XXXIIII.

Propheta ex Dei mandato exitium Regis Tzidkijæ prænuntiat: deinde cùm Iudæi contra legem & singulare fœdus suum veniissent, quo servos suos manu miserant, reprehendit illos gravissimè impii & inhumani facti, & compensationem maleficii a Deo Regi populoq; eventuram docet.

1 VERBUM quod fuit ad Jirmejam a Jehova (cùm Nebucad-retzar Rex Babyloniæ & omnes copiæ ejus, omniaque regna terræ [a] in dominio ejus, omnes denique populi oppugnarent Jeruschalaima & omnes civitates eorum) dicendo,

[a] *Heb.* dominii manus ejus.

2. Reg. 25. 2 Sic ait Jehova Deus Jisraëlis, abi, & alloquere Tzidkijam Regem Jehudæ: & indicito ei, sic ait Jehova, ecce ego traditurus sum civitatem hanc in manũ Regis Babylonię, ut comburat eam igne.

3 Tu autem non eripies te e manu ejus, sed omnino prehenderis, & in manum ejus traderis: ita oculi tui oculos Regis Babyloniæ videbunt, & os ejus [b] in os te alloquetur, ac in Babyloniam pervenies.

[b] *Heb.* os tuũ alloquetur. Suprà 32. 4.

4 Verumtamen audi verbum Jehovæ, Tzidkija Rex Jehudæ: sic ait Jehova de te, non es moriturus gladio:

5 [c] Cum pace moriturus es, & [c] ustionibus majorum tuorum, Regum præcedentium qui fuerunt ante te, similiter *ustiones odorum* comburent tibi, & *dicentes* eheu Domine, plangent te: nam verbum *hoc* ego loquutus sum, dictum Jehovæ.

6 Itaq; eloquutus est Jirmeja Propheta apud Tzidkijam Regem Jehudæ, omnia verba ista Jeruschalaimis,

7 Copiis Regis Babylonię oppugnantibus Jeruschalaima, & omnes civitates Jehudæ reliquas, Lacischum & Hhazekam: nam hæ reliquæ [e] munitæ erant e civitatibus Jehudæ, civitates [e] munitæ.

[e] *Heb.* munitionis.

8 Ver-

8 "Verbum quod fuit ad Jirmejam a Jehova, postquàm pepigissèt Rex Tzidkija fœdus cum toto populo qui erat Jeruschalaimis, de promulganda ipsis libertate;

9 Ut dimitteret quisq; servum suum & quisq; ancillam suam, Hhebræum Hhebræamq;, liberos; ut non [d] exigeret servitutem ab ipsis, a Jehudæo fratre suo, quisquam. Exod. 21. 2.

10 Et auscultantes omnes Principes, totusque populus qui convenerant in fœdus, ut dimitteret quisque servum suum, & quisque ancillam suam liberos, ut non exigeret servitutem ab ipsis ampliùs; auscultantes, inquam, dimisissent:

11 'Iterum verò posteà recepissent servos illos & ancillas, quos dimiserant liberos; & subigerent eos in servos & in ancillas.

12 Fuit ergo verbum Jehovæ ad Jirmejam a Jehova, dicendo,

13 "Sic ait Jehova Deus Jisraëlis; ego pepigeram fœdus cum majoribus vestris qua die eduxi eos e terra Ægypti, e domo servorum, dicendo,

14 A fine septem annorum dimittitote quisque fratrem suum Hhebræum qui se vendiderit tibi; postquam serviverit tibi sex annis, dimittito eum liberum abs te: sed non auscultarunt majores vestri mihi, neque inclinarunt aurem suam. Exo. 21. 12. Deu. 15. 12.

15 Reversi quidem vos hodie fecistis quod rectum videtur in oculis meis, promulgando libertatem quisque amico suo; cùm pepigistis fœdus coram me in domo [f] quæ vocatur de nomine meo:

16 Sed [g] rursus prophanastis nomen meum recipientes quisq; servum suum, & quisq; ancillam suam, quos dimiseratis liberos ad [h] desyderium suum; quos subigitis ut sint vobis servi & ancillæ.

17 Idcircò sic ait Jehova, vos non auscultastis mihi, promulgando libertatem quisque fratri suo & quisque amico suo: ecce ego promulgo contra vos libertatem, dictum Jehovæ, gladio, pesti, & fami; & tradam vos commotioni apud omnia regna terræ.

18 Tradam enim homines istos qui transgressi sunt fœdus meum, qui non præstiterunt verba fœderis quod pepigerant coram me; "cùm transiverunt inter dimidiatas partes ejus vituli quem dissecuerant in duo:

19 *Nempe* Principes Jehudæ, & Principes Jeruschalaimorum, aulicos, & Sacerdotes, totumq; populum hujus terræ; qui transiverunt inter dimidiatas partes vituli illius:

20 Tradam, inquam, eos in manum inimicorum ipsorum, & in manum quærentium animam ipsorum; & erit cadaver ipsorũ cibo volucribus cœlorum, & bestiis terræ.

21 Etiam Tzidkijam Regem Jehudæ, & Principes ejus tradam in manum inimicorum ipsorum, & in manum quærentium animam ipsorũ: in manũ, inquam, copiarũ Regis Babyloniæ, "quæ [i] abiverunt a vobis.

[d] *Heb.* serviret sibi per ipsos: ut Exo. 1. 14. sic versu seq.

[e] *Heb.* & reverterentur postea & reducerent.

[f] *Heb.* super quam vocatur nomen meum.

[g] *Heb.* revertisti estis & prophanastis.

[h] *Heb.* animam, ut Ps. 27. 12.

[i] *Heb.* ascenderunt.

22 Ecce ego præcepturus sum, dictum Jehovæ, & revocaturus eos contra civitatem hanc ut oppugnent eam, & capientes eam comburant eam igne: & civitates Jehudæ ita exponam desolationi ut nullus insit habitator.

ANNOTATIO.

1 *Verbum*] Hoc caput duas prophetias continet: unam de Rege, usque ad vers. 8. alteram de regno toto, cæteris. In priore prophetia præter inscriptionem vers. 1. narrantur mandatum de pronuntiando eventu Tzidkijæ, vertib. quatuor, & obsequium Prophetæ, vers. 6. & 7. 5 *Cum pace*] id est, naturali, non violenta morte. *Usticombus*] vide 2. Chron. 16. 14. 8 *Verbum*] in secunda hac prophetia narrantur primùm occasio, versibus 4. deinde verò denuntiatio ipsa, reliquis. Occasio autem fuit hujusmodi: obsidentibus Babyloniis Jeruschalaima, visum est Judæis, ad precandum Deum & præsentem iram ipsius avertendam, promulgare libertatem servorum ex lege: cum autem Babylonii adventante Ægyptio obsidionem ad tempus solvissent, ut narratur infrà 37. 5. tum Judæi ad pristinâ suam nequitiâ revertentes in servitutem iterum eos vindicarunt, quos publico judicio & fide publica liberaverant. Quamobrem Deus judicium suum comparat elegantissimè cum illorum maleficio. 13 *Sic ait*] hujus denuntiationis partes sunt duæ: prior est contestatio, versib. quatuor: posterior, sententiæ dictio, postquàm Judæorum populus rem peractus est, ad finem usque. 18 *Cùm transiver.*] ex antiqua fœdus jungentium formula: de qua Genes. 15. 17. 21 *Quæ abiverunt*] solventes obsidionem (ut diximus in vers. 8.) ad obsistendum Ægyptio.

CAPUT XXXV.

Deus proposito Recabæorum exemplo Iudæos contestatur, inobsequentem ipsorum animum redarguit, & Iudæis mala quàm plurima, Recabæis bona prænuntiat.

1 VERBUM quod fuit ad Jirmejam a Jehova; temporibus Jehojakimi filii Joschijæ Regis Jehudæ, edicendo,

2 Abi ad familiam Recabæorum, & alloquutus eos adducito eos *ad* domum Jehovæ in unum cubiculorum; ut des bibendum eis vinum.

3 Itaq; assumens Jaazanjam filium Jirmejæ filii Chabatzinjæ & fratres ejus, omnesq; filios ejus; deniq; totam familiam Recabæorum,

4 Adduxi eos *ad* domum Jehovæ, in cubiculum filiorum Chananis filii Jigdaljæ viri Dei: quod *est* prope cubiculum Principum, quod est supra cubiculum Mahhasejæ filii Schallumi observantis limen.

5 Cumq; proposuissem coram filiis familiæ Recabæorum scyphos plenos vini, & pocula; dixi ad eos, bibite vinum:

6 Qui dixerunt, non sumus bibituri vinum; nam Jonadab filius Recabi pater noster interdixit nobis, dicendo, ne bibitote vinum, vos, aut filii vestri unquam:

a Heb. usq; in seculum. *b Heb.* plantate.

7 Et domum ne ædificatote, & semen ne seritote, vineamq; ne conseritote, neq; esto vobis: sed in tentoriis habitetis omnibus diebus vestris, ut vivatis diebus multis in superficie terræ, ubi inquilini estis.

8 Itaq; auscultantes voci Jehonadabi filii Recabi patris nostri in omnibus quæ præcepit nobis; ut non bibamus vinum omnibus diebus nostris nos, uxores nostræ, filii nostri, & filiæ nostræ,

9 Utq; non ædificemus domos ad habitationem nostram; & vinea, aut ager, aut sementis non sit nobis;

10 Sed habitemus in tentoriis: auscultantes, inquam, facimus omnino prout præcepit nobis Jonadab pater noster.

11 Fuit

11 "Fuit autem cùm ascenderet Nebucad-retzar Rex Babyloniæ in terram hanc, ut diceremus, [c]agite, ingrediamur Jeruschalaima [d]metu copiarum Chaldæorum, & metu copiarum Syriæ: ita considemus Jeruschalaimis.

12 "Tum fuit verbum Jehovæ ad Jirmejam, dicendo,

13 Sic ait Jehova exercituum Deus Jisraëlis, abi, & dicito viris Jehudæ, & habitatoribus Jeruschalaimorum: "an non percepturi estis eruditionem, ut auscultetis verbis meis? dictum Jehovæ.

14 Præstatur *unumquodq;* verborum Jehonadabi filii Recabi, qui interdixerat filiis suis ne biberent vinum; nõ enim biberunt usq; in diem hunc, quia auscultãt præcepto patris sui: ego autem alloquor vos [e]inde a diluculo continenter, nec tamen auscultatis mihi.

15 Cumq; mitto ad vos omnes servos meos Prophetas [f]inde a diluculo continenter, dicendo, revertimini jam quisq; a via sua pessima, & bonas efficite actiones vestras, neq; [g]sequamini deos alienos colendo eos, ita manete in hac terra quam tradidi vobis & majoribus vestris: nõ tamen inclinatis aurem vestram, neq; auscultatis mihi.

16 "Quandoquidem præstant filii Jehonadabi filii Recabi præceptũ patris sui quod præcepit ipsis; populus verò iste non auscultant mihi;

17 "Idcircò sic ait Jehova Deus exercituũ, Deus Jisraëlis, ecce ego adducturus sum contra Jehudã, & contra omnes habitatores Jeruschalaimorũ totum illud malũ quod proloquutus sum cõtra eos: eò quòd mihi alloquenti ipsos nõ auscultarunt, & revocanti ipsos nõ responderũt.

18 "Familiæ verò Recabæorum dixit Jirmeja; sic ait Jehova exercituũ Deus Jisraëlis, eò quòd auscultatis præcepto Jehonadabi patris vestri: & observãtes omnia præcepta ejus facitis omnino prout præcepit vobis;

19 Idcircò sic ait Jehova exercituum Deus Jisraëlis; "non exscindetur vir Jonadabo filio Recabi, qui stet coram me omnibus temporibus.

[c] *Heb.* venite & ingrediamur.
[d] *Heb.* a facie.
[e] *Heb.* manè surgendo & loquendo.
[f] *Heb.* manè surgendo & mittendo: ut 2. Chron. 36. 15.
[g] *Heb.* eatis post.

ANNOTATIO.

1 *Verbum*] Prophetia hæc (cujus inscriptio continetur vers. 1.) duas habet partes: typum, usq; ad vers. 12. & anagogen sive accommodationem propheticam, reliquis. 2 *Familiam Recab.*] qui orti erant ex Kinæorum gente, ac proinde nullam possessionem sibi attributam lege obtinebant; sed victum comparabant ex publicis ministeriis; vide 1. Chron. 2. 55. 4 *Viri Dei*] ut Deut. 33. 1. sic commendatur pietas & functio hujus Sacerdotis. *Principum*] id est, præfectorum templo. 6 *Pater noster*] id est, celebris ille progenitor familiæ nostræ timens Dei, cujus mentio est 2. Reg. 10. 15. *Interdixit*] ductus non humano consilio tantùm, quo inquilinis modestia, sobrietas, humilitasq; inter cæteros maximè commendatur; sed spiritu prophetico, quo eventuras Jisraëlitis omnibus calamitates præsignificabat. 7 *In tentoriis*] ut majores antea fecerant, Judic. 4. 17. 11 *Fuit autem*] occupatio: cur ergo, dixerit quispiam, in tentoriis modò non habitatis? respondent hoc a se non de industria, sed ex necessitate fieri. 12 *Tum fuit*] transitio ad anagogen, ut diximus vers. 1. Sunt autem illius partes duæ; contestatio, tribus versib. seq. & sententiæ dictio, 4. ultimis. 13 *An non*] propositio contestationis; quæ illustratur per comparationem minoris, id est, præcedentis exempli, vers. 14. & 15. 16 *Quandoquidem*] replicatio præcedentis contestationis, continens membra duo comparationis; de quibus deinceps sententia fertur a Deo, "υστερον πρότερον. 17 *Idcircò*] prior sententiæ pars in Judæos, hoc vers. 18 *Familiæ verò*] posterior sententiæ pars de Recabæis, duobus versib. 19 *Non exscind.*] id est, perpetua erit gens ista coram me, ex prædictione Jehonadabi suprà vers. 7. nam illos ex captivitate fuisse reduces ostendit Hhezra 1. Chron. 2.

CAPUT XXXVI.

Propheta ex mandato Dei volumen prophetiarum suarum per Barucũ scribi, & solenni die apud populum pronuntiari jubet: quo cognito, Principes Barucũ advocant, legente ex libro audiunt, & metu Regis admonent ut Iirmeja & ipse delitescant: Rex verò audita parte volumi-nis, illud comburi jubet, Iirmejamq; & Barucum capi: quamobrem Iirmeja a Deo servatus Regi, regnoq; mala prænuntiat, & volumen de integro conscribi curat.

1 Fuit autem anno quarto Jehojakimi filii Joſchijæ Regis Jehudæ; fuit verbum hoc ad Jirmejam a Jehova, dicendo,

2 Sume tibi volumen libri, & ſcribito in eo omnia verba quæ proloquutus ſum tibi de Jiſraële, & de Jehuda, ac de omnibus gentibus; ex quo die alloquutus ſum te, a diebus Joſchijæ uſq; in diem hunc:

3 Si fortè audiant domus Jehudæ totum illud malum quod ego cogito facere ipſis: ut revertantur quiſq; a via ſua peſſima, & condonem iniquitatem ipſorum & peccatum ipſorum.

4 Quamobrem vocavit Jirmeja Barucum filium Nerijæ: ſcripſitq; Baruc ex ore Jirmejæ omnia verba Jehovæ, quæ eloquebatur ipſi *Jirmeja*, in volumine libri.

5 Deinde præcepit Jirmeja Baruco, dicendo; ego detentus, non poſſum venire ad domum Jehovæ:

6 Quare ito tu & legito in hoc volumine, quod ſcripſiſti ex ore meo, verba Jehovæ, audiente populo, in domo Jehovæ, die jejunii: atq; etiã audientib. omnibus Jehudæis, qui venerint ex civitatib. ſuis, legito illa:

7 Si fortè procidant deprecantes ipſi coram Jehova, & revertantur quiſq; a via ſua peſſima: nam magna eſt illa ira & æſtus quo eloquutus eſt Jehova contra populum hunc.

8 Et fecit Baruc filius Nerijæ omnino prout præceperat ipſi Jirmeja Propheta; legendo in eo libro verba Jehovæ *in* domo Jehovæ.

9 Fuit enim anno quinto Jehojakimi filii Joſchijæ Regis Jehudæ, menſe nono, indicto jejunio corã Jehova toti populo Jeruſchalaimis: cùm totus populus, veniẽtes ex civitatib. Jehudæ eſſent Jeruſchalaimis,

10 Ut legeret Baruc in libro verba Jirmejæ *in* domo Jehovæ; in cubiculo Gemarjæ filii Schaphanis ſcribæ, in atrio ſuperiore, ad oſtium portæ domus Jehovæ recentioris, audiente toto populo.

11 Cùm autem audiviſſet Mica filius Gemarjæ filii Schaphanis, omnia verba Jehovæ ex illo libro;

12 Deſcendit in domum Regis ad cubiculum juriſperiti, ubi ecce omnes principes conſidebant: Eliſchamahh juriſperitus, & Delaja filius Schemahhjæ, & Elnathan filius Hhacboris, & Gemarja filius Schaphanis, ac Tzidkija filius Chananjæ, omnes deniq; Principes:

13 Indicavitque ipſis Mica omnia verba quæ audiverat, cùm legeret Baruc in libro audiente populo.

14 Tum miſerunt omnes Principes ad Barucum Jehudin filium Nethanjæ filii Schelemjæ filii Cuſchi, qui ediceret, volumen illud in quo legiſti audiente populo, ipſum accipe in manum tuam ac veni: accipiens itaq; Baruc filius Nerijæ volumẽ illud in manum ſuã venit ad illos:

15 Qui dixerunt ad eum, ſede jam, & lege illud nobis audientibus: legitq; Baruc audientibus illis.

16 Fuit

a Heb. in auribus populi: ſic deinceps.

b Heb. procidat deprecatio eorum: hypallage Rhetoru.

c Heb. cùm indixiſſent jejuniũ, impersonaliter.

d Heb. ſcribæ: ſic deinceps.

16 Fuit autem cùm audiviſſent omnia verba illa, ut [e] expaveſcentes alloquerentur alter alterum; & dicerent ad Barucum, [f] omnino indicabimus Regi omnia verba iſta.

17 Barucum autem interrogaverunt, dicendo; indica jam nobis quomodo ſcripſeris omnia verba iſta ex ore illius:

18 Quibus dixit Baruc, ex ore ſuo pronuntiabat mihi omnia verba iſta; & ego ſcribebam in libro atramento.

19 Tum edixerunt Principes Baruco; abi, abſcondere tu & Jirmeja, & ullus neſciat ubi ſitis:

20 Veneruntq; ad Regem in atrium, cùm volumẽ illud depoſuiſſent in cubiculo Eliſchamahhi juriſperiti; & indicaverunt audiente Rege omnia verba iſta.

21 Mittens itaq; Rex Jehudin ad accipiendum volumen illud, accepit illud e cubiculo Eliſchamahhi juriſperiti: legitq; ipſum Jehudi audiente Rege & audientibus omnibus Principibus qui adſtabant Regi.

22 Rex autem ſedebat in domo hyberna, menſe nono; idq; cum foco ante ipſum accenſo.

23 Fuit ergo cùm legiſſet Jehudi tria [g] folia aut quatuor, *ut* laceraret illud [h] ſcalpro librario, & projiceret in ignem qui erat in foco; donec cõſumeretur totum volumen igne illo qui erat in foco.

24 Non autem expaverunt, neq; lacerarunt veſtimenta ſua; Rex, & omnes ſervi ejus, qui audiebant omnia verba illa.

25 Quin etiam Elnathane, Delajaq;, & Gemarja intercedentibus apud Regem ne combureret volumen; non tamen auſcultavit eis:

26 Imò præcepit Rex Jerachmeeli filio Regis, & Serajæ filio Hhazrielis; & Schelemjæ filio Hhabdeelis, ut caperent Barucum ſcribam, & Jirmejam Prophetam; ſed abſcondit eos Jehova.

27 Fuit autẽ verbum Jehovæ ad Jirmejam (poſtquam exuſſiſſet Rex volumen illud, & verba quæ ſcripſerat Baruc ex ore Jirmejæ) edicendo,

28 Iterum accipe tibi volumen alterum; & ſcribe in eo omnia verba priora, quæ erant in volumine illo priori quod exuſſit Jehojakim Rex Jehudæ.

29 De Jehojakimo autem Rege Jehudæ, dicito, ſic ait Jehova: tu exuſſiſti volumen illud dicens, quare ſcripſiſti in eo, dicendo, [k] omnino venturus eſt Rex Babyloniæ, & perditurus terram hanc; facturuſq; ut ceſſent ex ea homines & jumenta?

30 Idcircò ſic ait Jehova de Jehojakimo Rege Jehudæ, non erit ei ſedens in ſolio Davidis: & cadaver ejus erit projectum æſtui [l] diurno; & gelu nocturno.

31 Nam animadvertam in eum, & in ſemen ejus, & in ſervos ejus iniquitatem ipſorum: & adducam contra eos, & contra habitatores Jeruſchalaim orum, ac contra viros Jehudæ totum illud malum quod [m] proloquebar eis, ac non auſcultarunt.

[e] *Heb* expaveſceret vir ad amicum ſuum.
[f] *Heb.* indicando.
[g] *Heb.* valvas.
[h] *Heb.* novacula ſcribæ.
[i] *Heb.* revertere accipe.
[k] *Heb.* veniendo.
[l] *Heb.* in die, & gelu in nocte.

32 Itaq; Jirmeja accipiens volumen alterum tradidit ipſum Barucò filio Nerijæ ſcribæ, qui ſcripſit in eo ex ore Jirmejæ omnia verba libri quem exuſſerat Jehojakim Rex Jehudæ igne: & adhuc [m] addita ſunt illis verba multa ejuſmodi.

m Heb. additum eſt, imperſonaliter.

ANNOTATIO.

1 *Fuit autem*] Totum hoc caput narrativum eſt, cujus hiſtoria tria maximè capita continet: primum eſt fidei quam Jirmeja & Baruc adhibuerunt ad teſtandum voluntatem Dei, 10. primis verſib. ſecundum, contradictionum quæ a ſummatibus obvenerunt, & periculorum a Rege, uſque ad verſ. 27. tertium, ſententiæ dictio in contravenientes, ad finem uſque. *Anno quarto*] videlicet ſub finem illius, habitis duabus illis concionibus quæ poſitæ ſunt ſuprà 25. & 35. quod confirmatur infrà verſ. 5. & 9. 4 *In volumine libri*] id eſt, libro plicatili, qui in cylindrum convolvebatur, ut erant priſcorum libri: ſic Pſal. 40. 8. 5 *Deinde*] perſcripto volumine: quod fuit anno quinto menſe nono, ut oſtendit verſ. 9. *Ego detentus*] hujus detentionis cauſas etſi præſcriptis verbis in ſcriptura legi non meminimus, tamen tres ſimul putamus in hoc tempus concurriſſe: prima eſt interdictum Regis, qui principio Regni edideratin-ſignia impietatis & crudelitatis ſuæ documenta, ſuprà 26. ſecunda fuit abſtentio (ut Patres loquebantur) Eccleſiaſtica, qua putamus Principes Sacerdotum Regi aſſentantes Jirmejam quodammodo excommunicaſſe, ne orationem ampliùs haberet ad populum aut templũ accederet, adductos duabus illis prophetiis quas enuntiaverat anno quarto, ſup. 25. & 35. tertia eſt mandatum Dei, quo voluit Deus conſulere Prophetæ ſuo, & abſentia ſilentioq; illius (quod improbi in beneficio ponebant) punire Eccleſiam Judæorum. 6 *Die jejunii*] non imperati lege, ſed concepti: ut apparet ex verſ. 9. 10 *Recentioris*] vide ſuprà 26. 10. 11 *Cùm autem*] ſecunda pars narrationis, ut diximus in verſ. 1. 12 *Juriſperiti*] nimirum Eliſchamahhi, qui mox nominatur. Erat autem ille quidam veluti rector & moderator in conſilio Regis & Principum. *Elnathan*] de quo ſuprà 26. 22. 14 *Jehudin*] apparitorem Regis, ut ex ſequentibus conſtat. 16 *Expaveſcentes*] id eſt, capita conferrent, affecti quodammodo & perculſi prophetæ gravitate: ut demonſtrant conſilio ſuo, verſ. 19. 24 *Non autem*] id eſt, ne paulùm quidem perculſi ſunt, ut illi verſ. 16. 26 *Filio Regis*] id eſt, ſuo: quamobrem toti Jojakimi familiæ deinde maledicitur, infrà verſ. 30. 27 *Fuit autem*] tertia pars, ut diximus in verſ. 1. 29 *De Jehojakimo*] hujus prophetiæ partes ſunt, conteſtatio, hoc verſ. & ſententiæ latio, duobus ſequentibus. 31 *Proloquebar*] eo volumine quod ab illis exuſtum eſt.

CAPUT XXXVII.

Tzidkija Rex improbus, Chaldæis obſidentibus Ieruſchalaima, cùm AEgyptios ſibi adjunxiſſet, Deum a Propheta pro communi ſalute orari jubet; Propheta verò ſententiam judicia Chaldæis venturi pronuntiat: quamobrem ſoluta obſidione Iirmeja capitur, & cæſus in carcerem durum a Principibus detruditur: ex quo liberatus a Rege, & ſecunda criminatione obrutus in duriorem alterum conjicitur: unde iterum pii cujuſdam aulici opera eductus a Rege conſulitur, & repetito eodem judicio contra Iudæam in cuſtodia conſervatur.

1 POSTEA regnavit Rex Tzidkija filius Joſchijæ pro Conja filio Jehojakimi; quem conſtituit Regem Nebucad-retzar Rex Babyloniæ in terra Jehudæ. 2.Reg.25.

2 Sed non auſcultavit ipſe, aut ſervi ejus, & populus terræ; verbis Jehovæ quæ loquebatur per Jirmejam Prophetam.

3 [n] Miſerat quidem Rex Tzidkija Jehucalem filiũ Schelemjæ, & Tzephanjam filium Mahhaſejæ Sacerdotem ad Jirmejam Prophetam, qui dicerent; ora, quæſo, pro nobis Jehovam Deum noſtrum:

4 Cùm Jirmeja liberè [a] verſaretur in medio populi, nec dum poſuiſſent eum in [b] carcere,

5 [o] Neque copiæ Parhhonis egrederentur ex Ægypto (nam audientes Chaldæi qui obſidebant Jeruſchalaima famam de illis, abiverunt a Jeruſchalaimis)

6 Fuit verò verbum Jehovæ ad Jirmejam Prophetam, ut diceret:

7 Sic ait Jehova Deus Jiſraëlis, ſic dicitote ad Regem Jehudæ, qui miſit vos ad me ad conſulendum me: [p] ecce copiæ Parhhonis quæ egreſſuræ ſunt vobis in auxilium, revertentur in terram ſuam, in Ægyptum:

8 Et reverſi Chaldæi oppugnabunt civitatem hanc, & capientes eam comburent eam igni.

9 Sic

a Heb. ingrederetur & egrederetur: vide Num. 27. 21.

b Heb. domo coërcitiõis: ſic inf. verſ. 15. & 18.

9 Sic ait Jehova, ne decipiatis [e] vos ipsos dicendo; [d] omnino abituri sunt a nobis isti Chaldæi: nam non sunt abituri:
10 Quin si percuteretis omnes copias Chaldæorũ oppugnantium vos, & reliqui essent ex eis homines transfixi: quisq; in tentorio suo exsurgerent, & comburerent civitatem hanc igne.
11 Fuit autem cùm abducerentur copiæ Chaldæorum a Jeruschalaimis, propter copias Parhhonis,
12 Ut exiret Jirmeja Jeruschalaimis, profecturus in terram Binjaminis; ad delabendum inde, in medio populi:
13 Cumq; esset in porta Binjaminis, ubi erat magister præfecturæ, nomine Jireija filius Schelemjæ filii Chananjæ; prehendit Jirmejam Prophetam, dicendo, ad Chaldæos tu deficis.
14 Cui dixit Jirmeja, falsum *est*, minimè deficio ad Chaldęos; nõ tamẽ auscultavit ei, sed prehendit Jireija Jirmejã, & abduxit eũ ad Principes.
15 Tum effervescentes Principes contra Jirmejam percusserunt eum; & posuerunt eum [e] in vinculis in domo Jehonathanis scribæ: nam eam aptaverant pro carcere.
16 Cumq; venisset Jirmeja [f] in foveam illam & in ęllulas illius, mansit ibi Jirmeja diebus multis.
17 Tandem mittens Rex Tzidkija recepit eum, & interrogavit eum Rex domi suę [g] clàm, dicens: estne verbum a Jehova? cui dicens Jirmeja, est, amplius dixit, in manum Regis Babyloniæ traderis.
18 Deinde dixit Jirmeja ad Regem Tzidkijam: quid peccavi tibi, aut servis tuis, aut populo isti, quòd posuistis me in carcere isto?
19 Et ubi sunt Prophetæ vestri, qui prophetant vobis, dicendo; non est venturus Rex Babyloniæ contra vos & contra terram hanc?
20 Nunc ergo audi quæso, domine mi Rex, [h] procido jam deprecans te; ne quæso jubeas me redire in domum Jehonathanis scribæ, ut non moriar ibi.
21 Quamobrem præcepit Rex Tzidkija ut [i] committerent Jirmejam in atrio custodiæ, & darent ei tractam panis in diem ex vico pistorum, donec consumptus est omnis panis ex civitate: ita manebat Jirmeja in atrio custodiæ.

[d] *Heb.* animas vestras.
[d] *Heb.* abeundo.
[e] *Heb.* in loco vinculi.
[f] *Heb.* in locum foveæ.
[g] *Heb.* in abdito.
[h] *Heb.* procidat jã deprecatio mea coram te: ut suprà 36.7.
[i] *Heb.* deponerent.

Caput XXXVIII.

1 Audiens verò Schephatja filius Mattanis, & Gedalja filius Paschchuris & Jucal filius Schelemjæ, & Paschchur filius Malcijæ; verba quibus Jirmeja alloquebatur
2 totum populum, dicendo,
Sic ait Jehova, qui manserit in civitate hac, morietur gladio, fame, aut peste; qui autem exierit ad Chaldæos ut vivat, utiq; erit ipsi anima sua loco spolii, & vivet.
3 Sic ait Jehova, omnino tradetur civitas hæc in manum copiarum Regis Babyloniæ, quæ capient eam.

4 Dixerunt Principes ad Regem, morte afficiatur quæsumus vir iste, quandoquidem iste remissas reddit manus [a] bellatorũ qui reliqui sunt in civitate hac, & manus totius populi, alloquendo eos [b] in hanc sententiam: nam vir iste ″ minimè quærit pacem populo huic, sed malum.

[a] Heb. virorum belli.
[b] Heb. secundum verba hæc.

5 Quibus dixit Rex Tzidkija, ecce est in manu vestra: nam minimè *is est* Rex *qui* possit contra vos quicquam.

6 Accipientes itaq; Jirmejam ″ qui erat in atrio custodię, conjecerunt eum in illam foveã *quæ erat* Malcijæ filii Regis, demittentes Jirmejam funibus: in fovea autem illa nulla erat aqua; sed lutum, adeò ut immergeretur Jirmeja luto.

7 Sed cùm audivisset ″ Hhebed-melec Æthiops, vir aulicus qui erat in domo Regis, positũ esse Jirmejam in illa fovea; ″ Rege sedente in porta Binjaminis,

8 Egressus Hhebed-melec e domo Regis, alloquutus est Regem, dicendo,

9 Domine mi Rex, malè fecerunt homines isti in omnibus quæ fecerunt Jirmejæ Prophetæ, eò quòd conjecerunt eum in istam foveam: ″ qui moriturus fuerat ″ in loco suo propter famem, quia nihil est panis amplius in hac civitate.

10 Quapropter præcepit Rex Hhebed-meleco Æthiopi, dicendo, sume ad manum tuam hinc triginta homines: ut educas Jirmejam Prophetam ex ista fovea, cùm nondum moritur.

11 Tum sumens Hhebed-melec homines illos ad manum suam, venit ″ in domum Regis, in locum subjacentem ærario unde sumpsit veteramenta [c] abjecta, veteramenta inquam evanida: quæ demisit ad Jirmejam in foveam illam funibus:

[c] Heb. abjectorum, evanidorum: sic deinceps.

12 Et dixit Hhebed-melec Æthiops ad Jirmejam, pone jam veteramenta ista abjecta evanidaq; [d] sub axillis tuis, subtus cum funibus: & fecit Jirmeja ita.

[d] Heb. manuum tuarum.

13 Sic trahentes Jirmejam funibus eduxerunt eum ex illa fovea, & mansit Jirmeja in atrio custodiæ.

14 Deinde mittens Rex Tzidkija recepit Jirmejam Prophetam ad se, ad ″ ingressum principalem qui erat ad domum Jehovæ: & dixit Rex ad Jirmejam, peto ego abs te verbum, ne celato me illud.

15 ″ Dicente autem Jirmeja ad Tzidkijam, si indicem tibi, an non [e] certè morte afficies me? & si consulam tibi, *an* non auscultabis mihi?

[e] Heb. morte afficiendo.

16 Juravit Rex Tzidkija Jirmejæ [f] clàm, dicendo; vivens Jehova qui fecit nobis animam hanc *mihi adimat eam*, si morte affecero te, aut si tradidero te in manum hominum istorum qui quærunt animam tuam.

[f] Heb. in abdito: ut sup. 37.17.

17 Dixit itaq; Jirmeja ad Tzidkijam, sic ait Jehova Deus exercituum, Deus Jisraëlis; si [g] omnino egressus fueris ad Principes Regis Babyloniæ, utiq; vivet anima tua, & civitas hæc non comburetur igne: ita vives tu & familia tua:

[g] Heb. egrediendo.

18 Sin

18 Sin autem non egrediaris ad Principes Regis Babyloniæ; utiq; tradetur civitas hæc in manum Chaldæorum qui comburent eam igne, tu verò non eripies te e manu eorum.

19 "Dicenti verò Regi Tzidkijæ ad Jirmejã; ego sollicitè timeo Jehudæos qui deficiunt ad Chaldæos, ne tradant me in manum eorum, & ludificentur me:

20 Dixit Jirmeja, non sunt tradituri: ausculta quæso voci Jehovæ quam ego eloquor tibi, ut bene sit tibi & vivat anima tua.

21 Quòd si tu renuas exire, hoc est verbum illud quod ostendit mihi Jehova:

22 Quòd ecce omnes mulieres quæ reliquæ sunt in domo Regis Jehudæ "deducentur ad principes Regis Babyloniæ; quamvis "dicant illæ incitavisse te & prævaluisse tibi viros" pacem colentes tecum, "demersos esse in cœno pedes tuos, aversos retrorsum;

23 Tamen e manu eorum qui omnes uxores tuas filiosq; tuos deducent ad Chaldæos, tu quoq; non eripies te: sed manu Regis Babyloniæ prehenderis, & civitatem hanc comburet igne.

24 Tum edixit Tzidkija Jirmejæ; quisquam nesciat verba ista, ita nõ morieris.

25 Quòd si audientes Principes me loquutum esse tecum, venerint ad te, edixerintq; tibi, indica jam nobis quid loquutus es apud Regem, ne celato nos, & te non afficiemus morte: quid item dixerit tibi Rex;

26 Tum "dicito ad eos, 'procidens ego deprecatus sum coram Rege, ut" non sineret me redire in domum Jehonathanis ad moriendum ibi.

27 Venientes autem omnes Principes ad Jirmejam interrogaverunt eum, qui nuntiavit eis omnino secundum verba ista quæ præceperat Rex: sic t" silentes abstinuerũt ab eo, cùm nõ fuisset auditũ" verbũ illud.

28 Mansitq; Jirmeja in atrio custodiæ usque in diem quo capta sunt Jeruschalaima: ubi erat, cùm caperentur Jeruschalaima.

b Heb. pacis tuæ.

i Heb. procidit deprecatio mea: ut suprà 36. 7. & 37. 20.

k Heb. silue-runt ab eo.

ANNOTATIO IN CAPVT XXXVII.

1 *Posseà*] Duo hæc capita perpetuam historiam continent, quomodo Jirmeja exceptus fuerit Jeruschalaimis toto Regis Tzidkijæ tempore. 3 *Miserat quidem*] id est, Rex quidem ipse primùm facilis esse visus est, & Deum seriò accedere, usq; ad vers. 11. sed evanuit totum illud speciosum studium præterito metu, & aulicis improbè in Jirmejam invehentibus, in quorum voluntatem Rex illicò traductus est, versu 11. & 5. sequentibus: cujus facilitatis ac potiùs stoliditatis exempla deinceps ponuntur, hoc & seq. capite. 5 *Neque*] hanc negationem ἀπὸ κοινοῦ ex præcedente vers. repetendam fuisse docet argumentum: quod genus zeugmatis Hebræis est usitatissimum. *Nam audientes*] anticipatio narrationis, quæ suo loco habetur posteà vers. 11. 7 *Ecce copiæ*] hîc Jirmeja pro deprecatione quam postulabat Rex sententiam pronuntiat, & causam apertè ostendit: nam (inquit Propheta) Rex fucum Deo se facturum putat: ita accedit is me quasi resipisceret seriò, & certa fiducia in Deum unum recumberet: interea verba facitis: Rex enim de Ægyptiorum copiis adhibendis cogitat: quamobrem sententia duobus membris continetur: unum est iri ances fore auxiliares Ægyptiorum copias & re infecta abituras; alterum, Regem, populumque, & regnum Judæorum per Chaldæos eversum iri. 9 *Non sunt abit.*] videlicet omnino, ita ut dicitis: nam abiverunt quidem, infrà vers. 11. sed paulò post redintegrarunt obsidionem cœptam. 10 *Quinsi*] amplificatio per hypothesin hyperbolicam, qua ostendit etiamsi Chaldæi circumvenirentur (ut adhibitis Ægyptiis facturum se Tzidkija præfidebat) nihil tamen ex eo effectum iri. 12 *In medio populi*] id est, Binjaminitarum & tribulium suorum, in agros suos & possessiones obsidione soluta redeuntium. 13 *Ad Chaldæos*] quorum potentiam magnificè Propheta prædicavera: sic impius iste perfidè dissimulans odium prophetiarum, perfidiæ & transfugii Jirmejam criminatur: ut solent qui honestè videri volunt procurare turpia. 16 *Et in cellu.*] id est, de alia in aliam circumducentes reclusissent eum in penitissima, ubi vix fontes nisi perduelles collocabantur. 19 *Et ubi sunt*] quasi dicat, age, si placet, compareant illi, ut prophetiarum comparatione apud æquos judices audita innotescat veritas: nam spiritus Prophetarum sunt Prophetis subditi, 1. Cor. 14. 32. Ad hoc autem postulatum reticente Rege, Jirmeja saltem sibi petit de æquiore loco prospici, si negligitur causa veritatis.

In Caput XXXVIII.

1 *Totum popul.*]Id est,Judæos omnes qui adibant ipsum in atrium custodiæ. 4 *Minimè quærit*]id est, animo perduellis est;ut fuerant criminati superiore capite. 6 *Qui erat in atrio*]hæc verba de industria transposuimus, ut ἰμπλοκὴ Hhebraici contextus illustris esset: hîc autem ars nefaria aulicorum observanda est, qui hominem addictum morti clàm tollendum putant,& carcere(qui ex omni jure ad custodiam,non ad supplicium constitutus est)pro supplicio abutuntur. 7 *Hhebed-melec*]de quo infrà 39.16. *Rege sedente*]id est, in publico judicio, ubi Principes alii non audebant cum Propheta experiri fare. 9 *Qui moriturus*]id est,debebat illis fuisse satis quòd Jirmeja communi hac fame erat moriturus,nec fuerat acceleranda mors illius infami carcere. *In loco suo*]id est, atrio custodiæ,ubi locum & alimentum ejus Tzidkija constituerat,suprà 37.21. 11 *In domum Regis*]ubi erat fovea Malcijæ filii Regis,de qua vers.6. 14 *Ingressum princip.*]id est,ascensum illum versus repagulis munitum, de quo 1.Reg. 10.5.& 12.Est autem Hhebræa vox ambigua,quæ modò significat tertium ordine,modò ducalem(ut ita dicamus) sive ad duces pertinentem: quos Hhebræi vocant tertios a Rege communi appellatione. 15 *Dicente*]his verbis annuit quidem Jirmeja se verbum Dei prolaturum esse; priùs tamen stipulatur duo:unum, vitam sibi servari, quod Rex spondet seq. versu;alterum,consilium suum accipi, cui Rex non respondet: nam hæ interrogationes non semper affirmant apud Hhebræos,sed etiam de re ipsa quærunt. 19 *Dicenti verò*]id est, excusanti se quòd consilium deditionis non acciperet: quam excusationem diluit Propheta, sequentib. 22 *Deducentur*]videlicet cùm primùm Chaldæi irruperint Jeruschalaima,& Tzidkija se in fugam vertet:nam illæ continuò oblatæ sunt principibus, ut quæstio de consiliis & factis Tzidkijæ haberetur. *Dicant*]id est, crimen totum defectionis a Chaldæis in consiliarios tuos & fœderatos exteros transferant,ad excusandum te. *Demersos esse*]id est, per illos effectum esse, ut in hanc malorum abyssum devenires, & a Chaldæis deficeres. 26 *Dicito ad eos*]hoc consilium neque præceperat Rex,neque Jirmeja sequitur falsò:nam in ipso principio sermonis ultrò citroque habiti caveri sibi Jirmeja postulaverat,ne aut morte afficeretur a Rege, aut adversariis traderetur; & Rex vicissim spoponderat,suprà vers. 15.& 16. jam verò partem sermonis explicat,partemque reticet, quam exponi principibus futurum fuisset inutile & damnosum. *Non sinerer*]id est, non ferret me trudi in molestiorem carcerem quàm sit atrium custodiæ; sive domum Jonathanis,de qua 37.15.sive Malcijæ,de qua suprà vers.6.synecdoche. 27 *Silentes abstinuer.*]id est,acquieverunt ut Jirmeja consisteret in atrio custodiæ, observantes fortasse dum novam criminandi occasionem possent arripere. *Verbum illud*]reliquum,quod fuerat habitum cum Rege.

Caput XXXIX.

Iirmeja priùs malè a suis exceptus, occupatis Ieruschalaimis liberatur ab exteris, & honestè accipitur: similiterq; pio illi aulico per quem fuerat sublevatus pronuntiat liberationem ab omnibus vitæ periculis.

2.Reg.25.4. 1 ANNO nono Tzidkijæ Regis Jehudæ, mense decimo, venit Nebucad-netzar Rex Babyloniæ cum omnibus suis copiis ad Jeruschalaima, & obsederunt ea.

2 Undecimo anno Tzidkijæ, mense quarto, nono *die* mensis;perrupta est civitas:

3 Et ingressi omnes Principes Regis Babyloniæ consederunt "in porta mediana; Nergal-schareetzer "præfectus ærario sacro,Sarsecim præfectus aulicus, Nergal schareetzer præfectus metationi castrorum,[a] & omnes principes reliqui Regis Babyloniæ.

[a] Heb. & totum reliquũ principum.

4 Fuit autem cùm videret eos Tzidkija Rex Jehudæ, & omnes bellatores,ut fugientes exirent noctu e civitate via horti Regis per portam *sitam* inter duplicem murum;exivitq; via campestrium.

5 Sed persequentes copiæ Chaldæorum eos assequutæ sunt Tzidkijam in campestribus Jerichuntis, & capientes eum deduxerunt eum ad Nebucad-retzarem Regem Babyloniæ Riblam in terram Chamathæ: qui[b] tulit in eum sententiam.

[b] Heb. loquutus est cum eo judicia.

6 Nam jugulavit Rex Babyloniæ filios Tzidkijæ Riblæ ante oculos ejus,etiam omnes "claros Jehudæ jugulavit Rex Babyloniæ:

7 Tum oculos Tzidkijæ excæcavit, & vinxit eum numellis chalybeis;ut deduceret eum in Babyloniam.

8 Domum verò Regis, &[c] domos populi combusserunt Chaldæi-

[c] Heb. domum, enallage.

gne;muros[q]; Jeruschalaimorum demoliti sunt.

9 Denique

9 Deniq; reſiduum populi qui reliqui erant in civitate, & defectores qui defecerant ad ipſum, ac reſiduum populi qui reliqui erant; deportavit Nebuzar-adan præfectus ſatellitum in Babyloniam.

10 De populo verò tenuiſſimos quibus nihil erat quicquam, reliquit Nebuzar-adan præfectus ſatellitum in terra Jehudæ: quibus dedit vineas & agros die illo.

11 Præceptum autem dederat Nebucad-retzar Rex Babyloniæ de Jirmeja; [d] Nebuzar-adani præfecto ſatellitum, edicendo,

12 Accipe illum, & [e] oculos tuos adhibe illi, neq; afficito eum ullo malo; ſed quemadmodum indixerit tibi, ita fac cum eo.

13 Quapropter mittens Nebuzar-adan præfectus ſatellitum, & [f] Nebu-ſchazzeban prefectus aulicus, & Nergal-Schareetzer prefectus meta-tioni caſtrorum; deniq; omnes præfecti Regis Babyloniæ,

14 Mittentes acceperunt Jirmejam ex atrio cuſtodiæ, [g] tradideruntq; eum Gedaljæ filio Achikami filii Schaphanis, ut deduceret eum domum: ita manſit in medio populi.

15 Ad Jirmejam autem fuerat verbum Jehovæ; cùm eſſet detentus in atrio cuſtodiæ, dicendo,

16 Abi, & alloquitor [h] Hhebedmelecum Æthiopem, dicendo, ſic ait Jehova exercituum Deus Jiſraëlis, ecce ego effecturus ſum ut eveniant verba mea contra civitatem hanc in malum, non autem in bonum: & erunt in conſpectu tuo die illo.

17 Sed eripiam te die illo, dictum Jehovæ; neq; traderis in manum [i] iſtorum hominum a quibus formidas.

18 Nam [k] omnino liberabo te, & gladio non cades: eritq; tibi [l] vita tua ſpolii loco, quia fiduciam habuiſti in me, dictum Jehovæ.

d Heb. in manum Nebuzar-adanis præfecti.
e Heb. pone oculos tuos ſuper eum.
f qui ſuprà Sarſecim verſ. 3.
g Heb. liberando.
h Heb. animatua.

ANNOTATIO.

1 *Anno*] Hoc capite continentur duo, narratio graviſſimi judicii contra Judæos, & ſervati ex eo Jirmejæ, uſque ad verſum 15. & prophetia de Hhebed-meleco ſervando, inde ad finem. 3 *Importa med.* id eſt, jam uno ex oppidis occupato, propè eſſet ut in alterum ingrederentur, ubi porta mediana erat in mediano muro. *Præfectus erar.*] qui hæc omnia nomina propria eſſe putant, falluntur ſententia noſtra, ut Hhebraicæ diſtinctiones confirmant: adduntur enim propriis appellationibus officiorum nomina Babylonica, quæ nos ad evidentiam Latinis nominibus utcunque accommodavimus: hi autem propterea nominantur, quòd fuerunt ſtrenui, & inter primos ordines primi irruperunt in Jeruſchalaimma. 6 *Claros*] qui Tzidkijæ authores fuiſſe rebellionis putabantur, ſuprà 38. 22. 14. *Tradiderunt*] ut narratur infrà 40. *Gedaljæ*] quem præfecit Judæis Rex Babyloniæ, 2. Reg. 25. 25. & deinceps. 16 *Hhebedmelecum*] de quo ſuprà 38. 7. & ſeq. 17 *Iſtorum hominum*] id eſt, aulicorum principum Tzidkijæ, a quibus odium graviſſimum ſibi conciliaverat liberatione Jirmejæ. 18 *Omnino liberabo*] videlicet tum ab iſtis infenſis tibi, tum ab externis hoſtibus.

CAPUT XL.

Iirmeja ex vinculis & captivitate liberatur: duces ad Gedaljam præfectum adveniunt, & Iiſchmahhelis conſpirationem adverſus ipſum indicant: cujus conſpirationis indiciũ cùm Gedalja neglexiſſet, perfidiſſimè a Iiſchmahhele occiditur ipſe & omnes quos ſtare a partibus ipſius Iiſchmahhel judicavit, & reliqui capiuntur ad Hhammonitas deportãdi: huic malo Iochanan cum aliis ducibus obſiſtens Iiſchmahhelem fundit & fugat, profectionemq; in AEgyptum inſtituit cum reliquiis Iudæorum: cujus profectionis conſilium volentes a Deo & Iirmeja comprobari, Iirmejam accedunt callidè, prohibentem & interminantem Dei verbis malè excipiunt, & cum Baruco Iudæorumq; reliquiis in AEgyptum trahunt: ubi Iirmeja prædicit fore ut a Babylonio AEgyptus occupetur.

1 VERBUM illud quod fuerat ad Jirmejam a Jehova, poſtquam dimiſit eum Nebuzar-adan præfectus ſatellitum Rama: recipiendo eum, cùm *jam* eſſet vinctus catenis in medio omnis multitudinis deportandæ Jeruſchalaimis & e Jehudæa, qui deportabantur in Babyloniam.

2 Recepit ergo præfectus ſatellitum Jirmejam; dixitq; ad eum, Jehova Deus tuus proloquutus fuerat malum iſtud contra locum hunc:

3 Itaque adduxit & fecit Jehova quemadmodum proloquutus fuerat: quia peccaſtis Jehovæ, neque auſcultaſtis voci ejus, ideò [a] evenit vobis verbum illud.

[a] *Heb.* fuit: ut Gen. 24. 15.

4 Sed nunc ecce, ſolvo te hodie a catenis iſtis quæ ſunt ſuper manus tuas; ſi bonum *videtur* in oculis tuis venire mecum in Babyloniam, veni, & [b] adhibebo oculos meos in te; ſin autem malum *videtur* in oculis tuis venire mecum in Babyloniam, deſiſte: vide, tota hæc terra expoſita eſt [c] tibi; quò bonum rectumq; *videtur* in oculis tuis abire, abi:

[b] *Heb.* ponã oculũ meũ ſuper te: ut ſup. 39. 12.
[c] *Heb.* corã te: ut Geneſ. 13. 9.

5 Aut quia ille nondum revertitur, diverte ad Gedaljam filium Achikami filii Schaphanis, quem præficit Rex Babyloniæ civitatibus Jehudæ, & mane cum eo in medio populi; aut quocunq; rectum *videtur* in oculis tuis abire, abi: deditq; ei præfectus ſatellitum viaticum & munus, ac dimiſit eum.

6 Venit itaq; Jirmeja ad Gedaljam filium Achikami Mitzpam; & manſit cum eo in medio populi qui reliqui erant in terra.

2. Reg. 25. 26.

7 Audientes autem omnes Principes copiarum qui erant in agro, ipſi & homines ipſorum, Regem Babyloniæ præfeciſſe Gedaljam filium Achikami regioni ipſi; & commiſiſſe ei viros ac mulieres, parvuloſque, idque e tenui populo terræ, ex iis qui non deportabantur in Babyloniam,

8 Venerunt Mitzpam ad Gedaljam; & Jiſchmahhel filius Nethanjæ, & Jochanan, ac Jonathan filii Karechi, & Seraja filius Thanchumethi, filiiq; Hhephai Nethophatitæ, ac [d] Jezanja filius Mahhacatitæ, ipſi cum hominibus ſuis:

[d] qui etiam Joazanja, 2. Reg. 25. 26. de quo infrà 42. 1.

9 Quibus juravit Gedalja filius Achikami filii Schaphanis, & hominibus illorum, dicendo, ne timete quin ſerviatis Chaldæis: manete in iſta terra, & ſervite Regi Babyloniæ; ita bene erit vobis.

10 De me autem, ecce conſiſto Mitzpæ, ad [e] miniſtrandum Chaldæis qui veniunt ad nos: vos autem colligite vinum, [f] æſtivoſq; fructus, & oleum, ac reponite in vaſis veſtris, & manete in civitatibus veſtris quas occupaſtis.

[e] *Heb.* ſtandum coram Chaldæis: ut interpretatur loquutionem hanc Moſche Deut. 10. 8.

11 Et etiam omnes Jehudæi qui erant apud Moabitas, & [g] Hhammonitas, & apud Edomæos, & qui erant in omnibus illis regionibus, audientes dediſſe Regem Babyloniæ reliquias Jehudæis; & præfeciſſe eis Gedaljam filium Achikami filii Schaphanis:

[f] *Heb.* æſtatem, metonymicè: ſic verſ. 12.
[g] *Heb.* filios Hhammonis: ſic ℣. 14.

12 Reverſi ſunt omnes Jehudæi ex omnibus locis quò depulſi fuerant, ut

rant, ut venirent in terram Jehudæ, ad Gedaljam, Mitzpam: & collegerunt vini & æstivorum fructuum multum valde.

13 Jochanan autem filius Karechi & omnes principes copiarum quæ fuerant in agro, venientes Mitzpam ad Gedaljam,

14 Dixerunt ad eum, an [h] omnino nosti Bahhalisum Regem Hhammonitarum mittere Jischmahhelem filiũ Nethanjæ ad percutiendum te? lethaliter? sed non credidit eis Gedalja filius Achikami.

15 Quin Jochanane filio Karechi alloquente Gedaljam [k] clàm Mitzpæ, dicendo, eam quæso, ut percutiam Jischmahhelem filium Nethanjæ, & nemo cognoscet: quare percuteret te lethaliter, & dispergerentur omnes Jehudæi qui congregati sunt ad te, perirentque reliquiæ Jehudæ?

16 Dixit Gedalja filius Achikami ad Jochananem filium Karechi, ne feceris rem hanc: nam falsum loqueris contra Jischmahhelem.

[h] *Heb.* noscendo.

[i] *Heb.* anima: ut Gen. 37. 21. & seq. vers.

[k] *Heb.* in abdito.

Caput XLI.

1 Fuit ergo mense septimo, ut veniens Jischmahhel filius Nethanję filii Elischamahhi [e] e semine regio, & præfecti regii, id est decem viri, cum ipso ad Gedaljam filium Achikami Mitzpam; comederent ibi cibum unà

2 Mitzpæ. Deinde surgens Jischmahhel filius Nethanjæ, & decemilli viri qui erant cum ipso, percusserunt Gedaljam filium Achikami filii Schaphanis gladio, ita morte affecit eum; quem præfecerat Rex Babyloniæ illi regioni.

3 Etiam omnes Jehudæos qui erant cum illo, cum Gedalja, Mitzpæ, atque ipsos Chaldæos qui præsentes erant illic; [a] bellatores percussit Jischmahhel.

4 Fuit autem die secundo, ex quo morte affecerat Gedaljam: cùm *adhuc* nemo cognosceret,

5 Ut venirent homines [c] Schecemo, Schilunte, & Schomrone, octoginta viri [c] rasi barba, & laceri vestibus, ac incidentes se se; in quorum manu erat munus & thus, ut afferrent [c] in domum Jehovæ.

6 Et egressus est Jischmahhel filius Nethanjæ obviam eis Mitzpa, [b] continenter procedens & [c] flens: fuitq; cùm occurrisset eis, [c] ut diceret ad eos, venite ad Gedaljam filium Achikami.

7 Sed fuit cùm pervenissent in mediũ civitatis; ut jugulans eos Jischmahhel filius Nethanjæ *projiceret* in medium foveæ, ipse & viri qui erant cum ipso.

8 Decem autem homines inventi sunt inter illos, qui dixerunt ad Jischmahhelem, ne morte afficias nos, nam sunt nobis abditi thesauri in quodam agro, tritici, & hordei, oleiq;, & mellis: ita destitit, & non affecit eos morte [e] inter fratres ipsorum.

2. Reg. 25. 28.

[a] *Heb.* viros belli: sic infrà vers. 16.

[b] *Heb.* iens eundo.

[c] *Heb.* in medio fratrũ.

9 Fovea autem quò projecit Jiſchmahhel omnia cadavera hominũ illorum quos percuſſerat [d] ad latus Gedaljæ, ea eſt quam fecerat [e] Rex Aſa' metu Bahhaſchæ Regis Jiſraëlis: eam replevit Jiſchmahhel filius Nethanjæ confoſſis.

[d] *Heb.* ad manum. [e] *Heb.* a facie Bahhaſchæ.

10 Et captivas fecit Jiſchmahhel totas reliquias populi qui erat Mitzpæ, [f] filias Regis, totumq; populum qui reliqui erant Mitzpæ, quibus præfecerat Nebuzar-adan prę fectus ſatellitum Gedaljam filium Achikami: quos captivos ducens Jiſchmahhel filius Nethanję abibat tranſiturus ad [f] Hhammonitas.

[f] *Heb.* filios Hhammonis: ſic infrà verſ. 15.

11 Sed audiens Jochanan filius Karechi & omnes principes copiarum qui erant cum eo, totum illud malum quod fecerat Jiſchmahhel filius Nethanjæ,

12 Acceptis omnibus ſuis hominibus abiverunt ad pugnandum contra Jiſchmahhelem filium Nethanjæ: quem invenerunt ad [g] aquas amplas quæ *ſunt* in Gibhhone.

13 Quare fuit cùm vidiſſet totus populus qui erat cum Jiſchmahhele Jochananem filium Karechi & omnes principes copiarum qui erant cum eo; ut afficerentur lætitia;

14 Et divertentes totus ille populus quem captivũ abducebat Jiſchmahhel Mitzpâ, [g] rurſus venirent ad Jochananem filium Karechi:

[g] *Heb.* reverterentur & redirent.

15 Jiſchmahhel verò filius Nethanjæ eripiens ſe cum octo hominibus a conſpectu Jochananis, abiret ad Hhammonitas.

16 Accipiens itaq; Jochanan filius Karechi, & omnes Principes copiarũ qui erãt cum eo totas reliquias populi quem recuperavit a Jiſchmahhele filio Nethanjæ ex Mitzpa, poſtquam percuſſiſſet Gedaljam filium Achikami; deducenſq; viros bellatores, fœminaſq; ac parvulos & eunuchos quos recuperavit, e Gibhhone;

17 Abiverunt, & conſederunt [h] in hoſpitio Cimhami quod eſt juxta Bethlechemum; ut proficiſcentes abirent in Ægyptum,

[h] *Heb.* a facie Chaldęorum, quia timebant a facie eorũ.

18 [b] Propter Chaldæos, quia timebant ab eis; eò quòd percuſſiſſet Jiſchmahhel filius Nethanjæ Gedaljam filium Achikami, quem præfecerat Rex Babyloniæ regioni.

Caput XLII.

1 DEINDE appropinquantes omnes principes copiarũ; & Jochanan filius Karechi, & Jezanja filius [a] Hoſchahhajæ, totuſq; populus a minimo uſq; ad maximum,

[a] *Heb.* procidat quæſo deprecatio noſtra a cõſpectu tuo.

2 Dixerunt ad Jirmejam Prophetã, [a] procidens, quæſo, deprecare nomine noſtro, & ora pro nobis Jehovam Deum tuum pro omnibus his reliquiis: nam relicti ſumus pauci ex multis, quemadmodum oculi tui vident nos *eſſe*:

3 Ut indicet nobis Jehova Deus tuus viam qua ambulemus, & rem quam facturi ſumus.

4 Ad

4 Ad quos dixit Jirmeja Propheta, auſculto, ecce oraturus ſum Jehovam Deum veſtrum ſecundum verba veſtra; eritq; ut quodcunq; verbum reſponderit Jehova vobis, indicem vobis; "non cohibebo a vobis verbum.

5 Viciſſim illi dixerunt ad Jirmejam, ſit Jehova inter nos [b] teſtis verus & fidus; niſi prorſus ſecundum verbum cujus *cauſa* miſerit te Jehova Deus tuus ad nos, ita fecerîmus.

6 Sive bonum ſive malum *fuerit*, voci Jehovæ Dei noſtri cujus *cauſa* mittimus te ad eum auſcultabimus; ut bene ſit nobis cùm auſcultaverîmus voci Jehovæ Dei noſtri.

7 Fuit autem exactis decem diebus, cùm fuiſſet verbum Jehovæ ad Jirmejam,

8 Ut convocaret Jochananem filium Karechi, & omnes principes copiarum qui erant cum eo; totumq́ue populum a minimo uſque ad maximum,

9 Et diceret ad eos, ſic ait Jehova Deus Jiſraëlis; ad quem miſiſtis me [c] ut procidens deprecarer eum nomine veſtro:

10 Si [d] "reverſi manſerîtis in terra hac, utiq; ædificabo vos ac non deſtruam, & plantabo vos ac non evellam: quia "pœnituerit me ejus mali quo afficio vos.

11 Ne timeatis [e] a Rege Babyloniæ, a quo vos timetis, ne timeatis ab eo, dictum Jehovę: quia vobiſcum ſum ut ſervem vos, & ut eripiam vos e manu ejus.

12 Nam præſtabo vobis miſericordiam, ut miſereatur veſtri & reſtituat vos in terra veſtra.

13 Sed ſi dixerîtis, non ſumus manſuri in terra hac; non auſcultando voci Jehovæ Dei veſtri;

14 Et dicendo, nequaquam, ſed terram Ægypti ingrediemur, ut non [f] experiamur bellum, & ſonum buccinæ non audiamus; [g] & cibi famem non patiamur, deniq; illic "habitemus:

15 Nunc ergo idcircò audite verbum Jehovæ reliquiæ Jehudæ; ſic ait Jehova exercituum Deus Jiſraëlis: ſi vos [h] omnino diſpoſuerîtis faciem veſtram ut ingrediamini Ægyptum, & ingreſſi fueritis ad commorandum ibi;

16 Utiq; futurum eſt ut gladius a quo timetis illîc aſſequatur vos in terra Ægypti: & fames illa de qua ſolliciti eſtis illîc [i] perſequatur vos in Ægypto, & ibi moriamini.

17 Ita erunt omnes homines qui diſpoſuerint faciem ſuam ut ingrediantur Ægyptum ad commorandum illic; morientur gladio, fame, ac peſte: neq; erit eis ſuperſtes, aut qui evadat, propter malum illud quod ego adducam contra eos.

18 "Nam ſic ait Jehova exercituum Deus Jiſraëlis, quemadmodum effuſa eſt ira mea & æſtus meus ſuper habitatores Jeruſchalaimorũ, ita

[b] *Heb.* in teſtem veritatis & fidelẽ.

[c] *Heb.* ut projicerem deprecationẽ veſtram coram eo.

[d] *Heb.* revertendo.

[e] *Heb.* a facie Regis: ſic deinceps.

[f] *Heb.* videamus.

[g] *Heb.* & ad cibum non eſuriamus.

[h] *Heb.* diſponendo.

[i] *Heb.* adhæreſcat poſt vos: ſic 1. Chro. 10. 2.

effundetur æstus meus super vos cùm ingressi fuerîtis Ægyptum: & eritis exsecrationi, & desolationi, maledictioniq;, & opprobrio, neq; videbitis ampliùs locum hunc.

19 "Alloquitur Jehova vos, ô reliquiæ Jehudæ, ne ingrediamini Ægyptum: [k] omnino scitote (nam contestor vos hodie)

20 "Quandoquidem "fefelliſtis animis vestris, quòd misistis me ad Jehovam Deum vestrum, dicendo; ora pro nobis Jehovam Deum nostrum, & omnino prout edixerit Jehova Deus noster ita indica nobis, & facturi sumus.

21 Cùm autem indico vobis hodie; non auscultatis voci Jehovæ Dei vestri, & omnibus quorum causa mittit me ad vos:

22 Nunc inquam omnino scitote vos gladio, fame, & peste moriturros; in loco quò placet vobis ire ad commorandum ibi.

[k] *Heb.* sciendo. sic vers. 22.

Caput XLIII.

1 Fuit verò cùm absolvisset Jirmeja eloqui apud totum populum omnia verba Jehovæ Dei eorum, quorum *causa* miserat ipsum Jehova Deus eorum ad eos; omnia verba illa:

2 Ut loqueretur "Hhazarja filius Hoschahhjæ & Jochanan filius Karechi, omnesq; homines illi superbi; dicentes ad Jirmejam, falsum loqueris, non misit te Jehova Deus noster ad dicendum, ne ingrediamini Ægyptum ad commorandum illic:

3 Sed Baruc filius Nerijæ incitat te contra nos; ut tradat nos in manum Chaldæorum ad morte afficiendum nos, aut ad deportandum nos in Babyloniam.

4 Itaque non auscultans Jochanan filius Karechi, omnesque Principes copiarum, & totus populus voci Jehovæ; ut maneret in terra Jehudæ,

5 Assumpsit Jochanan filius Karechi, & omnes principes copiarum; omnes reliquias Jehudæ quæ reversæ erant ab omnibus gentibus quò depulsæ fuerant, ut commorarentur in terra Jehudæ:

6 Viros, & fœminas, parvulosq;, & filias Regis, & omnes animas quas reliquerat Nebuzar-adan prę fectus satellitum cum Gedalja filio Achikami filii Schaphanis: Jirmejam quoque Prophetam, & Barucum filium Nerijæ:

7 Et profecti in terram Ægypti, quia non auscultarunt voci Jehovæ; pervenerunt [a] Daphnas usq;.

8 "Fuit autem verbum Jehovæ ad Jirmejam Daphnis, edicendo,

9 Accipe in manum tuam lapides magnos, & abde eos in argilla [b] lateraria illius quæ *est* ad portam domus Parhhonis Daphnis; ante oculos hominum Jehudæorum:

10 Et

[a] *Heb.* Tachpancheſum: vide Jeſcha. 30. 4.

[b] *Heb.* in lateraria illa.

10 Et dicito ad eos, sic ait Jehova exercituum Deus Jisraëlis; ecce ego mittens assumam Nebucad-retzarem Regem Babyloniæ servum meum, & ponam solium ejus supra lapides istos quos abdidi, tendetq; aulæum tale suum super eos:

11 Nam progressus percutiet terram Ægypti; *eum* [a] qui morti *addictus est* ad mortem *trahens*, & qui captivitati ad captivitatem, & qui gladio ad gladium:

12 Et succendam ignem in domibus deorum Ægypti, ut comburat illas, & captivos deportet eos: & amiciet [a] terram Ægypti quemadmodum amicit pastor vestimentum suum, & exibit inde cum pace;

13 Postquam fregerit statuas [b] Heliopoleos, quæ est in terra Ægypti; & domos deorum Ægypti combusserit igne.

[a] Heb. domus solis.

ANNOTATIO IN CAPVT XL.

1 *Verbum*] Hæc inscriptio universè ad quatuor sequentia capita pertinet, quæ ut communè habent inscriptionem, ita perpetuam narrationem continent; quamobrem ea conjunximus. Tota autem narratio hæc res gestas explicat ab eo tempore quo Nebuzar-adani mandata est provincia a Rege Babyloniæ, ut quicquid supererat conficiendum in Judæa conficeret authoritate Regis: ut narratur 2. Reg. 25. 11. & seq. & sup. 39. 9. Dicitur verò tota hæc narratio esse *Verbum quod fuerat ad Jirmejam a Jehova*, quia hæc ipsa mala Deus jam olim per Jirmejã prædixerat, ut sup. 24. 8. & alibi dicitur, & ipse Nebuzar-adan agnoscit versib. sequentib. quasi dicat Propheta, his capitibus explicatum complementum illius verbi, quod longo tempore anteà significaverat Deus, & Jirmeja prænuntiaverat. *Rama*] quousq; Nebuzar-adan imprudens Jirmejam siverat a suis trahi cum deportanda multitudine. 5 *Quia ille*] videlicet Gedalja, qui mox nominatur. Sensus est, si non placet mecum esse, præmisi Gedaljam Mitzpam; qui in legatione sua occuparus, ad me nondum revertitur: si itaq; videbitur, poteris te ad ipsum recipere. 6 *Mitzpam*] illam videlicet quæ erat Binjaminitarum, de qua Jehoschuhh. 18. 26. ut ex sequentibus historiis colligitur.

In Caput XLI.

1 *E semine regio*] Sic paucis odii & conspirationis causa ostenditur, quòd hic regnum, & illi decem principatum in regno sibi asserebant, indignumq; putabant novum hominẽ in administratione anteponi sibi. Quamobrẽ non hos solos venisse putandum est, sed cum suo comitatu singulos, ut ex sequente historia liquet. 5 *Schecemo*] id est, e tribu Ephrajimi, unde proficiscentibus in locum sanctum iter erat per Mitzpam Binjaminitarum. *Rasi barba*] id est, externo cultu testificantes luctum suũ de calamitate publica, more a gentibus accepto, contra legem Levit. 19. 27. *In domum Jehova*] id est, locum ubi fuerat domus Dei, a Deo electũ, Deut. 12. 11. 6 *Flens*] id est, perfidissimè eundem luctum simulans. *Ut diceret*] probans videlicet illorum animũ, & tanquam poëticus ille Sinon expiscans quo animo in Gedaljam essent. 9 *Rex Asa*] qui ex lapidibus & lignis Ramæ ædificavisse Mitzpã legitur, 1. Reg. 15. 22. *Ab ipsis tio Cim.*] locus videtur fuisse Cimhamo filio (ut putatur) Barzillaii a Davide attributus de patrimonio ipsius, in tribu Jehudæ: vide 2. Schem. 19. 38. & sequentib.

In Caput XLII.

1 *Hoschahhja*] Qui erat Mahhacathita e tribu Jehudæ, posteris Calebi, sup. 40. 8. 4 *Non cohibebo*] id est, non reticebo, aut dissimulabo quicquam eorum quæ Deus mihi significaverit. 10 *Reversi*] videlicet ab instituta profectione in Ægyptum, quam fals ò dissimulaverant coram Propheta: vide sup. 41. 17. & infrà vers. 20. *Pœnituerit*] humanitus dictum, ut Gen. 6. 6. Sunt autem hujus prophetiæ partes duæ: prior dilemmatica, qua hypothetice Propheta consilio Dei exposito declarat, tum quid Deus manentibus promittat, his trib. versib. tum quid interminetur proficiscentibus in Ægyptum, usq; ad vers. 19. posterior verò categorica, qua reprehendens Propheta ludificationem illorum & consilium Deo immorigerum, denuntiat Dei verbis judicium severissimum, ad finem usq; capitis. 14 *Habitemus*] non autem in diem commoremur, aut vagemur incertis sedibus, ut hîc nobis propter Chaldæos faciundum esset. 18 *Nam sic ait*] confirmatio minarum præcedentium a recente & domestico exemplo. 19 *Allocquitur Jehova*] alterum membrum Prophetiæ, ut diximus in vers. 10. non a me, inquit, ista profectio, sed a Deo interdicitur: quamobrem protestor hodie rem vobis malè cessuram esse, me autem ab omni culpa liberari hac protestatione mea. 20 *Quandoquidem*] hyperbatica causarum explicatio ex quibus sententiam fert Dominus in reliquias Judæorum, duob. versib. Quamobrem illud, *omnino scitote*, quod habetur præcedente vers. finito hyperbato repetitur vers. ult. *Fefellistis*] me videlicet, non autem Deum, qui minimè omnium irrideri potest, Galat. 6. 7. quasi dicat, certo consilio & deliberata malitia, cùm jamq; proficiscendi consilium cepissetis, me ludificati estis; cùm interventorem adhibuistis apud Deum, omnia promisistis; & nihil demum præstatis, postquam omnibus meis partibus erga Deum atq; vos ipsos defunctus sum.

In Caput XLIII.

2 *Hhazarja*] Qui primus videtur palàm Jirmejæ obstitisse, & alios hærentes in pristino consilio suo confirmasse. 8 *Fuit autem*] hoc verbum duo continet: signum, seq. vers. & prophetiam significatam de occupatione Ægypti per Babylonium, versib. reliquis. 11 *Qui morti addict.*] judicio Dei, per quem vocatus fuerat Babylonius, ut sup. 15. 2. 12 *Terram Æg.*] id est, spolia terræ, metonymicòs. 13 *Heliopoleos*] oppidi in quo erat insignis idololatria, teste Herodoto lib. 2. ex quo præfectura Heliopolitana dicta est, quam Hhebræi appellant On: vide Genes. 41. 45.

Caput xliiii.

Propheta Iudæos in AEgypto commorantes ab exemplis præcedentibus experientiaq; deterret ne porrò sint idololatræ, & pergentibus severissimum judicium pronuntiat: deinde verò pertinaciter ludificantes exempla quæ Propheta adduxerat, a sua ipsorum experientia illos redarguit; Dei justitiam asserit, sententiam repetit, pios si qui sunt revocat, prophetiamq; confirmat signo ab exitio Regis AEgypti.

1 Verbum quod fuit ad Jirmejam contra omnes Jehudæos habitantes in terra Ægypti; qui habitabant Migdoli, & Daphnis, & Nophi, atq; in terra Pathrosi, dicendo,

2 Sic ait Jehova exercituum Deus Jisraëlis, vos vidistis totum illud malum quod adduxi contra Jeruschalaima, & contra omnes civitates Jehudæ; ut ecce sunt vastitas hodierno die, ita ut nullus in eis habitet:

3 Propter malitiam illorum quam exercuerunt ad provocandum me; euntes ad adolendum, ad colendum deos alienos, quos non noverunt ipsi, vos, aut majores vestri:

4 Quòd cùm mitterem ad vos omnes servos meos prophetas inde a diluculo continenter, edicendo; ne jam faciatis rem abominabilem istam quam odi,

5 Non tamen auscultarunt, neq; inclinarunt aurem suam ut reverterentur a malitia sua; ne adolerent diis alienis.

6 Quapropter effusus est æstus meus & ira mea, exarsitq; in civitatibus Jehudæ, & in plateis Jeruschalaimorum; adeò ut fuerint vastationi, & desolationi, ut *sunt* hodierno die.

7 Nunc autem sic ait Jehova Deus exercituum Deus Jisraëlis, quare vos facitis malum maximum contra vos ipsos, ut exscindatis vobis virum & fœminam, parvulum & lactentem e medio Jehudæ; ut non reliquas faciatis vobis reliquias,

8 Provocando me operibus manuum vestrarum, adolendo diis alienis in terra Ægypti, quò venistis ad commorandum; ut exscindatis vobis *reliquias*, & ut sitis maledictioni & opprobrio apud omnes gentes terræ?

9 An obliti estis mala majorum vestrorum, & mala Regum Jehudæ, & mala uxorum cujusque illorum, malaque vestra, & mala uxorum vestrarum; quæ fecerunt in terra Jehudæ, & in plateis Jeruschalaimorum?

10 Non attriti fuerant usque in diem hunc, neque timuerant; neque ambulaverant in lege mea & in statutis meis; quæ propono vobis, ut majoribus vestris.

11 Idcircò sic ait Jehova exercituum Deus Jisraëlis, ecce ego dispono faciem meam contra vos ad malum; nempe ut exscindam omnes Jehudæos.

12 Tol-

a Heb. manè surgendo & mittēdo: ut 2. Chron. 36. 15.

b Heb. rem abominationis istius.

c Heb. animas vestras.

d Heb. ipsius: syllepsis.

12 Tollam enim reliquias Jehudæ, quæ disposuerunt faciem suam ut ingrederentur terram Ægypti ad commorandum ibi, consumenturq; omnes, in terra Ægypti cadent; gladio, fame consumentur a minimo usq; ad maximum, gladio ac fame morientur: eruntq; exsecrationi, & desolationi, maledictioniq;, & opprobrio.

13 Et animadvertam in eos qui habitant in terra Ægypti; quemadmodum animadverti in Jeruschalaima, gladio, fame, & peste;

14 Adeò ut non sit futurus qui evadat, & residuus reliquiis Jehudæorum, qui venerunt ut commorarentur illic in terram Ægypti; præter eos qui "attollunt animam suam ut revertantur in terram Jehudæ, revertantur inquam ad habitandum illic: nam non sunt reversuri "nisi qui evaserint.

15 "Responderunt autem Jirmejæ omnes viri illi qui sciebant uxores suas adolere diis alienis, & omnes fœminæ ipsæ quæ astabant congregatione magna; totus deniq; populus habitantium in terra Ægypti, in Pathroso, dicendo,

16 *In* verbo quod indixisti nobis nomine Jehovæ, minimè sumus auscultaturi tibi.

17 Sed ᵉomnino facturi "quodcunque verbum prodierit ex ore nostro, adolendo ᶠrebus cœlestibus, & libando eis libamina, quemadmodum fecimus nos, majoresq; nostri, Reges nostri, ac Principes nostri in civitatibus Jehudæ & in plateis Jeruschalaimorum: nam satiabamur cibo, & eramus ᵍhilares, ac malum non ʰexperiebamur.

18 Ex quo verò desiimus adolere rebus cœlestibus, & libare eis libamina, eguimus omnibus: & gladio, ac fame consumpti sumus.

19 Cùm autem nos adolemus rebus cœlestibus, & libamus eis libamina; an absq; præstantibus viris nostris facimus illis "lucunculos, "terriculorum cultum exhibendo eis, & libando eis libamina?

20 Alloquutus verò est Jirmeja totum populum illum; viros, & mulieres, totumque populum qui responderant ei verbum, dicendo,

21 "An non illius suffitus quem adoleviſtis in civitatibus Jehudæ & in plateis Jeruschalaimorum, vos, & majores vestri, Reges vestri, Principesq; vestri, & populus terræ; illorum *suffituum* recordatus est Jehova, & ʲhoc venit in ejus animum?

22 Cumq; non posset Jehova ampliùs ferre propter malignitatem actionum vestrarum, propter abominationes quas feciſtis; fuit terra vestra vastitati, & desolationi, ac maledictioni, absq; ullo habitatore, ut est hodierno die.

23 Propterea quòd adoleviſtis & quòd peccaſtis Jehovæ, neq; auscultaſtis voci Jehovæ, ac in lege ejus, statutisque ejus & testimoniis ejus non ambulaſtis: propterea evenit vobis malum hoc, ut *est* hodierno die.

ᵉ *Heb.* faciendo.
ᶠ *Heb.* operi cœlorum: ut supra 7. 18. sic dicitur.
ᵍ *Heb.* boni.
ʰ *Heb.* videbamus.
ʲ *Heb.* ascendit super cor.

24 "Dixit præterea Jirmeja ad totum illum populum, & ad omnes illas mulieres: audite verbum Jehovæ omnes Jehudæi qui estis in terra Ægypti:

25 Sic ait Jehova exercituum Deus Jisraëlis, dicendo, "ô vos cum fœminis vestris, & loquuntur istæ ore vestro, & manibus vestris impletis, dicendo, [k] omnino perfecturæ sumus vota nostra quæ vovimus, adolendo rebus cœlestibus, & libando eis libamina: [l] omnino præstant illæ vota vestra, & omnino illæ perficiunt vota vestra.

k Heb. perficiendo perfecturæ: sic paulò infrà. l Heb. præstando.

26 Idcircò audite verbum Jehovæ, omnes Jehudæi qui habitatis in terra Ægypti: ecce ego juro per nomen meum maximum, ait Jehova, "pereat, si fuerit amplius nomen meum prædicatum ore ullius viri Jehudæ qui dicit, vivit dominus Jehova, in tota terra Ægypti.

m Heb. amygdalaturus: ut sup. 1. 12.

27 Ecce ego "citò incubiturus sum eis in malum, non autem in bonum: ut consumantur omnes viri Jehudæ qui sunt in terra Ægypti gladio, ac fame, donec deficiant.

28 "Qui itaq; evasuri sunt gladio, revertantur e terra Ægypti in terram Jehudæ, "homines" pauci: nam experientur omnes reliquiæ Jehudæorum qui venerunt in terram Ægypti ut commorentur ibi, utrius verbum præstabitur, meum an ipsorum.

n Heb. numeri: sic Genes. 34. 30.

29 "Hoc autem vobis esto signum, dictum Jehovæ, me animadversurum esse in vos in loco hoc; ut sciatis [o] omnino præstitum iri verba mea contra vos in malum:

o Heb. stando statur verba mea.

30 Sic ait Jehova, ecce ego trado Parrhonem "Chophrahhum Regem Ægypti in manum "inimicorum ipsius, & in manum quærentium animam ipsius: quemadmodum tradidi Tzidkijam Regem Jehudæ in manum Nebucad-retzaris Regis Babyloniæ inimici ejus, & quærentis animam ejus.

ANNOTATIO.

1 *Verbum*] Hujus capitis partes omnino sunt quatuor: inscriptio vers. 1. prophetia adversus Judæos, versib. 13. Judæorum responsum pertinax, usque ad vers. 20. & prophetiæ amplificatio, ac confirmatio, ad finem usque. *Migdolis*] oppidi nomen in Nomo Heroopolitico, cujus mentio est Exod. 14. 2. *Nophis*] vide Jeschahh. 19. 13. *Daphnis*] vide Jeschahh. 30. 4. *Pathrosi*] vide Genes. 10. 14. 2 *Sic ait*] hujus prophetiæ tria sunt membra: primum est thesis sive propositio generalis judiciorum Dei adversus impietatem, ab antecedentibus exemplis, usque ad vers. 7. secundum est liberà in Judæos contestatio coràm a Propheta facta præsentis impietatis nomine, versib. 4. ultimum est sententiæ denuntiatio nisi resipuerint, versib. 4. 4 *Vos*] id est, gentem vestram. 7 *Nunc autem*] secundum membrum syllogismi prophetici, ut diximus in vers. 2. *Ut exscindatis*] id est, impietate vestra sceleribusque excidii causam vobis comparetis ipsi: sic versu seq. 10 *Non attriti*] id est, (ut vulgò loquuntur) humiliati calamitatibus. 11 *Idcircò*] tertium membrum prophetiæ, conclusio syllogistica pœnam immorigeris denuntians. 14 *Attollentes animam*] vide Deut. 24. 15. Est autem in his verbis ἐμφασις, quam perspicuitatis causa mutavimus ex comparatione versus 28. *Nisi qui evasi*] id est, qui affecti studio revisendi terram suam, ab istis hominibus, qui obnitentes Deo venerunt in Ægyptum, se se explicaverint maturè. 15 *Responderunt*] transitio ad pertinax Judæorum responsum, exemplum quod Propheta adduxerat suo ipsorum exemplo & antecedente experientia deludentium. 17 *Quodcunq; verb.*] id est, quicquid voverimus, ut exponit Propheta infrà vers. 25. Sunt enim hic duo defensionis loci: unus est a religione: jam enim (inquiunt) religiosa hæc officia vovimus, si incolumes in Ægyptum perduxerint nobis, hoc vers. alter est ab authoritate hominum; nam Principes nostri (inquiunt) hanc religionem demandarunt nobis, vers. 19. 19 *Lucuncul.*] vide suprà 7. 18. *Terriculorum cult.*] id est, tribuendo corporibus illis cœlestibus cultum, quem imperiti idololatræ ex gentibus tribuunt suis somniis & diis excogitatis, qui non sunt in natura rerum; vide suprà 10. 2. 21 *An non*] confutatio præcedentis defensionis: dissimulavit quidem aliquantisper Deus tempus ignorationis & impietatis vestræ; sed cùm non resiperetis, neque ille amplius ferre potuit, neque vos impunè abire. Quamobrem tolerantiam & misericordiam Dei, quæ vos ad resipiscentiam invitabat, iniquè ad probationem scelerum vestrorum pertrahitis, tribus versibus. post hanc autem confutationem

tationem Propheta sententiam Dei judicium que repetit, usq; ad vers. 29. ac postremò confirmat signo, duobus ultimis. 24 *Dixit*] repetitio sententiæ, ut modò diximus. 25 *O vos*] reprehensio Judæorum, ostendens sententiæ quæ statim fertur argumentum: quandoquidem (inquit) in vobis manus manum fricat, & eodem animo in eandem pertinaciam verbotum factorumque conspiratis viri & mulieres, & mutuas inter vos operas præstatis alacerrimè, idcircò, &c. *Et loquuntur*] id est, vos muliebres perturbationes interpretamini coram Deo & me, earumq; comprobatores estis coram omnibus hominibus, cùm illarum vota nisi a vobis confirmarentur futura essent irrita ex lege, Num. 30. quamobrem Propheta conscios illos nominaverat suprà vers. 15. *Omnino præst.*] id est, jam non sunt amplius mulierum vota duntaxat; sed vestra ipsorum fiunt; & vos planè rei illorum estis ratihabitione & dissimulatione vestra. 26 *Pereat*] aposiopesis in juramentis frequens. quasi dicat, mallem memoriam nominis mei planè intercidere, quàm sordido istorũ ore prædicari, hoc vers. ac proinde eos perditurus sum qui in maleficio perstiterint, duob. seq. 28 *Qui itaq;*] conclusio sententiæ, pios utcunque parvo sint numero in officio confirmans, ut antè attigerat suprà vers. 14. *Homines pauci*] id est, utcunq; pauci sint numero, ne dubitent in iter se dare, & reverti Deo auctore & duce. 29 *Hoc autem*] confirmatio a præituro signo. 30 *Chophrahhum*] qui Eusebio Vaphres, & Apries Herodoto lib. 2. dicitur. *Inimicorum*] id est, Amasis, & Ægyptiorum qui cum Amasi adversus Regem suũ conspiraverant: nam ab illo captivus asservatus, & ab his tandem strangulatus est: vide Herodotum lib. 2.

Caput XLV.

Deus Baruchum auditis severissimis minis & scriptis consternatum reprehendit infirmitatis ipsius, & confirmat promissione vitæ.

1 Verbum quo alloquutus est Jirmeja Propheta Barucum filium Nerijæ; cùm scriberet verba ista in libro ex ore Jirmejæ, anno quarto Jehojakimi filii Joschijæ Regis Jehudæ, dicendo, Suprà 36. 1.

2 3 Sic ait Jehova Deus Jisraëlis de te, ô Baruc;

"Dixisti, eheu jam mihi, quia adjicit Jehova mœrorem "dolori meo: laboro in gemitu meo, & quietem non invenio.

4 Sic indicturus es ei, sic ait Jehova, "ecce quod ædificaveram ego destruo, & quod plantaveram ego evello; id est, totam hanc terram.

5 Et tu "quęreres tibi res magnas? "ne quærito: nam ecce ego adductu rus sum malum super omnem carnem, dictum Jehovæ; sed dabo tibi animam tuam pro spolio in omnibus locis quò abiturus es.

Annotatio.

1 *Verbum*] Hæc prophetia (cujus inscriptio continetur vers. 1.) παραμυθητικὴ est sive consolatoria, propterea quòd Baruc prophetias Jirmejæ exscribens afficiebatur horrore judiciorum Dei, & de se ipso erat plus æquo sollicitus indfirma quadam diffidentia: vide suprà 36. 3 *Dixisti*] in hac consolatione exponuntur luctus Baruci perterriti judiciorum gravitate, hoc vers. stabilitas Dei in exsequendis suis judiciis contra populũ suum, quamvis summè sit mifericors, vers. sequente: & Baruci consolatio a promissione, vers. ultimo. *Dolori meo*] percepto ex Joschijæ morte, Joachazi captivitate, regni oppressione, & omnium depravatione. 4 *Ecce*] argumentum a comparatione majorum: Haec omnia (inquit Deus) ego feceram, fundaveram, coluera m, ornaveram, & si quid est hujusmodi; ac proinde non possum non affici misericordia erga Rempub. teque ipsum propter me: sed cùm tanta sit communis improbitas, ut invitus cogar omnia pessundare; ne putes unquam te aut majore esse misericordia erga res omnes quàm ego sum, aut majore studio tibi ipsi prospicere quàm ego facturus sum; sed ex hoc communi incendio satis esto quòd incolumem te eripuero. 5 *Quæreres tibi*] id est, magnificè tibi prospectum velles, & in communibus procellis ac tempestatibus eanquam e portu naufragium publicum prospectare? *Ne quærito*] id est, satis esto quòd te e mediis procellis ereptum rus sum, & vitam conservaturus tibi; ut Deus Hhebedmeleco promiserat suprà 39. 16. & seq.

Caput XLVI.

Deus per Prophetam AEgyptiis cladem eventuram ad Euphratem prænuntiat: deinde AEgyptum post annos aliquot, utcunq; tum floreret, prædicit a Nebucadnetzare occupatũ iri, idq; cum vastatione quæ non poterit nisi post annos quadraginta resarciri: denique hoc argumento populum suum consolatur.

1 Verbum Jehovę, quod fuit ad Jirmejam Prophetam, con-

2 tra gentes ipsas.

"De Ægyptiis." Contra copias Parhhonis Neconis Regis Ægypti, "quæ fuerunt juxta flumen Euphratis ad "Carcemischũ; quas percussit Nebucad-retzar Rex Babyloniæ, "anno quarto Jehojakimi filii Joschijæ Regis Jehudæ:

3 "Inſtruite vos clypeo & ſcuto, & appropinquate ad prælium:

a Heb. ligate. 4 "Jungite equos & aſcendite, ô equites, ac ſiſtite vos cum galeis; tergite ſpicula, induite loricas.

5 "Cur video iſtos conſternatos, actos retrorſum, & potentes eorum contuſos, atque ita fuga fugientes ut "non obvertant faciem? formido *eſt* circumquaq;, dictum Jehovæ:

6 Ne effugiat qui levis eſt, neq; eripiat ſe qui potens eſt: verſus Aquilonem ad ripam fluminis Euphratis impingant & cadant.

7 "Quis hic *eſt qui*" ut rivus aſcendit; ut flumina, cujus commoventur aquæ?

8 Ægyptius *eſt qui* ut rivus aſcendit, & ut flumina commotis aquis: dicit enim, aſcendam, operiam terram, perdam civitatem & habitantes in ea:

b Heb. inſanite, ô currus. *c Heb.* prehendentes: ut Geneſ. 4.21. 9 "Aſcendite ô equi, & [b] inſano impetu agitamini ô currus; & prodeant potentes: Æthiopes, & "Putæi [c] tractantes clypeum, & "Ludæi tractantes & tendentes arcum.

10 Atqui dies ille Domino Jehovæ exercituum dies *erit* ultionis, quo ultionem ſumet de hoſtibus ſuis, conſumetq; gladius, & ſatiabitur, etiá inebriabitur ſanguine iſtorum: nam victima Domino Jehovæ exercituum *erit* in terra Aquilonis ad flumen Euphratis.

11 "Aſcende "Gilhhadem, & accipe opobalſamum, virgo filia Ægypti: in vanum multas adhibes curationes, emplaſtrum nullum *prodeſt* tibi.

12 Audiunt gentes ignominiam tuam, & clamore tuo plena eſt terra: [d] "potentes unum in alterum impingere, pariter cadere ambos.

d Heb. potẽtem in potentem. 13 "Verbum quod eloquutus eſt Jehova Jirmejæ Prophetæ; "de venturo Nebucad-retzare Rege Babyloniæ ad percutiendum terram Ægypti.

14 "Indicate in Ægypto, & promulgate "Migdoli, promulgate etiá Nophi, & Daphnis: dicite, conſiſte & compara [e] te; ſed conſumpturus eſt gladius [f] te circumquaq;.

e Heb. tibi. *f Heb.* ambitus tuos.

15 Cur everritur *quiſque* robuſtorum tuorum? non conſiſtit, quia Jehova impellit eum.

g Heb. vir cũ amico ſuo. *h Heb.* terrã nativitatis noſtræ. 16 "Plurimi erunt impingentes; etiam concidet [g] alter cum altero, & "dicent, ſurge ut revertamur ad populum noſtrum, & ad [h] ſolum natale noſtrum, metu gladii iſtius opprimentis;

i Heb. Rex ſtrepitus. 17 Clamantes illic; Parrho Rex Ægypti [i] "ſtreperus *eſt*, prætermittit conſtitutum tempus.

18 "Ut vivo ego, dictum Regis illius cujus nomen *eſt* Jehova exercituum: "quamvis ut Thabor in montes & ut Carmel in mare procedat, *tamen hæc futura ſunt.*

19 Inſtrumenta deportationis para tibi, ô "deſes filia Ægypti; Noph enim deſolationi erit, & ſuccendetur ita ut nemo habitet.

20 *Ut*

20 Ut[k] vitula speciosissima *est* Ægyptus: *sed* excidium ab Aquilone omnino venturum est.

21 Etiam mercenarii ejus in medio ejus ut vituli saginati; sed etiam ipsi obvertent faciem, fugient pariter, non consistent: cùm dies calamitatis eorum supervenerit eis, tempus visitationis eorum.

22 Vox illius quasi serpens ibit; quando copiis procedent, & cum securibus venient ad eam, tanquam putatores arborum:

23 Cædent sylvam ejus, dictum Jehovæ, quamvis non possit pervestigari; quamvis plures sint *arbores* locustis, & nullus sit eis numerus.

24 Erubescet filia Ægypti; tradetur in manum populi Aquilonis.

25 Ait Jehova exercituum Deus Israëlis: ecce ego animadversurus sum in[l] nutriciũ No, id est, in Parhhonẽ, & in Ægyptũ, & in deos ejus, & in omnes regulos ejus: denique in Parhhonem, & in eos qui confidunt ei:

26 Et tradam eos in manum quærentium animam ipsorum, nempe in manum Nebucad-retzaris Regis Babyloniæ & in manum servorum ejus: postmodùm autem[m] habitabitur ut diebus[m] priscis, dictum Jehovæ.

27 Tu autem ne timeto, serve mi Jahhakob, neque consternator, ô Israël; nam ecce ego servaturus sum te e longinquo, & semen tuum è terra captivitatis suæ: reversusq; Jahhakob quiescet, ac trãquillus erit nemine deterrente.

28 Tu *inquam* ne timeto, serve mi Jahhakob, dictum Jehovæ; nam tibi adsum: nam faciam cõsummationem in omnibus gentibus quò depulero te, tecum verò non sum facturus consummationem; sed castigaturus te modicè, non autem prorsus relicturus impunem.

[k] *Heb.* venturum venturum est.

[l] *Heb.* habitabit.

[m] *Heb* antiquitatis.

supra 30. 11.

ANNOTATIO.

1 *Verbum Jeh.*] Hic versus generalem inscriptionem continet hujus capitis & sequentium quinque, quibus Deus figillatim gentibus Judæam circumstantibus judicia sua prænuntiat. Totum verò hoc caput reliquum contra Ægyptios duas prophetias explicat; unam, contra copias Parhhonis Neconis in Babyloniam irrumpentes, usque ad ver. 13. alteram, in totã Ægyptum ipsam, inde ad ver. 27. ac postremò populum Dei consolatur, duobus versib. ultimis. 2 *De Ægyptiis*] hæc hujus capitis inscriptio est, quo duas clades Ægyptiis prænuntiat, ut modò diximus. *Contra copias*] inscriptio prioris Prophetiæ de priore clade, cujus circumstantiæ hoc versu accuratè observantur. *Quæ fuerunt*] hæc per anticipationem dicta sunt: hæc enim antè prophetavit Jirmeja quàm Ægyptiis acciderent. *Carcemischum*] vide 2. Chron. 35. 20. *Anno quarto*] qui primus est Nebucad-retzaris magni, suprà 25. 1. nam sex ista capita tum illius exegetica. Hoc autem anno quo primùm regnare cœpit Nebucad-retzar, hæ prophetiæ rerum ab illo gerendarum Jirmejæ demonstratæ sunt. 3 *Instruite*] hujus prophetiæ (quæ tota ferè per hypotyposin ironicã describitur) occasio fuit, quòd Ægyptius ex victo Joschija, comparata Judæa & Syria, superatóque Nebucad-nezare priore plus æquo insolesceret: itaque hic proponuntur duo adversus Neconem inflatum victoriis suis; unum est, quòd revocatur ad arma capienda ineunte regnum Nebucad-retzare filio, hoc & seq. versu; alterum, quòd clades ipsius prædicitur, ver. 5. & 6. quæ duæ partes reliquis exornantur. 5 *Cur video*] hypotyposis cladis (ut modò diximus) per interrogationem, cujus hypophora est sub finem versus: nimirum in causa esse pavorem illum, cujus mandatum Dei verbis enuntiatur, seq. versu. *Non obver.*] videlicet ad resistendum hosti. 7 *Quis hic est*] exornatio præcedentis cladis, primùm ab insolentia suscipientis expeditionem Ægyptii cum auxiliaribus copiis, tribus versib. deinde a magnitudine cladis immedicabilis & ignominiosissimæ, tribus alteris. *Ut rivus*] id est, affurgit & exundat potentia summa, ut in Ægypto Nilus. 9 *Ascendite*] sarcasmus. *Putæi*] vide Genes. 10. 6. *Ludæi*] de quibus Gen. 10. 13. 11 *Ascende*] sarcasmus alter. *Gilhhadem*] ut suprà 8. 22. vide Genes. 37. 25. 12 *Potentes*] id est Ægyptios, qui se priùs invictos prædicabant, alios ab aliis elidi, dejici, & perdi fuga præcipite, qua sibi volunt consulere. 13 *Verbum*] inscriptio secundæ prophetiæ, de qua diximus suprà in ver. 1. *De venturo*] ut prædixerat suprà 43. 8. & seq. & 44. 30. 14 *Indicate*] hujus prophetiæ partes in universum duæ sunt: una, propositio interminationis de Ægypto occupanda per Babylonium, hoc versu; altera, propositio causæ, seq. versu: quæ duæ propositiones sequentibus explicantur. *Migdoli*] id est, in singulis finibus: nam Migdol erat ab Oriẽte in termino Ægypti, Nophi a Meridie, Daphnæ a Septemtrione: terminum Occidentis propterea missum facit, quòd illac non esset venturus Babylonius. De istis autem oppidis vide suprà 44. 1. 16 *Plurimi erunt*] exornatio prioris propositionis, de cladę

Ægypti a Babyloniò occupandæ, quam Propheta (ut viso oblatam divinitus) per præteritum tempus enuntiat prophetice, nos ad evidentiam futuro reddimus. *Dicent*] auxiliares & stipendiarii milites, de quibus infrà ver. 21. 17 *Streperus est*] id est, dat verba, res magnas pollicendo strepit, & promissis personat; sed justo tempore nihil efficit: sic auxiliares copiæ & Ægyptii abjicientes animum curam defensionis deserturi figurantur. 18 *Ut vivo ego*] confirmatio cladis prænuntiatæ, a juramento Dei. *Quamvis*] id est, quamvis Ægyptus situ & natura loci videatur esse munitissima, & circumvallata montibus ac mari, non secus ac Tabor montibus circumcluditur, & Carmelus in mare projectus est; ac proinde sibi Ægyptius omnino confidat, ut dicitur infrà ver. 25. tamen has minas meas effecturus sum, & jamque impero ut se ipsam ad perpessiones earum comparet, versib. seq. 19 *Deses*] id est, quæ jam tibi regina sedere videris, comparatis a Necone tam amplis victoriis & regionibus. 20 *Vitula*] amplificatio denuntiatę cladis a comparatione præsentis gloriæ, hoc & seq. versu, cum ventura ignominia & ruina, tribus sequentib. 22 *Quasi serpens*] id est, non amplius mugiet aut boabit immani strepitu, ut faciebat antea; sed humi serpet, nec magis audietur quàm serpentis incessus audiri solet: sic Jeschahh. 29. 4. Summa est, hactenus ferocivisti, & immanes boatus edidisti insolentia tua, ut de voce vitulæ trimæ legimus Jeschahh. 16. 7. & infrà 48. 33. sed adventantibus meis lanionibus è Chaldæa non audebis hiscere, ac vix spirare quidem: & quemadmodum vitula efferata per densas silvas discurrit, sic etiam tu recipies te in paludes tuas, sed frustrà: ut sequent. versib. exponitur. 23 *Quamvis*] id est, utcunque frequès sit Ægyptus oppidis & munitionibus, ut sylva arboribus. Nam ipso Amasis tempore urbes in Ægypto fuisse mille & viginti legimus apud Herodotum sub finem lib. 2. 25 *Ait Jeh.*] conclusio summa præcedentis interminationis. *Nutricium No*] id est, Alexandriam matrem & quasi nutriciam totius Ægypti, opum amplitudine & celebritate emporii: sic Nachum. 3. 8. 26 *Postmodùm autem*] id est, post annos quadraginta quàm fuerit occupata, Jechezk. 29. 11. & seq. *Habitabitur*] id est, pristinam dignitatem recipiet, ut factum esse temporibus Amasis narrant historici. Etsi obiter hoc dicendum est, deceptum fuisse Herodotũ & alios astu Ægyptiorum sacerdotum suas plagas gloriosè dissimulantium, quòd illos quadraginta annos in regno Amasis cõprehendunt: qui tamen non antè regnavit, sed post illos 40. annos, ut ratio ipsa temporum ostendit: cùm idem Amasis regnante Cyro, & Cambyse proregem agente, Ægyptò imperaverit, ex Herodoto lib. 3. 27 *Tu autem*] consolatio ad populum Dei, ut diximus in ver. 14. a judicio Dei in adversarios, & paterna administratione in populum suum.

CAPUT XLVII.

Propheta Pelischtæis, Tyriis, Tzidoniis, & Syriæ toti maritimæ cladem luctuosissimam a Chaldæis prænuntiat obventuram justo judicio Dei.

1 VERBUM Jehovæ quod fuit ad Jirmejam Prophetam contra Pelischtæos, cùm nondum Parhho percussisset Hhazzam.

2 Sic ait Jehova, ecce aquæ ascendunt ab Aquilone, & evadunt in torrentem inundantem, ut inundent terram & quæ implent eam, civitatem & qui habitant in ea: itaque clamabunt homines, & ejulabit quisquis habitat in ea terra.

3 A sonoro plausu ungularum fortium *equorum* ejus, a commotione curruum ejus, strepitu rotarum ejus; non advertent faciem patres ad filios, præ remissione manuum:

4 Propter diem illum vẽturũ, quo vastaturus est omnes Pelischtęos, excisurus Tyrum, & Tzidonem, totúmque residuum auxiliare: cùm vastaturus est Jehova Pelischtæos, reliquias regionis Caphtoris.

5 Obveniet calvitium Hhazzæ, exscindetur Aschkelon, & reliquiæ convallis eorum: quousque induces tibi cæsuras?

6 *Dicens*: Eheu gladie Jehovæ, usque quò non es requieturus? recipe te in vaginam tuam, quiesce & subsiste.

7 Quomodo requiesceres? atqui Jehova præcepit ei: contra Aschkelonem, denique contra portus maris, ibi constituit illum.

a Heb. sunt.
b Heb. a sono plausus.
c Heb. ad vastandum.
d Heb. ad exscindendũ.

ANNOTATIO.

1 *Verbum Jehovæ*] Hujus prophetiæ inscriptio ver. 1. argumentum ejus, & tempus continet. Ac argumentum quidem est de clade lugubri Pelischtæorum; tempus verò quo prophetata est in dubio esse solet: nam alii quod hîc dicitur de percussa Hhazza, post mortem Joschijæ factum putant, redeunte Necone & de Syria capta triumphante: alii referunt

referunt ad annum illum 4 Jehojakimi, quo expeditionem suscepit cõtra novum Regem Nebucad-retzarem magnum: alii ad tempora Tzidkijæ, cùm procedẽtibus obviam Chaldæorum copiis pedem referret in Ægyptum. Sed nobis nihil istorum probari potest. Nam cùm Neco temporibus Joschijæ Syriam totam occupasset, ac posteà insestante Babylonio liberè in agrum Carcemischi procederet obviam Babylonio (quo tempore Rex Joschija exstinctus est) non est verisimile illum neglectis hostibus propinquis & qui præ foribus erant ad longinquos excurrisse, atque ad Syriam & regiones remotas occupandas imprudentissimè regnum Ægypti reliquisse, dum conterminos Pelischtæos haberet hostes. Quamobrem cùm Herodotus & Josephus testentur Syriam totã excepta Judæa a Necone fuisse occupatam, & inde à tempore Joschijæ usque ad magni Nebucad-retzaris regnum Neco totáque Ægypus quietè de importatis exterorum spoliis triumphaverit (ut dictum est præcedente capite) magis placet nobis Hhazzam in prima illa Neconis expeditione, superstite adhuc & florente Joschija fuisse captam, ac proinde prophetiam hanc tempore Joschijæ prophetatam. Nec obstat quòd caput præcedens posterius est tempore: nam in prophetia Jirmejæ temporum seriem non observari liquet, ut annotavimus suprà 22. 1. & aliis locis. deinde verò has prophetias contra gentes non dubitamus confusè in finem libri conjectas esse. Prophetia autem summatim duo continet, narrationem propheticam luctuosæ cladis quæ Pelischtæis totique Syriæ maritimæ erat obventura, usque ad versum 6. deinde causam ostendit διαλογισικῶς, duobus ver. ultimis. 2 *Aquæ*] id est, copiæ Babyloniorum potentissimæ, quæ cum aquis exundantibus ferè compãrantur: ut Jeschahh. 8. 7. & Jechezk. 26. De hoc autem argumento vide Jechezk. 25. & seq. *Ab Aquilone*] ut suprà 1. 14. 3 *Non advertent*] id est, adeò urgebuntur calamitate ut nec patres quidem de liberis solliciti sint, sed tantùm cogitent de vita sua: simile est Matth. 24. 17. & seq. 4 *Tyrum*] vide suprà 25. 22. *Regionis Caphtor.*] vide Genes. 10. 14. 5 *Calvitium*] id est luctus, synecdochicè: ut Jeschahh. 3. 24. *Convallis*] id est, regionis maritimæ in convalle sitæ. *Quousque*] apostrophe sarcastica Prophetæ ad Palæstinam, luctum gentium ludificantis, de quo Levit. 19. 28. 6 *Gladie Jehovæ*] id est, qui a Jehova immissus es. Est autem expostulatio hæc dicta humanitus ab iis qui non consulunt os Jehovæ, sed manum fugiunt. Quamobrem Propheta per apostrophen respondet seq. versu, primùm ad gladium, deinde ad Pelischtæos ipsos. 7 *Contra portus*] id est, regiones totas quæ sunt secundum mare, suprà 25. 22.

Caput XLVIII.

Propheta Moabitis excidium per Chaldæos venturum prænuntiat propter ipsorum fastũ, intolerantiam, & idololatriam, propter blasphemias in Deum, & contumelias in populum ejus, denique propter odium Chaldæorum infensissimum: ac eos postremò evangelica promissione consolatur.

1 CONTRA Moabum. Sic ait Jehova exercituum Deus Jisraëlis; væ Nebunti, nam vastabitur; erubescent, capientur Kirjathaima: erubescet *civitas* sita edito loco, & consternabitur.

a Heb. editi loci: ut verbi genus ostẽdit.

2 Nulla erit amplius laus Moabi de Cheschbone, cogitabunt contra eam malum, *dicentes*; agite, exscindamus eam ne sit gens: etiam Madmen exscinderis, te persequetur gladius.

b Heb. post te ibit.

3 Vox clamosa inde à Choronajimis, ô vastitatem & contritionem magnam:

c Heb. clamoris: ut suprà 25. 36.

4 Confractus est Moab, *dicentes* edent clamorem parvuli ejus.

5 Nam clivum Luchithę continuus ascendet fletus: nam in descensu Choronajimorum hostes *fragosi* clamorem fragosum audient,

d Heb. cùm fletu ascendet fletus.

e Heb. hostes *fragoris*, clamorem fragoris.

6 *Dicentium*; fugite, eripite vos ipsos; & estote ut nudatissima arbor in deserto.

f Heb. animas vestras.

7 Nam eò quòd fiduciam habes in rebus tuis, & in thesauris tuis; tu quoque capieris: & exibit Cemosch in deportationẽ, Sacerdotes ejus, & Principes ejus pariter.

g Heb. in operibus, id est, rebus a te comparatis.

8 Cùm veniet vastator contra unamquamque civitatem, non effugiet civitas: sed peribit convallis, & perdetur planities, quia edicit Jehova:

h Heb. omnẽ civitatem & civitatem.

9 Date, inquit, pennatam alam Moabo, ut ea utendo exeat: nam civitates ejus desolationi erunt, adeò ut nullus habitet in eis.

i Heb. pennam.

k Heb. penna utendo:

10 Maledictus qui facit opus Jehovæ fraude, & maledictus qui cohibet gladium suum à sanguine:

11 ″Tranquillus eſt Moab inde a pueritia ſua, & deſidet ſuper fæces ſuas, neque transfuſus eſt de vaſe in vas, id eſt, in deportationem non abiit: propterea ″ manſit ſapor ejus in eo, & odor ejus non eſt mutatus.

12 Idcircò ecce dies venturi ſunt, dictum Jehovæ, cùm immittam ei ″peregrinantes, qui peregrè agant eũ; & ″ vaſa ejus ′ depleant, ac utres eorum diſſipent.

13 Tum erubeſcet Moab a Cemoſcho, quemadmodum erubuerunt domus Jiſraëlis a Beth-ele fiducia ipſorum.

14 ″Quomodo dicitis, potentes ſumus, & viri ‴ ſtrenui in bello?

15 ″Vaſtabitur Moab, & è civitatibus ſuis aſcendet, & ″ lectiſſimi juvenes ejus deſcẽdent ad mactationem: dictum Regis, cui nomen *eſt* Jehova exercituum.

16 Propinqua eſt calamitas Moabi eventura, & malum ejus feſtinat valde.

17 Condolete ei omnes circumſtantes eum, & quicunque noviſtis nomen ejus: dicite, quomodo fractus eſt ″ baculus ° robuſtiſſimus? virga ᵖ ornatiſſima?

18 Deſcende de gloria & ſede ᑫ in ſicco, ô deſes filia Dibonis: nam vaſtator Moabi aſcendet contra te, corrumpet munitiones tuas.

19 Juxta viam conſiſte, & ſpecula habitatrix ″ Hharohheris; interroga fugientem *virum*, & fœminam eripientem ſe; dic, quid factum eſt?

20 Erubeſcit Moab, *inquient*, quia contritus eſt; ejulate & clamate, indicate ad Arnonem vaſtari Moabum.

21 Nam judicium adveniet in ″ terram planitiei; in Cholonem, & in Jahatzam, & in ″ Mephahhatam,

22 Item in Dibonem, & in Nebuntem; & in ″ Bethdiblathajima,

23 Et in Kiriathajima, & in Beth-gamulum, & in ″ Beth-mehhonem,

24 Et in ″ Kerijothas, & in ″ Botzram; denique in omnes civitates terræ Moabi, longinquas & propinquas.

25 Succidetur ″ cornu Moabi; & brachium ejus frangetur, dictum Jehovæ.

26 ″Inebriate eum, quia contra Jehovam magnificavit ſe: ″ ut plaudat Moab in vomitu ſuo, & ſit riſui ipſe quoque.

27 ″Nã an non riſui tibi fuit Jiſraël? ″ an inter fures inventus eſt? quòd cùm verba tua *facis* de eo, ″ commoves te.

28 Relinquite civitates, & habitate in petra, ô incolæ Moabi: & eſote ſimiles columbæ nidificanti ″ in lateribus hiatus cavi.

29 Audivimus ſuperbiam Moabi, faſtuoſum eſſe admodum; altitudinem ejus, & ſuperbiam ejus, faſtumq; ejus, & elationem ′ animi ejus.

30 Ego

l Heb. evacuent.

m Heb. roboris. *n Heb.* dilectus juvenũ.

o Heb. roboris. *p Heb.* ornatus. *q Heb.* in loco ſitis.

r Heb. in tranſitibus oris foſſæ. Jeſchahh. 16.15. *s Heb.* cordis: ſic dein ceps.

30 Ego novi, dictum Jehovæ; ᵛ excandescentia ejus tamen non ita *efficiet*: mendacia ejus non ita efficient.
31 ʷ Idcircò propter Moabitas ejulo, & propter Moabum totum clamo; propter homines Kir-cheresi gemit *animus meus*.
32 ˣ Supra fletum Jahhezeris defleo te, ô vitis Sibmæ, propagines tuæ trajiciēt mare, usque ad mare Jahhezeris pertingent; super æstivos fructus tuos & super vindemiam tuam vastator irruet:
33 Et intercipietur lætitia & exultatio ex arvis e terra Moabi: & vinū e lacubus faciam ut cesset, non calcabit celeustes, celeustæ non erit celeusma.
34 Præ clamore Cheschbonis Elhhalen usque, Jahatzum usque edēt vocem suam, à Tzohhare Choronajima usque, quasi vitula trima: nam etiam aquæ Nimrimorum ᵗ desolatissimæ erunt.
35 ʸ Ita faciam ut cesset Moabo, dictum Jehovæ; qui offerat *in* excelso, & adoleat diis ipsius.
36 ᶻ Idcircò animus meus propter Moabum ut tibiæ perstrepet, & animus meus propter homines Kir-cheresi ut tibiæ perstrepet: *idcircò* ᵘ *quamvis* residuum fecerit, peribunt *tamen*.
37 Nam ᵃ omni capiti calvitium erit, & omnis barba exsecta; in omnibus manibus cæsuræ, & super lumbos cilicium:
38 Super omnia ᵇ tecta Moabi, & in plateis ejus totus erit plāctus; cùm fregero Moabum ut ᶜ instrumentum in quo nulla *est* delectatio, dictum Jehovæ.
39 Ejulabunt *dicentes*, quomodo cōtrita est? quomodo obvertit cervicem Moab pudendè? estq; Moab risui & consternationi apud omnes circumstantes ipsum?
40 ᵈ Nam sic ait Jehova, ecce ᵉ similis aquilæ involabit *hostis*; pandet alas suas in Moabum.
41 Capientur Kerijothę, & unaquæque munitionum occupabitur: & erit animus potentum Moabi die illo, ut animus mulieris perpetientis tormina:
42 Et exscindetur Moab ne sit populus, quia cōtra Jehovam magnificavit *se*.
43 ᶠ Pavor, & fossa, ac laqueus imminet tibi, ô incola Moabi, dictum Jehovæ.
44 Qui effugerit ᵍ a pavore incidet in fossam, & qui ascenderit ex fossa capietur laqueo: cùm inveham in ipsum, in Moabum, annum visitationis ipsorum, dictum Jehovæ.
45 In umbra Cheschbonis stabant qui fugiebant a vi: sed ignis egredietur Cheschbone, & flamma è medio Sichonis, qui consumet latus Moabi, & verticem ˣ eorum qui nihil nisi strepunt.
46 Væ tibi Moab, perieturus est populus Cemoschi: nam rapientur filii tui in captivitatem, & filiæ tuæ in captivitatem.

ᵗ *Heb.* desolationes.

ᵍ *Heb.* a facie pavoris.

Numer. 21. 28.

ˣ *Heb.* filiorum strepitus.

47 Attamen reducam multitudinem captivam Moabi ultimis te-
poribus, dictum Jehovæ: hactenus judicium Moabi.

y Heb. in extremitate dierum.

ANNOTATIO.

1 *Contra Moab.*] Hujus prophetiæ (qua Moabitis exitium a Babylonio eventurum prædicitur) partes universæ sunt tres: prima est propositio, usque ad ver. 11. secunda, exornatio propositionis, ad ver. 43. usque: postrema, conclusio, reliquis versib. In propositione autem continentur duo; denuntiatio cladis, 6. versib. & causæ, quinque sequentibus. *Nebunti*] de hac civitate Moabitarum, & permultis sequentibus vide Jeschahh. 16. Quamobrem hic ea tantùm explicabimus quæ apud Jeschahhjam non inveniuntur. *Kirjathajima*] civitas attributa Rëubenitis, deinde verò a Moabitis occupata, Jehosch. 13. 19. *Civitas sita*] id est Bamothæ, sive Bamoth-bahhalis, quæ nominantur Jeschahhjæ 16. 2. 2 *De Cheschbone*] alludit ferè Propheta ad singularum civitatum nomina, quod non satis commodè aliis linguis ostendi potest: ut verbi gratia, Cheschbon rationes significat: ait verò Propheta nullam fore amplius laudem Moabo de rationibus; sed futurum esse ut hostes longè diversas rationes ineant cõtra illum: sic etiam de Madmene & aliis compluribus. *Ne sit gens*] ut infrà ver. 42. 3 *O vastitatem*] ethopœiæ elegantes, quibus luctum Moabitarum Propheta exprimit pervadëtem a termino uno ad alterum, ut Jeschahh. 16. 5. qui versus hos quatuor interpretatur. 5 *Fletus*] id est, Moabitæ effugiendo flentes: synecdoche. *Hostes fragosi*] id est, tantus erit Moabitarum ejulantium fragor, ut hostium ipsorum (qui ferè victoria insolescunt & tumultuantur in prælia) itidem fragorem maximum superent. 6 *Estote ut*] id est, abjecti & contempti delitescite: vide de hac voce Psal. 102. 19. 7 *Nam eò quòd*] altera pars propositionis, causas exponens accommodatas judiciis. Sunt autem eæ tres: prima est præfidentia Moabitarum in ipsis & in idolis suis, hoc ver. secunda est ira Dei justissimum judicium denuntians, duobus seq. tertia est studium inimicorum acerbissimũ accensum divinitus, ver. 10. *Cemosch*] vide Numer. 21. 29. 9 *Date*] prosopopœia, qua Deus inevitabile judicium suum Moabitis denuntiat hyperbolica concessione, q. d. si alas habuerint ad volandum, evolent; sed nullo pacto effugient: nam velut aquilæ futuri sunt ii qui persequentur eum. 10 *Maledictus*] verba Dei inflammantis hostes ad ultionem acerbissimam sumendam de Moabitis, & animo adeò infenso ut ipsi inter se cohortentur in perniciem Moabitarum. 11 *Tranquillus est*] secunda pars prophetiæ, exornatio, qua singulæ propositionis causæ cum judiciis venturis comparatæ ordine explicãtur: ac primùm quidem præfidentia insolentissima, usque ad ver. 26. deinde ira Dei, usque ad ver. 40. ac postremò hostium acerbitas, ad ver. 43. Præfidentiæ autem, quæ hoc vers. demonstratur comparatione elegantissima, argumenta ponuntur duo: ab ipsorum persona, hoc vers. & a fiducia in Deum ipsorum, ver. 13. quæ argumenta cõfutat Propheta ver. 14. & seq. *Mansit sapor*] id est, sibi constat in facultatibus, malitiáque sua, & rebus omnibus. 12 *Peregrinantes*] Chaldæos. *Vasa*] quibus Moabitarum oppida figurantur. 14 *Quomodo dicitis*] contestatio, qua præfidentiam Moabitarum Propheta exagitat adductis judiciis, quæ deinceps narrantur usque ad ver. 26. 17 *Baculus*] id est, regnum & potentia amplissima cui confidebant. 19 *Haarohher.*] vide Deuter. 2. 35. & 3. 12. 21 *Terram plan.*] cujus oppida in ditione Moabitarum sita sequentibus nominantur. *Mephahhatam*] attributam Rëubenitis in jure Levitarum, Jehoschuhh. 13. 18. & 21. 37. 22 *Bethdiblathajima*] sive Diblathajima tantùm, de quibus Numeror. 33. 47. 23 *Bethmehhonem*] Bajithum vocat Jeschahh. 16. 2. 24 *Kerijothas*] oppidum nobile, de quo Hhamos 2. 2. *Botzram*] sive Betzerum Rëubenitarum, attributum Meraritis, Jehosch. 21. 36. deinde verò a Moabitis occupatum, aliis verò locis, Botzra Edomæorum est. 25 *Cornu*] ut 1. Schem. 2. 1. 26 *Inebriate*] secundus exornationis locus ab ira Dei, cujus effundendæ argumenta ponuntur duo: unum est insolentia ipsorum contra Deum & populũ ejus, quam Deus prædicit se judiciis retusurum esse, usque ad ver. 35. alterum est idololatria, usque ad ver. 40. Dicit autem inebriate, ut dixerat suprà 25. 21. *Ut plaudat*] id est, plausu totius corporis voluet se in suo vomitu, exebriorum more. 27 *Nam an non*] apostrophe ad Moabitas, exprobrans insolentiam illorum in populum Dei. *An non fures*] videlicet quòd pudore furis populum meum afficis? ut Ijobi 30. 5. & suprà 2. 26. *Commoveste*] id est, furat & rumpatur licet, ac rumpis in risum, & impotentissimè cachinnaris. 30 *Excandescentia ejus*] id est, furat & rumpatur licet, ac mendaciter glorietur; plurimùm tamen aberit a suis rationibus. 31 *Idcircò*] amplificatio indictæ calamitatis a persona Prophetæ: tanta, inquit, & tam insperata calamitas Moabitis eventura est, ut perhorrescam totus ad cogitationem illius, & me misereat ipsorum: sic etiam in altero mẽbro infrà ver. 36. 32 *Supra fletum*] id est, amplius deflebo quàm olim deflevit Jeschahhja 16. 18. Ac propterea in sequentibus Jeschahhjæ verba amplificat. 35 *Ita faciam*] alterum iræ divinæ argumentum, ut diximus in ver. 26. 36 *Idcircò*] id est, propter idololatriam quæ modò dicta est. *Quamvis*] vide Jeschahh. 16. 7. 37 *Omnis capitis*] id est, omnes prementur luctu acerbissimo: synecdoche. 38 *Eta*] ubi idola colerant, in propatulo. *Instrumentum*] ut suprà 22. 28. 40 *Nam sic ait*] tertia pars exornationis, a persona hostium, ut diximus suprà in ver. 11. *Similis aquilæ*] ut suprà 4. 13. 43 *Pavor*] conclusio, continens primùm summam judiciorum præcedentium, quatuor versib. deinde promissionem Evangelicam de vocatione ad regnum Christi, ver. ultimo. Similem autem huic versum vide Jeschahh. 24. 16.

CAPUT XLIX.

Prophetæ ruinam Hhammonitis, Edomæis, Syris, Arabibusq; a Nebucad-netzare eventuram prænuntiat: & confirmat altera clade proximè per Scythas regno Medorum eventura.

a Heb. filios Hhammonis: sic deinceps.

1 CONTRA[a] Hhãmonitas. Sic ait Jehova, an filii nulli sunt Jisraëli? an hęres nullus est ei? cur hęreditariò possidet Rex istorum Gadem, & populus illius in civitatibus hujus habitat?

2 Idcircò ecce dies vẽturi sunt, dictum Jehovæ, cùm faciam ut audiatur contra Rabbam Hhammonitarum

rum clãgor belli, sitq; tumulus vastitatis,& [b] pagi ejus igne succendantur: ita hæres erit Jisraël hæredum suorum, ait Jehova.

3 Ejula" Cheschbon, cùm vastata fuerit" Hhai; clamate pagi Rabbæ, accingite vos ciliciis, plangite, & cursitate per septa: nam Rex istorum in deportationem abibit, Sacerdotes ejus, & Principes ejus pariter.

4 Quid gloriaris de convallibus, affluente convalle tua, ô filia aversa? quæ confidit in" thesauris suis, *dicens;* quis invaderet me?

5 Ecce ego immissurus sum in te pavorem, dictum Domini Jehovæ exercituum, ex omnibus locis circumstantibus te; à cujus præsentia dispellemini quisque, & nullus erit qui congreget errantem.

6 Verumtamen posteà reducam captivam multitudinem Hhãmonitarum, dictum Jehovæ.

7 "Contra Edomæos. Sic ait Jehova exercituum, an nulla *est* amplius "sapientia in" Temane? periit *ne* consilium [c] a prudentibus, exolevit sapientia eorum?

8 Fugite (fiet ut avertentes se [d]") petant habitationes profundas) ô habitatores Dedanis: nam calamitatem Hhesavi adducturus sum in eum, quo tempore visitabo eum.

9 "Si vindemiatores advenirent tibi, nónnẽ relinquerent racemos? si fures noctu, perderent" quod satis esset ipsis.

10 Atqui ego denudaturus sum Hhesavum, retecturus abdita ejus, adeò ut sese abscondere non possit: vastabitur semen ejus, fratresq; ejus, & vicini ejus, adeò ut nullus supersit, *qui dicat,*

11 Relinque pupillos tuos, ego in vita conservabo; & viduas tuas, mihi confiditote.

12 "Nam sic ait Jehova, ecce, quorum" nullum erat jus bibendi hoc poculum, *ii*" omnino bibunt; tu autem ipse [f] omnino esses impunis? non eris impunis, sed omnino bibes.

13 "Nam per me juro, dictum Jehovæ, desolationi, opprobrio, vastitati, & maledictioni fore Botzram: & omnes civitates ejus [g] abituras in vastitates [h] perpetuas.

14 'Rumorem audivi a Jehova, & legatum ad gentes missum; *dicentem,* congregate vos, & invadite eam, ac surgite ad prælium.

15 Nam ecce parvum dispositurus sum te inter gentes, contemptum inter homines.

16 "Horror tuus decipit te, superbia animi tui, ô qui habitas in fissuris petræ, qui [i] carpis altitudinem collis: quamvis exaltares ut aquila nidum tuum, inde dejicerem te, dictum Jehovæ:

17 Eritq; Edomæa desolationi: quisquis transibit juxta eam, "obstupescet & sibilabit propter omnes plagas ejus.

18 *Erit* sicut subversio Sedomi & Hhamoræ ac" vicinorum ejus, ait Jehova: non habitabit ibi quisquam, neque commorabitur in ea filius hominis.

[b] *Heb.* filiæ: sic deinceps.

[c] *Heb.* ab intelligentibus.

[d] *Heb.* profundabunt habitare: sic infrà ver. 30. Hhobadjæ 5.

[e] *Heb.* bibẽdo: sic paulò pòst.

[f] *Heb.* impunis existendo.

[g] *Heb.* futuras.

[h] *Heb.* seculi. Hhobadjæ ver. 1.

[i] *Heb.* auditionem: sic ver. 23.

[k] *Heb.* prehendis.

19 "Ecce quasi leo ascendit" supra altitudinem Jardenis, contra habi-
l Heb. mo-mẽtò agam faciam ut excurtat. taculum" robustissimi; sed [l] momentò fugabo eum ex hac terra, & eum qui electus est in hac præficiam: " nam quis est par mihi? aut quis contestetur mecum? denique quisnam est" pastor qui obsistat mihi?

m Heb. consuluit: sic infrà ver. 30. 20 "Idcircò audite consilium Jehovæ, quod [m] iniit contra Edomæos, & cogitationes ejus quas cogitavit contra habitatores Temanis; *mentiar* nisi abjiciant eos" minimi ex ipso grege, nisi desolet cum illis habitacula illorum.

21 Præ sono casus illorum commovebitur ipsa terra: " *præ* clamore ad mare algosum audietur vox illorum.

22 "Ecce velut aquila ascendens *hostis* involabit, & pandet alas suas contra Botzram; eritq; animus potentium Edomi die illo sicut animus mulieris perpetientis tormina.

23 "Contra Damascum. Erubescet" Chamath & Arpad, cùm rumorem malum audierint, diffluent: " in ipso mari sollicitudo erit, quiescere non poterit.

24 Remissa erit Damascus, fiet ut convertat se ad fugiendum, & "horrorem febrilem prehendet: angustia cum doloribus corripiet eam, tanquam parturientem.

n Heb. laudis. 25 "Quomodo non relinqueretur civitas" laudatissima? urbs gaudii mei? *dicebat illa:*

o Heb. viri belli. 26 Idcircò cadent juvenes ejus in plateis ejus: & omnes [o] bellatores ejus exscindentur die illo, dictum Jehovæ exercituum:

27 Et succendã ignem in muro Damasci, qui consumet palatia "Benhadadi.

28 "Contra Kedarem, & cõtra regna Chatzoris, quæ percussurus est Nebucad-retzar Rex Babyloniæ, sic ait Jehova: surgite, ascendite contra Kedarem, & vastate [p] Orientales.

p Heb. filios Orientis: ut 1. Reg. 4. 29. 29 Tentoria eorum & greges eorum" capient, aulęa eorum cũ omnibus instrumentis ipsorum, & camelos eorum sument sibi; & proclamabunt contra eos formidinem circumquaque.

30 "Fugite, emigrate valde, petite profundas habitationes, habitatores Chatzoris, dictum Jehovæ: nam init contra vos Nebucad-retzar Rex Babyloniæ consilium, & cogitat contra vos cogitationem.

31 Surgite, ascendite ad gentem tranquillam habitantem securè, dictum Jehovæ; cui non sunt valvæ neque vectis, soli habitant.

32 Et erunt cameli eorum prædæ, & multitudo pecorum ipsorum spolio, spargamq; eos in omnem ventum qui sunt" amputati latere: & ex omnibus partibus ejus *gentis* adducam calamitatem eorum, dictum Jehovæ.

q Heb. desolatio. 33 Ita erit Chatzor habitaculum draconum, [q] desolatissima usque in seculum; non habitabit ibi quisquam, neque commorabitur in ea filius hominis.

34 "Verbum

34 "Verbum Jehovæ quod fuit ad Jirmejam Prophetã contra" Hhelamum; in principio regni Tzidkijæ Regis Jehudæ, dicendo:

35 Sic ait Jehova exercituum, ecce ego fracturus sum" arcum Hhelamitarum; præcipuum potentiæ ipsorum.

36 Adducam enim contra Hhelamitas" quatuor ventos a quatuor extremitatibus cœlorum, spargamq; eos in omnes ventos istos; adeò ut non sit futura gens quò non perveniat *aliquis* depulsorum ' è Hhelamo:

r Heb. Hhelami.

37 Et" consternatos reddam Hhelamitas coram inimicis suis & corã quærentibus animam ipsorum, adducens cõtra ipsos malum, cum æstu iræ meæ, dictum Jehovæ: & mittam post eos gladium donec cõsumam eos.

38 Deinde reponam" solium meum in Hhelamo; cùm perdidero inde" Regem ac Principes, dictum Jehovæ.

39 "Erit tandem ultimis temporibus; ut reducam multitudinem captivam Hhelami, dictum Jehovæ.

ANNOTATIO.

1 *Contra*] Hoc capite continentur quinque prophetiæ suis inscriptionibus distinctæ, pro ratione populorum adversus quos fuerunt enuntiatæ. Hæc autem prima contra Hhammonitas tres partes continet: nam primùm de injuria populo suo facta cum Hhammonitis contestatur Deus, ver. 1. & supplicium denuntiat, duobus seq. deinde contestatur insolentis fiduciæ nomine, & pœnam indicit peccato parem, ver. 4. & 5. postremò promissionem Evangelicã adhibet, ver. 6. ut suprà 48. 47. *An filii*] id est, an nulli sunt amplius posteri ex Jahhakobo, qui majoribus aut agnatis suis succedãt ex lege; quòd Gadis sortem obtines? aut etiam nónne est Jehuda legitimus hæres sortis suæ, quòd tu infestas eum? 2. Reg. 24. 4. *Gadem*] id est, sortem attributam Gadi, quam sibi primùm Hhammonitæ vindicare voluerant, Judic. 11. deinde verò deportatis in Assyriam Rëubenitis & Gaditis cum Pule aut Tiglath-pileesere convenerunt de ea possidenda, magna tum aliorum Jisraëlitarum, tum Judæorum injuria. 2 *Dies venturi*] videlicet post eversum Judæorum regnum: vide Jechezk. 21. 33. & seq. *Rabbam*] civitatem Regiam Hhammonitarum, de qua Jehoschuhh. 13. 25. & 2. Schem. 11. 1. 3 *Cheschbon*] civitas Gaditarum, de qua Jehoschuhh. 21. 39. *Hhai*] 7. 4 *Thesauris*] id est, opibus & commeatu abundantissimo. 7 *Contra Edom.*] secunda hæc prophetia tribus partibus continetur: primùm enim sapientiam carnalem Edomæis Deus objicit, & interminatur de judicio gravissimo ignominiáque importanda, usque ad ver. 16. deinde objicit præfidentiam propter munitionem loci, & ruinam denuntiat, usque ad ver. 19. postremò injurias populo suo factas exprobrat, quarum nomine Deus se par pari relaturum dicit, inde ad ver. 23. Confer cum Jechezk. 25. *Sapientia*] cujus nomine Temanæi olim erant commendati, de qua Jehoschuhh. 13. 25. & 2. Schem. 11. 1. 3 *Cheschbon*] civitas Gaditarum, de qua Jehoschuhh. 21. 39. *Hhai*] alterum Gaditarum oppidum trans Jardenem situm, ac proinde distinguendũ ab eo cujus historia habetur Jehosch.

ſumma hoſtium adventãtium & cladis, duobus ver. & exornatio, reliquis. De Kedare autẽ vide Pſal. 120. 5. Chatzor verò in Arabia deſerta fuit, quò Chatzoritani a Jehoſchuhha fuſi ſeſe contulerunt: vide Jehoſchuhh. 11. 11. & Judic. 4. 2. 29 *Captent*] Chaldæi, duce Nebucad-retzare. 30 *Fugite*] exornatio, ut diximus ver. 28. continẽs primitim hypotypoſin fugæ Arabum, & Chaldæorum irruptionis, duobus verſib. deinde narrationem ruinæ Arabibus eventuræ, duobus alteris. 32 *Amputati latere*] vide ſuprà 9. 26. 34 *Verbum Jehovæ*] poſtrema hæc prophetia (cujus inſcriptio cõtinetur hoc ver.) narrat primùm cladem Hhelamitarum, id eſt, totius Medorum regni, ſynecdochicè, verſib. tribus: deinde exponit promiſſiones, duobus ultimis. *Hhelamum*] hanc gentem dictam a filio Schemi, Geneſ. 10. 22. antè oſtendimus ſitam eſſe in confinio Medorum & Perſarúmque. Cùm autem paulò ante hæc tempora Phraortes Arjoci (quem Dejocem Herodotus vocat) filius Perſidem totam regno ſuo adjunxiſſet; non eſt dubium quin ſynecdochicè (ut modò dicebamus) totum regnum Mediæ intelligendum ſit Hhelami nomine. Quamobrem prædictionem hanc referimus ad illam hiſtoriam quæ à Scythis geſta eſt contra Medos, quo tempore Nebucad-retzar in Judæa & citerioribus regionibus erat occupatus. Scythæ enim temporibus Cyaxaris filii Phraortis totum Mediæ regnum legũtur occupaſſe, expilaſſe, & annis 28. egiſſe atque rapuiſſe omnia arbitratu ſuo; ut refert Herodot. lib. 1. Sed quid ad hoc argumentum? inquies. Hæc prophetia ſuperioribus adjecta eſt tanquam ſigillum, quo Eccleſia de veritate earum confirmaretur. Hoc enim Jirmejæ frequentiſſimum eſt, ut prophetias cõfirmet prophetiis, & res propinquiores adhibeat ad confirmãdas eas quæ poſteà longiore intervallo eventurę ſunt: cujuſmodi exempla vidimus ſuprà 20. & 28. & 44. Ac propterea nominatim deſignatum eſt tempus quo hæc prophetia dicta eſt, quia paulò pòſt, & ante capta Jeruſchalaima (ut ratio temporum confirmat) hanc cladem acceperunt Medi. 35 *Arcum*] id eſt potentiam; ut ſequentia exponunt. 36 *Quatuor Ventos*] id eſt, infinitos hoſtes, ex populis innumeris Boreæ accolis: quos omnes confuſè ſolebant veteres Sarmatarum & Scytharum appellatione deſignare, ut ex ipſis Geographis conſtat. 37 *Conſternatos red.*] id eſt, perculſos metu, & primo impetu fuſos ita fragam animos, ut ab hoſtibus Scythis agantur pro libidine, & premantur ſervitute rigidiſſima. 38 *Solium meum*] id eſt, regnum Cyri ſervi mei, quem etiam unctum Dei Jeſchahhja nominat: vide Jeſchahh. 44. & 45. atque hæc prima promiſſio. *Regem*] Cyaxarem patrem Aſtyagis: nã illo exſtincto regnavit Aſtyages qui venit in Cyri manus. q. d. poſt Regem hunc, atque ætatem hanc. 39 *Erit tandem*] altera promiſſio, videlicet Evangelica, qualem habuimus ſuprà ver. 6. & 48. 47.

CAPUT L.

Deus per Prophetam Babyloniis judicium ſeveriſſimum denuntiat, & populum ſuũ reſtituit confirmatq́; promiſſionibus. Ac judicium quidem exponens copioſiſſimè, oſtendit Babylonios, ipſamq́; Babylonem peſſumdatum iri per Medos & Perſas; itinera, adventum, obſidionem, occupationem, & damna Babyloniis futura præſcribit: populo verò ſpem facit recuperandæ eodem tempore liberationis: quæ duo confirmans a potentia ſua & ſolenni juramento, præſidentiam Babyloniorum confutat, ſuorumq́; diffidentiam; ac poſtremò prophetiam synacephalæoſi & typo concludit.

1 [a] VERBUM quod loquutus eſt Jehova cõtra Babylonẽ, & contra terram Chaldæorum; [a] per Jirmejam Prophetam.

2 [b] Indicate in gentibus, & pronuntiantes [c] tollite vexillum, pronuntiate, ne celetis: dicite, capietur Babylon, erubeſcet [d] Bel, conteretur [e] Merodac; erubeſcẽt terricula illius, conterentur ſtercorei dii illius.

3 Nam aſcendet contra illam gens [f] ab Aquilone, quæ rediget terram illius in deſolationem, adeò ut non ſit habitator in ea: [g] tam homines quàm jumenta emigrabunt, abibunt.

4 Diebus illis & tempore illo, dictum Jehovæ, veniãt filii Jiſraël, ipſi cum filiis Jehudæ unà: [h] continenter flendo eant, & Jehovam Deum ſuum quærant:

5 De Tzijone interrogẽt, in via, [i] illũc facies eorum *ſpectent*: agedum *dicant*, & adjungant ſe Jehovæ fœdere [k] perpetuo *quod* non tradatur oblivioni.

6 [l] Grex *ovium* pereuntium ſunt populus meus, [m] paſtores eorum fãciunt ut aberrent, per montes avertunt eos: de monte in collem abeunt, obliti cubilis ſui.

7 Quicunque inveniunt eos comedunt eos, & hoſtes eorum dicũt, [n] non

[a] *Heb.* per manum Jirmejæ.

[b] *Heb.* ab homine uſque ad jumentum.

[c] *Heb.* eũdo & flendo ibunt.

[d] *Heb.* ſeculi.

non erimus rei: eò quòd peccãt Jehovæ *in* caula juſtitiæ, ii quorum
majoribus exſpectatio fuit Jehova.
8 Migrate è media Babylonia, & e terra Chaldæorum exite; ut ſitis
velut hirci ante gregem.
9 Nam ecce ego excitaturus ſum & adducturus contra Babylonem
congregationem gentium magnarum e terra Aquilonis, quę diſponẽt
acies contra illam, inde capietur: cujus ſagittarum, ut potentis *e Heb.* orbãtis.
ficientis, nulla *f* reſiliet fruſtrà: *f Heb.* revertetur.
10 Et erit *regio* Chaldæorum prædæ: omnes prædatores ejus ſatiabũ-
tur, dictum Jehovæ.
11 Cùm lætati fueritis, cùm exultaveritis, ô direptores poſſeſſionis
meæ; cùm abundaveritis ut vitula herbilis, & claram vocem edideritis
ut robuſti *juvenci*:
12 Erubeſcet mater veſtra valde, pudebit genitricem veſtram; *dicen-*
do, ecce poſtremum gentium, deſertum, ſiticuloſum & campeſtrem lo-
cum.
13 Præ fervore Jehovæ non habitabitur, ſed erit *g* deſolatiſſima tota: *g Heb.* de-
quiſquis tranſibit juxta Babylonem, obſtupeſcet, ſibilabitq; propter o- ſolatio.
mnes plagas ejus.
14 Diſponite contra Babylonem circumquaque, omnes tendentes
arcum, jaculamini contra eam, ne parcatis ſagittæ; nam Jehovæ pecca-
vit illa:
15 Vociferamini cõtra eam circumquaque, *h* junxit manum ſuam, *h Heb.* dedit.
cadant fundamenta ejus, deſtruantur muri ejus: cùm ultio Jehovæ ſit,
ultionem ſumite de ea; quemadmodum fecit facite ei:
16 Excidite ſatorem è Babylonia, & qui tractat falculam tempore
meſſis: metu gladii opprimentis quiſque ad populum ſuum revertant,
& quiſque ad terram ſuam fugiant.
17 Parva pecus diſperſa fuit Jiſraël, quam leones depulerunt: prior
comedit eam Rex Aſſyriæ, hic autem poſterior oſſa ejus comminuit,
Nebucad-retzar Rex Babyloniæ.
18 Idcircò ſic ait Jehova exercituum Deus Jiſraëlis; ecce ego animad-
vertam in Regem Babyloniæ & in terram ejus; quemadmodum ani-
madverti in Regem Aſſyriæ:
19 Et faciam ut revertatur Jiſraël ad caulam ſuã, & depaſcat Carme-
lum & Baſchanem; & in monte Ephrajimi atque Gilhhade ſatietur a-
nima ejus.
20 Diebus illis & tempore illo, dictum Jehovæ, ſi quæratur iniquitas
Jiſraëlis, nulla exſtabit, & peccata Jehudæ nulla invenientur: quia con-
donavero iis quos faciam reliquos.
21 Contra terram hanc ipſam Meratajimis aſcende, & per habita-
tores Pekodi: devaſta & interneciõ devove poſt eos, dictum Jehovæ;
denique effice omnino prout præcipio tibi.

22 Sonum

22 Sonum belli in ista terra, & contritionem magnam.

23 "Quomodo succideretur & confringeretur malleus totius terræ? quomodo esset stupori Babylonia in gentibus?

i Heb. cùm tu nescies. 24 "Laqueum tetendi tibi, & etiam capieris, ô Babylon, 'te imprudente: invenieris, etiamq; deprehenderis, quia cum Jehova miscuisti *bellum.*

k Heb. thesaurum. 25 Aperuit Jehova 'repositorium suum, & deprompsit instrumenta indignationis suæ: quia opus hoc est Domini Jehovæ exercituũ in terra Chaldæorum.

26 Convenite in eam "ab extremo, aperite granaria ejus, contumulate eam quasi acervos, & anathemati devovete eam; ne supersint ei reliquiæ.

27 Gladio tollite omnes juvencos ejus, descendant ad mactationem: væ illis, cùm advenerit dies illorum, tempus visitationis eorum.

28 "Vox fugientium & evadẽtium e terra Babyloniæ; ut indicet Tzijone ultionem Jehovæ Dei nostri, ultionem "templi ejus.

29 Promulgate convenire in Babyloniam amplissimos, omnes qui tendunt arcum; ponite castra contra eam circumquaque, ne sit ei effugium, rependite ei secundum opus ejus, omnino prout fecit facite ei: nam contra Jehovam superbivit, contra sanctum Jisraëlis.

l Heb. viri belli. 30 Idcircò cadant juvenes ejus in plateis ejus: & omnes 'bellatores ejus exscindantur die illo, dictum Jehovæ.

m Heb. superbia: sic ver. seq. 31 "Ecce me adversum te, ô" superbissime, dictum Domini Jehovæ exercituum: quia advenit dies tuus, tempus quo visitem te,

32 Quo impingat superbissimus, & corruat ita ut nemo ipsum erigat; & succendam ignem in civitatibus ejus qui consumet omnes ambitus ejus.

33 "Sic ait Jehova exercituum, opprimuntur filii Jisraëlis & filiæ Jehudæ pariter: & quicunque captivos fecerunt eos detinent eos, renuũt eos dimittere.

n Heb. causã agẽdo aget. 34 Vindex eorum fortis, Jehova exercituum nomine, "omnino aget causam eorum: "ut quietam reddat hanc terram, & commoveat habitatores Babyloniæ.

35 "Gladius *irruet* in Chaldæos, dictum Jehovæ, & in habitatores Babylonis, & in Principes ejus & in sapientes ejus:

36 Gladius in "mendaces ejus, ut defetiscantur; gladius in potentes ejus, ut conterantur:

37 Gladius" in equos ejus, & in currus ejus, & in totam miscellaneam turbam quæ *est* in medio ejus, "ut sint velut fœminæ: gladius in "thesauros ejus, ut diripiantur.

38 "Siccitas in aquas ejus, ut arescant: "quia terra sculptilium est, & apud "terricula" insanè agunt.

o Heb. filiæ ululæ. 39 "Idcircò habitabunt "fera cum terrificis, & manebunt in ea "ululæ; non

non confidebit ampliùs usque in æternum, neque habitabit usque [p] in generationem quamque. [p] *Heb.* in generationem & generationem. Jeschahh. 34.19.

40 Simili subversione qua Deus subvertit Sedomum & Hhamorã, & vicinos ejus, dictum Jehovæ; non habitabit ibi quisquam, neq; commorabitur in ea filius hominis.

41 "Ecce populus vẽturus est" ab Aquilone; & gens magna ac" Reges ampli excitabuntur è lateribus terræ:

42 Arcum & lanceam tenebũt, crudeles erunt quisque, neque utentur misericordia, vox eorum ut mare fremet, & cum equis vehentur: instructus *quisque* ut vir præstans ad bellum contra te, ô filia Babyloniæ.

43 Audientis Regis Babyloniæ [q] rumorem de eis illico, remittent se manus; angustia apprehendet eum, dolor tanquam parturientis. [q] *Heb.* auditionem eorum.

44 Ecce quasi leo ascendit supra altitudinem Jardenis, contra habitaculum robustissimi; sed [r] momento fugabo eum ex hac terra, & eum qui electus est in hac præficiam: nam quis est par mihi? aut quis contestetur mecum? denique quisnam est pastor qui obsistat mihi? supra 49. 19. & 20. & 21. [r] *Heb.* momento agã faciam ut excurrat. [s] *Heb.* consuluit.

45 Idcircò audite cõsilium Jehovæ quod [s] iniit contra Babyloniam, & cogitationes ejus quas cogitavit contra terram Chaldæorum: *mentiar*, nisi abjiciant eos minimi ex ipso grege, nisi desolet cum illis habitaculum.

46 Præ sono occupatæ Babyloniæ commovebitur ipsa terra, & præ clamore in gentibus" audietur.

Caput LI.

1 "Sic ait Jehova, ecce ego excitaturus sum contra Babyloniam, & contra eos qui inhabitant" [a] meditulliũ insurgentium in me; "ventum corrumpentem: [a] *Heb.* cor

2 Et immissurus sum contra Babyloniam ventilatores qui ventilabunt eam, & exhaurient terram ejus: cùm fuerint contra eam circumquaque die mali.

3 "Contra" *eum qui* tendit tendat [b] sagittarius arcum suum, & contra *eum qui* extollit se lorica sua; neque clemẽtia utamini erga electos juvenes ejus, internecioni devovete totum exercitum ejus: [b] *Heb.* tendens arcũ.

4 Ut cadant confossi in terra Chaldæorum, & transfixi in plateis ejus.

5 "Quia" non viduatus est Jisraël & Jehuda Deo suo, Jehova exercituum; quia terra istorum" plena est reatu a sancto Jisraëlis:

6 "Fugite e medio Babylonię & eripite quisque [c] se ipsum, "ne exscindamini in iniquitate ejus: cùm tempus ultionis erit Jehovæ, retributionem ipse rependet ei. [c] *Heb.* animam suam: sic deinceps.

7 "Poculum aureum Babyloniæ" manu Jehovę inebriavit totam terram; de vino ejus biberunt gentes, propterea insaniunt gentes.

8 Repentè cadet Babylon, & perfringetur: [a]ejulate apud eam, [a]sumentes adhibete [a]opobalſamum contra dolorem ejus, ſi fortè poſſet curari.

9 Quamvis curaremus Babylonem, *inquietis*, tamen non eſſet curata; derelinquite eam, & abeamus quiſque in terram ſuam: nam [a]pertingit ad cœlos judicium ejus, & elatum eſt uſque ad ſuperiores nubes.

10 Protulit Jehova totam juſtitiam noſtram, agite enarremus Tzijone opus Jehovæ Dei noſtri.

11 [a]Purgate ſagittas, cogite utentes umbonibus, excitat Jehova ſpiritum Regum Mediç, quia contra Babyloniam cogitatio ejus eſt ut perdat eam: nam ultio Jehovæ *eſt*, [a]ultio templi ejus.

12 In muris Babylonis attollite vexillum, confirmate cuſtodiam, ſtatuite vigiles, comparate inſidiatores: nam & cogitavit Jehova, & facturus eſt quod dixit contra habitatores Babylonis.

13 [a]O quæ habitas ſecundum aquas multas, ô ampla theſauris; advenit finis tuus, *pro* [b]menſura quæſtus tui.

14 [a]Jurat Jehova exercituum per ſe ipſum: *mentiar* niſi te impleam [a]hominibus quaſi melolonthis, qui canant de te [a]celeuſma:

15 *Jurat* qui fecit terram virtute ſua; ſtabiliit orbem habitabilem ſapientia ſua, & prudentia ſua extendit cœlos:

16 Quo vocem ſuam edente fremitus aquarum eſt in cœlis, & qui efſert vapores ab extremitate terræ; fulgura cum ipſa pluvia facit, & profert ventum è theſauris ſuis.

17 Magis obbruteſcit omnis homo quàm ut animadvertat, pudefacere omnem conflatorem ſculptili: nam falſum eſt fuſile ejus, nec ſpiritus eſt in *ullo* eorum.

18 Vanitas ſunt, opus maximæ aberrationis; quo tempore viſitabuntur illi, peribunt *ipſa*.

19 Non ſicut iſtarum eſt, ſed formator omnium eſt Jahhakobi portio; viciſſim ille eſt tribus poſſeſſionis ejus, Jehova exercituum nomen eſt ei.

20 [a]Ceſtra fuiſti mihi, inſtrumenta bellica: ut diſſiparem per te Gentes, & perderem per te regna:

21 Ut diſſiparem per te equum cum ſeſſore ſuo, & diſſiparem per te currum cum ſeſſore ſuo:

22 Ut diſſiparem per te virum & mulierem; & diſſiparem per te ſenem & puerum, diſſiparemq; per te juvenem & virginem:

23 Ut diſſiparem per te paſtorem cum grege ſuo, & diſſiparem per te agricolam cum [f]jumentis ſuis conjugatis; diſſiparemq; per te Principes & antiſtites.

24 Jam rependam Babyloni, & omnibus habitatoribus *terræ* Chaldæorum, totum malum ipſorum quo affecerunt Tzijonem, ante oculos veſtros: dictum Jehovæ.

25 [a]Ecce

[a] *Heb.* ſumite: ut Exod. 25. 2.

[b] *Heb.* cubito.

[f] *Heb.* jugo ſuo.

25 Ecce me contra te, ô mons perditor, dictum Jehovæ, qui perdis totam terram: ut extendens manum meam contra te devolvam te ex ipsis petris, & disponam te in [g] montem ruderum ex incendio.

26 Neque accipient ex te lapidem ad angulum, aut lapidem ad fundamenta: nam [h] desolatissimus in seculum eris, dictum Jehovæ.

27 Attollite vexillum in terra, clangite buccina in gentibus, comparate contra istam gentes, promulgantes convocate contra istam regna Ararati, Minni, & Aschcenazi: præficite contra istam imperatorem, adducite equos pares melolonthis hispidis.

28 Comparate contra istam gentes, reges Mediæ, & Principes ejus, omnesq; antistites ejus; denique totam terram dominatus ejus:

29 Et commota terra indolescet, cùm præstabitur contra Babyloniam *una quæque* cogitationum Jehovæ; ut redigat terram Babyloniæ in desolationem, quam nemo inhabitet.

30 Desinēt potentes Babylonię pugnare, desidebunt in munitionibus, peribit potentia eorum, erunt velut fœminæ: accendent *hostes* habitacula ejus, confringentur vectes ejus.

31 Cursor obviam cursori curret, & index obviam indici; ad indicandum Regi Babyloniæ captam esse civitatem ejus ab extremitate:

32 Et ipsos [i] angustos aditus occupatos esse, etiam stagna *hostes* cōbussisse igne: viros autem [k] bellatores perturbatos esse.

33 Nam sic ait Jehova exercituū Deus Jisraëlis, *qui* filiam ipsam Babyloniæ sicut aream [l] tempestivè solidat: adhuc paululum, tū adveniet tempus messis ei.

34 Exedit me, quatit me Nebucad-retzar Rex Babylonię, statuit me *ut* vas [m] inutile: deglutit me ut draco, implet ingluviem suam deliciis meis, dispellit me:

35 Injuria quæ fit mihi & carni meæ, in Babyloniam recidat, dicit habitatrix Tzijonis; & sanguis meus in habitatores *terræ* Chaldæorum, dicunt Jeruschalaima.

36 Idcircò sic ait Jehova, ecce ego confecturus sum causam tuam, & ulturus ultionem tuam; ideò exsiccabo mare illius, tanquam si arefeciſſem scaturiginem illius.

37 Et [p] abibit Babylon in acervos, in habitaculum draconum; stuporem & sibilum, adeò ut nemo inhabitet.

38 Pariter ut juvenes leones rugient, vociferabuntur ut catuli leonum,

39 Cùm incalescentibus illis disponam potiones eorum, & inebriabo eos ut exsultent; sed dormient somno [q] perpetuo, neque expergiscentur, dictum Jehovæ.

[g] *Heb.* mōtē incendii.

[h] *Heb.* desolationes seculi: sic vers. 62.

[i] *Heb.* transitus: ut 1. Schem. 14. 1.

[k] *Heb.* belli.

[l] *Heb.* tēpore calcat.

[m] *Heb.* vacuum.

[n] *Heb.* injuria mei, & carnis meæ, super Babylonem: ut Gen. 16. 5.

[o] *Heb.* contendam contentionem.

[p] *Heb.* erit.

[q] *Heb.* seculi

40 Deducam eos velut agnos ad mactandum, ut arietes cum hircis.

41 "Quomodo caperetur" Scheschac, & occuparetur laus totius terræ? quomodo esset desolationi Babylon inter gentes?

42 "*Quasi* ascendat contra Babylonem" ipsum mare, fremitu fluctuũ ejus operiatur,

43 Erunt civitates ejus desolationi, terra siticulosa, & campestris; terra in cujus oppidis non habitabit ullus vir, neque transibit per eas filius hominis.

r *Heb.* deglutitum ipsius.

44 Animadvertã etiam contra Belum Babylone, &' extraham" quod deglutit ex ore ejus, neque confluent ad eum amplius gẽtes: etiam murus Babylonis corruet.

suprà 6.

45 "Exite e medio ejus, populemi, & eripite quisque animam suam; ab æstu iræ Jehovæ:

s *Heb.* cor: sic deinceps.

46 Et *videte* ne mollescat' animus vester, & timeatis propter rumorẽ qui audietur in ea terra; cùm advenerit" anno uno rumor ille, & postea" anno altero idem rumor violentiáque in terram, denique dominator supra" dominatorem.

47 Idcircò ecce dies venturi sunt, cùm animadvertam in sculptilia Babylonis; & tota terra ejus pudefiet, omnesq; confossi ejus cadent in medio ejus:

48 Et" cantabunt de Babylonia cœli & terra, & quæcũque sunt in eis; cùm ab Aquilone venerit ad eam istorum vastatorum quisque, dictum Jehovæ.

49 Et Babyloni cadendum est, ô confossi Israëlis: & cum Babylone casuri sunt confossi totius terræ illius.

50 "O qui evasistis a gladio, abite, ne consistatis: recordamini è longinquo Jehovæ, & Jeruschalaima veniant in animum vestrum, *dicendo*,

51 "Erubescimus quòd audiamus opprobrium, operit ignominia faciem nostram; quòd ingrediantur extranei in sanctuaria domus Jehovæ.

52 Idcircò, ecce dies venturi sunt, dictum Jehovæ; cùm animadvertam in sculptilia illius, & in tota terra illius exclamabit confossus.

t *Heb.* altitudinem roboris: hypallage.

53 Etiamsi ascenderet Babylon in cœlum, etiamsi muniret" altissimum robur suum; a me venturi sunt vastatores in eam, dictum Jehovæ;

u *Heb.* clamoris.

54 Vox" clamosa a Babylone, & contritio magna a terra Chaldæorum:

55 Nam vastaturus est Jehova Babylonem, & perditurus ex ea *robur* cum voce magna; etiamsi fremant fluctus illorum ut aquæ multæ, edatur strepitus vocis illorum:

56 Cùm

56 Cùm venerit contra eam, contra Babylonem vastator, capientur potẽtes ejus, conteretur quisque arcuum ejus; quia Deus fortis retributionum Jehova [x] omnino rependet.

57 Inebriabo, *inquit*, principes ejus & sapientes ejus, duces ejus, antistitesq; ejus, & potentes ejus; ut dormiãt somno perpetuo ac non expergiscantur; dictum Regis cui nomen est Jehova exercituum.

58 Sic ait Jehova exercituum, [y] murus uterque Babylonis [z] latissimus planè nudabitur, & portæ ejus altissimæ igne succendentur, ita laboraverint populi pro inanitate & nationes pro igne, ac defatigatæ fuerint.

59 Verbum quod præcepit Jirmeja Propheta Serajæ filio Nerijæ, filii Machasejæ, cùm iret a Tzidkija Rege Jehudæ in Babyloniam anno quarto regni ejus: erat autem Seraja Princeps Menuchæ:

60 Postquàm descripsisset Jirmeja totum malum quod eventurum erat contra Babylonem in libro uno; omnia verba hęc quæ sunt scripta contra Babyloniam.

61 Edixit ergo Jirmeja Serajæ; cùm veneris ad Babylonem, tum aspiciens legito omnia verba hæc,

62 Ac dicito, ô Jehova, tu eloquutus es contra locum hunc te excisurum eum, adeò ut non sit in eo habitator [aa] tam ex hominibus quàm ex jumentis; sed desolatissimum in seculum fore.

63 Deinde esto cùm absolveris legere libellum hunc; ut alligans ei lapidem, projicias eum in medium Euphratis:

64 Et dicas, ita submergetur Babylon, & non exsurget [bb] a malo quod ego inducturus sum cõtra eam, quamvis defatigentur: hactenus verba Jirmejæ.

x *Heb.* repẽdendo rependet. suprà ver. 38.

y *Heb.* muri.

z *Heb.* nudando.

aa *Heb.* ab homine usque ad jumentum.

bb *Heb.* a præsentia mali.

ANNOTATIO IN CAP. L

1 *Verbum*] Inscriptio hæc duorũ capitũ cõmunis est; ac propterea ut cõmune est illorũ argumẽtũ, ita conjunximus. Sũt autẽ hujus ꝓphetiæ inscriptione dẽpta hoc versu, sex in universum partes: prima est propositio summa versib. 4. 41. secũda est propositionis enarratio, usque ad ver. 33. tertia est confirmatio narrationẽ illustrans, inde usque ad versum 41. capitis 51. quarta est cõfutatio, inde ad ver. 50. quinta cõclusio, usque ad ver. 59. postrema verò, typus a Deo adhibitus ad propheriã illustrãdã, ad finẽ usque. 2 *Indicate*] prima hæc pars, prolepsis sive ꝓpositio generalis totius argumenti, duobus membris continetur: unum est de ruina Babyloniorum, duobus versib. alterum, de liberatione populi propter quam evertendi fuerant Babylonii, duobus alteris. Utrumque autem propositionis membrum Propheta consultò enuntiat Judæis (qui jam tum ex parte deportati fuerant, ut apparet ex ver. 59. cap. 51.) tum ad confirmandum eos in exspectatione liberationis suæ, & in gravissimis malis consolandum; in quibus illos stantes & erectos fide jubet gloriosè Babyloniorum exitium & suam salutem prædicare, & inter se informare: tum etiam ad beneutendum commoditate divinitus oblata hortatur. *In gentibus*] id est, fratribus nostris, qui jam per varias gentes huc illuc dispersi sunt, ac proinde coràm nequeunt in cœtu nostro instituí de his promissionibus Dei. *Tollite vexillum*] id est, fratres vestros in cœtus & congregationes sanctas convocate, tãquam elato vexillo verbi Dei, ad communicandas cum ipsis promissiones Dei vobis expositas: sic enim pios clàm temporibus angustię cõveniste testantur historiæ sacræ: ut annotavimus 2. Chronic. 35. 3. Mordecaii exemplum docet Ester 4. & jubet Apostolus Hebr. 10. 24. & seq. *Bel*] vide Jeschahh. 46. 1. *Merodac*] id est, ad verbum, σκηπτοῦχος sive sceptrifer, Chaldaica appellatione: nomen fuit apud Babylonios commune Dei ipsorum Beli, & Regum omnium, inde a Beli Regis ipsorum temporibus. Nos ut pro Belo accipiamus hoc quidem loco ab adjunctis adducimur, & maximè sequentis membri comparatione: quasi dicat Propheta, ut summus illorum deus erubescet conteretúrque, sic etiam minorum gentiũ dii exẽplo illius: metaphoræ. 3 *Ab Aquilone*] id est, e Media, quæ magis Aquilonem spectat respectu Babyloniæ; & ex Assyria, quà iter fecit Cyrus venturus ad Babylonem expugnandam, infrà ver. 21. 4 *Continenter*] id est, sta-

grent tanto desyderio revisendi Ecclesiam Dei, ut neque flendi neque pergendi finem faciant donec ad locum ex-optatissimum pervenerint, ut amplificatur seq. versu. Hæc autem per hortationem potiùs quàm per narrationem propheticam dici statuimus, tum ex præcedentis partis comparatione, tum ex complemento & veritate rei. Nam re-vera Deus edicto Cyri libertatem omnibus tribuit, & re ipsa mãdavit ut Ecclesiam repeterent, Hhez. 1.3. sed quàm pauci justissimam conditionem oblatam amplexi sint etiam ex optimatibus Jehudæ, historiæ omnes testãtur, & ipse Hhezra tum in libro suo, tum etiam 1. Chronic. 4.21. & seq. manifestò docet. 5 *Illuc facies*] id est, nihil loquãtur, ad nihil advertant aliud; sed toti ferantur animo & corpore Tzijonem versus: similes loquutiones sunt Genes. 19.17. & 2. Reg. 4.29. & Lucæ 10.4. 6 *Grex ovium*] secunda pars, enarratio propositionis, ut antè diximus: cujus prius membrum per ὑστέρωσιν Hhebræis familiarem posteriore loco inde a versu 9. posterius verò priore loco illustratur, his tribus versib. quorum duo allegoricè figurant miserum statum populi à domesticorum fraudibus, hoc ver. exte-rorúmque oppressionibus & propriis peccatis, seq. versu; ultimus ad diem illum prænuntiatum liberationis venturæ revocat. *Pastores*] id est, principes & præfecti omnes ordinis utriusque, Ecclesiastici atque politici. 7 *Nonerimus res*] id est, impunè facturi sumus: vide suprà 2.3. *In caula justi.*] id est, in Ecclesia Dei, cujus symbolum erat Judæa. *Ii quorum majo.*] id est, optimorum parentum degeneres filii, de quibus Deut. 32. 8 *Ut sitis velut*] id est, exemplo vestro præeatis etiam gentibus, eásque ad Ecclesiam invitetis. 9 *Nam ecce*] ætiologia μεταβατικὴ ad priorem pro-positionis locum de judicio in Babylonios: quod duobus versib. expositum, deinde exornatur primùm per apostro-phen ad Babylonios, tribus versib. tũ ad hostes Babyloniorum, tribus alteris; ac postremò amplificatur à causis, quibus suæ judicii venturi narrationes adhibentur, usque ad ver. 33. *Gentium ma.*] id est Medorum, Persarúmque, ut Jeschahh. 21.2. *Inde capietur*] id est, a copiis inde ab Aquilone venientibus: nam ex Assyria in Babyloniam irue-runt, infrà 21. *Interficientis*] id est, ut sagittarii peritissimi, qui valentissimè transfigit vitales adversarii partes prout optaverit. 11 *Cùm lætati*] apostrophe ad Babylonios, ut diximus in versum 9. delicias illorum & perditum luxum hilariorũ denotans, in quibus capta est Babylon, ut notavimus suprà 25.26. 12 *Mater vestra*] id est, Babylon me-tropolis, ac velut totius regionis mater. *Postremum gentium*] q.d. hui, tam citò me, quæ primas obtinebam & re-gina sedebam in gentibus, postremam omnium effectam esse, & horrere toram? prosopopœia. 13 *Non habitabi-tur*] id est, ex quo semel ruere cœperit, ut ædificium inclinans magis ac magis labefactabitur, donec tota corruent. Cœpit enim hoc judicium per Darium Medum Cyrúmque primò, deinde per Darium Persam promotum est, eum per Alexandrum Macedonem: ac postremò in solitudinem redacta vicinitate Seleucię conditę intra nonagesimum lapidem a Seleuco Nicatore, teste Plin. lib. 6. natur. hist. cap. 26. 14 *Disponite*] apostrophe ad Medos & Persas, ut diximus in versum 9. 15 *Vociferamini*] elegantissima descriptio caulæ propter quam Medi & Persæ fuerunt in-censissimi Babyloni, & alii alios provocarunt ad sumendam ultionem de ea. *Junxit man.*] id est, fœderati fuerunt cum hoste, & se ad Crœsum Lydorum Regem juvandum comparaverunt: vide Levitici 5. 21. Nam Belschazzarem regem (quem Berosus Nebo-nidum, Herodotus Labynitum vocat) fuisse fœdere junctum Crœso testatur Hero-dotus lib. 1. sic Jechezk. 17.18. cui non absimile est loquendi genus Ijobi 17.3. 16 *Excidite*] id est, ne agricolis quo-dem (qui minimi ac ferè inermes & summè in republica sunt necessarii) parcite: sic figuratur excidium gravissimũ. Nam Babyloniam ipsam ne herbas quidem, sed tantùm segetem copiosissimam habere testãtur Herodotus ibidem, & Plinius lib. 18. natur. hist. cap. 17. 17 *Parva pecus*] amplificatio præcedẽtis propositionis, a causa propter quã Deus ad judicium hoc exercendum adducitur. Proponitur itaque causa ab insolentia & tyrannide Babyloniorum in populum Dei, hoc ver. deinde promissio fit restitutionis populo, tribus ver. ac postremò propheticè narratur excidii Babylonis, inde ad versum 33. *Rex Assyria*] id est, Reges sylleptice qui decem tribus deportaverunt, de quibus 2. Reg. 16. & 17. & 1. Chron. 5. *Ossa ejus*] id est, absumpsit quicquid erat reliquum: elegans allegoria. 19 *Deposita*] i. fruatur suo. 21 *Contra ter.*] narratio prophetica, ut diximus in versum 17. qua res gerendæ ex ordine exponun-tur mandato Dei. *Merata ajmiũ*] id est, ex Assyria: nam in Assyria superiore erant Mardi ab oppido Marde trãs Ti-grin, & cis Tigrin in Armenia Mardi ex adverso Mardorum Assyriæ (ut ostendit Ptolemæus lib. 5. Geographiæ ca-pit. 13.) a quibus dicebantur Martyeni montes (Mantyenos vocat Hẽrodotus) Gyndem fluvium profundẽtes, supra utrosque Mardos. *Habitatores Pekods*] id est, partis Assyriæ inferioris, quà Cyrus trãs vexit in Babyloniam: ite-tem videtur dicta hæc Assyriæ pars, hìc & Jechezk. 23.22. eo quòd summa illic præfectura fuisset regni Assyrioru, & in ea Nineve eversa jam eo tempore. *Post eos*] id est, postquam istos Assyriæ tractus occupaveris, tum omnia fe-ro & flamma cõsumito: similes loquutiones vide Deut. 24.20. & 1. Schem. 21.10. 23 *Quomodo*] occupatio, qua po-pulum Cyrúmque confirmare voluit Deus, diluendo omnem difficultatis metum, verbis sequentibus; tum ad Baby-loniam ipsam, ver. 24. tum ad Medos & Persas, sequentibus. 24 *Laqueum tetendi*] allegoria venustissima, qua Deus potentissimum illum malleum ostendit sibi non amplius fore quàm bubalum, ex ver. 27. aut feram venaticã: ad quam capiendam omnia jam sibi comparata esse docet, seq. versu. 26 *Ab extremo*] id est, etiam gentes longiu-quissimæ. 28 *Vox fugientium*] q.d. non supererunt alii, quàm ii quos Deus misericordia sua servaverit ad celebran-dum in Ecclesia nomen suum: ut Jeschahh. 45.24. & seq. *Templi*] id est, quam ultionem sumpserit pro salute Eccle-siæ suæ. 31 *Ecce me*] apostrophe ad Babylonium, ut cœperat suprà ver. 24. 33 *Sic ait*] tertia pars prophetiæ, tri-ximus in ver. 1. confirmatio præcedẽtis narrationis, primùm a potentia Dei; cujus causæ, instrumẽta, operatio, mi-nistríque judiciorũ, atque effecta describuntur, usque ad ver. 14. seq. capitis; deinde a juramento, ver. 14. & sequentibus 34 *Ut quietam*] causæ sive fines judicii ponuntur duo: unus, liberatio & tranquilitas Ecclesiæ; alter, Babyloniorum supplicium: quæ per ὑστέρωσιν deinceps explicantur. 35 *Gladius*] ἐργασία finis qui posteriore loco dictus est, usque ad ver. 5. capitis seq. 36 *Mendaces*] i. astrologos, & magos, quorum triplex quidẽ disciplina erat, ut ait Plinius, sed nu-merus infinitus. 37 *In equos ejus*] id est, militarẽ apparatũ totũ, de quo Herodotus lib. 1. *Ut sint velut fœm.*] pro-ut factum est, postquam prælium cum Cyro adventante commisissent: ex quo tempore deliruerunt Babylone, ho-nec occupata est. *Thesauros*] non auri & argẽti tantùm, sed commeatus militaris quem in permultos annos intrò comportaverant. 38 *Siccitas*] ut infrà 51.32. vide rationem hujus rei totam apud Herodot. lib. 1. *Quæ terra*] id est, quia deos colunt hujusmodi qui se ipsos nequeunt defendere, nedum cultores suos. *Terricula*] vide 1. Schem. 31.9. *Insanè agunt*] ironia gravissima, per antithesin sapientũ cũ factis & ritibus ac ceremoniis ipsorum. 39 *Id circò*] enarratio effectorũ, ut diximus in versum 33. *Fera cum ter.*] vide Jeschahh. 13.21. 41 *Ecce*] enarratio instru-mentorum & operariorum Dei, ad finem usque capitis; quæ deinde illustratur similitudine, 4. primis versibus capi-tis sequentis. *Ab Aquilone*] ut suprà ver. 3. *Reges*] Darius Medus, & Cyrus Persa. 46 *Audietur*] vide licet rumoris.

In Caput LI.

1 *Sic ait*] exornatio præcedentis dicti per similitudinem venti & ventilatorum, ut diximus suprà in ver. 41. *Medi-tullium*] periphrasis Babylonis, tanquam Reginæ sedentis in medio inimicorum Dei Judæam infestantium. *Ven-tum corrump.*] elegans allegoria: pro eo quod est, quemadmodum venti quidam noxii & Typhones adurũt segetes; ita judicio

ita judicio meo tanquam vento Babylonios infirmaturus & enervaturus sum: prout dixerat futuros velut fœminas, suprà 50.37. Ex quo alterum judiciũ consequitur, quòd ventilatores ipsos perdituri sint, seq. versu. 3 *Contra eum*] expositio præcedentis allegorię, qua Deus apertè mãdat fieri judicatum suum, ut pronuntiaverat suprà 50.9. *Eum qui tendit*] periphrasis Babylonii omnibus gentibus infesti. 5 *Quia non*] ἐργασία finis prioris, qui positus est suprà 50.34. ex qua conficitur hortatio sequentis ver. *Non viduatus est* id est, non desertus est planè; sed Deus tanquam conjux ad tempus visus est discedere; qua occasione isti criminum multorum rei effecti sunt, insolescentes in spõsam Dei, ac proinde in ipsum peccãtes gravissimè. Est autem hæc ἐργασία prioris membri, ὕστερον πρότερον, quod diximus suprà 50.34. in qua Ecclesia de præsidio Dei confirmata admonetur sui officii, usque ad ver. 11. deinde illuditur Babyloniæ, tribus seq. *Plena est reatu*] contrà quàm dixerat suprà 5.7. 6 *Fugite*] propositio consilii duo continet: primum, ut Ecclesia Deum vocantem sequatur, & sibi caveat, ne particeps sit malorum inevitabilium & eventurorum Babyloniæ, tribus ver. alterum, ut in eo judicio agnoscat vindicias sui, & prædicet beneficium Dei, ver. 9. & 10. *Ne exscindamini*] prohibentis verba, pro eo quod est, ne committatis ut exscindamini. 7 *Poculum*] vide suprà 25. 15. *Manu*] id est, œconomia & dispensatione ejus. 8 *Ejulate*] elegans concessio ad quoscunque homines per hypothesin ἀδύνατον, ut demonstratur seq. versu. *Opobalsamum*] vide Genes. 37.25. & suprà 46.11. 9 *Pertingit*] id est, summum est: metaphora. 11 *Purgate*] apostrophe ironica ad Babylonios, ut diximus in ver. 6. *Ulcio templi*] ut suprà 50.28. 13 *O quæ habitas*] id est, munitissima Babylon situ, & opibus instructissima: nam Babylonem perstrinxit Euphrate, & fossis amplissimis circũductam fuisse testantur veteres. 14 *Jurat Jehova*] secundus locus confirmationis, ut diximus suprà in ver. 33. in quo primùm exornatur juramentum a magnifica descriptione majestatis Dei, usque ad ver. 20. deinde narrationis argumentum (quod hîc juramento sancitur) amplificatur pluribus, usque ad ver. 41. *Hominibus*] hostium, Medorum, Persarúmque copiis. *Celeusma*] id est, epinicium de victis & proculcatis Babyloniis, ut suprà 25.30. 20 *Cestra*] amplificatio hæc primùm universè exponit quid sit quod juramento confirmat Deus, nimirum Babylonium non fuisse autorem præteritorum judiciorum, sed instrumentum Dei, ut dixerat suprà ver. 7. & quid Babylonio effecturus sit docet, ver. 24. deinde minutatim exornat narrationis partes. Est autem *Cestra* apud Julium Pollucem non quivis malleus, ut ferè solet accipi; sed malleus verutus & res obvias penetrando perfringẽs, quo equites ferè ad pertundenda inimicorum arma uti solent. Nam hãc esse propriam Hhebreæ vocis significationem sequentia commonstrant, & ipsum etymon: quemadmodum in Græca dictione quá adhibuimus latinitatis inopia, cùm κέστρον cestrúmque similiter Græci & Latini vocent veruculum, quo encaustum faciunt artifices, tesserásque, & alia id genus; unde etiam Livius cestrosphẽdonas nominavit. 25 *Ecce me*] hypotyposis, qua Deus venit ad amplificationem prænuntiati judicii, duobus versib. cujus deinde instrumenta cõvocat, duobus alteris formámque explicat accuratissimè, ver. 29. & tribus seq. ac postremò dialogisticè Ecclesiam expostulantem consolatur severissimi judicii hujus prophetia, usque ad ver. 41. *Mons perditor*] id est Babylon, instar montis assurgens vastitate murorum & amplitudine: nam muri in crassitudinem quinquaginta, in altitudinem ducẽtos cubitos regios capiebant: testes Herodotus, Strabo, Plinius, Diodorus Siculus. 26 *Neque accipient exte*] id est, nũquam reparaberis ex opere redivivo, ut sequentia verba docent. 27 *Attollite*] apostrophe ad hostes, tãquam administros judiciorum Dei. *Ararati*] i. Armeniæ majoris: ut Genes. 8.4. *Minni*] i. Armeniæ minoris: quæ nomen suum habet compositum ex Aram, id est Syria, & antiqua hac ipsius appellatione Minni. Nam Armeniam olim Syria fuisse cõprehensam testis est Plinius libro 5. natur. hist cap. 12. *Aschcenazi*] vide Gen. 10.3. has autem regiones omnes, id est, Armeniam utrãque & minorem Asiam, synecdochicè notatam Aschcenazi nomine, antè fuisse à Cyro occupatas quàm Babylonem invaderet, testantur omnes historiæ. *Imperatorem*] videlicet exercitus: qui imperator in exercitum imperium habeat, & Darii Cyrique mãdata ad exercitum perferat. Vox enim est composita, perinde sonãs atque si dixeris, instillationis & interpretationis Principẽ: sic Nachum 3.17. *Pares*] videlicet numero: ut suprà ver. 14. 28 *Reges Mediæ*] id est, eos qui parent Medo. 29 *Et commota*] enarratio formæ qua judicia sua præstiturus est Deus, ut diximus in ver. 25. 30 *Desinent*] postquàm primo prælio fusi fuerint; ut annotavimus suprà 50.37. *Potentia*] quam nunc plenis buccis jactãt. *Accendent hostes*] videlicet cùm intra oppidũ perruperint. *Vectes ejus*] id est, tum singularium habitaculorum quæ modò nominavit vectes, tum portarum minorum, quibus maceria aggeri ad Euphratem intus conjuncta de nocte occlusa erat: nam ita fuisse exstructam Babylonem docet Herodotus lib. 1. & ita postulat narrationis series. 31 *Ab extremitate*] utraque videlicet, quà in oppidum influit, & quà effluit Euphrates in utrumque oppidum. *Et ipsos ang.*] id est, accessus intimos quibus ibatur a ripa Euphratis in utrũque oppidum. 32 *Stagna*] id est, non tantùm ipsum Euphratis alveum tanquam igne arefactum esse, sed etiã stagnantes rivos ex eo ductos intra oppidum; quibus æquè ac muri interioris portis Medi & Persæ intrò venerunt. 33 *Nam sic ait*] trãsitio ætiologica ad dialogismum, de quo suprà 25. Hæc (inquit Propheta) quæ modò dixi effatus est Deus, & jámque res omnes ad hæc præstanda comparat, ut peritus agricola tempestivè aream solidat ad triturationem. *Tempus messis*] id est, quo messis quæ intrò comportata est per administros Dei terenda erit. 34 *Ut vas inutile*] id est, ut testam, ex qua marmoratum structores faciunt ad incrustandum & solidandum areæ solum. Hic autem versus & sequens continent expostulationem Ecclesiæ: cujus exempla apud Danijelem & Zecarjam exstant. 36 *Idcircò*] responsum Dei ad antegressam expostulationem. *Mare*] i. maximas aquas, ut Genes. 1.10. vide suprà ver. 31. & 32. 38 *Rugient*] videlicet Babylonii, celebrantes festum insolentissimè quo die capti sunt, Danijel. 5. ut etiã annotat Herodotus. 39 *Dissonam*] vide hæc apud Danijelem ibidem. *Somno perpetuo*] id est, dormitione mortis, ut Psaltes nominat Psal. 13.4. 41 *Quomodo caperetur*] quarta pars, confutatio, ut diximus suprà 50.1. cujus loci sunt duo, ut cõfirmat promissionibus, usque ad ver. 50. *Scheschac*] vide suprà 25.26. 42 *Quasi ascendat*] responsio ad objectionem præcedẽtis versus. *Ipsum mare*] id est, Euphrates ipse inde a mari Persico remeans in Babyloniam exundaret, quam vis illi confidant tantoperè, ut suprà ver. 36. 44 *Quod deglutit*] id est, innumeras illas inmanésque oblationes quibus colitur, abripiam a templo ipsius: vide in historia Beli, & Herodotum lib. 1. 45 *Exite*] alter locus confirmationis, per apostrophen ad populum Dei. 46 *Videte*] ellipsis, de qua Genes. 3.22. *Anno uno*] nimirũ quo nunquam ejus allatus est de instituta & suscepta expeditione Cyri: nam priore anno cœpta expeditione, Cyrus in Assyria morabatur, quo est importunitate vadorum; maximè ad Gyndem fluvium. *Anno altero*] nimirum cùm alterum ver illuxit, quo incunte Cyrus pertexit in Babyloniam, & violentiam adhibuit contra Babylonem: vide Herodotum ibidem. *Dominatorem*] Belschatzarẽ, qui eadem nocte trucidatus est qua fuit occupata Babylon, Danijel. 5. 48 *Cantabunt*] hyperbole. 50 *O qui evasistis*] cõclusio prophetiæ, qua Deus primùm suos hortatur ad fidem & obsequium, duobus versib. deinde judicium in Babylonios eventurum summatim repetit, usque ad ver. 59. 51 *Erubescimus*] q. d. pudeat vos Ecclesiam Dei incultam & desertam esse, a vobis adeò negligi, & ab exteris propter peccata & ignaviam vestram proculcari; ac proinde resipiscentiam vestram coram Deo & Ecclesia his verbis testatam facite, Ecclesiámq; sanctitate doctrinæ & vitæ a maledictis & malefactis adversariorũ vindicate. 53 *Altissimum*] id est, muros & munitiones suas ampliùs confirmaret: vide suprà 25. 58 *Latissimus*] vide suprà 25. *Altissimæ*] videlicet proportioni latitudinis & altitudinis murorum respondentes. Hoc autem quando effectum sit, attigimus suprà 50.13. *Laborave-*

rint]videlicet quicunque ædificationi, munimento, & exornationi Babylonis operam dederint. 59 *Verbum*]jam sequitur pars ultima, nimirum typus adhibitus ad confirmationem præcedentis prophetiæ, ut diximus suprà 50.1. *Mennchæ*]qui tractus est in cõfinio Jehudæ & Danis, alibi Manachath dictus, aut etiam (quia tractus divisus erat inter Jehudam & Danem) plurali numero Menuchothæ; vide 1. Chron. 2. 52. 62 *Dicito*]oratio ad typum adjecta, qua accedente ex verbo Dei typus verè sacramentalis est. 64 *Quamvis defatigentur*]id est, quantumcunque laborem ad recolligendum se instaurandúmque consumpserint. *Verba*]perscripta à Jirmeja: nam sequens caput a Jirmeja minimè fuisse scriptum vel ex eo colligimus, quòd pertexit historiam usque ad regnum Evilmerodaci, túmque tempus quo Rex Jehojacin supervixit; ac proinde statuimus ab aliquo viro Dei, aut Ecclesiæ consilio fuisse additum ad Jirmejæ scripta: ut scriptis Moschis factum est Deut. 34.

Caput LII.

Eodem est argumento cum 2. Reg. 25.

2. Reg. 25. 1 Natus unum & viginti annos Tzidkija cùm regnare inciperet, undecim annis regnavit Jeruschalaimis: cujus matri nomen Chamutal filia Jirmejæ e Libna:

2 Qui fecit quod malum videtur in oculis Jehovæ, omnino prout fecerat Jehojakim.

3 Cumq; secundum iram Jehovæ fieret Jeruschalaimis & in Jehuda, adeò ut abjiceret eos a facie sua; rebellante Tzidkija contra Regem Babyloniæ:

4 Fuit anno nono regni illius, mense decimo, decimo die mensis, ut adveniens Nebucad-retzar Rex Babyloniæ, ipse & omnes copiæ ipsius contra Jeruschalaima, castra facerent juxta ea; exstruentes cõtra ea propugnacula circumquaque.

5 Sic processit civitas in obsidione, usque ad undecimũ annum Regis Tzidkijæ.

6 Mense quarto, nono *die* mensis, cùm invaluisset fames in civitate; adeò ut non esset panis populo regionis;

a Heb. viri belli: sic deinceps.

7 Et perrupta esset civitas, tum omnes ᵃbellatores fugerunt & egressi sunt è civitate noctu, via portæ inter duplicem murũ, quæ *erat* juxta hortum Regis, Chaldæis civitatem obsidẽtibus circumquaque: & abiverunt via campestrium.

8 Sed persequẽtes copiæ Chaldæorũ Regem, assequutæ sunt Tzidkijam in campestribus Jerichuntis; cùm omnes copiæ ejus dispersæ essent ab eo:

b Heb. loquutus est cum eo judicia.

9 Et prehendentes Regem deduxerunt eum ad Regem Babyloniæ Riblam in terra Chamathæ: ubi ᵇtulit de eo sententias.

10 Ex quibus jugulavit Rex Babyloniæ filios Tzidkijæ ante oculos ejus; etiámque omnes Principes Jehudæ jugulavit Riblæ:

11 Deinde oculos Tzidkijæ excæcavit, & cùm vinxisset eum numellis chalybeis deduxit eum Rex Babyloniæ in Babyloniam; & posuit eũ in loco aliquo præfecturarum usque ad diem mortis ejus.

c Heb. stabat coram facie: vide interpretationem Deut. 10. 8. & 2. Reg. 25. 11.

12 Deinde mense quinto, decimo die mensis, ipso decimo nono anno Regis Nebucad-retzaris Regis Babyloniæ; ᵇpostquàm venisset Nebuzar-adan præfectus satellitum, qui ᶜministrabat Regi Babyloniæ, Jeruschalaima,

13 Combussit

13 Combuſſit domum Jehovæ, & domum Regis, omnéſque domos
Jeruſchalaimorum; id eſt, omnes domos magnatum combuſſit igne:
14 Et omnes muros Jeruſchalaimorum circumquaque, deſtruxerũt
omnes copiæ Chaldæorum quæ *erant* cum præfecto ſatellitum.
15 E tenuibus populi, id eſt, reliquum populi, eos qui relicti fuerant
in civitate, & defectores qui defecerant ad Regem Babyloniæ, & reli-
quum vulgi; deportavit Nebuzar-adan præfectus ſatellitum.
16 Tantùm è tenui populo terræ reliquos fecit Nebuzar-adan præ-
fectus ſatellitum, [d] qui eſſent vinitores & qui agricolæ.
17 Præterea columnas æreas quæ *erant* domui Jehovæ, baſesq́;, & la-
cum æneum qui *erat* in domo Jehovæ fregerunt Chaldæi; deferentes
totum æs eorum in Babyloniam:
18 Item ollas, & hamas, & inſtrumenta muſica, craterasq́; & acerras;
omniáque inſtrumenta ærea quibus miniſtraverant acceperunt:
19 Etiamq́; pelves, & trullas, cum crateribus, & ollis, & lychnuchis, &
acerris, ac ſcopulis; [e] quæcunque aurea, & quæcunque argentea accepit
præfectus ſatellitum:
20 Columnas duas, lacum unum, bovesq́; duodecim æreos qui *erant*
ſub baſibus, quæ paraverat Rex Schelomo pro domo Jehovæ; nõ fuit
pondus æri eorum, omnium inſtrumentorum iſtorum.
21 Columnis autem iſtis, octodecim cubitorum altitudo erat colu-
mnæ unicuique, & filum duodecim cubitorũ circumdabat eam: denſi-
tas autem ejus quatuor digitorum, cava erat:
22 Cui impoſita erat corona ærea, & altitudo coronæ unius [f] quinq;
cubitorum, encarpus, & malogranata ad coronam circumquaque o-
mnia ærea; & ſimilia erant columnæ ſecundæ, cum malogranatis:
23 Erantq́; malogranata [f] nonaginta ſex in plagam quamque: omnia
malogranata centena in encarpo circumquaque.
24 Item cepit præfectus ſatellitum Serajam Sacerdotem primarium,
& Tzephanjam Sacerdotem ſecundanum; ac tres cuſtodes liminis.
25 E civitate verò cepit aulicum unum qui fuerat præfectus bellato-
ribus, [f] cum ſeptem viris ex [g] intimis Regis qui inventi ſunt in civitate,
& ſcribam primarium exercitus qui exercitum conſcribebat e populo
terræ: ac ſexaginta viros e populo terræ qui inventi ſunt in civitate.
26 Hos ipſos captos Nebuzar-adan præfectus ſatellitum, deduxit ad
Regem Babyloniæ Riblam:
27 Quos percutiens Rex Babyloniæ, morte affecit Riblæ in terra
Chamathæ: ſic migravit Jehuda a terra ſua.
28 Hic eſt populus quẽ deportavit Nebucad-retzar; [f] anno ſeptimo,
Jehudæi termille viginti tres:
29 [f] Anno decimo octavo Nebucad-retzaris, deportavit Jeruſcha-
laimis animas octingentas triginta duas:

30 Anno

[d] *Heb.* in vinitores & in agricolas.

[e] *Heb.* quæ auri auri, & quæ argenti argenti. 1. Reg. 6. & 7.

1. Reg. 7. 15.

[f] *Heb.* vidẽtibus faciẽ Regis: ut 2. Reg. 25. 22.

30 Anno vicesimo tertio Nebucad-retzaris deportavit Nebuzaradan præfectus satellitum Jehudæos, animas septingentas quadraginta quinque: omnes animæ quater mille sexcentæ *sunt*.

2.Reg.25.30. 31 Posteà fuit trigesimo septimo anno a deportatione Jehojacinis Regis Jehudæ, duodecimo mẽse, vigesimo quinto die mensis; ut efferret Evilmerodac Rex Babyloniæ anno quo regnare cœpit caput Jehojacinis Regis Jehudæ, educens eum e carcere:

32 Cum quo loquutus est bonis *verbis*; & posuit solium ejus supra solium Regum qui erant secum Babylone.

33 Et mutatis vestimentis carceris sui, comedebat cibum coram illo jugiter omnibus diebus vitæ suæ:

34 Nam cibarium ejus cibarium juge dispositum fuit ei a Rege Babyloniæ, [g] demensum diei cujusque in diem quemque; usque ad diem mortis ejus, omnibus diebus vitæ ejus.

[g] *Heb.* rem diei die suo.

ANNOTATIO.

9 *De eo*] Et domesticis ejus, per synecdochen quam sequentia explicant. 11 *In loco aliquo*] id est, in certa aliqua custodia: nam certis præfectis pro ratione criminum custodiæ committi solent, ut apparet ex ipsa Jirmejæ historia suprà 37. & 38. 12 *Postquam venisset*] nam ingressus est die septimo Jeruschalaima, 2. Reg. 25. 11. deinde verò comparatis per biduum rebus, decimo die incepit mandata exsequi. 22 *Quinque cubitorum*] vide 1. Reg. 7. 16. 23 *Nonaginta sex*] exceptis angularibus quatuor: quæ si comprehenderis, efficientur centena singulis ordinibus, 1. Reg. 7. 20. & 2. Chron. 4. 13. ut verbis sequentibus ostenditur. 25 *Cùm septem*] id est, qui aulicus imperium in copias habens (quemadmodum etiam scriba cujus posteà habetur mentio) comprehenditur numero horum septem intimorum Regis: quapropter ubi nominatim excipiuntur ex hoc numero, quinque tantùm homines dicuntur excepti, 2. Reg. 25. 22. ita hoc inclusivè (ut vulgò loquuntur) accipiendum est, illud verò exclusivè. 28 *Anno septimo*] videlicet regni Nebucad-retzaris, quo deportatus est Jehojacin sive Jeconja: vide 2. Reg. 24. 16. 29 *Anno decimo octavo*] cùm expugnata sunt Jeruschalaima, & captus Tzidkija. 30 *Vicesimo tertio*] id est, quinto post annoquàm urbs capta fuerat: nam occasionem novam Judæi attulerunt suis illis motibus quos Jirmeja enarravit suprà 40. & sequentibus.

LAMENTA-

LAMENTA-
tiones Iirmejæ.

ARGUMENTUM.

LIBER *Lamentationum querimonias lugubres continet de miserabili Judæorũ statu inde a morte Joschÿæ Regis; quo tanquam calamitatum omnium primordio Jirmeja adductus est ad deflendum præsentes & instantes Ecclesiæ regniq; totius miserias. Quapropter ipse tum suo, tum piorum omnium nomine conqueritur de malis gravissimis acceptis, peccata publica privataq; confitetur, omnes ad resipiscentiam, fidem, & orationem revocat, iram Dei deprecatur, gratiam petit, & misericordiam implorat ex fœdere.*

CAPUT I.

Ecclesia Dei exstincto Ioschÿa, & regno Iudææ tributario effecto, ac per AEgyptios divexato, de calamitatibus suis conqueritur; quas peccatis suis acceptas ferens, Deum orat pro remissione peccatorum & salute sua: deinde sermone ad Gentes converso ostendit omnia a Deo, non ab hominibus profecta esse; ipsarum fuisse ut afflicti populi misererentur; & propter mala ab eis illata Deum orat pro salute sua, earumq; excidio ad gloriam ipsius.

Aleph. 1 QUOMODO desidet [a] solitaria civitas amplissima populo, similis est viduæ? amplissima inter gentes, princeps inter provincias *quomodo* est [a] tributaria?

Beth. 2 *Quomodo* [b] planè flet noctu, & lachrymæ ejus descendunt in maxillas ejus, nullo eam consolante ex omnibus amantibus ejus? omnes amici ejus perfidè agunt contra eam, [c] effecti in eam inimici?

Gimel. 3 *Quomodo* migrat Jehuda præ afflictione & præ amplitudine servitutis, & ipsa residens in gentibus non invenit quietis locum? quicunque persequebantur eam, assequuntur eam inter angustias?

Daleth. 4 *Quomodo* viæ Tzijonis lugent quòd nulli veniãt ad solennitatem, omnes portæ ejus sunt desolatæ, Sacerdotes ejus gementes: virgines ejus mœstæ, & ipsa amaritudini est sibi?

5 Effecti

a Heb. in tributum.
b Heb. flendo flet.
c Heb. sunt illi in inimicos.

5 [n] Effecti sunt hostes ejus in caput, inimici ejus [n] trãquillè agunt, quia Jehova mœstitia afficit eam propter amplitudinem defectionum ejus: [n] parvuli ejus abeunt *in* captivitatem coram hoste.

6 Et excedit e filia Tzijonis totus decor ejus: sunt principes ejus velut cervi non inveniẽtes pascuum, abeuntes absque virtute coram persequente:

7 Recordatur *urbs* Jeruschalaimorum diebus afflictionis suæ & ploratuum suorum, omnes res suas desyderabiles, quæ adfuerant a diebus [d] priscis; cadente populo suo manu hostis, & nemine auxilium ferente sibi, cùm videntes eam hostes irrident [n] cessationes ejus.

8 Peccatum [e] perpetravit urbs Jeruschalaimorum, propterea [f] [n] tanquam ex immunditia separata est: omnes qui honore afficiebant eam vilipendunt eam, quia viderunt nuditatem ejus; etiam ipsa gemit, postquam [n] aversa est retrorsum.

9 Immunditiæ suæ in fimbriis suis [g] mercedem *esse* nondum recordatã, [n] descendit [h] mirabiliter, nemine consolante ipsam: respice Jehova afflictionem meam, quòd magnificet se inimicus,

10 Manũ suam pandat hostis ad omnes res desyderabiles ipsius: quòd [n] videat gentes ingredi [n] sanctuarium suum ipsa cui præcepisti, ne adveniunto in congregationem tibi:

11 Totus populus suus gemant quærentes panem, exponant res suas desyderabiles pro cibo, ad [i] reficiẽdum se: respice Jehova & intuêre, me [k] vilipendi.

12 [n] Nihil ad vos, ô viatores omnes; intuemini & videte [n] an sit dolor par dolori meo, qui factus est mihi: quam afficit Jehova mœrore die æstus iræ suæ.

13 E sublimi immittit ignem in ossa mea, [n] cui dominatur: pandit rete pedibus meis; [n] avertit me retrorsum, reddit me desolatam, toto die languidam.

14 [n] Compactum est jugum defectionum mearum manu ejus, quibus contortis & ascendentibus super collum meum labefactat virtutem meã: tradit me dominus in manus *eorum à quibus* nõ possum exsurgere.

15 Conculcat omnes robustos meos Dominus in medio mei, convocat contra me conventum ad frangendum juvenes meos: [n] torcũlar calcat Dominus virgini filiæ Jehudæ.

16 Propter hæc ego fleo; [m] ex oculo meo, ex oculo meo descendit aqua; quia longè abest a me consolator qui reficiat me: sunt filii mei desolati, quia invalescit inimicus.

17 Quamvis pandat Tzijon manus suas, nemo consolatur eam, [n] præcepit Jehova de Jahhakobo qui circumstant ipsum hostes ipsius esse: [n] effecta est urbs Jeruschalaimorum ut separata propter immunditiã interillos.

18 Justus *est* Jehova, eo quòd contra [o] præstitutum ejus rebellavi: audite

d Heb. antiquitatis.
e Heb. peccavit.
f Heb. est in separatam propter immunditiam.
g Heb. finẽ.
h Heb. miraculis.
i Heb. restituendum animam: sic ver. 16. & 19.
k Heb. esse vilem.
m Heb. oculus meus, oculus meus descendit aquis: hypallage emphatica.
n Heb. os.

audite quæso omnes populi, & aspicite dolorem meum, virginum mearum, & juvenum meorum abeuntium in captivitatem.

ט 19 Me inclamantem "amantes meos ipsi "fefellerunt, "Sacerdotes mei & seniores mei in ipsa civitate exspirarunt: cùm quærerent escam sibi qua reficerent se ipsos.

ר 20 "Aspice Jehova, nam angustia est mihi, viscera mea "lutulenta facta sunt, versat se cor meum in medio mei, quia° omnino rebellavi: foris orbat gladius, intus *est* planè mors. °Heb. rebellando.

ש 21 Audientium me in gemitu esse nemo consolatur me, omnes inimici mei audito malo meo gaudent te *id* facere: adduces "diem *quem* promulgasti, ut sint pares mihi.

ת 22 Veniat tota malitia eorum in conspectum tuum, & confice eis quemadmodum confecisti mihi propter omnes defectiones meas: nã amplissimi sunt gemitus mei, & cor meum languidissimum.

ANNOTATIO.

1 *Quomodo*] Etsi hic Lamentationum liber non unam tantùm calamitatem Judæorum deflet: sed multiplices quæ inèa a Joschijæ temporibus coortæ sunt subinde usque ad excidium totius regni, ac fermè populi: non dubium est tamen (ut author est Hhezra 2. Chron. 35. 25.) quin occasione mortis Joschijæ a Propheta fuerit conscriptus, & Ecclesiæ traditus. Nam cùm vidit Propheta (qui priùs prophetias de excidio regni audiverat, & ipse prophetaverat per revelationes Dei) Joschijam a Necone occisum, ac proinde regnum delabi in fiduciam Regis Ægyptiorum, ut historia sacra ostendit; ex istis malorum gravissimorum primordiis lamentum conscripsit, quo tum res præsentes, tum etiam successuras alias comprehendit: ut præmonita Ecclesia tunc resipisceret, aut saltè futuræ Ecclesiæ Dei reliquiæ post ictum in fide & veritate Dei magis confirmarentur, peccata confiterentur, sibi renuntiarent, Deum castè accederent, justitiam ejus prædicarent, & implorarent misericordiam. Sunt autem hujus capitis (quod alphabetico ordine conscriptũ est, ut sequentia tria, iis de causis quas proposuimus in Psalmum 111.) summæ partes duæ: una est propositio malorum quibus Ecclesia obruta est; versib. 11. altera est contestatio adversus hostes Ecclesiæ, usque ad finem. Propositionis autem loci sunt tres: primus est quæstio ex præsentibus & impendentibus Ecclesiæ Judæorum calamitatibus, versib. quatuor: secundus est hypophora sive responsio, qua Ecclesia confitetur & statuit malorum suorum causam in peccatis suis, quatuor alteris; tertius est precatio, tribus. *Solitaria*] exhausta plurimùm civibus, amisso Rege optimo, qui regni quasi maritus est & popularium quasi pater. *Tributaria*] videlicet Regi Ægypti, per quem Joachaz deportatus est, mulcta imperata, canon indictus, & Jojakim Rex fiduciarius sive beneficiarius institutus, 2. Reg. 23. & 24. & 2. Chron. 36. 2 *Planè flet*] id est, tam acerba est calamitas, ut ne ipsum quidem tempus quietis in quiete possit transigere. Est autem pathetica gradatio, hoc vers. tum hîc, tum etiam in sequentibus pluribus observanda. 3 *Migrat*] id est, cives & incolæ regni sponte diffugiunt, pertæsi calamitatum & servitutis durissimæ, quæ regnum totum opprimitur. *Quicunq; persequ.*] id est, finitimi, qui semper fuerunt Judæis hostes infensissimi. *Inter angustias*] videlicet quasi domesticas in regno: & exteras apud finitimos. 4 *Viæ Tzijonis*] id est, cultus Dei desertus est & omnia luctifica: prosopopœia. 5 *Effecti sunt*] responsio ad præcedentem quæstionem lugubrem, ut diximus in vers. 1. De hoc autem loquendi genere vide Deut 28. 13. & 44. *Tranquillè agunt*] id est, cõmodè & nullo negotio Judæam vexant. *Parvuli ejus*] id est, nemini parcitur planè aut ætatis causa, aut sexus. 7 *Cessationes ejus*] cessare totum decorem illum qui nominatus est antè, nempe Principes, & omnes res desyderabiles. 8 *Tanquam ex immund.*] id est, quia peccavit in Deum spiritualem suum conjugem, Deus abjecit illam & separavit a se ex ceremonia legis, Levit. 12. & 15. Hæc enim omnia dicuntur allegoricè, per comparationem mulieris impuræ. *Aversa est retr.*] id est, repulsam passa & separata a Deo. 9 *Immunditia sua*] tertius locus propositionis, quo Ecclesia piorum primùm agnoscit justitiam Dei perstantis in judiciis suis propter pertinaciam populi non advertentis ad immunditiam suam; deinde precatur tum ab afflictione sua, tum ab insolentia hostium, tum deniq; a gloria Dei, tribus versib. *Descendit*] id est, decrescit, & tanquam dejicitur de arce decoris sui: nam viginti duobus annis a morte Joschijæ regnum Jehudæ totum labefactatum est. 10 *Sanctuarium*] id est, terram sanctam suam: ut Exod. 15. 17. sensus est, videt eos potiri rerum omnium, quibus vel minimam administrationem in populo tuo non permiseras lege, Deut. 23. 3. & seq. 12 *Nihil ad vos*] secunda hæc pars capitis, qua Ecclesia gentes contestata se cõmittit Deo, duos locos summatim continet: unus est contestationis & παῤῥησ ad permovendum gentes, flectendũq; ad misericordiam, octo versibus; alter est precationis, ut Deus gentes immisericordes Ecclesiæ misertus vicissim puniat, tribus ultimis. Prioris autem loci summa argumenta sunt duo: unus est, non esse a gentibus, sed a Deo ipso calamitates Judæorum; ac proinde non posse illas jure sibi in hac causa quidquam assumere, versibus quatuor: alterum, potius debuisse gentes misereri afflictorum, conscientia judiciorum Dei æquè sibi impendentiũ, quàm miserias accumulare implorantibus misericordiam, quatuor alteris: quæ duo summatim in principio hujus versus proponuntur, quasi dicat, statuitis quidem cum animis vestris hæc nihil vos attinere; sed tamen, si sapitis, attendite penitius, & animadvertite exemplo meo rem longè aliter habere quàm existimatis. *An sit dolor*] quasi dicat, ex infinitate mali *dominatur*] id est, cujus Dominus est & moderator Deus, ac non homines illi: quod vobis ipsi tribuitis. *Avertit me*] id est, depellit me & dejicit a se in terram, ut dicit infrà 2. 1. 14 *Compactum est*] secunda allegoria a comparatione jumenti subjugi: defectiones meæ (inquit) sunt tanquam lora & vimina; hanc materiam assumit Deus, compingit, contorquet tanquam vieta vimina, & imponit cervicibus meis illarum jugum tam grave ut infirmet vires meas. 15 *Torcular calcat*] tertia allegoria, cui similis est Jeschahh. 63. 3. 17 *Præcepit Jehova*] quasi dicat, idq;

justo judicio Dei, qui solus bene utitur malis. *Effecta est*] id est, abjecta ab omnibus, prout a Deo abjecta est, supra vers. 8. 19 *Amantes meos*] id est, eos quibus amor mei & cura a Deo fuerat commissa: atque hi deinde per epexegesin nominantur. *Fefellerunt*] id est, non præstiterunt exspectationem meam: nam tantum abfuit ut mihi possent prospicere, ut ne sibi quidem ab exitio caverint. *Sacerdotes mei*] id est, curatores rei Ecclesiasticæ apud Deum, atque politicæ apud homines, quorum consiliis oportet stare rempublicam. 20 *Aspice*] oratio bimembris, ut diximus in vers. 12. pro salute Ecclesiæ, & adversariorum excidio. *Lutulenta*] id est, ut mare procellosum æstuant, fluctuantq; , tanquam si vehementissimis fluctibus lutum excitarent: synecdoche allegorica elegantissima, cui similem, etsi vario sensu, vide Jeschahh. 57. 24. Hoc enim amplius est quàm si diceretur, fluctuant, aut strepunt, ut alibi in scriptura legitur: sic infrà 2. 11. 21 *Diem quem prom.*] nimirum prædictionibus Prophetarum adversus gentes: cujusmodi apud Jeschahh jam & Jirmejam habentur multæ.

Caput II.

Propheta lamentum facit de everso populo, regno, cultu Dei, & regione tota: ac propter eâ commiseratione suam explicans, gravitatem malorũ & indignitatem amplificat: Judæosq; tandem instituit quomodo sint imploraturi Dei misericordiam.

1 [a] Quomodo [a] densa obtegit nube iræ suæ Dominus filiam Tzijonis, dejicit e cœlis in terram ornatum Jisraëlis? ac non recordatur scabelli pedum suorum die iræ suæ?

2 *Quomodo* absorbet Dominus non utens clementia omnia habitacula Jahhakobi, destruit excandescentia sua munitiones filiæ Jehudæ, [b] deturbans in terram: [c] ut prophanum abjicit regnum cum principibus ipsius?

3 *Quomodo* succîdit æstu iræ totum [a] cornu Jisraëlis, adducens retrorsum dexteram suam [d] ne obsistat inimico; & exardescens in Jahhakobum, ut ignis [e] inflammatus consumens circumquaq;?

4 *Quomodo* tendit arcum suum velut inimicus, constitutus dextera sua velut hostis, ut interficiat omnes desyderabiles oculo: in tentorio filiæ Tzijonis effundit, ut ignem, æstum suum?

5 *Quomodo* est Dominus similis inimico, absorbet Jisraëlem, absorbet omnia palatia ejus, perdit omnes munitiones ejus: & plurimum affert in filia Jehudæ mœroris & mœstitiæ;

6 Et [a] vi abripit ut horti sepem suam, perdit locũ conventus sui; prorsus obliviscitur Jehova [a] *habendi* Tzijone conventus, & sabbathi, ac spernit indignatione iræ suæ Regem & Sacerdotem?

7 *Quomodo* rejicit Dominus altare suum, detestatur sanctuarium suum, tradit in manum inimici, muros, palatia illius: vocem edunt *inimici* in domo Jehovæ, [a] ut die conventus?

8 *Quomodo* cogitat Jehova corrumpere muros filiæ Tzijonis, [a] extendit regulam, non retrahit manum suam quin absorbeat; & luctum affert præmunitioni & muro, pariter [a] languescentibus?

9 *Quomodo* demerguntur in terram portæ ejus, perdit & confringit vectes ejus: Rex ejus & Principes ejus sunt inter gentes [a] sine lege, etiam Prophetæ ejus; [f] non habent præsentem visionem a Jehova?

10 *Quomodo* sedentes humi conticescunt seniores filiæ Tzijonis, imponunt pulverem capiti suo, accingunt ciliciis; demittunt in terram caput suum virgines Jeruschalaimorum?

11 [a] Defi-

[a] Heb. obnubilat ira sua.

[b] Heb. facit ut pertingat.

[c] Heb. prophanat.

[d] Heb. a facie inimici.

[e] Heb. flammæ.

[f] Heb. nõ inveniunt: sic inf. vers. 16.

כ 11 "Deficiunt lachrymis oculi mei, "lutulenta fiunt viscera mea, effunditur in terram "jecur meum propter contritionem filiæ populi mei; dum obruitur "infans & lactens in plateis urbis,

ל 12 Matribus suis dicentes, ubi est frumentũ & vinum? dum obruunt se se similes confosso in plateis civitatis, dum effundit se se anima eorum in sinum matrum suarum.

מ 13 "Quod testimonium afferrem tibi? quod exemplum darem tibi, ô filia Jeruschalaimorum? quid æquarem tibi ut consoler te, ô virgo filia Tzijonis? nam magna est velut maris contritio tua, quis curaturus esset te?

נ 14 "Prophetæ tui vident tibi vanum & insulsum, neq; retegunt iniquitatem tuam ad avertendum captivitatem tuam: sed vident tibi onerosas prophetias[g] rerum vanarum & ad depulsionem spectantium.

ס 15 "Plaudunt super te manus suas omnes[h] viatores, "sibilant & "movẽt caput suum contra filiam Jeruschalaimorum: hæccine, *inquiunt*, civitas illa quam dicebant "perfectam pulchritudine, gaudium toti terræ?

ע 16 "Dilatant contra te os suum omnes inimici tui, sibilant & "frendunt dentibus suis dicentes, absorbuimus: utique hic dies ille est quem exspectabamus, præsentem habemus, [i] fruimur.

פ 17 Facit Jehova quod cogitaverat, perficit sermonem suum quem præceperat a diebus [k] priscis, destruit non utens clementia: & lætificat contra te inimicum, extollit cornu hostium tuorum.

צ 18 "Clamat cor istorum "contra Dominum: ô mure filiæ Tzijonis, fac ut descendant tanquam torrens lachrymę interdiu ac noctu, ne permittas intermissionem tibi, ne desistat pupilla oculi tui.

ק 19 Surge, vociferare "de nocte, in principio vigiliarum, effunde ut aquas cor tuum coram facie Domini: attolle ad eum manus tuas pro anima parvulorum tuorum qui obruuntur fame in capite omnium vicorum, *dicens*:

ר 20 "Respice Jehova & intuêre "quibus opereris ita: comederéne mulieres fructum suum, parvulos palmares? interficíne in sanctuario Domini Sacerdotem & Prophetam?

ש 21 Jacent humi in vicis puer ut senex, virgines meæ ut juvenes mei cadunt gladio: interficis die iræ tuæ, mactas non utens clementia.

ת 22 Convocas quasi ad diem conventus formidines meas circumquaque, neque est die iræ Jehovæ qui evadat aut superstes *maneat*: quos palmis gestabam & educabam, hos inimicus meus consumit.

g Heb. vani & depulsionum.

h Heb. trãseuntes via: ut suprà 1.12.

i Heb. videmus.

k Heb. antiquitatis: ut suprà 1.7.

ANNOTATIO.

1 *Quomodo*] Hujus capitis duæ sunt in universum partes: prior est expostulatio pathetica pro toto populo Judæorum, decem versib. altera est documentorum Prophetæ ad populum, inde ad finem usque. Expostulationis autem membra sunt tria: primùm enim conqueruntur Judæi de calamitatibus totius regni a Deo importatis, versib. quatuor seq. secundò de cultu ipsius dejecto, versib. duob. ac postremò de ipsa metropoli, in qua stabant regnum Davidis & cultus Dei, tribus versib. quæ omnia prolepsi hoc vers. continentur, & per ὑστέρωσιν deinceps exornantur. *Densa nube*] elegans metaphora, continens tacitam antithesin nubis gloriæ, quæ priùs apparuit Jeruschalaimis in dedicatione templi, 1. Reg. 8. 10. & præsentium calamitatum, quæ cum densa nube & caligine ferè comparantur.

2 *Absorbet* id est, tollit momento funditus, tanquam absorberet: nam hæc omnia figuratè tribuuntur Deo. *Cornu* vide 1. Schem. 2. 1. 6 *Via abripit*] sic Psal. 80. 13. & 89. 41. & Jeschahh. 5. 5. *Habendi Tzij.*] ex promissione & lege ipsius, Exod 23. & 25. & antiquo more. 7 *Ut die con.*] edebatur a populo Dei precibus & laudibus, cùm tres anniversariæ solennitates agerentur. 8 *Extendit reg.*] videlicet ut evertatur funditus & æquetur solo: sic 2. Reg 21. 13. & Jeschahh. 24. 11. quod confirmant sequentia. *Languescentibus*] ac proinde ad ruinam luctuosam, veluti mortem, spectantibus: allegoriæ. 9 *Sine lege*] id est, legibus gentium constricti, & publico ordine Ecclesiæ, legisq; & prophetarum documentis carentes, quæ antè publicè in Judæa personaverant. 11 *Deficiunt*] secunda hæc pars (qua Propheta affert documenta Ecclesiæ laboranti) tria membra continet: primum est quoddã veluti exordium a commiseratione, duobus versib. secundum est exaggeratio mali, usq; ad vers. 18. tertiũ est consilium conversionis ad Deũ & orationis, quinq; versibus ultimis. *Lutulenta fiunt*] vide suprà 1. 20. *Jecur meum*] id est, sanguis e jecore diffugit, velut profusus in terram. *Infans*] amplificatio ab ætate & circumstantiis. quasi dicat, eũ omnes pereunt miserrimè, ac ne parvulis quidem (quorum miserabilior conditio est) consulitur. 13 *Quod restimonium*] transitio ad secundum membrum, commiserationem διʼ ἀπορίας, id est, per dubitationem, quæ in animorum permotionibus est vehementissima. Continet autem hæc commiseratio duplicem exaggerationem: primùm quòd nullum malum cum hoc comparari potest, hoc vers. deinde quòd nusquam apparet spes boni tanquam media tempestate in alto versantibus, neq; ab ipsis, seq. vers. neq; ab exteris, vers. 15. & 16. neq; a Deo, vers. 17. 14 *Prophetæ tui*] id est, qui modò prophetant tibi: nam hoc crimen suis temporibus Jirmeja plurimùm exprobrat: ut 23. 9. & sequentib. ubi habetur plenissima hujus versus interpretatio. 15 *Plaudunt*] sic Ijobi 26. 23. *Sibilant*] sic 1. Reg. 9. 8. *Movent caput*] sic 2. Reg. 19. 21. *Perfectam pulchr.*] ut Psal. 50. 2. 16 *Dilatant*] ut Psal. 22. 14. *Frendunt*] ut Ijobi 16. 9. 18 *Clamat*] consilium Prophetæ, ut diximus in vers. 11. cujus partes sunt duæ: una, qua Propheta Judæos docet quibus argumentis & qua ratione Deum oporteat accedere, duobus versib. deinde formulam orationis præscribit, tribus. Argumenta autem sunt hæc, blasphemia adversariorum, principio hujus vers. & resipiscentia Judæorum, cujus forma duobus his versib. ostenditur per prosopopœiam. *Contra Dominum*] id est, non contra te, sed contra Dominum sunt istorum blasphemiæ: ut 2. Reg. 19. 22. 19 *De nocte*] id est, indesinenter, palàm, ex animo toto, omnibus signis & modis miseriam tuam expone Domino. 20 *Respice Jehova*] propositio summa precationis, cujus ἐργασία habetur versib. duobus seq. *Quibus operaris*] amplificatio est ad captandam misericordiam a natura, ætate, & ordine personarum: nam a natura est alienissimum ut matres comedant liberos: ætas, ut cùm pueri adhuc palmares sunt, misericordiam movet; dignitas verò ordinis reverentiam habet, cujus causa Sacerdotibus ampliùs parcitur, ut Num. 16. & 26.

Caput III.

Ecclesia Iudæorum de malis gravissimis a Deo immissis expostulat: & certamina spiritualia sua exponens, declarat se fide certa in Deum ex rebus ipsis præsentibus, antecedentibus exemplis, natura & promissis Dei in spe salutis vivere: ac postremò confitens peccata sua, & præsentes præsentes amplificans, Deum supplicat pro salute sua & adversariorum exitio.

a Heb. videt. 1 ᵃEgo vir ille sum *qui* experitur afflictionem, virga excandescentiæ ᵃillius.

2 Me ducit & agit ᵃtenebris, non autem luce:

3 Tantùm mihi adversans, ᵃobvertit manum suam toto die:

4 Terit carnem meam & cutem meam, confringit ossa mea:

5 ᵃExstruit contra me, & cingit cicuta & molestia:

b Heb. seculi. 6 In tenebrosis locis collocat me, ut mortuos ᵇolim:

7 Sepit circum me ut non exeam, aggravat chalybeam numellam meam.

8 Etiam cùm clamo & vociferor, obstruit orationi meæ:

9 Sepit vias meas ᵃcæso lapide, semitas meas pervertit:

10 Ursus insidians est mihi, leo in latibulis,

11 Vias meas vagas efficit & ᵃdiscerpit me, reddit me desolatum.

12 Tendens arcum suum statuit me sagittæ suæ ut scopum,

c Heb. filios, id est, prodeuntes e pharetra. 13 Immittit in renes meos ᶜtela pharetræ suæ.

14 Sum risui cum toto populo meo, modulatio ᵃistorum toto die.

d Heb. amaritudinibus. 15 Satiat me ᵈsumma amaritudine, inebriat me absinthio:

16 ᵃEt comminuit in scrupis dentes meos, deprimit me in cinere.

17 ᵃAdeò

17 "Adeò rejicis a pace animam meam, ut oblitus sim boni,
18 "Et dixerim, periit robur meum, & spes mea a Jehova.
ז 19 "Recordando afflictionis meæ & ploratus mei, "absinthii & cicutæ,
20 'Planè *inquam* recordando, meditatur apud me anima mea:
21 Hoc revoco in[f] animum meum, *ac* propterea spero;
ח 22 [g]"Summæ benignitatis est Jehovæ quòd non sumus absumpti, "quòd non finiuntur miserationes ejus,
23 Novæ sunt singulis matutinis, amplissima "fides tua.
24 Pars mea Jehova est, inquit anima mea; propterea spero in eo.
ט 25 "Bonus est Jehova exspectantibus ipsum, animæ requirenti ipsum.
26 Bene est & speranti & acquiescenti in salute Jehovæ.
27 Bene est viro huic, cùm tulerit "jugum in pueritia sua;
י 28 Qui sedens solitarius acquiescit, quòd imposuerit ipsi *Deus*;
29 *Qui* "indit pulveri os suum *dicens*, "fortè est exspectatio,
ך 30 Præbet percutienti se genam, satiatur opprobrio.
31 "Nam non rejicit in seculum Dominus;
32 Sed cùm affecit mœstitia, etiam miseretur pro amplitudine benignitatum suarum:
ל 33 Non enim affligit "ex animo suo, mœstitiaq; afficit filios viri.
34 Conterere sub pedibus suis omnes vinctos terræ,
35 Detorquere jus viri coram facie superioris,
מ 36 Pervertere hominem in causa sua, Dominus non [h]probat.
37 "Ecquo dicente exsistit aliquid, *si* Dominus non præceperit?
38 Ex ore Excelsi *an* non prodit [i]malum quodq; & bonum?
39 Cur quiritaretur homo vivens, vir propter [k]pœnas peccatorum suorum?
נ 40 "Perscrutemur vias nostras, & pervestigemus; atque revertamur usque ad Jehovam.
41 Attollamus animum nostrum cum manibus ad Deum fortem in cœlis, *dicentes*,
ס 42 "Nos defecimus & rebellavimus, "tu non condonas.
43 Obtegis ira & persequeris nos, interficis, non uteris clementia:
44 "Obtegis nube te, ne pertranseat oratio:
45 "Purgamentum & rejectamentum statuis nos in medio istorum populorum:
פ 46 Dilatant contra nos os suum omnes inimici nostri:
47 Pavor & fovea adest nobis, vastatio, & contritio:
48 Rivis aquarum [l]perfluit oculus meus, propter contritionem filiæ populi mei:
ע 49 Oculus meus defluit nec desistit, ex eo quòd nullæ sint intermissiones,
50 Donec "prospiciat & videat Jehova e cœlis.

[e] *Heb.* recordando recordatur.
[f] *Heb.* cor: sic deinceps.
[g] *Heb.* benignitatum.
[h] *Heb.* videt: ut Deut. 12. 13.
[i] *Heb.* mala.
[k] *Heb.* peccata: noëma; ut Genes. 4. 13.
[l] *Heb.* descendit.

51 Oculus meus afficit animam meam, propter omnes filias civitatis meæ.

m Heb. venando. 52 [m]Omnino venantur me, tanquam aviculã, inimici mei immeritò:

53 Exscindentes *dejiciunt* in foveam vitam meam, & projiciunt lapides in me.

54 "Exundantibus aquis supra caput meum dico, succisus sum.

n Heb. cisterna infimorũ *locorum*: ut Psal. 88. 7. 55 "Invoco nomen tuum Jehova, e"fovea infima.

56 Vocem meam exaudivisti; ne occultes aurem tuam, ad respirationem meam, in vociferatione mea.

57 Appropinquans quo die invocabam te, dicebas, ne timeto:

58 Agens, Domine, causas animæ meæ, vindicabas vitam meam.

o Heb. meã. 59 Vides, ô Jehova, perversitatem° quæ exercetur in me; judica judicium meum.

60 Vides totã ultionem istorũ, omnes cogitationes istorũ contra me:

61 Audis probrum istorum, ô Jehova, omnes cogitationes istorum adversus me,

62 Sermones insurgentium in me, & meditationem istorum adversus me toto die.

63 Sedere istorum & surgere istorum intuêre, me esse "modulationem istorum.

64 "Redde eis retributionẽ, Jehova, secundum opus manuũ ipsorũ.

65 Adhibe his "protectionem animi *tui*, istis exsecrationem tuam:

66 Persequere ira & perde eos, ne sint sub "cœlis Jehovæ.

ANNOTATIO.

1 *Ego vir ille*] Hujus capitis in universum partes præcipuæ sunt tres: expostulatio de perpessionibus gravissimis quæ Judæis obvenerunt, versib. 18. deinde narratio spiritualium certaminum & felicis victoriæ quam reportat pius animus ex certaminibus per fidem, usq; ad vers. 42. postremò oratio piorum ex certaminibus suis fide emergentiũ, ad finem usq;. Est autem tota expostulatio figurata, scatens allegoriis: in qua totus populus Judæorum specie unius hominis narrat perpessiones suas. *Illius*] videlicet Dei, ut docent sequentia. 2 *Tenebris*] nempe densissimarum afflictionum, ac omni prosperitate carentium. 3 *Obvertit man.*] id est, hinc inde continenter verberat. 5 *Exstruxit*] id est, obsidet me circumquaq;, & circumvenit molestiis amarissimis, tanquã militibus oppugnantibus me. 9 *Cælapide*] id est, infractis & inexsuperabilibus impedimentis. 11 *Discerpsit*] ut ovem vagam ursus aut leo, cujus meminit superiore vers. 14 *Istorum*] hostium. 16 *Et comminuit*] id est, tanta vi deturbat me ac prosternit in terrã, ut elisi dentes comminuantur scrupis, & os repleatur cinere. 17 *Adeò rejecis*] apostrophe ad Deum, exaggerans præcedentem expostulationem, & transitum comparans ad secundam partem. 18 *Et dixerim*] id est, propè in abyssum desperationis corruerim. 19 *Recordando*] secunda hæc pars capitis primùm narrat certamẽ piorum, tribversib. deinde victoriam, usq; ad vers. 40. ac postremò hortatione concluditur, vers. 40. & 41. *Absinthii &*] ut sup. vers. 5. & 15. 22 *Summæ benignit.*] nobilissima hæc victoriæ prædicatio exponitur per ethopœiã, cujus argumenta omnino sunt quatuor: primum est conscientia benignitatis Dei ab experientia ipsa in mediis malis, histrib. versib. secundum est exemplorum gratiæ Dei erga omnes humiles fide perferentes mala, usq; ad vers. 31. tertiũ est naturæ Dei & gratiosæ erga suos, vers. 31. & duob. seq. & alienæ ab injustitia adversariorum tyrannica, inde ad vers. 37. quartum est omnipotentiæ Dei, quæ alterum est fulcrum fidei nostræ, sine qua nihil fit, & per quam quicquid nobis fit mali justè fit propter peccata nostra, usq; ad vers. 40. Conscientia potrò benignitatis Dei ex re præsente confirmatur, hoc modo: tanta est peccatorum nostrorum gravitas, tanta pœnarum acerbitas, ut si summo jure ageretur, jam millies actũ esset de nobis infirmissimis homuncionibus: atqui servamur a peccatis & in mediis pœnis nostris: hoc ergo non virtutis nostræ est, sed infinitæ benignitatis Dei quòd adhuc vivimus, ut Jeschahh. 1. 9. *Quòd non fin.*] id est, perstant erga nos. 23 *Fides tua*] id est, promissorum tuorum ex fœdere constantia & veritas. 25 *Bonus est*] secundum argumentum, ut diximus in vers. 22. 27 *Jugum*] videlicet crucis a Deo impositæ, ut dicitur seq. vers. 29 *Indit pulveri*] id est, habens reverentiam Deo & prostratus in terram conticescit, ut loquitur Apostolus 1. Corinth. 14. 25. *Forte*] sic excludi solet in scripturis diffidentia, ut Jehoschu. 14. 12. 31 *Nam non*] tertium argumentum ethopœiæ, ut diximus in vers. 22. 33 *Ex animo*] quasi dicat, contra animum suum, & quodammodo invitus facit Pater miserationum ut affligat suos. 37 *Ecquo*] quartum ethopœiæ argumentum, ut vers. 22. observavimus. 40 *Perscrutemur*] hortatio, ut diximus vers. 22. ad tertiam capitis partem μεταβατικὴν. 42 *Nos defecimus*] tertia hæc pars, oratio Ecclesiæ, continet primùm confessionem peccati, hoc vers. cum amplissima expostulatione malorũ ex peccatis advenientium, usq; ad vers. 55 deinde verò postulata salutis ad populum Dei perventuræ, & judiciorum in adversarios, ad finem usq;. *Tu non condon.*] id est, ac proinde jam nos flagellas defectionum nostrarum & rebellionũ nomine. 44 *Obtegis nube*] ut sup. vers. 8. 45 *Purgamentum*] id est, quod veteres Latini dicebãt ex verras: sic 1. Corinth.

Corinth.4.13. 50 *Prospiciat*]id est,opere demonstret se prospicere:humanitus dictũ. 54 *Exundantibus aquis*] ut Psal.124.4.& 5. 55 *Invoco*]secundum orationis membrum comprehendit postulata duo suis causis conjuncta: unum est,salus piorum tum propter fidem & antegressam beneficiorũ Dei experientiam, hoc vers' & trib.seq.tum propter inimicorum perversitatem,vers.59. alterum est excidium & ultio inimicorum propter improbitatem cogitationum,sermonum,& factorum, cujus illi sunt rei coram Deo, usq; ad vers.65.quæ duo summatim repetuntur, duob.reliquis versib. 63 *Modulationem*]ut sup.vers.14. 64 *Redde eis*]ut Psal.28.4.& 94.2. 65 *Protectionem*] id est,defensionem illam,quam tu ex animo soles adhibere ad servandũ bonos:ut qui non affligis eos ex animo tuo, sup.vers.33. 66 *Cœlis Jehovæ*] amplificatio per antithesin insolentissimæ hostium arrogantiæ; qui non modò terram,sed ipsum quoque cœlum (cujus aërem vivis omnibus communem esse natura docet) sui juris esse confidunt; ac proinde non dubitant bonis eripere, quos hæredes cœli & terræ constituit Dominus.

Caput IIII.

Propheta Ecclesiæ & populi mala deplorans verbis amplissimis, causam eorum narrat positam esse in judicio Dei, qui contra Iudæos propter peccata ipsorum præterita & præsentem vanitatem obfirmationem̃q; exarserit: ac postremò adversariis exitium, piis liberationẽ suo tempore venturam prænuntiat.

א 1 QUOMODO "obscuratur aurum, mutatur insigne aurum præstantissimum: "diffunduntur lapides sanctitatis in capite omnium vicorum?

ב 2 Filii Tzijonis pretiosissimi, qui taxandi essent auro purgatissimo; quomodo reputantur pro utribus testaceis opere manuum figuli?

ג 3 "Etiam phocæ "præbent mammam, lactant catulos suos: *quomodo* filia populi mei propter crudelem *inimicum* est similis ululis in deserto? *a Heb.* exuunt: translatum a mulieribus lactantibus.

ד 4 *Quomodo* adhæret lingua lactentis palato ipsius præ siti, parvulis ipsis petentibus panem qui partiatur nemo est?

ה 5 Qui comedebant in deliciis, *quomodo* desolantur per vicos? *quomodo* qui nutriebantur in coccino "amplexantur stercora?

ו 6 Et "major est [b] pœna filiæ populi mei "supplicio Sedomi: quo everso quasi momento non manserunt in eo "manus? *b Heb.* iniquitas filiæ populi mei, quàm peccatum: ut sup.3.39.

ז 7 "Puriores erant Nazaræi illius nive, nitidiores lacte: rubebant corpore magis quàm carbunculi, *major quàm* Sapphiri polities eorum:

ח 8 *Quomodo* obscurior est nigredine forma eorum, non agnoscuntur in vicis: concreta est cutis eorũ cum osse ipsorum, aret, est similis ligno?

ט 9 *Quomodo* [c] melius habent confossi gladio, quàm confossi fame: *melius* "qui perfluunt transfixi, [d] quàm destituti proventibus agri? *c Heb.* meliores sunt. *d Heb.* a proventibus: elliptica loquutio.

י 10 *Quomodo* manus mulierum "misericordium coquunt natos ipsarum; sunt alimento ipsis in contritione filiæ populi mei?

כ 11 "Consummat Jehova æstum suum, effundit æstuantem iram suam: & accendit ignem Tzijone, qui exedat fundamenta ejus:

ל 12 Non credidissent Reges terræ,& omnes habitatores orbis habitabilis; ingressurum esse hostem & inimicum in portas *urbis* Jeruschalaimorum.

מ 13 Propter peccata "Prophetarum ejus, iniquitates Sacerdotum ejus; effundentium in medio ejus sanguinem justorum:

נ 14 "*Quia* evagantur "cæci per vicos, contaminantur sanguine; "quem non possunt quin tangant vestimentis suis:

ס 15 Recedite impurus *quisque*, proclamant "eis, recedite, recedite, ne

attingitote, quia penna uruntur etiam evagantes: dicunt in Gentibus, non ampliùs commorabuntur.

16 Quos irata facies Jehovæ dispertita est, quos non est intuitura amplius; *quorum hostes* rationem Sacerdotum non habent, senibus non faciunt gratiam.

17 Et adhuc nos, oculi nostri consumuntur desyderio auxilii nostri vanissimi: speculatione nostra speculamur versus Gentem non servaturam.

18 Venantur gressus nostros, ne eamus per plateas nostras: appropinquat finis noster, implentur dies nostri, imò advenit finis noster.

19 Leviores sunt qui persequuntur nos aquilis cœli: in ipsis montibus insectantur nos, in ipso deserto insidiantur nobis.

20 Spiramentum narium nostrarum, unctus Jehovæ, capitur in foveis istorum: de quo dicimus, in umbra ejus nos victuros inter Gentes.

21 Gaude & lætare, ô filia Edomi, ô quæ habitas in terra Hhutzi: etiam ad te transiturum est poculum, inebriabis te, & nudabis te.

22 Consumpta iniquitate tua, ô filia Tzijonis, non perget in deportatione relinquere te: animadvertet tuam iniquitatem, ô filia Edomi, deportabit propter peccata tua.

d Heb. facie Sacerdotũ non suscipiunt.
e Heb. ad auxiliũ, ut Psa. 119.81. & 82.
f Heb. vanitatem.

ANNOTATIO.

1 *Quomodo*] Hujus capitis summæ partes sunt tres: prima est erotematica expostulatio de rebus omnibus divinis & humanis eversis, sæviente gladio & fame, usq; ad vers. 11. secunda est ὑποφορὰ, causas & rationes calamitatum illarum explicans, usq; ad vers. 21. tertia est denuntiatio judicii hostibus eventuri, & salutis Ecclesiæ, duobus ultimis. *Obscuratur*] id est, res pretiosæ ministrantes sacris exolescunt, tanquam si res claræ nitorem suũ amitterent. *Diffunduntur*] id est, abrepti e loco sacro ab impurissimis hostibus, & profusè usurpantur, & nefariè dissiciuntur, perinde ac si res nihili essent: sic in sequentibus. 3 *Etiam phocæ*] amplificatio calamitatis gravissimæ a comparatione animantium: ipsi, inquit, vituli marini liberè ad littus accedentes fœtus suos educant mammis, & locum receptus habent ubi contineant fœtus suos, donec in mare deducantur & assuefiant in eo: hujus verò populi mulieres tantum abest ut liberos suos lactare possint sine impedimento, ut contrà omnibus odio sint (tanquam avibus ululæ) ipsæ & ipsarum quoq; parvuli, ab omnibus infestentur, & ipsæ alendi partus suos commoditate careant. Vox quidem Hhebræa latè patet, significans serpentes, & reptilia magna, sive terrestria sive aquatica: sed cùm non omnium reptilium sint mammæ, neq; aquaticorum sint ii quos Propheta vocat catulos; necesse fuit hunc locum ad phocas, id est, marinos vitulos accommodari, qui a natura sunt quasi amphibii: vide Plini. lib. 9. natur. hist. cap. 13. Nam draconibus accommodari non potest, cùm volucrum solus vespertilio mammas habeat: serpentium terrestrium nulla species mammata est; ac proinde hęc ad marinum istud genus referri debent. 5 *Amplexantur sterc.*] id est, in fimetis victum quæritant præinopia. 6 *Major est*] hoc est, gravior re ipsa & diuturnitate temporis, ut deinceps exponitur. *Supplicio Sed.*] de quo Genes. 19. *Manus*] videlicet quæ diutius affligerent, postquam momento eversum fuit cum civitatibus cæteris. 7 *Puriores*] amplificatio calamitatis a constitutione Neziræorum, per antitheses hyperbolicas. 9 *Qui perfluunt*] id est, quorum sanguis effunditur. 10 *Misericordium*] id est, quæ a natura ferè sunt misericordes & indulgentiores liberis: simile vide 2. Reg. 6. 26. 11 *Consummat*] ὑποφορὰ, ut diximus in vers. 1. qua Propheta respondet ærumnas istas a Deo esse supra omnem exspectationem hominum, duobus versib. & quidem irato propter peccata Judæorum, tum præterita quæ ipsi hostes damnant atq; ulciscuntur, usq; ad vers. 17. tum etiã præsentia quæ documenta sunt obstinatissimæ Judæorum pervicaciæ, quatuor versib. 13 *Prophetarum*] ac multo magis cæterorum ordinum: vide 2. Chron. 36. 14. 14 *Quia evagan.*] exegesis præcedentis dicti de peccatis prophetarum, Sacerdotum, totiusq; populi, duobus versib. *Cæci*] ut Jeschahh. 42. 18. & seq. *Quem non possunt*] prout narratur de temporibus Menaschis, 2. Reg. 21. 16. cui conjungendum est quod scribitur 2. Reg. 24. 2. & 5. & 11. & 25. 2. 15 *Eis*] id est, justis, quorum sanguis effundebatur, ut meminit vers. 13. *Quia penna utun.*] id est, quia non ambulant, non currunt: sed præcipites cæco impetu volant in scelera, & vagos errores suos. *In gentibus*] id est, Judæis qui jam ad Ægyptios & Chaldæos fuerant deportati, prædicebant liberationem ex animo suo brevi affuturam esse: ut exemplum exstat Jirmejæ 28. 2. & seq. 16 *Quos irata fac.*] exaggeratio falsæ illorum prophetiæ quæ proximè præcessit, a persona Dei & inimicorum: certè, inquit, quod isti populares suos dicunt liberatum iri, neq; Deo neq; hostibus invitis effici potest: Dei autem stat sententia captivitatem annos septuaginta duraturam: hostes verò nulla autoritas, aut reverentia deterrere potest a captivis detinendis, quos sibi Deus tradidit. 17 *Et adhuc*] secundus peccatorum gradus, obstinatio: quòd videlicet Judæi Deo infenso & potentibus terrũ hostibus adhuc obfirmatè confidunt rebus inanibus; nempe exteris Ægyptiorũ aliorumq; copiis auxiliaribus (ut apparet ex Jirmejæ 27.) item fugæ, ac denique regi suo, quasi non potuisset sibi regnum illud Davidis temporariũ eripi, vers. 4. 18 *Venantur*] nimirum exstructis contra urbem propugnaculis, e quibus plateæ urbis observabantur: 2. Reg. 25. 4. 19 *In ipsis montib.*] id est, omnib. ex partib. sunt deprehensuri nos: vide 2. Reg. 25. 8. 20 *Spiramentum*] id est, Rex noster ex posteritate Davidis, quo freti saltem nobis datur aliqua interspirandi occasio in quibuslibet angustiis: nam præfidebant Judæi

Judæi dignitati illius regni, tanquam si putè & per se ipsum fuisset stabile; non autē spectabant Christū, qui finis est & complementum illius typi, neq; conditiones sibi imperatas. *In umbra ejus*]id est, adjumento ejus tanquam umbraculo recreati, ne defetiscamur aut exarescamus, velut æstu, malorum nostrorum amplitudine: metaphora, cujusmodi est Danijel. 4.9. 21 *Gaude*]tertia pars, ut diximus in vers. 1. cujus membrū prius exprimitur per ironiam. *Filia Edomi*] id est, inimici omnes, synecdochicè: qui duabus gentibus hic exprimuntur Judææ propinquissimis & infestissimis, in Edomæa & Syria sitis: vide Jirmejæ 49.7. *Hhutzi*]vide Genes. 10.23. *Poculum*]vide Jirmejæ 25. 15. & seq. *Nudabis te*]nimirum dementata potu quem præbiturus est Dominus, ut faciunt qui inebriantur vino: sicut exemplum habetur in Noacho, Genes. 9.21. 22 *Consumpta*]id est, exactis annis septuaginta, quibus statuit Deus non intueri te, suprà vers. 16. *Deportabit*]ut prædictum est Jirmejæ 49. Hoc autem verbum hac conjugatione ita interpretamur, ut passivum illius Nachum. 2.7.

CAPUT V.

Ecclesia Judæorum de malis suis cum Deo expostulans confitetur peccata sua: de illis, de supplicijs, et de totius Ecclesiæ eversione gemit: irā Dei porrò deprecatur, et implorat misericordiā.

1 RECORDARE Jehova quid sit nobis, intuere & aspice opprobrium nostrum.

2 Possessio nostra aversa est ad extraneos, domus nostræ ad alienigenas.

3 Pupilli sumus ac nullo patre, matres nostræ tanquam viduæ.

4 Aquas nostras "pecunia bibimus, ligna nostra pretio obveniunt.

5 *Ab* "incumbentibus collo nostro persequutionem patimur; laboramus, non permittitur quies nobis.

6 Ægyptio "porrigimus manum, Assyrio ut satiemur pane.

7 "Patres nostri peccaverūt & nō sūpersunt: nos verò [a] pœnas eorū fe- [a] *Heb.* peccata, ut sup. 3.39.

8 "Servi dominantur in nos, asserente nemine e manu illorum.

9 [b] Periculo vitę nostrę afferim⁹ panē nostrū, propter "gladiū deserti. [b] *Heb.* pro anima nostra: ut 2. Schem. 23. 17. & 1. Chro. 11.19.

10 Pelles nostræ ut furnus atratæ sunt, propter "prestores famis.

11 Mulieres Tzijone opprimunt, virgines in civitatibus Jehudæ.

12 Principes manu istorum suspenduntur, facies senum non afficiuntur honore.

13 Juvenes "ad molendum portant, & "pueri ad ligna corruunt.

14 Senes "e porta cessant, juvenes a modulatione sua.

15 Cessat gaudium animi nostri, convertitur in luctū chorus noster.

16 Cadit "corona capitis nostri; væ jam nobis quòd peccaverimus.

17 "Propter hoc est languidum cor nostrū, propter hæc "obtenebrati sunt oculi nostri:

18 Propter montē Tzijonis qui desolatus est, per quem "vulpes eunt liberè.

19 "Tu Jehova "in seculum manes, solium tuum in [c] unam quamque generationem. Psal. 102.13. [c] *Heb.* generationem & generationem.

20 Quare "in æternū oblivisceris nostri, derelinqueres nos [d] quàm diu longa erunt tempora? [d] *Heb.* in lōgitudinem dierum: ut Psal. 23.6.

21 "Restitue nos Jehova tibi, ut revertamur; renova dies nostros, ut priscis *diebus*. [e] *Heb.* antiquitatis: ut suprà 1.7. & 2.17.

22 "Nā an omnino sperneres nos, efferveseeres cōtra nos "admodùm?

ANNOTATIO.

1 *Recordare*]Postremum hoc caput libellum oratione terminat, cujus membra sunt tria: primum pathetica expostulatio, usque ad vers. 16. secundum, confessio peccatorum & promeritæ pœnæ, usque ad 19. tertium, petitio misericordiæ, ad finem usque. Dicuntur autem hæc verba humanitus, recordari, intueri, & aspicere, ut sæpe dictum est. 4 *Pecuniā bib.*]id est, utcunque juris nostri sint, cogimur tamen redimere. 5 *Incumbentibus*] id est, inimicis in-

ſolentibus, quibus non ſatis eſt quòd inſident nobis & agunt nos tanquam jumenta vectaria, niſi etiam indeſinenter exagitent; quod ne ſuis quidem jumentis faciunt. Contrariam allegoriam vide Hoſche. 11. 4. 6 *Porrigimus man.*] id eſt, tanta ſervitute a Chaldæis preſſi ne tenuiſſimum quidem alimentum pro officiis noſtris conſequimur, ſed mendicare cogimur apud hoſtes ipſos alienos, & miſerrimè victum quærere. 7 *Patres noſtri*] amplificatur calamitas a comparatione, ut ſup. 4. 6. & 9. Melius (inquiunt) actum eſt cum patribus noſtris, quàm agatur nobiſcum: nam peccaverunt illi quidem, ſed brevi ſupplicio de peccatis ſuis affecti ſunt: nos verò eo ſumus infeliciores, quòd eorum dem peccatorum rei pœnas diuturnas ferre compellimur, quibus foret jucundius ſemel emori quàm vitam invitam vivere. 8 *Servi*] id eſt, non tantùm imperia a Dominis, ſed etiam a conſervis ſordidiſſimis ferre cogimur, & mediaſtinos agere ad libidinem domeſticorum omnium. 9 *Gladium deſerti*] id eſt, inimicum, qui agrum totum obtinet: ſynecdoche. 10 *Preſteres famis*] id eſt, famem vehementiſſimam, qua tanquam preſtere exagitamur omnes atque conſumimur. 13 *Ad molendum*] id eſt, ad officium quodque abjectiſſimum: vide Exod. 11. 5. & 12. 29. *Pueri*] id eſt, a minimis & infirmiſſimis exiguntur miniſteria ſupra ipſorum vires: adeò ſæva eſt barbaries in hoſtibus noſtris. 14 *E porta*] id eſt, a judiciis & conſeſſu forenſi: vide Geneſ. 34. 20. 16 *Corona capitis*] id eſt, omnis gloria noſtra; tantummodò ſumus probro. Hinc autem principium ducitur ſecundi membri, quo Judæi ſingulas haſce calamitates peccatis ſuis acceptas ferunt. 17 *Propter hoc*] totum quod ſuprà dictum eſt, videlicet peccatum & peccati pœnam: ſenſus eſt, infirmantur & afficiuntur graviſſimè animi & corpora noſtra, tum noſtra ipſorum cauſa, hoc verſ. tum verò maximè totius Eccleſiæ, ſeq. verſu. *Obtenebrati*] id eſt, vires nos deficiunt: vide 1. Schem. 14. 28. 18 *Vulpes*] quibus hoſtes Eccleſiæ figurantur, ut Cantic. 2. 15. 19 *Tu Jehova*] tertium membrum continens deprecationem, duobus verſib. & poſtulatum, duobus alteris. Deprecationis autem argumentum ſumitur hoc verſ. a perſona Dei. *In ſeculum*] id eſt, non tantùm natura, ſed conſilio etiam & voluntate es conſtantiſſimus, quam olim nobis explicaſti fœdere: ut Galat. 3. 20. 20 *In æternum*] contra quàm promiſiſti fœdere: vide 2. Schem. 7. 14. 21 *Reſtitue nos*] ut Pſal. 80. 4. Nam eodem modo accipiendum eſſe oſtendit ſecunda pars verſus. 22 *Nam*] ætiologia pathetica, qua permovetur Deus ad miſericordiam ab antegreſſo fœdere. Has autem voces ita reddendas eſſe ut fecimus, & ſenſus loci & Hhebraica diſtinctio docet. *Admodum*] id eſt, ſupra modulum noſtrum, pro infinita potentia tua.

JECHEZKEL.

IECHEZKEL.

ARGUMENTUM.

LIBER Jechezkelis Prophetæ versatur omnino in prophetico documentorum genere. Primùm enim typo & sermone Dei confirmata vocatione sua & toto prophetiarum suarum argumento, novis typis & prædictionibus improbitatem & impietatem Judæorum redarguit, judiciáq; divinitus eventura pronuntiat & circumscribit evidentissimè, usq; ad caput 25. deinde verò clades finitimis Judæorum hostibus paulò pòst superventuras per Nebucad-retzarem prædicat, usq; ad caput 33. tum deportatos omnes reprehendens & increpans gravissimè, ad resipiscentiam hortatur, certamq; fiduciam restitutionis eventuræ. Cumq; restitutionis duo futura essent genera; unum inchoatum, quando populus reversus est e Babylonia; alterum perfectum, cùm Deus patefactus est in carne: idcircò Propheta, postquàm priorẽ illam restitutionem adumbravit & prædixit, docet non propterea desituras esse calamitates Ecclesiæ Judæorum; sed eam gravissimè, indesinenter, & acerbissimè ab hostibus plurimis infestatum iri. Sic librum suum concludit elegantissimo typo perfectæ illius restitutionis & instaurationis Ecclesiæ, quæ nobis temporibus ultimis patefacta est Evangelio gloriæ Christi.

CAPUT I.

Propheta divinitus viso admonetur de obsequio & administratione Angelorum, de totius mundi gubernatione per spiritum Dei & Angelos administros ipsius, & de gloria ac autoritate Christi in Angelos & res creatas omnes, ad perficiendum voluntatem suam: deinde hoc viso perculsus, postquam Dei verbo ac spiritu confirmatus est, mandatum & typum vocationis suæ contra Judæos deportatos exsequendæ accipit: quod ille acerbè ferens subterfugit functionem suam, & inter populares conatur delitescere.

1 ᵉ CUM fuisset ᵉ trigesimo anno, quarti mensis *die* quinto, me versante inter deportatam multitudinem ad ᵉ fluvium Cebaris; ᵉ apertis cœlis ut viderem ᵉ visiones Dei:

2 Quinto eodem *die* illius mensis, ejus anni

3 ᵉ qui quintᵘˢ erat deportatiõis Regis Jojacinis, ᵉ Omnino fuit ᵉ verbũ Jehovæ ad Jechezkelem filiũ Buzi Sacerdotẽ in ᵉ terra Chaldæorũ ad fluvium Cebaris: fuitq; super eum ibi ᵉ manus Jehovæ.

a Heb. exsistendo exstitit.

4 ᵉ Vidi ergo, cùm ecce ᵉ ventus turbineus veniret ab Aquilone, ᵉ nubẽ magnam & ᵉ ignem ᵇ se se accendentẽ, ᵉ quem splendor circumstabat: & ᵉ e medio ejus tanquã ᵉ colorẽ ᵈ vividissimũ, nempe e medio illius ignis.

b Heb. qui se accipiebat: ut Exod. 9, 24.

c Heb. oculũ: vide Levit. 13. 5.

d Heb. vividissimi: sic inf. vers. 27.

5 ᵉ Nam e medio ejus similitudo *exstabat* ᵉ quatuor ᵉ animalium: quorum hic ᵉ aspectus; ᵉ similitudo hominis erat eis,

6 Et ᵉ quaterni vultus unicuiq;, quaternæq; ᵉ alæ unicuiq; ipsis:

7 Quorum *quidem* pedum pes *quisq;* ᵐrectus; sed planta pedum ipsorum ᵐsimilis erat plantæ pedis vitulini, ᵐquibus scintillabant in speciem chalybis tersi:

8 Et ᵐmanus humanæ suberant alis eorum in quaternas ᵉpartes ipsorum: faciesq; eorum, & alæ eorum in quaternis illis,

9 ᵐConjunctæ ᶠunius ad *alam* alterius alæ eorum: ᵐnon divertebant eundo, unumquodq; ᵍin tractum faciei suæ *objectum* ibant.

10 ᵐCum similitudine faciei eorum, faciei humanæ, etiam facies leonis ad ejus dexteram ipsis quatuor, & facies bovis a siniſtra illius ipsis quatuor: itemq; facies aquilæ ipsis quatuor *erat*.

11 ᵐEt facies eorum, & alæ eorum porrectæ erant sursum; unius binæ conjunctæ *binis* alterius, binis tegentibus corpora ipsorum:

12 ᵐIta quæq; in tractum faciei suæ objectum ibant; quocunq; ʰdocebat ᵐspiritus ipse eundum ibant, ᵐnon divertentes eundo.

13 Cum similitudine autem istorum animalium aspectus ᵐquorumdam velut carbonum ignis ardentium, ut aspectus ᵐtædarum *erant*, *qui ignis* ᵐcontinenter ibat inter ipsa animalia: & splendor erat huic igni, atque ex ipso igne prodibat fulgur.

14 Deniq; hæc animalia ᵐexcurrebant & ᵐrevertebantur, velut aspectus ⁱfulguris vehementissimi.

15 ᵐCùm autem respicerem animalia hæc; ecce ᵐrota una erat in terra ᵐprope singula animalia ad quaternas facies cujusq;.

16 ᵐAspectus rotarum & ᵐopera earum, secundum colorem ᵐberylli thalassii, & similitudo eadem ipsis quatuor *erat*: erantq; aspectus earum & opera earum, ᵐac si esset rota *una* in medio rotæ *alterius*,

17 *Ita ut* in quatuor partes suas cùm erat eundum ipsis irent, non diverterent eundo.

18 ᵐEt apsidibus earum tanta altitudo erat ipsis, ut ᵏtimorem injicerent: & canthi earum pleni erant ᵐoculis circumquaq; in ipsis quatuor.

19 ᵐEuntibus autem illis animalibus, ibant rotæ ipsæ secundum illa; & cùm attollerent se animalia sursum a terra, ᵐattollebant se rotæ.

20 Quocunq; docebat spiritus eundum ibant, quò docebat *inquam* spiritus eundum: & rotæ attollebant se e regione illorum, nam spiritus idem ᵐanimalium aderat rotis.

21 ᵐEuntibus illis ibant, & illis consistentibus consistebant: & attollentibus se sursum a terra attollebant se rotæ e regione illarum, nam spiritus idem animalium aderat rotis.

22 ᵐSimilitudo autem expansi erat supra capita animaliũ, quasi aspectus ⁱcrystalli, extensi super capita eorum supernè:

23 ᵐIta ut sub isto expanso alæ illorum *binæ* erectæ essent una ad alteram: cuiq; ᵐᵐ binis tegentibus ipsa, nempe corpora ipsorum.

24 Et audiebam sonum alarum ipsorum quasi sonum ᵐaquarũ multarum, quasi ᵐsonum omnipotentis euntibus illis, sonum ᵐconflictus procel-

ᵉ *Heb.* quadraturas: sic vers. 17.

ᶠ *Heb.* fœminæ ad sororis suæ: vide Levi. 18. 18.

ᵍ *Heb.* transitum faciei: sic vers. 12.

ʰ *Heb.* erat spiritus ipse ad eundum: sic vers. 20.

ⁱ *Heb.* fulguris dispergentis.

ᵏ *Heb.* timor illis *ineſſet*.

ˡ *Heb.* gelu formidabilis, id est, vehementissimi, periphrasis crystalli: vide Pli. lib. 37. cap. 2. & Gellium.

ᵐᵐ *Heb.* duabus tegentibus ipsa, & cuiq; duab. tegentibus ipsa.

procellarum, quasi sonum exercitus: deinde consistentia ᵉremiserunt alas suas.

25 ᵉFuitq; sonus supra expansum illud quod incumbebat capiti illorum, quando consistentia remiserunt alas suas.

26 (ᵉSupernè autem in expanso quod imminebat capiti illorum, ᵉsimilis aspectui lapidis Sapphiri similitudo solii erat; & super similitudinem solii similitudo ᵉquasi aspectus hominis in eo supernè.

27 Et vidi quasi speciem vividissimam, ᵉquasi aspectum ignis, intimi in eo circumquaq;, ab aspectu lumborum illius sursum versus: ab aspectu verò lumborum illius deorsum versus, videbam quasi aspectū ignis, & splendorem illi circumquaq;.

28 ᵉQualis est aspectus arcus qui existit in nube tempore pluviæ, talis aspectus illius splendoris erat circumquaq;; hæc fuit visio similitudinis gloriæ Jehovæ) hæc videns cùm procidissem in faciem meam audivi vocem loquentis:

Caput II.

1 ᵉQui edixit mihi; fili hominis, consiste in pedes tuos ut alloquar te.

2 Et ingressus est in me spiritus cùm alloqueretur me, qui statuit me super pedes meos; ut audirem eum qui sermocinaturus erat mecum.

3 ᵉDixit igitur ad me, fili hominis, mitto ego te ad filios Jisraëlis, ad gentes rebelles quæ rebellarunt contra me; qui ut majores ipsorum defecerunt a me usq; ad hunc ipsum diem:

4 Ad istos, inquam, filios obduratos vultu, & ᵃobfirmatos animo ego mitto te: ut ᵉindicas eis, sic ait Dominus Jehova;

5 Jam ipsos, sive audiant sive desistant, ipsos *inquam* domum ᵇrebellem esse: & ᵉsciant Prophetam esse in medio ipsorum.

6 Tu autem, fili hominis, ne timeto ab istis, & a verbis istorum ne timeto, quòd refractarii & ᵉspinei sint in te, & apud scorpiones habites: a verbis eorum ne timeto, & a facie eorum ne consternator, quòd domus rebellis sint:

7 Sed eloquere verba mea ipsis, sive audiant, sive desistant; eos rebelles esse.

8 ᵉTu verò, fili hominis, ausculta quod ego edico tibi, ne esto ᶜrebellis ut domus rebellis ista: dilata os tuum, & comede quod ego daturus sum tibi.

9 Tum aspexi quòd ecce manus emissa est ad me; ecce autem in ea ᵉvolumen libri:

10 Quod explicavit coram me, eratq; ᵉscriptū a fronte & a tergo: & scriptura in eo erat lamentationum, lugubrisq; carminis, & væ.

11 Edixit igitur mihi, fili hominis, ᵈquod præsens est comede: comede volumen hoc, deinde abi, alloquere domum Jisraëlis.

a Heb. duros faciei, & fortes cordis.

b Heb. rebellionis: sic deinceps.

c Heb. rebellionis.

d Heb. quod invenis.

12 Itaq; ″aperui os meũ, cùm daret mihi comedendũ volumen illud,
13 Edicens mihi, fili hominis, ventrem tuũ cibato, & viscera tua impleto volumine hoc quod ego do tibi: quod ubi comedi, fuit in ore meo par melli dulcedine.
14 ″Deinde edixit mihi, fili hominis, age, accede domum Jisraëlis, ut alloquaris verbis meis ipsos.
15 Non enim ad populum ‘ignoti sermonis & ″impeditę linguæ mitteris; *sed* ad domum Jisraëlis:
16 Nõ ad populos multos ignoti sermonis & impeditæ linguæ, quorũ nõ intelligas verba: nónne si ad eos mitterẽ te, ipsi ″auscultarent tibi?
17 Attamen domus Jisraëlis nõ volent auscultare tibi, cùm nolint auscultare mihi: nam tota domus Jisraëlis [f] obfirmata fronte & duro corde sunt.
18 Ecce ″reddo faciem tuam obfirmatam adversus faciem eorum, & frontem tuam obfirmatam adversus frontem eorum:
19 ″Similem lapidi perdiuturno, firmiorem rupe reddidi frontẽ tuam: ne timeto istos, neq; cõsternator a facie eorũ, quòd domus rebellis sint.
20 ″Cùm itaq; edixisset mihi, fili hominis, omnia verba mea quibus alloquar te excipe animo tuo & auribus tuis audi,
21 Et abi, proficiscere ad multitudinẽ istam deportatam, ad [g] populares tuos, ut alloquens eos indicas eis, sic ait Dominus Jehova; sive audiant sive desistant:
22 ″Tum sustulit me spiritus, & audivi post me sonum concussionis magnæ; ″Benedictæ gloriæ Jehovæ, e loco ipsius:
23 ″Et sonum alarum illorum ″animalium [h] contingentiũ alterius alteram, sonumq; ″rotarum e regione illorum; idq; sonum concussionis magnæ.
24 Cumq; spiritus tollens me assumpsisset me, ″abibam ″amarulentus æstu spiritus mei, quamvis ″manus Jehovæ super me prævaleret.
25 Itaq; veni ad multitudinem deportatam *ad* ″Choma Abibi ad accolas fluvii Cebaris, ut ″desiderem ubi habitabant illi: & desedi illic septem dies ″obstupescens [i] inter illos.

e Heb. profundorũ labii, & graviũ linguæ: ut vers. seq.

f Heb. fortes frontis, & duri cordis.

g Heb. filios populi tui.

h Heb. osculantium mulieris sororẽ suam.

i Heb. in medio illorũ.

ANNOTATIO IN CAPVT I.

1 *Cùm fuisset*] Hæc duo capita simul conjungenda esse, & secundum ibi terminandum ubi nos terminavimus, ipsa lõquitur. Nam inscriptione communi conjunguntur, histrib. versib. deinde verò visio exponitur, toto hoc capite: & vocatio ad functiõnem prophetică, capite seq. e quib. visio memoratur in inscriptione vers. 1. verbum vocationis eventusq;, vers. 2. & 3. Hac inscriptione porrò proponuntur tempus, locus, forma, argumentum, personadeniq; circumstantiæ ad perspicuam rei narrationem necessariæ; quas quia lectores periti facilè observare possunt, iis tantùm immorabimur quæ obscuritatis speciem habent. *Trigesimo anno*] nimirum a decimo octavo anno Joschijæ, quo lex inventa fuit, fœdus redintegratum cum Deo, & cultus instauratus: quorum beneficiorum solennis recordatio novam numerandi annos rationem Judæis suppeditavit; ut alibi numerantur a vocatione Abrahami, promissione facta Abrahamo, a Jitzchako nato, ab exitu ex Ægypto, a regno Jisraëlitarum diviso, & similibus. Hoc enim beneficium recordari multo fuit æquius, quàm ab inauguratione aliqua Regis novi (ut ferè fit) ab Olympiadibus ut Græci, & ab urbe condita aut exactis regibus ut Romani, numerare. Hunc autem Jubilæi annum fuisse nimè probamus omniũ, quia Jubilæi anni computandi sunt ab eo anno quo populus missus est in possessionem terræ, Levit. 25. Annus verò ab hoc trigesimus, id est decimus octavus Joschijæ, plurimùm a justo & legitimo Jubilæi tempore abfuit: ut videre est, si rationem temporum justam subduxeris. *Fluvium Cebar.*] sive (ut Ptolemæus vocat in Geographicis) Chaboræ, in Mesopotamia ex Masio monte in Euphratem influentis ad oppidum ejusdem nominis. *Apertis cælis*] vide in vers. 4. humanitus dictũ. *Visiones Dei*] id est, a Deo oblatas, hoc capite. 2 *Quo quinto*] his autem quinq; si undecim Jehojakimi conjunxeris, & quatuordecim ultimos Joschijæ; assurget numerus triginta annorum, positus præcedente vers. 3 *Verbum*] quod habetur capite 2. usq; ad vers. 20. *Terra Chaldæ.* Mesopotamia

tamia Chaldææ parte. *Manus Jehovæ*]id est,spiritus,a quo sublatus est,& invitus quodammodo raptus ad functionem suam,inf.2.22.& seq. 4 *Vidi ergo*]primæ partis hujus prophetiæ,id est, visionis comprehensæ toto hoc capite(ut diximus in vers.1.)finis est,adumbratio gloriæ Dei in Christo,ut ipse Propheta interpretatur vers. 28. ad confirmationem Prophetæ,& fidem prophetiarum sequentium.Summa, Deum gloriæ & Dominum Jesum Christum spiritu æterno suo cœlum & terram & omnia quæ in eis sunt administrare, adeoq; ministerium angelorũ spiritu suo & potente verbo adhibere ad res hasce inferiores regendas arbitratu suo. Sunt itaq; in visione hac membra tria: primum est descriptio administrorum Dei,id est,angelorum,usq; ad vers.15.secundum, descriptio administrationis in res inferiores effectæ per angelos ex nutu Dei,usq; ad vers.22.tertium est gloriæ Christi in cœlis figuratio,ad finem usq;. *Ventus turb.*]tanquam præcursor gloriæ & majestatis Dei:vide Ijobi38.1. Est autem hic ventus præditus ea facultate ut depellat nubes : docet itaq; Propheta per voluntatem Dei hoc vento impellente dissiluisse & diffugisse nubes,ut cœlum nitens & res e cœlo aperto ostensas liberè prospectaret. *Nubem magnam*]aspectabile signũ præsentiæ Dei, qui sine nube & obscuritate ab infirmis hominibus videri non potest. *Ignem se se*]id est, indesinenter coruscantem tanquam fulgetrum,qua specie Deus ferè exhibet majestatis suæ documenta: Exod. 19. Chabakuk 3. 4.& alibi. *Quem splendor circ.*]id est,splendentem circumquaq; & radiantem,velut sol;nõ autem subinde tantùm micantem,ut fulgura faciunt. *E medio ejus*]id est,quæ intra illud splendentis ignis spatium continebantur, nimirum animalia sive angeli,de quibus posteà,micabant supra ignem illum,tanquam prunæ fornacis ardentissimæ, ut exponitur vers.13.Hæc autem propterea in hunc vers.inseruit Propheta, quia una opera totum colorem explicare visum est rerum cœlestium,tanquam accensarum ad obsequium promptissimum & studiosissimum majestatis Dei. *Vividissimum*]Hhebræam vocem quàm variè interpretentur multi nemo ignorat; quàm bene autẽ, penes doctos judicium esto. Nos ex vers.27.hujus capitis,& 8.2.statuimus vocem esse compositam e duob. Hhebraicis vocabulis,quibus significantur prunæ ardentissimæ & quasi festinantissimæ ad consumendam aut inflammandam materiã objectam,cujusmodi prunæ aliis longè sunt rubicundiores. Atq; hoc etiam respectu videmus angelos vocari Seraphim,Jeschahh.6.2.& 6. 5 *Nam e medio*]exegesis proximè præcedentis dicti de angelis,quorum colorem modò perstrinxerat. *Quatuor*]ut qui administratione in quatuor orbis partes, id est,in universum orbem ex Dei mandato perfungantur. *Animalium*]id est,angelorum,qui adumbrabantur animalium specie,inf.10.15.& 20. *Aspectus*]quod ad corporis staturam attinet:videlicet exceptis reb.illis singularibus,quæ aut adjectę,aut variæ ab hominis forma dicuntur fuisse,quinq; versib.seq. *Similitudo homin.*]id est,erecta, rationem & intelligentiam præ se ferens,atq; ad rationis usum & officium accommoda : quod in reb. aspectabilibus solius hominis est proprium. 6 *Quaterni Vultus*]quib.figuratur omnimoda aptitudo ad jussa Dei nullo negotio capessenda in omnes partes:ut ℣.5. *Alæ*]celeritatis indices. 7 *Rectus*]ut crus est hominis:sup.vers.5.nam Hhebræi pedum appellatione inferiores actus accipiunt synecdochicè. *Similis erat planta*]id est, rotunda, ut in omnes partes sine conversatione ire possent (quod pes humanus non potest)& solida firmaq;,ut est ungula vitulina : nam cætera ferè calceari solent in veterino genere. *Quibus scin.*]id est, tanta agilitate conficiebant iter & obsequebantur Deo,ut scintillate ipsorum pedes præ celeritate viderentur; neq; tamen terrenas ullas sordes in administratione sua contraherent, sed purè agentes manerent purissimi,& puritate prælucerent rebus creatis omnib. 8 *Manus*]quibus ministrant voluntati Dei in omnes partes,ut vers.5. *Facies q;*]id est, in omnes partes sine conversatione sui respiciebant, ibant, & operabantur omnia. 9 *Conjuncta*]id est,concorditer & unanimiter omnia Dei mandata omnib.locis spectabant,præstabantq;, & ad ea præstanda proficiscebantur. *Non divertebant*]id est, ad omnes partes videndas, obeundasq; omnib. numeris parati erant:nihil aversum erat ab ipsis,sed omnia exposita cùm in omneis partes vultus eorum respicerẽt, essentia nostra est hæc:hoc vers.definiri angelorum naturam figuratè ab aliarum rerum proprietatibus; itaq; angelos ex hoc vers.definiri posse,hoc modo:spiritus esse intelligentes ut homo est,potentes ut leo, ministratorios ut bos, & celeres ut aquila,atq; adeò res alias creatas suis proprietatibus istis longo intervallo superare:sic Apocalyp.4.7.Ac de hominis quidem intelligentia omnibus satis constat,& nos diximus sup.in vers.5.leonis vim passim scriptura prędicat,bovis ministerium laudant Mosche & Schelomo,Deut.33.17.& Proverb.14.4. pernicitatẽ deniq; aquilæ Physici & poëtæ omnes dilaudant, Jovis alitem in suis fabulis appellantes. Hunc genuinum esse hujus loci sensum animadversuros esse confidimus qui propiùs ad rem attenderint. Hactenus forma animaliũ:jam sequitur διάθεσις ipsorum,trib.verſib.& actionum forma,vers.14. 11 *Et facies*]id est, ora ipsorum & alæ conversæ erant ad Deum : ut significetur angelos tanquam erectis capitib.observare nutum Dei,& alas suas volatumq;,id est, functiones omnes unanimiter permittere voluntati ejus:vide inf.in vers.24. *Binis tegentib.*]vide causam Jeschahh.6.22.Hoc autem loco non additur tertius alarum ordo qui habetur Jeschahh.6.2.& Apocalyp.4. quia angeli in hac visione non dicũtur circumstare Deum,ut illic:sed esse sub expanso,inf. vers.22.ac proinde in rerum inferiorum administratione occupari.Ita quod officium tertius alarum ordo angelis præstitit in illis locis, hic facit expansum interjectum angelis & solio Dei. 12 *Ita*]id est,ea dispositione,erectis ad Deũ capitib.alisq;,& obvelato corpore;ut inciperent,pergerent, & desisterent omnino ex nutu Dei. *Spiritus ipse*]nimirũ Dei, quo autore & duce angeli exsequuntur omnia:sic inf. vers.20. *Non divertentes*]id est, hoc ipsum agentes quod in mandatis habebant, & nullo impedimẽto aversi quin mandata Dei conficerent expeditissimè. 13 *Quorumdam*]vide sup.in vers.4. *Tadarum*]quarum nõ tantùm materia ardet,sed flamma diffunditur:sic dicuntur angeli non tantùm ardere ipsi, sed etiam res proximas luce sua perlustrare splendidissimè,igne accendere,& tanquam fulgura coruscare:his etenim modis & ipsi inter se accenduntur; & alias res creatas afficiunt emicantibus in se scintillis gloriæ Dei, quas habent ad ministeriũ documentumq; bonorum,ac improborum exitium. *Continenter ibat*]id est,nunquam quiescebat, erat in perpetuo motu. 14 *Et rum in omnes partes spectarent,sup.vers.9. 15 Cùm autem resp.*]secundum membrum visionis,ut dictum est in vers. 4.in quo primùm rotarum constitutio, versib. 4; deinde conversatio & agitatio exponitur,trib. *Rota*]figurans totam materiam ac velut corpus unum rerum inferiorum conversionibus & mutationibus infestarũ. *Prope singula*] id est,exposita angelorum administrationi,tanquam ad pedes ipsorum. 16 *Aspectus*]id est,color & forma. *Opera*] *earum*]id est,operosum artificium,quod deinceps exponitur. *Beryllithal.*]id est,marini,cœrulei:quo significatur rerum inferiorum vanitas,& fluctuans tanquam maris, fluxaq; constitutio. *Ac si esset*]id est, quasi sphæricæ erant, ut nullo negotio in omnes partes impellerentur sine alia conversione,quæ morã fuisset allatura : quòd sequens vers. apertè docet. 18 *Et aspididibus*]id est,rotæ erant amplissimæ, adeò ut mihi respicienti esset mirifica & formidabilis earum conversatio. *Oculis*]id est,infinita Dei providentia,qui totus ubiq; est oculus,ut Augustinus loquitur:sic Zecharjæ3.9.& 4.9. 19 *Euntibus*]id est, agebantur omnino cœlesti nutu. Nam cùm angeli adventabant & exsequebantur mandatum Dei in rotis,sequebantur illæ;cùm superfedebant,stabant illæ;cùm quasi relato gradu efferebantur nihil fieri, nihilq; omitti nisi ex autoritate Dei, & angelorum ipsius administratione. *Attollebant se*]id est, angelos velut sequebantur desinentes a conversatione sua,donec præcepisset Deus angelis, & ipsis per spiritum suum,

seq. vers. 20 *Animalium*] id est, quò agebantur animalia: unus enim spiritus Dei operatur omnia in omnibus. *Euntibus illis*] anacephalæosis duorum præcedentium versuum. Jechezkeli frequens: ut Joan. 1. 2. 22 *Similitudo autem*] tertia pars visionis de gloria Christi; quæ ostenditur primùm a loco, hoc vers. deinde ab effectis, trib. sequentibus; tertiò ab officio & autoritate, vers. 26. postremò a personæ ipsius gloria, duob. ultimis. *Aspectus ery.*] id est, pellucidus erat, sive διαφάνης & nitens: unde tum ipse omnia inferiora prospectabat, tum Angeli & res omnes creatæ suo modulo majestatē ejus gloriamq; poterant contemplari. 23 *Ita ut*] vide sup. vers. 11. 24 *Aquarum multar.*] id est, vehementissimum: congeries similium faciens ad amplificationem. *Sonum omnipot.*] id est, tonitru: sic infr. 10. 5. *Conflictus proc.*] vide Jirm. 11. 16. de hac voce. *Remiserunt*] id est, erectas quidem tenuerunt cœlum versus, sup. 11. & 23. sed non passas & ad volandum compositas. 25 *Fuitq; sonus*] prænuntius verbi Dei ad comparandum Prophetam, ut diligenter intenderet, fideliter acciperet, sancteq; obsequeretur mandato Dei, quod ipsi datū est per Christum. 26 *Supernè autem*] descriptio personæ Christi, ut diximus in vers. 22. ad cujus observationem Prophetæ excitatus est sono illo cujus meminit præcedente vers. & repentino angelorum silentio. *Similis aspect.*] id est, coloris cœlestis thronus glorioſissimus. *Quasi aspectus hom.*] id est, Christi Dei & hominis redemptoris nostri. 27 *Quasi aspectum*] exegesis vocis proximè præcedentis: vividissimus color, inquit, nō tantum is intelligendus est qui videtur in communi igne; sed is qui in intimis fornacibus est ardentissimus: non quidem flavescens, ut ignis ille splendens cujus meminit sequente membro; sed rubens & rutilus: vide sup. vers. 4. Itaq; Christus totus quidē ignis esse dicitur, sed qua parte ad res creatas vergit & se cum illis communicat, quasi defervescere: quia sic ipsi visum est infirmitati & tenuitati rerum creatarum omnium consulere, quas alioqui tantus ignis momento consumeret. Lucem enim habitat inaccessam, ac proinde ejus majestatem nemo vidit hominū, neq; videre potest, 1. Timoth. 6. 16. 28 *Quælis est aspect.*] id est, non tantùm ignis est & splendet circumquaq; igne suo; sed splendorem illum suum floridis & jucundis velut coloribus aspergit ad afficiendum res creatas amplius reverentia sui: sic Apocalyp. 4. 3. *Prostravi faciem*] non modò humiliter adorans, ut Num. 9. 24. & alibi passim, sed etiam percullus præsente gloria & majestate Dei: ut Danijel. 8. 17. sic comparatur transitus ad narrationem sequentem.

In Caput II.

1 *Qui edixit*] Hoc capite (quo alteram partem hujus prophetiæ contineri diximus sup. 1. 1.) docentur duo: vocatio Prophetæ ad functionem propheticam, usq; ad vers. 20. & narratio eventus, ad finem usq; capitis. Vocationi autem præcedit quædam confirmatio Prophetæ duob. primis versib. verbo & spiritu; eo quòd visione perculsus & prostratus esset, ut dictum est proximè præcedente vers. 3 *Dixit igitur*] hujus vocationis ad functionem propheticam membra sunt tria: primum est propositio nuda vocationis, usq; ad vers. 8. secundum, typus, usq; ad vers. 14. tertium, confirmatio vocationis & typi, inde ad 20. Vocationem autem incipit Deus ab anticipatione: ne fortè obiceret Propheta duritiem Jisraëlitarum, ac propterea se a functione mandata excusaret. 4 *Indicas eis*] id est, proloquare verbis meis. 5 *Sciant*] ac proinde evincantur rebellionis & pervicaciæ suæ: quod alterum est opus prophetiæ, ut Evangelii, 2. Corinth. 2. 16. 6 *Spines*] id est, non tantùm refragantur bono, verùm etiam tanquam spinus sunt accedentibus noxii, tum apertè, quod hæc similitudo ostendit; tum etiam dolosè & clàm, quod sequente similitudine designatur. 8 *Tu verò*] typus, ut diximus in vers. 3. 9 *Volumen libri*] quo significatur donum prophetiæ Jechezkeli infundendum, & quasi vorandum avidè ab ipso, postpositis rationibus & consiliis omnibus carnis & sanguinis, ut Apostolus loquitur Galat. 1. 16. 10 *Scriptum a fronte*] id est, omnibus ex partibus confertum maledictionum & lugubrium malorum contra Jisraëlitas & alios argumentis: hæc enim est ferè summa prophetiæ usq; ad caput 40. 12 *Aperui os meum*] id est, accepi argumentum, & hausi quodammodo donum propheriæ. Atq; hac quidem in re benè se gessit Jechezkel; sed accepto dono per infirmitatē posteà vocationem indignatur, sub finem capitis. 14 *Deinde*] confirmatio præcedentium, vocationis & typi: ut diximus in vers. 3. 15 *Impeditæ linguæ*] id est, in qua intelligenda impeditus sis, & illi in intelligenda tua: ut exegesis docet seq. vers. 16 *Auscultarent*] videlicet potius quàm Jisraëlitæ: dictum κατά τι, ad exaggerandum obstinationem Judæorū. 18 *Reddo*] id est, confirmo te ipsum ad perfungendum, velint nolint, functione tua: synecdoche. 19 *Similem lapidi*] ἐφαυσία promissionis per comparationē vehementissimam: vide de hac voce Hhebraica Jirm. 17. 1. 20 *Cùm itaq;*] transitio ad narrationem, de qua diximus in vers. 1. per summam antegressæ vocationis repetitionem, duob. verūb. 22 *Tum sustulit*] narratio hæc exponit duo: quid fecerit spiritus Dei, videndumq; & audiendum exhibuerit Prophetæ ad confirmandum eum de vocatione ipsius, duob. versib. & quid vicissim Propheta, duob. ultimis. *Benedicta*] id est, Christi sedentis in gloria, quam descripsit sup. 1. 22. & sequentib. 23 *Et sonum*] id est, acclamationem & applausum rerum omnium cœlestiū & terrestrium ad vocem Christi, qui Deus est benedictus in sempiterna secula. *Animalium*] de quibus sup. 1. 3. & sequentib. *Retarum*] de quib. sup. 1. 15 & seq. 24 *Amarulentus*] id est, acerbè & iniquo animo ferens argumentum prophetiæ & vocationis meæ. *Manus Jehovæ*] id est, vis divina spiritus: ut sup. 1. 3. & inf. 3. 7. 25 *Ad Chomam Abibi*] Hhebræum Tel Abib (ut interpretatur vulgus) nos ita distinguimus adducti locorum geographicorum comparatione. Est enim Abib judicio nostro tractus Mesopotamiæ a monte Masio ad Euphratem pertinens, inter duos fluvios Cebarem sive Chaboram, & Saocoram: cujus regionis superior tractus compositè Græca voce a Ptolemæo dicitur Acrabene; quasi ἄκρων ἀξξήνην dixeris. Regionem verò quæ ad fluviorum ripam est, propter aggestas moles appellari Tel Hhebræis, id est, Choma sive aggestum tractum, nemo Grammaticus dubitaverit. *Desiderem*] otiosus & cessans ab imperata functione, donumq; acceptum dissimulans. *Obstupescens*] id est, abreptus in stuporem & admirationem tam insperatæ vocationis, & injucundæ prophetiæ in populares meos.

Caput III.

Deus Prophetam refugientem iterum de vocatione admonet, officiumq; explicat adhibitis promissionibus & minis: deinde signo eodem repetito confirmans Prophetam, verbo suo metū ipsius amovet, & mandato novo ejus vocationem sancit.

1 Fuit autem (a) exactis septem diebus; ut esset verbum Jehovæ ad me, dicendo:

2 Fili hominis, (a) speculatorem dispositi te domui Jisraëlis; ut audias ex ore meo verbum, & admoneas eos a me.

3 Cùm dixero improbo, (b) utiq; morieris; si non admonueris eum, neq; alloquutus fueris, ut admonendo improbum a via ejus improbissima

(a) Heb. a fine septem dierum.

(b) Heb. moriendo.

sima serves eum: ipse improbus propter iniquitatem suam morietur, sed sanguinem ejus e manu tua ″reposcam.

4 Tu verò cùm admonueris improbum, si non reversus fuerit ab improbitate sua, & a via sua pessima; ipse propter iniquitatem suam morietur, & tu animam tuam ″eripueris.

5 Sin autem aversus justus a justitia sua fecerit iniquitatẽ, ″me disponente offendiculum coram eo ipse morietur: cùm non admonueris eũ, propter peccatum suum morietur, neq; ᶜ commemorabitur tota justitia ejus quam fecerit, sed sanguinem ejus e manu tua reposcam.

ᶜ *Heb.* commemorabũtur justitiæ.

6 Tu verò cùm admonueris justũ ut non peccet justus, si ipse nõ peccet; ᵈ omnino vivet quia admonitus fuerit, & tu animam tuã eripueris.

ᵈ *Heb.* vivendo.

7 ″Deinde fuit super me ibi ″manus Jehovæ, & edixit mihi; surge, egredere in istam convallem, & ibi alloquar te.

8 Itaq; surgens ivi in illam convallem, ubi ecce gloria Jehovæ stabat, ut gloria illa quam videram ad flumen Cebaris: quapropter procidi in faciem meam.

Suprà 1.

9 Sed ingressus in me spiritus fecit ut consisterẽ in pedes meos; & alloquutus me ″edixit mihi, ingredere, include te intra domum tuam.

10 ″Tibi ergo, ô fili hominis, ecce, adhibent tibi *inquam* funes & vinciunt te illis; ut ″non prodeas in medium eorum.

11 Scilicet sinerem ut lingua tua hæreat palato tuo, & obmutescas ita ut te non præstes illis virum corripientem; quia domus rebellis sunt:

• *Heb.* ut nõ sis illis in virum.

12 Imò alloquendo te ″aperiam os tuum ″ut indicas eis, sic ait Dominus Jehova: (ᵉqui auditurus est audiat, & qui destiturus desistat) ″ipsos domum rebellem esse.

ANNOTATIO.

1 *Fuit autem*] Hoc caput a præcedente ita distinguimus, quia visum est septemdiale intervallũ hac ratione denotare, etsi alioqui cum præcedente simili est argumento: a sequente verò capite (quod tamẽ continuatũ fuisse eodẽ tempore minimè dubitamus) ideò distinguimus, quòd argumento diversum est. Hic enim vocatio quam Propheta refugerat, deintegro mandatur atq; confirmatur; sequens verò materiã prophetiarum ingreditur. Sunt itaq; hujus capitis membra duo: unũ, repetitio vocationis præcedentis adjunctis minis & promissionibus, 6. primis versib. alterũ, confirmatio & confutatio, 6. alteris. 2 *Speculatorem*] id est, Prophetam, ut Jeschahh. 52. 8. & 57. 2. & Jirm. 6. 17. Continet autẽ hæc repetitio primùm propositionem mandati, hoc vers. deinde explicationem officii tum erga improbos ut resipiscere, tum erga justos ut perstare doceantur: quib. singulis officiis suæ promissiones & minæ accedũt, ut Propheta desinat subterfugere. 3 *Reposcam*] ut Gen. 9. 5. pro eo quod est, tum ipse morietur culpa sua, tum etiam tũ veluti reus ejusdem culpæ dissimulatione tua: sic deinceps. 4 *Eripueris*] a reatu illo & participatione alienæ culpæ: ut 1. Timoth. 4. 16. 5 *Me disponente*] id est, justissima & providentissima administratione mea efficiente ut convertatur contra ipsum iniquitas sua, & ea ipsa velut offendiculo posito corruat: sic Psal. 94. 23. 7 *Deinde*] altera pars; ut diximus in vers. 1. comprehendens confirmationem vocationis antecedentis tum oblato signo, duob. versib. tum verbo addito, reliquis. *Manus*] ut sup. 2. 24. 9 *Edixit mihi*] per ironiam: quo etiam modo, accipiendi sunt duo sequentes vers. Etsi hæc verba per ἀποσιώπησιν hoc quoq; modo exponi possent, téne ingredi & includere te ipsum domi tuæ, cùm mandatum a me acceperis in publicum prodeundi? 10 *Tibi ergo*] id est, ũquidem ita se res habet, planè oportet te popularium tuorum miserrimum mancipium esse, quasi in ergastula conjectum; ut ab illorum nutu dependeas. *Non prodeas*] id est, non audeas hiscere & pronuntiare coram illis verba mea. 11 *Aperiam os tuum*] id est, quamvis refugientem comparabo te ad proloquendum sermonem meum. Ut *indicas*] vide sup. 2. 4. *Qui auditurus est*] id est, sive audiant, sive desistant, quid ad te? tu facito officium tuum: penes me verò esto electio judicium; eorum qui audituri & qui non audituri sunt: ut suprà 2. 5. & 21. *Ipsos domum*] propositio summa μεταβατικὴ ad judicia Dei, quæ deinceps explicantur.

CAPUT IIII.

Deus Prophetam typis & sermone instruit, quibus totum populum de obsidione arctissima Ieruschalaimorum definito tempore propter peccata ipsorum eventura, de fame sævissima, de cædibus, deportatione, & exitio totius Gentis certiorem facit: ac propterea à typis editis sententiam hoc argumento fert contra Israelem.

1 Tu ergo fili hominis, accipe tibi [a] tabulam quam proponas tibi; & sculpito in ea civitatem, Jeruschalaima:
2 Et disponens in ea obsidionem, exstruensq; in ea pugnacula diffunde in ea missilia catapultaria: & ponens in ea castra dispone in ea primores *exercitus* circumquaq;.
3 Deinde tu accipe tibi sartaginem ferream, quam ponas *pro* muro ferreo inter te [b] & civitatem ipsam: & obfirmato faciem tuam adversus eam, ac si esset in obsidione te obsidente illam; signum futurum domui Jisraëlis.
4 Tu autem incumbe lateri tuo sinistro, & apponito iniquitatem domus Jisraëlis ei; numero dierum quib. incumbes ei, feres iniquitatem illorum.
5 Ego autem do tibi annos iniquitatis illorum in numero dierum, trecentos nonaginta dies; quibus feres iniquitatem domus Jisraëlis.
6 Cumq; absolveris [c] eorum partem, incumbito lateri tuo dextero secundo, & ferto iniquitatem domus Jehudæ (quadraginta dies, [d] diem unumquemq; pro anno do tibi)
7 Ad obsidionem Jeruschalaimorum obfirmans faciem tuam, brachio tuo nudato; & prophetans contra ea.
8 Ecce autem impono tibi funes, ut non vertas te a latere uno in alterum; donec absolveris dies obsidionis tuæ.
9 Tu itaq; accipe tibi triticum, & hordeum, fabasq;, & lentes, & milium, ac zeam, quæ indas in vas unum ut pares tibi ex eis cibum: numero dierum quib. incumbes lateri tuo, trecentis nonaginta dieb. comedes illum.
10 Cibus autem tuus quem comedes, pondere viginti sicli rum in diem quemq; esto; de tempore in tempus comedes illum:
11 Etiam aquas mensura bibito, sextam hinis de tempore in tempus bibito.
12 Placentam autem hordei quam comedes, ipsam stercoribus excrementi humani parato in oculis illorum.
13 Dicebat enim Jehova, ita comedent Jisraëlitæ cibum suum immundum; propter gentes quò depellam ipsos.
14 Cùm autem dicerem, Aha Domine Jehova, ecce anima mea non est impurata; & cadaver, aut discerptum non comedi a pueritia mea huc usq;, neq; intravit os meum caro [f] abominanda:
15 Indixit mihi, vide, do tibi egesta boum loco stercorum humanorum; ut pares panem tuum illis:
16 Sed, inquit ad me, fili hominis, ego fracturus sum baculum panis Jeruschalaimis, ita ut comedant panem pondere ac cum sollicitudine; & aquas mensura ac cum stupore bibent:
17 Ut defecti pane & aqua, obstupescant [g] singuli atq; contabescant in iniquitate sua.

[a] *Heb.* laterem, id est, tabulam planam instar lateris & æqua superficie: sic Exodi 24.10.
[b] *Heb.* & inter civitatem.
[c] *Heb.* eos: syllepsis.
[d] *Heb.* diem pro anno, diem pro anno.
[e] *Heb.* placentato: ut ita dicamus.
[f] *Heb.* abominationis.
[g] *Heb.* vir & frater ejus.

Caput V.

1 Postea tu, fili hominis, accipe tibi gladium acutum, *similem* novaculæ tonsoriæ accipe illum tibi, & traducito super caput tuum

tuum & per barbam tuam: ᵐ sumensque tibi stateram *justi* ponderis, divide ista.

2 Tertiam partem ᵐ igne comburito in medio civitatis, dum cõplentur dies obsidionis: & accipiens alteram tertiam percutito gladio ᵐ circa illam, reliquam verò tertiam dispergito in ventum, nam ᵃ gladio exerto persequar istos.

ᵃ Heb. gladiũ exeram post istos: sic vers. 12.

3 Attamen excipito inde ᵐ paucos numero, & ᵐ ligato eos in alis tuis:

4 E quibus adhuc accipiens ᵐ projicito eos in medium ignis, & comburito eos igne: inde ᵐ prodibit ignis in totam domum Jisraëlis.

5 ᵐ Sic ait Dominus Jehova, hæc urbs Jeruschalaimorũ quam ᵐ in medio Gentium posueram; & cui circumdederam regiones,

6 Mutavit jura mea in improbitatem plus quàm Gentes ipsæ, & statuta mea plus quàm regiones quę circumstant eam: nam jura mea sprezerunt, & in ipsis statutis meis non ambulaverunt.

7 ᵐ Idcircò sic ait Dominus Jehova, eo quòd accumulantes *improbitatem* plus quàm Gentes quæ circumstant vos in statutis meis non ambulatis, & jura mea non facitis; ac ne quidem secundum ᵐ jura gentium quæ circumstant vos facitis:

8 Idcircò sic ait Dominus Jehova, ecce me, invasurus sum te etiã ego; & effecturus in medio tui judicia in oculis ipsarum Gentium:

9 Facturus enim sum in te id quod non feci, & cujusmodi non sum facturus amplius; propter omnes abominationes tuas.

10 Idcircò ᵐ patres comedent filios in medio tui, & filii comedent patres suos; & exercens in te judicia dispergam omnes reliquias tuas in omnem ventum.

11 ᵐ Idcircò *ne* vivam ego, dictum domini Jehovæ, nisi eo quòd sanctuarium meum impuraſti omnibus detestationibus tuis, & omnibus abominationibus tuis; ideò etiam ᵐ ego diminuam, ut non parcat oculus meus amplius, adeoq; ego non utar clementia.

12 ᵐ Tertia tui peste morientur & fame consumentur in medio tui; tertia autem altera gladio cadent circa te; reliquam verò tertiam in omnem ventum dispergam, & exerto gladio persequar eos.

13 Ita consummabitur ira mea, & collocans æstum meum in eis ᵐ consolabor me: experienturq; me Jehovam eloquutũ esse zelo meo, quando consummabo æstum meum in ipsis,

14 Et disponam te in vastitatem & in opprobrium apud Gentes quæ circumstant te, in oculis omnis transeuntis:

15 ᵐ Et erit opprobrium convitiumq; eruditioni & stupori Gentibus quæ circumstant te; cùm exercuero in te judicia ira, æstuq;, & correptionibus ᵇ æstuantibus; ego Jehova eloquutus sum:

ᵇ Heb. æstus.

16 Cùm immisero sagittas famis pessimas in eos & ᶜ exitiales, quas immittam ad perdendum vos: & famem colligens contra vos fregero vobis ᵐ baculum panis:

ᶜ Heb. quæ sint exitio.

17 Cùm immiſero contra vos famem, [a]beſtiamq; malam, quæ orbã-
bunt te: peſtiſq; & [b]cædes pervaſerit te, deniq; gladium immiſero in te;
ego Jehova eloquutus ſum.

[a] *Heb.* sanguis.

ANNOTATIO IN CAPVT IIII.

1 *Tu ergo*] Duo hæc capita eodem pertinere manifestò docet communis typorum interpretatio quæ habetur 5. & ſeq. Quamobrem cùm prophetia una ſit, ea inter ſe viſum eſt adunare. Docentur autem hac propheta ſummatim tria: obſidio & fames Jeruſchalaimorum, hoc capite; & plenum excidium totius populi, capite ſeq. In deſcriptione autem famis & obſidionis, quæ ſit propheticis typis, duplex figura eſt: una, validiſſimæ obſidionis quam Jeruſchalaimis prænuntiat Deus, octo verſib. altera, famis graviſſimæ atq; ſæviſſimæ, verſib. reliquis: in quarum priore Propheta agit perſonam Dei tum obſidentis per Chaldæos & affligentis Jeruſchalaima, verſib. 3. tum peccatorum rationem juſtam cum populo ſuo ineuntis ad aſſerendam juſtitiã ſuam, 4. ſequentib. in poſteriore verò repræſentat populum ex illa fame laborantem. Summa eſt, Deũ toti ſuo populo Iſraëli, & Jehudæ propter diuturnas offenſiones acerbiſſimè exponere eum hoſtibus, fami, gladioq; , & ipſam Metropolim ſedem cultus Dei & regni (cujus ſpe privi ipſi recreabantur inter gentes, & in qua reliquiæ aliquem ſibi fore cogitabant receptus locum) a ſe abjicere, ne Iſraëlitis aut Judæis perfugium eſſe poſſit. *Tabulam*] figuram totius regni Davidis: in cujus medio regia Jeruſchalaimorum ſita erit; ac proinde jubetur inſculpi in ea tum ipſa civitas, hoc verſ. tum obſidionis ratio, 2. verſ. ſeq. *Proponas*] ſicut exponitur inf. verſ. 3. 2 *Et diſponens*] id eſt, inſculpens tabulæ, ut modò diximus, & figuram obſidionis arctiſſimæ ſtatuens in ambitu Jeruſchalaimorum: nam totus hic verſ. pertinet ad ſcalpeturam tabulæ. 3 *Sartaginem*] ponendam videlicet ex adverſo tabulæ; ut eo ſigno teſtaretur Deus tanquam muro ferreo odium ſuum ferreum & obſidionem duriſſimam urbis, qua everſa omnem fiduciam & gloriationem toti Iſraëli præciderit Deus. *Domui Iſraelis*] id eſt, ut hoc ſigno teſtatum facias non tantùm iis qui ſuperſunt in Judæa, ſed etiam his apud quos verſaris Judæis & Iſraëlitis omnibus deportatis, utcunq; ipſos Pſeudoprophetæ inani ſpe alant, me ipſis eſſe infeſtiſſimũ, inexorabilemq; , & reſtitutionis ſpem quam ſibi proponunt adimere. 4 *Tu autem*] ætiologia typica obſidionis nunc demum oſtenditur, nimirum peccatorum antè commiſſorum ratio; qua ſubducta Deus ſe Iſraëlitarum reliquias e terra perditurũ eſſe denuntiat: itaq; dies typicos imperatos Prophetæ numerat de numero annorum quibus Iſraëlitas & Judæos exſpectavit patienter Deus, ferens & obſervans peccata ipſorum, quaſi ad deditionem & reſipiſcentiam provocaret: quam quia non exhibuerunt, ferrum tandem flammamq; præſentiſſimã obſirmatæ illa obſidione interminatus eſt Deus, præcedente verſ. Sunt aũt (ut in univerſum dicamus) hi numeri incipiendi a defectione poſtrema utriuſq; populi, & terminandi poſtrema deportatione quæ per Nebuzar-adanem effecta eſt. Jirm. 52. 30. Nam etſi præcedentibus peccatis multis graviſſimè fuerat & ſæpiſſimè provocatus Deus; tamẽ eo illuſtrius explicat fidem & veritatem ſuã, quòd ſuperiora omnia peccata velut ex fœdere abolita omnino reticet, eorumq; diuturnitatem rationem init quæ a tempore poſtremi fœderis fuerunt perpetrata, ut deinceps ſuis locis commonſtrabimus. *Incumbe*] id eſt, cùm prophetaturus in publicum prodibis, hoc tantùm a me ſignificato adhibita tabula, farragine, & cubatu tranquillo tuo: nullo alio prophetiæ argumento utitor toto hoc tempore. Figurat autem cubatus patientiam Dei; qui non irruit in ipſos propter peccata ipſorũ, quæ obſervavit & penes ſe numerata habuit; ſed iniquitatem ipſorum tam diu pertulit, ne funditus eos perderet & ſpem ſalutis liberationiſq; præriperet. 5 *Do tibi*] id eſt, Indico, & indicare jubeo ſignis a me datis. *Trecentos nonaginta*] hic numerus (ut antè diximus) a poſtrema Jiſrachitarum defectione incipit, poſtremaq; deportatione populi terminatur. Poſtremæ autẽ defectionis tempus non aliunde petendum eſt quàm ex poſtremi fœderis tempore, cùm primùm illud Jiſraëlitarum culpa fuit irritũ. Quòd ſi poſtremũ fœdus ex ſcriptura recordabimur, inveniemus illud fuiſſe poſtremò a Jiſraëlitis cum Deo initum, quo templum a Schelomone conſecratum eſt & Dei majeſtate præſente confirmatum. Atq; hoc quidem in fœdere annis ſic quot Jiſraëlitæ conſtiterunt, nimirum uſq; dum ſenescens Schelomo ad cultum deorum alienorum abduceretur. 1. Reg. 11. 4. quo exemplo Jiſraëlitæ traducti primùm a Deo defecerunt in idololatriam, deinde pauco tempore ejurates fide regnum Davidis abjecerunt. Fuit autem annus iſtius defectionis primus, fermè vigeſimus octavus ex quo Schelomo regnare cœperat: ab eo ſi ex ordine tempora computes, invenies ad poſtremæ deportationis intervenire ann. 390. nimirum ann. 13. Schelomonis, tum ann. 78. regum quatuor ſequentium, qui relati ſunt in argumentũ 2. Reg. 15. gumentum 1. Reg. item ann. 294. uſq; ad finem Tzidkijæ, ut ex ordine relati ſunt Reges in argumentũ 2. Reg. 25. poſtremo annos quatuor inde a Tzidkija, quib. elapſis reliquiæ totæ deportatæ ſunt & Judæa planè deſolata, ut diximus ex Jirm. 52. 30. Ne quis autem miretur nos hoc deportationis tempore numerum annorũ terminare, ipſe Jechezkel nobis eſt interpretationis autor inf. 5. 4. ut ex loci illius interpretatione conſtabit evidentiſſimè. *Ferè*] typus Dei miſericordis, benignitate ad reſipiſcentiam populum revocantis, Rom. 2. 4. 6 *Cumq; abſolverit*] altera pars ætiologiæ typicæ; qua Deus occupat objectionem Judæorum qui adhuc in regno permanſerant, aut reverti nis proximæ ſpe ſuſtentabantur. quaſi dicat, dixerint fortaſſe Judæi ſe nihil cum his rationibus habere commune, ſe fretos eſſe redintegrato fœdere cum Deo temporibus Joſchijæ, ac proinde minimè metuere ſibi ab hac interminatione. Tu itaq; cùm ad juſtum numerum perveneris illius anni quo fœdus redintegratum eſt, inito rationem novi, & oſtendito Judæos inde ab ipſo anno redintegrati fœderis defeciſſe, ac potius in defectione ſceleratiſſimè perſiſtere: adhuc quidem exſpectari a me, ſed idem judicium in dies ſibi accerſere & accumulare obſirmatione ſua: ut cum multis locis Jirmeja exprobrat, tum cap. 25. evidentiſſimè, & confirmatur 2. Chron. 34. 33. *Eorum partem*] id eſt, ann. 350. quibus exactis 40. cæteri novam rationẽ hanc deſyderabant: ſic accipiendum eſſe verſ. 9. indicat. 7 *Prophetans*] cùm hoc typo, tum verbo, in ſequentib. capitib. 8 *Ecce autem*] id eſt, autoritate verbi mei confringo, & virtute ſpiritus confirmo te tanquã vinculis adhibitis, ne ullo pacto deſiſtas ab inſtitutæ obſidionis typo: ſed patiens ſigno aſpectabili teſtatam facias firmitatem decreti mei. Ineſt autem his verbis præclara antitheſis, reſpiciens ad ea quæ dicta ſunt ſup. 3. 10. *Ut non vertas*] nimirum dum publicè typum hunc propheticum demonſtrabis, ut diximus in verſ. 4. 9 *Tu itaq;*] poſterior typus repræſentans famem quam Judæi in obſidione Jeruſchalaimorũ perpeſſi ſunt, ut diximus in verſ. 1. *Triticum*] id eſt, promiſcuam farraginem, ut ſolent obſeſſi. 10 *Siclorum*] communi opinio noſtra eſt) pro eo quod eſt, eſto cibarium tuum unciarum quinarum: nam communes ſicli quaterni efficiunt unciam: ut dictum eſt Exod. 21. 32. *De tempore in temp.*] id eſt, in ſtata tempora comparcito, ut verſ. ſequente. *Sextam*] vide Exod. 29. 40. id eſt, quantum ova duodecim capiunt. 12 *Hordei*] id eſt, farraginis illius, *Stercoribus excr.*] ad figurandum penuriam pecoris, & ligni ex obſidione diuturna. 13 *Propter Gentes*] id eſt, Chaldæos urbem obſidentes. 14 *Aha Domine*] excuſatio Prophetæ a ſtudio ſanctificationis: ego, inquit, ut Sacerdos tuus cavi ſemper quàm maximè fieri potuit ne immunditiã ullam ſuſciperem (quod ſequentib. exemplis perſynecdochen oſtenditur) Eſt autem excrementum hominis, id eſt oletũ, impurũ ex lege, Deut. 23. 9. & ſeq. Quamobrem

peto ut me hac in re excusatum habeas, ne propter impuros Judæos cogar impurari vescens impuro cibo. *Animæ meæ*]vide Levit. 21. & 22. de singulorum Sacerdotum puritate. 15 *Indixit mihi*]responsio Dei, qua ostendit se personæ quidem privilegium hoc irrogare; sed tamen stare sententiam ut Judæi cibum cum sollicitudine maxima comedant, & oleto cogantur coquere. 16 *Baculum panis*]ut Levit. 26. 26.

In Caput V.

1 *Pone ad te*]Secunda pars prophetiæ de pleno Judæorum excidio (ut diximus sup. 4. 1.) hoc capite continetur: ac primùm quidem ponitur typus, versib. 4. deinde hic typus cum præcedentibus exponitur, ad finem usq;. *Traducito*] ut effingas hoc pacto excidium totius populi. *Sumens sibi*] ut figura sit perfectissimæ exsequutionis decreti Dei in singulos, & iis rationibus quæ vitæ sunt ipsi in consilio suo: ut Jirmejæ 15. 2. prout sequentibus exponuntur. 2 *Igne*]id est, fame, peste, & aliis modis qui durante obsidione oppidanos, ut ignis ardens, pervaserunt & maxima ex parte consumpserunt. *Circa illam*]id est, diffugientes ex illa omneis obsidionis & occupationis tempore, 2. Reg. 25. Sunt autem hæc gesta temporibus Tzidkijæ: illud verò quod posteà dicitur, est consequutum postquàm terra poterat vinitores & agricolæ, 2 Reg. 25. 15. *Ligato eos*]id est, adhuc in terra Judææ retinendos esse docero. 4 *Projecito*]id est, significato eos inter se exarsuros esse in perniciem suam: ut factum est Gedalja per Jischmahhelem occiso, & cæteris rebus gestis de quibus Jirmejæ 40. & sequentibus. *Prodibit ignis*]id est, ultimo exitio conflagrabunt, & per Nebuzar-adanem deportati prorsus in Babylonem; & aliis in locis penitus absumpti. 5 *Sic ait*]secunda hæc pars, ἀπόδοσις typorum præcedentium, duo complectitur: proparasceven narrativam ad sequuturam sententiam, his duobus versib. deinde sententiæ dictionem, quasi Deus coram Judæos omnis impietatis reos condemnaret, a vers. 7. ad finem usq;. *In medio*]id est, proposueram in exemplum eam gentibus omnibus, ut præluceret eis tanquam ex edito, & quædam magistra esset vitæ in pietate & sanctimonia informandæ, Deut. 4. 6. 7 *Idcircò*]sententia quam fert Dominus primùm causas per gradationem ponit, hoc vers. deinde judicium severissimum generatim pronuntiat, tribus seq. quod posteà speciatim persequitur, ad finem usq;. *Jura Gentium*]id est, ea ipsa quæ Gentes sine lege bene observant: nam frequentes fuerunt cædes, & rebelliones regum post fidem datam deficientium, 2. Reg. 24. & 25. 10 *Patres*]explicatio typi, de quo suprà 4. 9. & sequentib. vide Deut. 28. 53. & sequentib. & Lament. 4. 10. 11 *Idcircò*]γραφὴ hæc sententiæ quæ modò summatim dicta est, juramento Dei confirmata, primùm tres illas plagas confirmat superioribus typis prænuntiatas, usq; ad vers. 15. deinde gravitatem judicii amplificat a testimonio & ludificatione Gentium omnium, apud quas Judæi priùs fuerant admirationi, versib. tribus ultimis. *Ego diminuam*]vide licet benevolentiam & consuetudinem conjugalem meam: respicit enim ad communionem illam figuratã conjugio maritali, de quo habetur lex Exod. 21. 10. 12 *Tertia tui*]explicatio typi, qui habetur principio capitis. 13 *Consolabor me*]ut Jeschahh. 1. 24. 15 *Et erit opprobr.*]ex interminatione legis, Deut. 28. 37. 16 *Baculum pan.*]ut suprà 4. 16. 17 *Bestiam & mal.*]ex lege Levit. 26. 22.

Caput VI.

Prophetæ Dei jussu exitium terræ, idolis, & idololatris prænuntiat; reliquias in captivitate Deum agnituras prædicit; & piis luctum velut hac clade jam accepta imperat.

1 ET fuit verbum Jehovæ ad me, edicendo,
2 Fili hominis, dispone faciem tuam adversus montes Jis-
3 raëlis; & prophetam age adversus eos,
Dicens, ô montes Jisraëlis, audite verbum Domini Jehovæ: sic ait Dominus Jehova montibus, & collibus, alveis aquarum, & vallibus; ecce me, ego adducturus sum contra vos gladium, & perditurus excelsa vestra.
4 Nam desolabuntur altaria vestra, & confringentur subdiales stataæ vestræ; prosternamq; confossos vestros corã diis stercoreis vestris.
5 Disponam etiam cadavera Jisraëlitarum corã diis stercoreis ipsorum; & dispergam ossa vestra circum altaria vestra:
6 In omnibus habitationibus vestris ipsæ civitates vastabuntur, & excelsa desolabuntur; ut vastentur & desolentur altaria vestra, confringanturq; & aboleantur stercorei dii vestri, & succidantur subdiales statuæ vestræ, ac deleantur opera vestra:
7 Et cadent confossi in medio vestri, ut experiamini me esse Jehovam.
8 Quos autem reliquos fecero, cùm erunt vobis qui evaserint gladio, in Gentibus; cùm dispersi fueritis in regiones,
9 Qui ex vobis evaserint recordabuntur mei in Gentibus ubi captivi

detinebuntur: [a]me fractum fuisse ab [a]animo ipsorum scortante qui recesserant a me, & ab oculis ipsorum qui scortantes [b]sequebantur stercoreos deos ipsorum, & [a]fastidio erunt [c]sibi ipsis propter illa mala quæ fecerunt omnibus [a]abominationibus suis:

[a] Heb. corde: sic deinceps. [b] Heb. post stercoreos. [c] Heb. faciei suæ.

10 Et agnoscent me esse Jehovam; non frustrà eloquutum fuisse me affecturum ipsos hoc malo.

11 [a]Sic ait Dominus Jehova, [a]percute manu tua, & [a][d]plaude pede tuo, & dic eheu, [a]propter omnes abominationes pessimas domus Israëlis: quòd gladio, fame, & peste casuri sint.

[a] Heb. pavi.

12 Longinquus peste morietur, & propinquus gladio cadet, reliquus autẽ & obsessus fame morietur: deniq; consummabo ęstum meũ in eos.

13 Ita agnoscetis me esse Jehovã, cùm erunt confossi eorũ inter deos stercoreos ipsorum, circa altaria illorũ; in omni colle excelso, in omnibus cacuminibus montium, & sub omni arbore virente, ac sub omni quercu densa, ubicunq; loci posuerint odorem gratum omnibus stercoreis diis ipsorum:

14 Cùm extendens manum meam contra eos, reddidero terrã hanc [e]desolatissimam, magis desolatam quàm [a]desertum Diblathæ in omnibus habitationibus ipsorum; ita, *inquam*, agnoscent me esse Jehovam.

[e] Heb. desolationem.

ANNOTATIO.

1 *Et fuit*] Hujus capitis (quod post superiores typos concionemq; Propheta divinitus promulgavit ad amplificandorum interpretationem) partes in universum tres sunt: prima, qua Deus toti Israëlis habitationi exitium denunciat, usq; ad idololatriæ nomine, usq; ad vers. 8. secunda, qua pios ad Dei flagella resipiscentes aliquos fore prænunciat, usq; ad 11. tertia, qua jamq; luctum imperat istius ruinæ indictæ nomine, ad finem usq;. 2 *Dispone faciem*] id est, hoc signo externo ostende quò spectet tua prophetia. *Montes Isr.*] id est, montosam Israëlitarum regionem, Exod. 15. Deut. 11. 11. 3 *Sic ait Domin.*] minarum partes sunt hæ, in sedem idololatriæ, in idola, & in idololatras: quam Propheta per prosopopœiam ad montes, colles, &c. ubi idola colebantur orationẽ habet: vide Jeschahh. 57. 5 *Coram diis*] qui non servabunt eos e manu mea. 6 *Ipsæ civitates*] quasi dicat, fundũ ipsum & solum evertam, superstantia corruant: pro eo quòd est, omnia evertam funditus. 8 *Quos autem*] altera pars, promissio: ut in vers. 1. 9 *Me fractum fuisse*] id est, me qui in promissis sum constantissimus, invitũ planè adductũ esse ipsorum fidia ut refringeretur cursus misericordiæ meæ. *Fastidio erunt*] detestantes ex animo vitam anteactam suam, & stitia affecti secundum Deum ad resipiscentiã & salutem: ut loquitur Apostolus 2. Corinth. 7. 9. & sequentib. *ominationib.*] id est, abominandis & damnatis idolis suis. 11 *Sic ait*] tertia pars, qua Deus luctũ imperat Prophetæ & piorũ reliquiis, propter mala Judæis impendentia ex judicio ejus, ut diximus vers. 1. *Percute manu tua*] lore, cujus signum est hîc complosio manuum: ut Num. 24. 10. quemadmodum etiã alibi lætitiæ, Psal. 98. & 25. 6. Nam duo hæc signa, aliaq; hujusmodi, media sunt quodammodo, & modò ad lætitiam, modò ad dolorem ectantia. *Propter*] id est, duabus de causis luctum age, tum propter maleficia populi, tum propter ex maleficiis obventura. 14 *Desertum Dibl.*] situm in regione Moabitarũ, horriditate nobile, quo Israëlitæ rerverunt cùm Cenaãnhanæam primùm essent ingressuri: unde dictum est oppidum Diblathajima Num. 34. 6. & 48. 22. ad fines immanis illius deserti, quod innuit Moseh Deut. 8. 15.

CAPUT VII.

Propheta Iudæis omnibus in terra commorantibus exitium proximè venturum denunciat, gladium, famem, pestem, sævissimaq; omnia; adeò ut neq; in rebus humanis subsidium, neq; Deo gratiam inventuri sint: ac propterea typo funis adhibito ipsos partim mactandos vociferantes, partimq; in miserrimam servitutem rapiendos dicit.

1 [a]DEINDE fuit verbum Jehovæ ad me, dicendo,

2 Heus tu fili hominis, sic indicit Dominus Jehova terræ Israëlis finem: advenit ipse finis quatuor [a]oris istius terræ.

[a] Heb. alis.

3 Jam finis impendet tibi: cùm immittens iram meam in te judicabo te secundum vias tuas, & reponam super te omnes abominationes tuas.

4 Neq; parcet oculus meus tibi, neq; utar clementia: sed [a]vias tuas in te reponam, & abominationes tuæ [a]in medio tui erunt, ut experiamini me esse Jehovam.

Suprà 5. 11.

5

5 'Sic ait Dominus Jehova; malum, "unicum malum ecce advenit.
6 'Finis advenit, advenit ille finis, "evigilat super te; ecce advenit *illud*.
7 Supervenit "matutinum illud tibi, "ô habitator istius terræ: advenit tempus illud, propinquus est dies ille, vexationis, "non autem echûs montium.
8 Jam [b] "cominùs *sum*, effundam æstum meum super te, & consummans iram meam in te judicabo te secundum vias tuas: & reponam super te omnes abominationes tuas. [b] *Heb.* e propinquo sum. sup. 3. & 4.
9 Neq; parcet oculus meus, neq; utar clementia; secundum vias tuas tibi reponam, & abominationes tuæ in medio tui erunt, ut experiamini me Jehovam esse percussorem.
10 "Ecce "diem illum, ecce adveniens *matutinum*: prodit matutinum illud, "efflorescens tribus ista germinavit superbiam:
11 Ipsa violentia assurrexit tribui' improbissimæ: nemo "ex eis, neq; ex multitudine ipsorum, neq; ex Thrasonibus ipsorum, "neq; lamentum de ipsis *erit*. [e] *Heb.* improbitatis.
12 "Advenit illud tempus, pertingit dies illa, emptor ne "lætetur, & vẽditor ne cõtinẽter "lugeat: quia æstus *iræ* impẽdet toti multitudini ejus.
13 Nam venditor ad rem venditam "non esset reversurus, quamvis adhuc in vivis esset vita eorũ: visio enim impendet toti multitudini ejus, "non reversuram esse; & unumquemq;, *quia versatur* vita ipsius in iniquitate sua, non esse confirmaturos se.
14 "Clangent classico ut comparent omneis, sed nullus prodibit ad bellum; quia "æstus meus invadet totam multitudinem ejus.
15 Gladius ipse foris, pestis autem & fames intus: qui in agro *erit*, gladio morietur; qui verò in civitate *erit*, eum fames & pestis consumet:
16 [d] "Qui autem ex eis evaserint, hi erunt "in ipsis montibus velut columbæ vallium, "ipsi omnes "*ut* gementes *columbæ*; quisq; propter iniquitatem suam. [d] *Heb.* qui ẽ vaserint evadentes eorum.
17 Omnes manus remittentur, & omnia genua' diffluent *ut* aqua: [e] *Heb.* abibunt.
18 Et accingent cilicia, tegente ipsos horrore; deniq; in omni facie erit pudor, ac in omnibus capitibus ipsorum calvitium.
19 "Argentum suum per plateas abjicient, & aurum ipsorum "separationi erit; argentum ipsorum & aurum ipsorum non poterit eripere ipsos die excandescentiæ Jehovæ; [f] se ipsos non satiabunt, & viscera sua non explebunt: cùm "offendiculum iniquitatis ipsorum aderit. [f] *Heb.* animam suam.
20 "Et quia in "decore illo ornatus sui, *quod* ad excellentiam *Deus* posuerat, imagines abominationum suarum, & detestabilium suorum fecerunt; idcircò illud quod dederam eis "separationi *erit*.
21 Tradam enim illud in manum extraneorum direptioni; & impro-
bis terræ prædæ, qui "prophanabunt illud:
22 Et avertente me faciem meã ab ipsis, prophanabunt [g] adytum meum; & ingressi *domum* ipsam effractores prophanabunt ipsam. [g] *Heb.* abscõditum.

h Heb. judicio sanguinum.

23 "Para funem: quia terra ista plena est [h] causis capitalibus, & ipsa civitas plena est violentia.

24 Ideò adducam "pessimos gentium ut hæreditariò possideant domos istorum: faciamq; ut cesset excellentia "fortium, & prophanentur "ii qui sanctificant ipsos.

25 Excidium advenit, & quærentibus pacem nulla erit.

i Heb. quærent.

26 Ærumna superveniet ęrumnę, & rumor ad rumorē erit; nam [i] desyderabunt visionem a Propheta, & lex peribit a Sacerdote, consiliúq; "a senibus.

k Heb. desolationē, metonymicè.

27 Rex ipse continenter lugebit, & Princeps induet [k] vestem desolationis, ac manus populi terræ conturbabuntur: propter viam ipso-

l Heb. jurib. ipsorum.

rum agam cum eis, & [l] prout jus ipsorum est judicabo ipsos; ut experiantur me esse Jehovam.

ANNOTATIO.

1 *Deinde*] Hoc caput, quemadmodum proximè præcedens, non dubiū est quin Propheta sit concionatus post-dies illos trecentos nonaginta de quibus supra cap. 4. ad exponendum ampliùs & obsignandū eandem prophetiam de eversione Judæorum: ac propterea etiam vehementioribus quàm superiore capite verbis atq; sententiis exitiū idem prænuntiat. Sunt autem hujus capitis partes in universum duæ: prima est propositio summa, usq; ad vers. 5. secunda, exornatio propositionis, inde ad finem usq;. 4 *Vias tuas*] id est, pœnas vitæ scelleratæ tuæ; metonymicè, ut sequenti. *In medio tui*] id est, non poterunt a te propulsari supplicia tua, sed te indesinenter oppriment: ut in exornatione oleum ditur. 5 *Sic ait Dominus*] exornatio hæc tres omnino partes complectitur: prima est quædā hypotyposis velut praesentissimæ calamitatis ex justo judicio Dei, usq; ad vers. 12. secunda est descriptio effectorū quæ ex invadēte calamitate fuerunt eventura tum populo, usq; ad vers. 20. tum sacrario Dei, usq; ad vers. 23. tertia est captivitatis, & tyrannicæ dominationis in reliquias Judæorū omnes descriptio, ad finem usq;. *Unicum malum*] id est, semel eventurum, idq; tam grave ut non sit ampliùs repetendū: quod interminatus fuerat Deus sup. 5. 9. 6 *Finis advenit*] hæc tres antes anaphorę trib. de causis adhibentur, nempe tum ad certitudinem rei, tum ad celeritatem, ut diximus Gen. 41. 32. tum ad permovendos afficiendosq; auditorū animos. *Evigilat*] id est, hactenus in consilio Dei tanquam dormivit; sed jamjam exsurgit, & comparatur ut propediem in vos irruat: nam tertio pòst anno incepta est a Chaldæis obsidio Jeruschalaim orū. 7 *Matutinum*] vide inf. in vers. 10. *O habitator*] id est, qui adhuc in Judæa habitatis, propè est tempus cùm desinetis ibi hic habitare: gravis apostrophe. *Non autem echús*] id est, non panici terroris aut insanæ consternationis; qualis ferè oritur ex confragosis montibus remugientibus, quē Græci vocant ὀρυμαγδὸν. 8 *Cras nùs sum*] id est, hactenus ita abstinui a vobis ut visus sim vobis in altitudine cœli delitescere, & ambitum cœlorū celeriter ambulare (ut dicitur Ijobi 22. 12. & seq.) sed jam longè aliter experiemini. His autē versib. mutatur genus, quia Deus per prosopopœiam terram alloquitur; & non tantùm populo, sed terræ ipsi sequentia mala denuntiat. 10 *Ecce diem*] hypotyposeos quæ habetur sup. ψ. 5. & 6. brevis repetitio, qua illustratur judicium Dei allegoricè; nam primùm judicium Dei velut oculis subjicitur, deinde crimine Judæorum exposito per gravissimum asyndetōn ampliùs exponitur, ita duob. versib. *Diem illum*] videlicet constituti & denuntiati judicii: sic etiam matutinum illud. *Efflorescens*] est elegantissima denuntiati judicii a Judæorum sceleribus per allegoriam: cujus τὸ ἄνθος (ut Hermogenes vocat) est elegantissimum ex ambigua voce. Nam trib. Judęorum furculo depacto comparatur, qui germina superbiæ & ramos violentiæ dicitur protulisse, ac proinde iram Dei conciliasse: ut Jeschahh. 5. 11 *Ex eis*] prolepticè; nam sequentia populum distribuunt in humilem plebem aut vulgus, & optimates glorioſos perstrepentes de virtutib. suis, atq; (ut Suetonius vocat) aretalogos. *Neq; lament.*] id est, ne ex illis quidem supererunt qui lamentū faciant de mortuis: vide Jirmejæ 16. 12 *Advenit illud tempus*] secunda pars exornationis, ut diximus in vers. 5. cujus summa est: neq; mercū, duob. versib. neq; armorū & rerum militarium, duob. alteris; neq; fugæ & roboris, vers. 16. & duob. seq. neq; facultatum omniū, vers. 19. fructum ullum Judæos percepturos esse, sed omnia in ventos esse abitura. *Lætetur*] velut re incommodè empta. *Lugeat*] velut re incommodè vendita. 13 *Non esset reversurus*] id est, non est cur sit sollicitus de re alienata: nam si reciperet eam, aut etiam non vendidisset; nihil ex eo habiturus esset commodi; cùm ne suam quidem propriam vitā, nedum possessionem, ab hostib. intactam servare possit. *Non reversuram*] id est, omnes omnino esse perituros propter peccata sua. 14 *Clangent*] videlicet classici sive tubicines. *Æstus*] cujus documenta exponuntur seq. vers. 16 *In ipsis montib.*] id est, etiā tum cùm erunt in specubus & locis abditissimis montium, eorū tamen animus non magis confirmabitur quàm securæ sunt columbæ in locis planis & apertissimis vallibus: sunt enim imbeles columbæ a natura trepidissimę. *Ut gementes columbæ*] id est, consternatæ & efferatæ irruptione accipitris, quæ sequentes vers. exponunt. 19 *Argentum*] vide in vers. 12. *Separationi erit*] id est, æquè ab ipsis abjicietur atq; res propter immunditiam separandæ ex lege: quia non erunt adjumento, ut confiti fuerant. *Offendiculum*] id est, quod ipsorum iniquitas ipsis excitaverit: ut sup. vers. 10. & 11. 20 *Et quia*] amplificatio ab excidio sacrarii, ut diximus vers. 5. qua ostendit Deus eo fore graviores prædictas calamitates, quòd ne Deum quidē accedendi facultas erit; quæ signa præsentiæ suæ submoverit propter peccata ipsorum. *Decore illo orn.*] id est, in domo Dei: vide capite seq. 8. *separationi erit*] id est, illud ipsum templum, quod dederam eis & in quo excellentiā meam collocaveram, tam a me repudiabitur quàm res immundæ repudiari solent: vide Jirmejæ 7. 21 *Prophanabunt*] id est, tanquam rem prophanam & abjectissimā conturbabunt, miscentes in eo omnia. 23 *Para funem*] tertia pars exornationis, ut diximus in vers. 5. typū imperans, his verbis; & exponens, sequentib. Funis enim typus est tum reorum capitalium qui ducuntur vincti, hoc vers. tum captivorum qui in servitutem pertrahuntur, vers. sequentib. 24 *Pessimos gent.*] velut carnifices qui corpora trucident, & involent in publicata bona. *Fortium*] id est, thrasonum illorū de quibus vers. 11. in republ. administrationem incumbentium. *Ii qui sanct.*] id est, Sacerdotes, Prophetæ, & cæteri illi impuri Ecclesię administri. Hæc ut ita accipiamus, tū prioris membri cōparatione, tū sequentiū adducimur: hæc enim est prolepsis, quæ in sequentib. ὕστερον πρότερον exponitur. 26 *A senib.*] utriusq; ordinis, Ecclesiastici, & politici, ad quē transitur seq. vers.

CAPUT

CAPUT VIII.

Deus per visionem indicat Prophetæ primùm sceleratissimam & confertissimam Iudæorum idololatriam; deinde supplicia docet propter illam eventura, tum lamentabili strage cõtra oppidanos edita præterquam electos Dei, tum etiam horrendo igne qui Deo autore in oppidum obsidionis & expugnationis tempore erat exarsurus, tum promiscuis per Iudæam tot cædibus, tum denique (quod fuit maximum) profectione Dei abdicantis Ieruschalaima: qui tamen e diverso pios in Babyloniam deportatos præsentiæ suæ sanctificatione, & Evangelicis in futurum promissionibus consolatur, omniaq; confirmat unius Principis morte.

1 FUIT autem anno sexto, mensis sexti *die* quinto, me sedente domi meæ, senioribusq; Jehudę sedentibus coram me; ut accideret mihi illic manus Domini Jehovę.

2 Me enim aspiciẽte, ecce similitudo quasi aspectus ignis, ab aspectu lumborum ejus deorsum versus erat ignis: à lumbis autem ejus sursum versus quasi aspectus solis rutili, similis colori [a] vividissimo.

3 Extendens itaque formam manus, assumpsit me cincinno capitis mei: & attollens me spiritus inter terram [b] & cœlum deduxit me Jeruschalaima visionibus Dei, ad ostium portæ interioris spectantis ad Aquilonem; ubi erat sedes idoli zeli quod ad zelum provocat.

4 Ecce autem illîc gloria Dei Jisraëlis, secundum aspectum quem videram in ipsa convalle:

5 Qui edixit mihi, fili hominis, attolle jam oculos tuos *ad* viã Aquilonem versus; cumq; sustulissem oculos meos *ad* viam Aquilonem versus, ecce ab Aquilone ad portam ipsius altaris idolum illud zeli in ipso ingressu.

6 Tum dixit ad me, fili hominis, vidésne quid isti faciant? abominationes *sunt* maximę quas domus Jisraëlis faciunt hîc, ut lõgè recedam à sanctuario meo; sed adhuc [c] divertẽs videbis abominationes maximas.

7 Ita deduxit me ad portam atrii alterius: ubi aspexi, cùm ecce fora-men unum in ipso pariete esset.

8 (Edixerat enim mihi, fili hominis, fode jam in isto pariete; cumq; fodissem in ipso pariete adeò ut ecce porta una esset,

9 Tum edixit mihi, veni & aspice abominationes pessimas quas isti faciunt hîc)

10 Veniens itaque aspexi; ecce autem omnes formas reptilium & jumentorum, detestandorum, omniumq; stercoreorum deorum domus Jisraëlis, expressas in pariete ipso circumquaque:

11 Et septuaginta viros e senioribus domus Jisraëlis, cum Jaazanja filio Schaphanis stante in medio ipsorum, stantes coram illis, & quemque thuribulum suum *habentem* in manu sua: ita ut [d] abundãs nubes suffitus ascenderet.

12 Tum dixit ad me, vidésne, fili hominis, quæ seniores domus Jisraëlis faciant in tenebris, quisque in cõclavibus [e] figuratis suis? quia dicũt, minimè Jehova respicit nos, dereliquit Jehova terram hanc.

[a] *Heb.* vividissimi.

[b] *Heb.* & inter cœlum.

[c] *Heb.* revertens, videbis: sic deinceps.

[d] *Heb.* abũdantia nubis.

[e] *Heb.* picturæ luæ.

13 "Deinde dixit ad me, adhuc cõversus videbis abominationes maximas quas isti faciunt:

14 Et deduxit me" ad ostium portæ domus Jehovæ quæ est ad Aquilonem; ubi ecce" mulieres sedebant," deflentes Tammuzum.

15 Et dixit ad me, vidésne fili hominis? adhuc conversus videbis abominationes" majores istis.

16 "Et deduxit me in atriũ domus Jehovæ" interius, ubi ecce ad portam templi Jehovæ inter" porticum & ipsum altare" quasi viginti quinque viros: quorum posteriora *spectabant* versus templum Jehovæ, facies autem eorum Orientem versus, quorum incurvatio *erat* Oriẽtem versus[f] coram" Sole.

f Heb. Soli.

17 Tum dixit ad me, vidistíne, fili hominis? an levius est quicquam domui Jehudæ quàm facere abominationes istas quas faciũt hîc? quia impleverunt terram hanc violentia, & aversi sunt ad provocandũm, adeoq; ecce isti" admittunt palmitem ante faciem suam:

18 Propterea etiam ego" facturus sum *factum* æstu *iræ*, non parcet oculus meus, neque utar clementia; & quamvis clament in auribus meis voce magna, non exaudiam eos.

Caput IX.

1 "Deinde inclamavit" me audiente voce magna, dicendo, admovete *manus*, ô" præfecturæ istius civitatis, & instrumẽtum quisque suum [b]lethiferum in manu sua.

a Heb. in auribus meis: sic ver.

b Heb. corrumpens.

2 Tum ecce" sex homines venientes à via" portæ superioris, quæ est obversa" ad Aquilonem, quisque cum instrumẽto dissipationis suo in manu sua, & "vir unus [c]inter eos indutus" *vestibus* lineis" cũ atramẽtario scribę ad lumbos suos: qui venientes constiterunt" juxta altare æneum.

c Heb. in medio eorum.

3 Gloria autem Dei Jisraëlis extulit se" à Cerubinis quibus insidebat, ad limen ipsius domus; & inclamavit virum illum indutum *vestibus* lineis, ad cujus lumbos erat atramentarium scribæ;

4 Edixitq; Jehova ei, transi per medium istius civitatis, per medium Jeruschalaimorum; & insignito" signo frontes illorum hominum "qui suspirant & qui exclamant propter omnes abominationes istas quæ fiunt in medio illius.

5 *Reliquis* autem illis edixit me audiente, transite per hanc civitatem post eum, & percutite; ne parcito oculus vester, neque utamini clementia:

6 "Senem, juvenem, & virginem, parvulosq; & fœminas interficite ad internecionem; sed ad ullum virum cui inerit hujus signum ne accedite & "a sanctuario meo incipitote: itaque inceperunt ab "hominibus illis senioribus qui erant ante ipsam domum:

7 (Nam edixerat illis, impurate domum ipsam, & implete atria ipsa confossis, exite) exeuntesq; percusserunt in civitate ipsa. 8 "Fu-

8 "Fuit autem percutientibus ipsis, cùm reliquus essem ego, ut procidens in faciem meam clamarem; & dicerem, Aha Domine Jehova, an perditurus es omnes reliquias Jisraëlis, effundendo æstum *iræ tuæ* super Jeruschalaima?

9 Qui dixit ad me, iniquitas domus Jisraëlis & Jehudę magna est[f] supra modum, & repleta est ista terra[g] cædibus, ipsaq; civitas plena[h] perversione: quia dixerunt, dereliquit Jehova hanc terram, minimè Jehova respicit.

10 Quapropter etiam ego (non parcet oculus meus, neque utar clementia:) viam eorum in capite ipsorum reponam.

11 Tum ecce" vir ille indutus vestibus lineis, ad cujus lũbos erat atramẽtarium, retulit[i] rem dicẽdo; feci quemadmodum præceperas mihi.

[f] supra 8. 17. *f Heb.* in valde valde.
[g] *Heb.* sanguinibus.
[h] *Heb.* perverso.
[i] supra 8. 12.
[i] *Heb.* verbum.

Caput X.

1 "Umq; aspicerem quòd ecce" in illo expanso quod erat supra caput Cerubinorum *esset*" quasi lapis sapphirinus, quasi aspectus similitudinis solii; apparuit" super

2 ipsos *gloria Jehovæ*:

Qui alloquutus virum illum indutum vestibus lineis, dixit, ingredere intervallum" orbium sub Cerubinos, & imple pugnos tuos prunis igneis ex intervallo Cerubinorum, & sparge contra istam civitatem: qui ingressus est ante oculos meos.

3 Cerubini autem stabant" à dextera domus cùm ingrederetur vir ille, &" nubes implebat atrium interius.

4 (Nam" cùm extulit se gloria Jehovæ à Cerubinis ad limen domus; impleta fuerat domus nube illa, atrium verò impletum splendore gloriæ Jehovæ)

5 Et sonus alarum" Cerubinorum audiebatur usque ad atrium exterius;" quasi sonus Dei fortis omnipotentis," quando edicebat ipse.

6 "Fuit autem cùm præcepisset viro illi induto *vestibus* lineis, dicendo, accipe ignem ex intervallo horum orbium, ex intervallo Cerubinorum; & ingressus ille consisteret juxta rotas:

7 Ut extendens Cerub unus manum suam ex intervallo Cerubinorum ad ignem illum qui erat in intervallo Cerubinorum," sumeret inderetq; pugnis illius induti *vestibus* lineis; qui accipiens exivit.

8 "Apparebat enim in Cerubinis forma manus hominis, sub alis ipsorum.

9 "Cumq; aspicerem, ecce quatuor *quidem* rotæ juxta ipsos Cerubinos," rota una quæq; juxta Cerubinum unumquemque; quarum rotarum aspectus erat similis colori lapidis berylli thalassii:

10 Et aspectus illarum quatuor erant similitudine una, ac si esset rota *una* in medio rotæ *alterius*.

[supra 1. 15.]
[a] *Heb.* rota una juxta Cerubinum unum, & rota una juxta Cerubinum unum.

11 Euntibus illis *Cerubinis*, in quaternas partes ipſarum ibant, non divertebant eundo; nam ad locum quò ſpectabat ipſum caput ſequebantur ipſum, non divertebant eundo.

b Heb. caro. 12 Sed totum *b* corpus illorum, dorſaq; illorum, ac manus illorum, alæq; illorum, etiam rotæ ipſæ plenæ oculis erant circumquaque: ipſis quatuor ſuæ rotæ erant.

c Heb. ipſis vocatum eſt orbis in auribus meis. 13 Hæ autem rotæ, *c* ipſæ vocatæ ſunt orbis me audiente.

14 Quatuor verò facies *erant animali* unicuique: facies unius faciesque Cerubi; facies autem alterius facies hominis, & tertii facies leonis, & quarti facies aquilæ.

ſuprà 1.5. & ſeq. 15 Cùm autem extuliſſent ſeſe Cerubini, hoc eſt animal quod viderам ad flumen Cebaris:

16 (Euntibus Cerubinis autem iverunt rotæ ipſæ juxta illos; & attollentibus Cerubinis alas ſuas ad efferendum ſe è terra, non diverterũt

d Heb. de juxta illos. rotæ ipſæ quoque *d* ab illis:

17 Conſiſtentibus illis conſtiterunt, & efferentibus ſe illis extulerũt ſe cum illis; quia ſpiritus idem animalium aderat ipſis)

18 Egreſſa igitur gloria Jehovæ è limine domus, & ſtante ſuper Cerubinos;

19 Cùm extuliſſent Cerubini alas ſuas, efferentes ſe è terra ante oculos meos proceſſuri, & rotæ è regione illorum: ſubſtitit ad oſtium portæ domus Jehovæ primùm, nempe gloria Dei Jiſraëlis imminens illis ſupernè.

ſuprà 1.5. 20 Ipſum eſt animal illud quod videram ſubjectum Deo Jiſraëlis ad flumen Cebaris, & cognovi Cerubinos eos eſſe.

e Heb. quatuor quatuor, &c. 21 *e* Quaternæ facies unicuique, & quaternę alæ unicuique; ſimilitudoq; manuum hominis ſub alis illorum *erat*.

22 De ſimilitudine denique ſpeciei ipſorum, eadem ſpecie quam viderам ad flumen Cebaris, erant aſpectus ipſorum, illarumq;: quiſque in tractum faciei ſuæ *objectum* ibant.

Caput XI.

1  Um attollens me ſpiritus adduxit me ad portam domus Jehovæ primam, quæ ſpectat Orientem verſus; ubi ecce in oſtio illius portæ vigintiquinque viros;

a Heb. in quorum medio. *a* inter quos videbam Jaazanjam filium Hhazuris, & Pelatjam filium Benajæ principes populi:

2 Dixitq; ad me, fili hominis, hi ſunt viri iſti qui co-

b Heb. conſulunt. gitant vanitatem & qui *b* ineunt conſilium malum in hac ipſa civitate:

3 Qui dicunt, non in propinquo ædificandæ ſunt domus; hæc *ollæ futura eſſet* olla, & nos caro illa.

4 Idcirco propheta contra iſtos; propheta, ô fili hominis.

5 E-

5 Et accidēte mihi ſpiritu Jehovæ, edixit mihi, dic, ſic ait Jehova, [a] ita dicitis ô domus Jiſraëlis; nam [c] eorum quæ veniunt in ſpiritum veſtrum unumquodque ego novi.

[c] *Heb.* aſcenſiones ſpiritus veſtri.

6 Multiplicatis confoſſos veſtros in civitate hac, & impletis vicos ejus confoſſis.

7 [a] Idcircò ſic ait Dominus Jehova, confoſſi veſtri quos diſponitis in medio ejus, hi ſunt illa caro, & hęc *urbs* olla ipſa eſt: [a] vos autem educam è medio ejus.

8 Gladium timetis; & gladium adducam ſuper vos, dictum Domini Jehovæ.

9 Sed educens vos è medio ejus tradam vos in manum alienorum, & exercebo contra vos judicia.

10 Gladio cadetis, in termino Jiſraëlis judicabo vos; ut experiamini me eſſe Jehovam.

11 Hæc non eſt futura vobis olla, nec vos futuri in medio hujus caro; in termino Jiſraëlis judicabo vos:

12 Ita experiemini me eſſe Jehovam, in cujus ſtatutis non ambulatis, & cujus jura non facitis; ſed ſecundum jura Gentium quæ circumſtant vos facitis.

13 [a] Fuit autem me prophetante, ut Pelatja filius Benajæ moreretur: quapropter procidens in faciem meam, & exclamãs voce magna dixi, aha Domine Jehova, [a] conſummationem facis cum reliquiis Jiſraëlis.

14 Sed fuit [a] verbum Jehovæ ad me, dicendo;

15 Fili hominis, [a] *ſunt* fratres tui, fratres tui, [d] neceſſarii tui, & tota domus Jiſraëlis, tota *inquam* illa; quibus dicũt habitatores Jeruſchalaim- rum, [a] lõgè abeſte à Jehova, noſtra eſt, *nobis* data eſt hæc terra in hæreditatem.

[d] *Heb.* viri vindiciarũ tuarum.

16 Idcircò dic; ſic ait Dominus Jehova, quamvis procul abegerim eos in gentes, & quamvis diſperſerim eos in regiones: attamen [a] ſum eis ſanctuarium [a] pauci *temporis* in ipſis regionibus quò venerunt.

17 [a] Idcircò dic, ita ait Dominus Jehova; & cõgregabo vos ex iſtis populis, & recipiam vos è regionibus in quas diſperſi eſtis, & dabo vobis terram Jiſraëlis.

18 Cumq; venerint illuc, amovebũt omnia deteſtabilia ejus omnesq; abominationes ejus ab ea.

19 Nam indam ipſis [a] cor unum, & [a] ſpiritum novum ponam in medio veſtri: amovens, inquam, [a] cor lapideum a carne eorum indam eis cor carneum:

infrà 36. 26.

20 Ut in ſtatutis meis ambulent, & jura mea obſervantes faciant illa: ſintq; mihi populus, & ego illis ſim Deus.

21 At illis quorum [a] animus accedet ad [f] animum iſtorum ſequentem deteſtabilia & abominationes; viam ſuam in capite ipſorum reponam, dictum Domini Jehovæ.

[a] *Heb.* cor. [f] *Heb.* cor. deteſtabiliũ iſtorum & abominationum iſtorum. ſuprà 9. 10.

22 "Deinde cùm extuliſſent Cerubini alas ſuas cum rotis è regione
ipſorum; quibus imminebat gloria Dei Iſraëlis ſupernè:
23 "Aſcendit gloria Jehovæ è medio civitatis ipſius, ſubſtititq; ſuper
"montem qui eſt ab Oriente civitati.
24 Et ſpiritus attollens me reduxit me in Chaldæam, ad multitudi-
nem deportatam hac ipſa viſione *oblata* per ſpiritum Dei; cùm "aſcen-
diſſet à me viſio hæc quam videbam:
25 Et eloquutus ſum apud "multitudinem deportatam omnia verba
Jehovæ, quæ oſtenderat mihi.

ANNOTATIO IN CAP. VIII.

1 *Fuit autem*] Quatuor hæc capita viſionem unicam continent, ac proinde placuit nobis ea conjungere. Et autem hujus viſionis inſcriptio ſumma, hoc ver. poſita, partes verò totidem quot ſunt capita, eadē ferè ratione diſtinguendæ. Primùm enim Judæorum qui Jeruſchalaimis ſupererant impietas variis modis oſtenditur, capite 8. Secundò ſtrages civium edenda in ipſo oppido figuratur, iis tantùm exceptis quos Deus obſignaverat, cap. 9. tertiò ignis, quo flagrans & indignatus Deus tum fame & peſte ante expugnationem urbis oppidanos profligavit, tum poſt expugnationem incendit, exhauſit, & ſurſum deorſum evertit civitatem totam cum ipſo templo, unde abibat gloria Jehovæ, cap. 10. poſtremò reliquiarum ex clade & incendio urbis ereptarum infenſiſſima perſequutio & ruina, cui ſubnectuntur promiſſiones Evangelicæ ad bonorum conſolationem, capite 11. *Anno ſexto*] id eſt, abſoluto illo ſuperiore typo, & enūntiata propheria, cujus tempus fuerat imperatum ſuprà 4. 5. nam hæc viſio præcisè poſt mēſes quatuordecim exhibita eſt Prophetæ quàm typus ille fuerat mandatus. *Domi mea*] nempe in Meſopotamia, quò fueram deportatus. *Senioribusq;*] nempe deportatis ante annos ſex cum Jeconja Rege. Videntur autem hi ſtatuti ad Prophetam acceſſiſſe, ut Deum conſulerent & prophetias cognoſcerent ad populum ſuum pertinentes: & præterea certo Dei cōſilio providentiáque videtur effectum eſſe, ut tum interfuerint cùm Propheta extra ſe raptus eſt, quia hoc pacto illuſtrata eſt & obſignata Dei veritas, cùm Propheta eo ipſo momento & cōſilium improbum duorum principum quod Jeruſchalaimis inibatur palàm enūtiat, in principio capitis 11. & unius mortem indicat, inſtrantur, reliquo capite. *Ecce ſimilitudo*] vide ſuprà 1. 27. 3 *Ad oſtium*] id eſt, ad ingreſſum ipſum atrii maximi, ubi populares. *Idoli zelſ*] i. Bahhalis illius, cui Achaz altare Damaſceno ſimile fabricandū curaverat, & quod Jehovæ adhibuerat ſuo Aquilonem verſus, denique totum cultū Dei a Sacerdote in illo exhiberi mādaverat, 2. Reg. 21. 3. & 16. 10. & ſequentib. quæ poſteà per Chizkijam everſa omnia, per Menaſchem fuerunt reſtituta, 2. Reg. 21. 3. & ſequentib. itaque poſt Joſchijam inſtaurata per Joachazū & fratres, 2. Reg. 23. 31. & ſequētibus capitibus. 4 *Ipſa conv.*] id eſt, in Meſopotamia ad fluvium Cebarem: nam Meſopotamia monte Tauro & Maſio a Septentrione & Chaldaicis montibus a meridie terminatur. 5 *Qui edixit mihi*] expoſitio primi ſceleris & impietatis in Deum, quam gradatim deſcribi diximus ſuprà ver. 2. nimirum Bahhalis cultus. *Portam ipſius altar.*] id eſt, ante quā ſtare debebat altare æneum holocauſti, ex lege. 6 *Ut longè recedam*] id eſt, quo ſcelere & impietate ita deficiunt à me, ut ego non ſtatuam ampliùs in ſanctuario hoc conſiſtere; ſed tum ſanctuarium hoc aſpectabile, tum hanc terram & populum relinquere; ut poſteà feciſſe dicitur, infrà 22. & 23. 7 *Ita deduxit*] ſecundi ſceleris & impietatis in Deum, narratio, nimirum cultus rebus creatis exhibiti etiam impuriſſimis & abjectiſſimis; ex Ægyptiorū uſu, quibuscum junēta erant recentia fœdera. *Atrii alterius*] i. Levitarum; ex quo amplificatur Judæorum ſcelus, quòd extra à me, gente Levitica atrium illud ingrederentur contra legem, & propius Deum ſuam impietatē importarent atque hoc communiter obſervandū eſt in hoc exemplo, & duobus ſequentib. *Foramen unum*] i. apertura effracta a me, quam verò eandem foramen nominat, quia tumultuaria erat, & infabrefacta, ac potius labes quàm porta. 8 *Ediverſ.*] hujus effractionis cauſa duplex eſt expoſita legentibus in ipſo contextu: prior eſt, quòd occluſæ erant fores, & illi tenebris myſteria impietatis ſuæ exercebant, ver. 12. poſterior, quòd Deus hoc typo confirmare voluit atrium cæ-ráque omnia, quæ priùs ſancta habebantur, ſibi prophana eſſe & paulò pòſt tempore everſum iri. 10 *Expreſſa*] ve cælo, ſive pictura. 11 *Septuaginta viros*] id eſt, publicum populi Judaici ſummúmque conſilium, quod inſtitum fuiſſe a Deo legimus Numer. 11. 16. & ſequentib. *Jaazan[a]*] fortè qui conſilio ſeptuaginta præerat. *Stantes coram*] id eſt, miniſtrantes coram illis, ſynecdochicè: ut hoc loquutionis genus interpretatur Moſche Deuter. 10. 8. 12 *In tenebris*] id eſt, ut faciant myſteria, cujuſmodi fuerunt apud Græcos Cereris Eleuſiniæ, id eſt, operta ſacra, (ut Latini vocant) operſanea; & cujuſmodi fuerunt apud Romanos Bonæ Deæ, & apud Ægyptios Oſiridis ſacra, Pymylia, quæ a Perſarum voce Mithriaca vocat Lampridius in Commodo: ex quibus hic cultus & ſequentes tanquam ex fœderatis ad Judæos manaverant. *Minimè Jehova*] q. d. cùm Jehova nō amplius curet nos, ac potius terram omnino reliquerit; profectò eſt æquiſſimum nos & terram noſtram fidei aliorum deorum committi, atque eorum maximè a quibus per cultores ipſorum ſperamus adjumentum: quo argumento utebatur Achaz 2. Chron. 28. 23. Judæorum reliquiæ in Ægypto, Jirmejæ 44. 15. & ſeq. 13 *Deinde*] narratio tertii ſceleris, nimirum Iſiacarum Sacerdotum cultus impius, inhumanus, & impudiciſſimus, quem deſcribūt Herodotus, Diodorus Siculus, Plutarchus in libro de Iſide & Oſiride, & Euſebius tribus primis libris de præparatione Evangelica. 14 *Ad oſtium*] id eſt, prope portam atrii Sacerdotum. *Mulieres*] id eſt, Sacerdotes Iſidis impudiciſſimas, quæ phallos & ithyphallos geſtabant, (quemadmodum ὑπ' φαλλοφόροις, id eſt, Pamyliis viri Sacerdotes Oſiridis) indutæ veſtibus lineis, & pellibus Lupanaria incolebant in domo Jehovæ cum pueris meritoriis Oſiridis adminiſtris, de quibus 2. Reg. 23. 7. *Deflentes*] id eſt, lugentes Oſiridem virum Iſidis, ut Ægyptii narabant; quem amiſſum in Ægypto quotannis deflebant, mandaverat. Hæc enim præſtigiis ſuis & incantationibus magicis tantam ſibi viróque ſuo autoritatem apud Ægyptios comparavit, ut pro diis ſummis haberentur, & menſe quarto (qui meſis eſt ad meſſem in eo tractu ordinariè) celebrarentur.

colerentur. Est enim Isis Ægyptiis eadem quæ Ceres dea frugum, Osiris verò (ut Plutarchus eodem libello testatur) est dictus Ægyptiis Ammuz, unde (inquit ille) Jovis Ammonis nomen corruptè est derivatũ. Vocem verò Ammuz, quam Herodotus & Plutarchus usurpant, non dubitamus ex corrupto Tammuz derivatam esse; cujus vocis duplex est significatio: primùm enim Ægyptiis abstrusum & occultum significat, ut Manetho Sebẽnites apud Plutarchum ibidem interpretatur; quamobrem sacra illius quoque erant opertanea: deinde verò mensem quartum significat, à solenni festo Tammuzi sive Osiridis requisiti per Sacerdotes administras Isidis cum ejulatu & plãctu maximo. Qui plurima volet de his cognoscere, consulat Plutarchum ibidem, & Eusebiũ de præparatione Evangelica. *15 Majo-res ipsius*] re ipsa, loco, & aliis circumstantiis, quæ evidentissime ostenduntur seq. versu. *16 Et deduxit*] narratio quarti sceleris & impietatis in Deum, quòd Judæi proxime Deum & sanctuarium ejus constituti de industria aversabantur Deum, & adversi solem colebant pro Deo. *Interius*] id est, penitissimũ atrium quod erat Sacerdotum, proximum porticui domus Dei. *Porticum*] de qua 1. Reg. 6. 3. *Quasi viginti quinque*] videlicet Principes populi; ut nominantur infrà 11. 1. id est, præfectos tribuum, & quasi tribulium suorum magistros in Jehuda & Binjamine: ex instituto Moschis Exodi 18. 25. Ita ostendit Propheta generalem omnium depravationem. *Sole*] & rebus cœlestibus, lynecdochicè. Solem autem Persæ Mithram, Assyrii Osiridem (nam hi omnes colebant Solem) Ægyptii verò vocabant Orum, filiúmque Isidis esse prædicabant, magica virtute ab ipsa ex mortuis excitatum: ac proinde cultus infinitos illi exhibebant: vide 2. Reg. 23. 11. Sic Judæi hoc capite impiè idola commentitia, & imagines rerum creatarum omnium, animatarum, inanimarúmque, terrestrium & cœlestium, hominum & bestiarum dicũtur colere. *17 Quia implever.*] transitio ad argumentum sequentium capitum, videlicet judicium Dei contra Judæos eventurum propter peccata ipsorum; quod prolepticè enuntiatur hoc & seq. versu. Peccata autem ponuntur duo, inhumanitas, atque impietas: & sententia fertur de putatione, tanquam in ramos putridos: qua comparatione utitur Apostolus Rom. 11. 17. & sequentib. *Admittunt*] id est, ipsi in causa idololatriæ tantopere æstuant & feruntur in superstitionem præcipites, ut vel ineptissimum quodque lignum occupent in fabricandis idolis, potius quàm ut idolo careant: est enim sarmẽtum lignorum omnium ad fabricationem incommodissimum ineptissimúmque: vide infrà 15. 2. *18 Facturus sum*] ellipsis conjugati, ut Genes. 18. 21.

In Caput IX.

1 Deinde] Secunda pars visionis hoc capite comprehensa stragem Jerusalaimorum figurat, ut diximus suprà 8. 1. itaque primùm præceptum Dei datur administris de interficiendis oppidanis, præterquàm electis & signatis à Deo, usque ad ver. 8. deinde expostulatio Prophetæ narratur, ver. 8. & responsum Dei, sequentibus. *Præfecturæ*] id est, angeli quos ad judicium hoc exsequendum præfecit Deus. *2 Sex homines*] id est, Angeli humana specie: sex autem propterea videntur poni, quòd tria fuerunt Jerusalaimorum oppida, & in singulis binæ primariæ portę ad quas regiones urbis totius pertinebant. Nam in urbe Davidis erant porta Davidis sive piscium, & porta vetus: in oppido Binjaminis erant porta Ephrajimi, & porta anguli: in eo verò quod fuit Jehudæ, porta sterquilinii & porta gregis, ad quas omnes portas (ut diximus) spectabant vici maximi quos Angeli in visione hac obiverunt. Sunt autem hi Angeli Chaldaicarum copiarum veluti principes; ut Danijel. 10. *Portæ superioris*] de qua 2. Chron. 27. 3. *Ad Aquilonem*] ac si Chaldæam prospectaret, unde clades erat Judæis eventura. *Vir unus*] videlicet Christus Mediator & Servator noster, qui unus autor est gratiæ, obsignationis, & salutis nostræ; quæ in sequentibus huic Angelo fœderis tribuuntur. Nam non movet nos quòd multi existimant unum Christum non posse variis figuris in uno viso adumbrari: cùm enim varia sint officia Christi, quæ res unica non potest adumbrare simul; certum est Deum pro misericordia infinita sua cùm in visionibus extra ordinẽ exhibitis, tùm in ordinariis legis ceremoniis eundem Christum propter varia officia & beneficia erga nos figuris variis repræsentavisse: ut exempli gratia idem est altare, idem sacrificium pro peccato, idem holocaustum, idémque munus, &c. quæ omnia universè & absolutissimè in Christo posita particulatim adumbrari necesse fuit propter infirmitatem nostram. Hoc igitur modo Christus (qui est imago Dei inconspicui) idem cum Patre & Spiritu sancto insidet solio, ut suprà 1. 27. idémque homo secundum eam conditionem qua minor est Patre, mãdata accipit, exsequitur, & sistit se patri. *Vestibus lineis*] tanquàm Sacerdos noster expiationem facturus coram Deo, ut figuratus est ordinario Sacerdotio, Exod. 28. 43. & Levit. 16. 4. *Cum atramentario*] ad obsignandum electos, & salutem in illis imprimendam sanguine suo: prout Propheta noster est, & interpres voluntatis paternæ erga nos. *Juxta altare*] ubi erant accepturi mandatum Dei. *3 A Cherubinis*] qui tegebant operculum propitiatorium super arcam in sancto sanctorum: Nam illis hactenus Deus insederat, & indè responsa dederat, 1. Schem. 4. 4. Sic incipit Deus discedere à pristina statione sua: vide infrà 10. 1. & 4. Quo in argumento misericordia Dei gradatim demonstratur, quòd non deserit Judæam momento uno; sed pedetentim & gradu lentissimo primùm a sanctuario limen templi petit, hoc ver. deinde Cherubinos adit qui ad dexteram atrii cõstiterant, infrà 10. 1. tum ostium Orientale & primum atriorum aditum, infrà 10. 19. ut oppidum ad resipiscentiam provocaret, discessúmque palàm testatum faceret: ac postremò extra civitatem in montem evolat, infrà 11. 23. *4 Signo*] salutari, quale fuerat in Ægypto factum, Exod. 12. *Qui suspirant*] id est piorum, ab istis malis abhorrentium: periphrasis. *6 Senem*] vide complementum 2. Chron. 36. 17. *A sanctuario*] id est, pergentes rectà ingredę a loco ubi consistitis, obvium quemque per oppidum totum trucidate: sic manserunt illi viginti quinque, de quibus suprà 8. 16. & infrà 11. 1. quia Angeli non processerunt trans altare, sed in civitatem perrexerunt; illi autem viginti quinque & Propheta ipse erant in atrio interiore domus, suprà ibidem. *Hominibus illis*] septuaginta, de quibus suprà 8. 11. *8 Fuit autem*] expostulatio, ac potius deprecatio Prophetæ, ut diximus suprà ver. 1. cui respondetur duobus seq. *11 Vir ille*] vide suprà in ver. 2.

In Caput X.

1 Cumq; aspicerem] Tertia hæc visionis pars gloriam Dei figurat è sanctuario discedentis, & ignem furoris sui contra civitatem immittentis: ut diximus suprà 8. 1. Ac primùm quidem mandatum ignis injiciendi & ratio ostenditur, usque ad ver. 8. deinde gloria Dei è domo sua ad portam atrii in publicum civitatis cõspectum discedentis figuratur, reliquo capite. *In illo expansõ*] de quo suprà 1. 22. *Quasi lapis*] ut suprà 1. 26. *Super ipsos*] id est, in solio ipso videndam se exhibuit gloria illa Jehovæ, quæ priùs insidebat Cherubinis templi in operculo propitiatorio & indè ad limen domus sese receperat, suprà 9. 3. atque hoc secundum est Dei proficiscentis documentum. *2 Orbium*] id est, rotarum versatilium, ut Propheta exponit infrà ver. 13. *3 A dextera*] id est, longissimè ab ea parte ubi exercita fuerat idololatria, ut vidimus suprà cap. 8. *Nubes*] obscura videlicet ac horrenda, cùm ex sanctuario profecta

esset gloria Jehovæ cùm splendore suo, ut exponitur seq. versu. 4 *Cùm extulit*] suprà 9.3. 5 *Cerubinorum*] Iehoriam Dei recipientium, & quasi applaudentium Deo ipsos accedenti. *Quasi sonus*] ut suprà 1.24. *Quando edicebat*] id est, simulac jubebat eos pergere. 6 *Fuit autem*] regressio ad sermonem institutum suprà ver. 2. 7 *Summeret*] id est, ministraret Christo, ut Christus ministrat Deo Patri. 8 *Apparebat*] ut suprà 1.8. 9 *Cum, aspicer.*] descriptio visionis repetitæ; qua ostendit Propheta primùm quid simile fuerit cum visione capitis primi, tribus versib. deinde quid dissimile, aut ad ampliorem evidentiam & confirmationem additum. 11 *Ipsum caput*] id est, spiritus Dei Cerubinos & rotas agens pro voluntate Dei, ut exponitur suprà 1. 20. & infrà 17. translatio à re militari, quia spiritus Dei dux & princeps harum copiarum est. 12 *Totum corpus*] id est, omnia in omnes partes illustrabat Dei providentia, adeò ut nihil vel minimum cæco impetu ageretur. Hac autem in parte visio hæc est gloriosior superiore: vide suprà 1.18. 13 *Orbis*] videlicet ut orbem nostrum in quo versamur figurarent; ut suprà 1. 15. Sic docet Propheta se ex Dei ipsius verbo, suprà ver. 2. rotarum significationem percepisse. 14 *Cerubi*] id est, humana quidē, sed splendidissima: qua in re hæc quoque visio à superiore differt, suprà 1.10. 15 *Cùm autem*] restium Dei proficiscentis documentum; quod à dextera parte domus ubi Cerubini steterant, suprà ver. 3. progrediatur ad ostium orientale, infrà ver. 19. vide suprà 9.3. 16 *Euntibus*] ut suprà 1.19. & seq. *Iverunt*] videlicet ad ostium orientale domus: ut narratur infrà ver. 19. 18 *Egressa itaque*] ut narratum est suprà ver. 1. & seq. 19 *Ostium portæ*] id est, portam atrii Sacerdotum, quæ exeunti è templo prima est obvia: sic accipiendum esse docet Propheta suprà 8.16. & infrà 11.1. 22 *De similitudine*] his verbis summatim concludit Propheta narrationem suam, quasi dicat, omnino ita erant in speciem constituti Angeli & rotę, & ita agebant, ut diximus suprà 1. si ea tantùm excepera quæ dicta sunt ver. 12. & sequentibus.

In Caput XI.

1 *Tum attollens*] Hujus capitis (quo postrema pars visionis exponitur de persequutione ruinâque infestissima reliquiarum ereptarum ex clade & incendio urbis, & de bonorum liberatione) partes præcipuæ sunt tres: prima est, contestatio & sententia adversus improborum reliquias, duodecim versib. adjuncto sigillo ver. 13. secunda est consolatio bonorum, usque ad ver. 22. tertia, narratio profectionis Dei derelinquentis Jeruschalaima, & confectæ visionis, quatuor ver. ultimis. *Portam*] de qua suprà 10.19. *Viginti quinque*] de quibus suprà 8.16. 2 *Filii hominis*] propositio infidorum consiliorum quæ istu subministrabant Regi Tzidkijæ, totique populo: quâ via sternitur ad contestationem Prophetæ imperatam, ver. 4. & sequentib. 3 *Qui dicunt*] hunc ver. planè aliter quam vulgus interpretum coacti sumus reddere, tum quia hæc nativa est significatio vocum & consequutio, tum quia illorum interpretatio nititur fundamento quod omnino adversatur Prophetæ verbis, ver. 8. Nam hæc verba putant ex nimia securitate & præfidentia proficisci, cùm Propheta ex contrario diffidentiam & metum exprobret. Sensus igitur est, istos Principes populi perculsos metu à Chaldæorum potentia, & diffidentia à Deo, omnem lapidem movisse, ut adversus Chaldæos confirmarent, & populum ab auscultando Jirmeja averterent. Quapropter statuunt (quemadmodum fit in obsidionum metu) suburbana in propinquo ædificia diruenda esse, neque porrò ædificanda, ut Chaldæis obsessuris nullus sit receptus: deinde traducentes non tantùm in ludibrium, verùm etiam in quādam prodigionis speciem prophetiam Jirmejæ 1.13. confirmantia futurum esse si sarta tecta manerent suburbana ædificiorum ope Chaldæos illorum ædificiorum ope adjutos fervefacturos esse populum Judæorum, tanquam in olla quam Jirmeja prædixerat, & coctu ros atque absumpturos intra mœnia Jeruschalaimorū. *Illa*] videlicet quā prædixit Jirmeja 1.13. 4 *Idcircò*] mandatū prophetiæ, ut diximus in ver. 2. qua Propheta primùm Judæos cōfectatur, ver. 5. & 6. deinde sententiam à Deo latā pronuntiat, sex sequentibus. 5 *Ita dicitis*] contestatio duo Judæis exprobrans, consilia nefariæ diffidentiæ, hoc ver. & maleficia, sequente. 7 *Idcircò*] sententia hæc blasphemias Judæorum retorquet in ipsos, & ostendit istis principibus non illud ipsum quod metuunt, sed aliquid gravius eventurū esse. Efficiet (inquit Propheta) hæc urbs velut olla, & multitudo quam vos gladio & durissima tyrannide vestra confodietis, velut caro quæ in olla ferventissima percoquitur: sed tam multi sunt confossi vestri, ut iniquum sit vos capi eadem olla; ac propterea ampliorem vobis comparavi, nimirum terminum torum Jisraëlis, ver. 10. & 11. *Vos autem*] sequens exegesis docet versib. quatuor. 13 *Fuit autem*] sigillum prophetiæ præcedētis, ut diximus in ver. 1. quo sternitur ad sequentem piorum consolationem. *Consummationem*] id est, video te jámque manum admovere ad consummandum judicia tua, & perdendum reliquias Judæorum. 14 *Verbum Jehovæ*] secunda hæc pars consolatur pios duobus argumentis: primùm injuriæ nomine, quam faciebant Judæi qui in terra subsistebant piis fratribus suis deportatis, ver. 15. deinde promissionibus Dei tum de restitutione fidelium & beneficio Evangelii, usque ad versum 21. tum de justo illius judicio adversus immorigeros, ver. 21. 15 *Sunt fratres*] videlicet qui deportati sunt in Babyloniam, hi sunt (inquit Deus) quibus isti injuriam maximam faciunt; tum quia ex præsente sua habitatione tuunt se viros bonos esse, Deo acceptos, eáque re in possessione terræ ab ipso conservatos; tum quia ex deportatione tua & aliorum judicant malè de vobis, tanquam si exosi essetis Deo: à cultu illius vos præsidenter abdicant, & omnia sibi ipsis velut re optimè gesta adjudicāt. *Longè abeste*] ut qui ultrò prodieritis cum Jeconia, & commiserit vos in manum Babylonii ex consilio Jirmejæ 27. ac proinde terra & cultu Dei cesseritis: hæc verba hominum lentissimorum, & de calamitosis fratribus ex re præsente judicantium. 16 *Sum eis*] id est, etsi deportati mei estis, sanctuario vestro aspectabili, & coràm illud colere nequeunt; tamen ego (qui sum veritas ipsa sanctuarii) sum præsens ipsis, & ipsi me præsentem colunt spiritu: quod ipsius Jechezkelis, Danijelis, & aliorum exemplo docent. *Parvum temporis*] id est, ad breve illud tempus quo in deportatione mansuri sunt extra promissam terram. 17 *Idcircò dic*] exegesis promissionis quam modò fecit Deus, de pauco illo tempore quo populus erat mansurus in regionibus exteris. Sunt autem hæ promissiones Evangelicæ, ut tribus versib. deinceps cōfirmatur. 19 *Cor unum*] id est, integrum ipsum, atque in veritate solidéque adunatum Deo & toti corpori Ecclesiæ: est enim cor studiorum & voluntatum. *Cor novum*] id est, renovationem Christianam spiritu mentis vestræ, ut loquitur Paulus Ephes. 4.23. *Cor lapideum*] id est, durum atque indocile: vide 2. Corinth. 3.3. ut contrà carneum appellatur molle. 22 *Deinde*] conclusio visionis de discessu Dei ab urbe, duobus versib. & de reversione Prophetæ ad suos in spiritu, duobus altis. 23 *Ascendit*] vide suprà in 9.3. *Montem*] videlicet olivarum, ut nominatur 2. Schem. 15.30. & Zecarjæ 14. 24 *Ascendisset*] id est, ascendens disparuisset: ut Genes. 17.22. 25 *Multitudinem*] id est, tum seniores populi, de quibus suprà 8.1.) velut testes divinitus adhibitos, tum verò populum ipsum deportatum in Babyloniam.

Caput XII.

Deus typis & verbis apertissimis Tzidkijæ regis comitumq; nocturnam fugam, & Judæorum deportationem prædicit; & calamitates gravissimas ipsis ante deportationem eventuras, ac postremò Iudæorum insolentiam impunitatem sibi pollicentium retundit autoritate verbi & juramenti sui.

1 ET fuit verbum Jehovæ ad me, dicendo,
2 "Fili hominis, in medio domus [a] rebellis consides; quibus sunt oculi ad videndum nec vident, quibus aures ad audiendum nec audiũt, quia domus rebellis sunt.
3 "Tu itaque, fili hominis, para tibi "instrumenta migrationis, & migra de die ante oculos eorum: "si fortè cùm emigraveris e loco tuo in locum alterum ante oculos eorum, visuri sint; nam "domus rebellis sunt.
4 Cùm autem extuleris instrumẽta tua similia instrumentis migrationis "de die ante oculos eorum: tu egreditor "vesperi ante oculos "illorum, [b] ut qui procedunt in migrationem.
5 Ante oculos illorum perfode tibi in muro *foramen*, per quod "educas *illos*:
6 Ante oculos illorum "super humerum portans, cæca nocte educito, "faciem tuam operito, ut non aspicias "terram hanc: nam "ostentum propono te domui Jisraëlis.
7 Ita igitur faciens quemadmodum jussus fueram, instrumenta mea extuli similia instrumentis migrationis de die, ac vesperi perfodi mihi in muro *foramen* manu: cæca nocte educens *illos*, super humerum portavi ante oculos illorum.
8 Deinde fuit verbum Jehovæ ad me "manè, dicendo,
9 Fili hominis, "an non dixerunt ad te domus Jisraëlis, domus ista rebellis; quid facis?
10 Dic ad illos, sic ait Dominus Jehova: ipsius principis "[c] "onerosa hęc prophetia est Jeruschalaimis, & totius domus Jisraëlis, qui sunt "inter illos.
11 Dic, ego sum ostentum "vestrum: quemadmodum feci sic fiet illis; migratione in captivitatem "abibunt.
12 Nam princeps ipse qui est in medio illorum, super humerum portans cæca nocte, egredietur, in muro perfodient *foramen*, ad "educendum eo: faciem ejus "operiet, ut non aspiciat ipse oculo suo terram hanc.
13 "Expandam enim rete meum contra ipsum, & capietur sagena mea; deducamq; eum in Babyloniam terram Chaldęorum, quam "non videbit, & "ibi morietur.
14 Et omnes circumstantes eum, [d] auxiliares ejus, & [e] omnia agmina ejus dispergam in omnem ventum; & [f] gladio exerto persequar eos:
15 "Ut experiantur me esse Jehovam; cùm sparsero eos in gentes, & dispersero eos per regiones.
16 Reliquos autem faciam ex eis homines [g] paucos a gladio, a fame, & a peste: ut enarrent omnes abominationes eorum in gentibus quò devenerint; denique ut "cognoscant me esse Jehovam.
17 "Iterum

[a] *Heb.* rebellionis: sic deinceps.
[b] *Heb.* secũdum processus migrationis.
[c] *Heb.* onus.
[d] *Heb.* auxilium ejus.
[e] *Heb.* omnes alas.
[f] *Heb.* gladiũ exeram post eos.
[g] *Heb.* numeri: ut Genes. 34. 30.

17 ᵉIterum fuit verbum Jehovæ ad me, edicendo,
18 Fili hominis, panem tuum in cõmotione comedito; & aquas tuas cum tremore & ᶠcum solicitudine bibito:
19 Et indicito populo hujus terræ, sic ait Dominus Jehova in habitatores *urbis* Jeruschalaimorum, in terram Jisraëlis, panem suum cum solicitudine comedent; & aquas suas cum desolatione bibent: ut ᵍdesolata terra illius destituatur iis quibus plena est, prę violentia omnium qui habitant in ea:
20 Et ipsæ civitates habitatæ devastentur, ac terra ipsa desolata sit, ita experiemini me esse Jehovam.
21 ʰDeinde fuit verbum Jehovæ ad me, dicendo,
22 Fili hominis, quid *sibi vult* proverbium istud apud vos de terra Jisraëlis, dicentium; ⁱproducentur dies, aut peribit omnis visio?
23 Idcircò dic ad illos, sic ait Dominus Jehova, ᵏfacturus sum ut cesset proverbium hoc, neque utantur eo ampliùs in Jisraële: quin potius eloquere eis, propè sunt dies ipsi, & res cujusque visionis:
24 ˡNon enim erit amplius ulla visio vanitatis, aut divinatio blandientis, in medio domus Jisraëlis.
25 Nam *ut* ego sum Jehova, eloquar quodcunque verbum ᵐeloquturus sum & fiet, non protrahetur *tempus* ampliùs: cùm diebus vestris, ô domus rebellis, eloquar verbum, etiam efficiam illud, dictum Domini Jehovæ.
26 Denique fuit verbum Jehovæ ad me, dicendo,
27 Fili hominis, ecce domus Jisraëlis dicũt, visio ista quam iste videt, ad dies multos protrahitur; & in tempora longinqua prophetat iste.
28 Idcircò dic ad eos, sic ait Dominus Jehova, non protrahetur amplius *tempus* omnium verborum meorum: quod eloquutus fuero verbum, etiam fiet, dictum Domini Jehovæ.

h Heb. desoletur terra illius à plenitudine sua.

ANNOTATIO.

1 *Et fuit*] Hujus prophetiæ tria sunt membra: è quibus primùm deportationem, captivitatem, cladémque Tzidkijæ, & Judæorum in Judæa commorantium prædicat, usque ad ver. 17. secundum ostendit mala hunc ultimæ cladi præitura ex judicio Dei, usque ad ver. 21. tertium denique confutat proterva Judæorum verba prophetias ludificantium, ad finem usque. In hoc autem primo duæ sunt omnino partes: typus, usque ad ver. 8. & anagoge sive accommodatio typi, versib. seq. 2 *Fili hominis*] hoc ver. præmunit Prophetam Deus fortitudine animi constantiæque adversus obduratas Judæorum mentes, ut audacter exhibeat typum qui imperatur versib. sequentibus. *Oculi sunt oculi*] vide Jeschahh. 6. 9. & 42. 18. 3 *Tu itaque*] jam proponitur typus generatim, hoc ver. & specialiùs narratur, quatuor sequentibus. *Instrumenta*] id est, supellectilem & sarcinas tuas, ut solent migrantes. *Si forte*] hac dubitandi particula Deus Prophetam excitat, ut spe aliqua sibi facta contra spem ad typum hunc populo exhibendum adducatur. *Domus rebellis*] q. d. quia nondum aures ipsorum meis verbis, oculive antegressis exercitatis affecti sunt; sed in sua rebellione perstant; hac etiam tentandum est via, ut his rebus tam accuratè prædictis & propè figuratis evincantur. 4 *De die*] videlicet ut oculati sint testes prophetiæ tuæ. *Vesperi*] ut figures noctumam Tzidkijæ aliorúmque effugium, de quo 2. Reg. 25. & Jirmejæ 39. & 52. *Illorum*] videlicet quos testes adhibueris hujus fugæ tuæ per noctem: sic ver. sequente. 5 *Educas illos*] nimirum testes advocatos, quibus repræsentatur consilium ille qui prosequutus est fugientem Regem. 6 *Super humerum*] id est sarcinulam, qualem Rex dissimulato habitu gestaturus est ut consulat vitæ suæ. *Faciem tuam*] id est, cæcum agito, ut cæcitatem Tzidkijæ præfigures. *Terram hanc*] Babyloniam in qua versaris: nam Tzidkija excæcatus Riblæ, venit quidem in Babyloniam, sed non vidit eam. *Ostentum*] vide Psal. 71. 7. 8 *Manè*] diei posteri: jã sequitur anagoge typi, ut diximus in ver. 1. & 3. *Nonne*] q. d. nónne vides quantoperè obstupuerint, cùm ne hoc quidem typo exhibito permoveantur ad consulendum sibi? te, & cognoscendum judicia mea? nam videtur hæc interrogatio negare potius hoc loco, quàm affirmare: quia Jeportati Judæi falsis pseudoprophetarum prædictionibus fascinabantur, ut apparet ex Jirmejæ 28. & 29. & infra cap. 13. 10 *Onerosa proph.*] vide Jeschahh. 13. 1. & Jirmejæ 23. 33. & sequentibus. *Inter illos*] qui adhuc in Judæa hærent. 11 *Vestrum*] id est, vobis divinitus exhibitum ad portendendum illis deportationem; non autem vobis re-

ver-

versionem, quã prædicant pseudoprophetæ vestri. *Abibunt*] tum Rex ipse Tzidkija, duobus versib. seq. tũ comitatus ejus, ver. 14. tum populares omnes, ver. 15. & 16. 12 *Educendum*] nimirum comitatum suum secum: ut suprà ver. 5. & 6. *Operiet*] id est, excæcabit Babylonius: sic loquitur ratione typi. 13 *Expandam*] id est, circumveniam cum copiis Babylonicis. *Non videbit*] videlicet antè captus oculis quàm eò veniat. *Ibi morietur*] ut prædixit etiam Jirmeja 32. 4. & 34. 3. & seq. 15 *Ut experiantur*] fines judiciorũ Dei: nimirum impiorum evictio, hoc ver. & bonorum separatio ad gloriam Dei prædicandam, & amplificandum Ecclesiam ejus, versu seq. 16 *Cognoscant*] tum ipsi agnoscentes Deum, tum Gentes ab illis edoctæ. 17 *Iterum*] secundum membrum prophetiæ, ut dixi-mus in ver. 1. de malis captivitatem prædictam antegressuris, quorũ typus ponitur, ver. 18. & anagoge, duobus seq. 18 *Cum solicitud.*] vide suprà 4. 16. 21 *Deinde*] tertium membrum prophetiæ, quo proponitur ludibundum Jisraëlitarum dictum adversus Prophetas, ver. 22. & confutatur, sequentibus. 22 *Producentur*] quasi dicant, nihil ad nos istæ prophetiæ: nam aut longo pòst intervallo, aut nunquam eventuræ sunt; quæ duo rejicit Propheta ver. sequente. 23 *Facturus sum*] confutatio hæc primùm veritatem Dei asserit contra Judæorum ludibria, duobus ver. deinde confirmat juramento, ver. 25. ac postremò amplificat, reliquis. 24 *Non enim*] vide infrà 13. 23. 25 *Eloquutus sum*] id est, statuero eloqui: ut Exodi 33. 19.

Caput XIII.

Deus pseudoprophetas & pseudoprophetissas increpans impudentissimorum mendaciorũ nomine, quibus pacem & prosperitatem Iudæis constantissimè futuram verbis Dei pollicebantur, in ludibrium traducit artes ipsorum, & ipsis omnibus, ipsorumq; operi exitium denuntiat.

1 2 DEINDE fuit verbum Jehovæ ad me, dicendo,
Fili hominis, propheta contra prophetas Jisraëlis istos prophetantes; & dicito prophetis *prophetantibus* ex animo suo, audite verbum Jehovæ.

3 Sic ait Dominus Jehova, væ istis prophetis stultissimis; qui [a] sequũtur spiritum suum, & quæ non viderunt.

[a] *Heb.* ambulant post.

4 Similes vulpibus per vastitates; prophetæ tui sunt, ô Jisraël.

5 Non ascenditis ad irruptiones, aut [b] obducitis sepem pro domo Jisraëlis; ut consistat in bello die Jehovæ.

[b] *Heb.* sepis.

6 Vident vanitatem & divinationem mendacii, qui dicunt, dictum Jehovæ, cùm Jehova nõ misit ipsos; & spem faciunt fore ut præstet verbum.

7 An non visionem vanitatis videtis, & divinationem mendacii dicitis; dicentes, dictum Jehovæ, cùm ego non loquutus sum?

8 Idcircò sic ait Dominus Jehova, eo quòd loquimini vanitatem & videtis mendacium; idcircò ecce me contra vos, dictum Domini Jehovæ.

9 Erit enim manus mea contra Prophetas istos, qui vidét vanitatem & qui divinant mendacium; in consilio populi mei non erũt, & in descriptione domus Jisraëlis non conscribentur, neque in terram Jisraëlis venient: ita experiemini me esse Dominum Jehovam.

10 Eo quòd multis modis fecerunt ut erraret populus meus, *dicentes* pacem esse ubi nulla esset pax: cumq; hic exstruit luteũ parietem, ecce illi obducunt ipsum [d] inepto tectorio:

[c] *Heb.* eo ꝙ & eo quod: ut Levit. 26. 43.

[d] *Heb.* insulso: sic deinceps.

11 Dic ad obducentes ineptum tectorium, atqui casurus est: erit imber inundans, & vos ô lapides immanis grandinis casuri estis, & ventus procellosissimus diffindet *eum*.

[e] *Heb.* procellarum: sic ver. 13.

12 Cùm ecce ceciderit paries iste; an non dicetur ad vos, ubi est tectorium illud quod obduxistis?

13 Idcircò

13 Idcircò sic ait Dominus Jehova, & diffindam vento procellosissimo in æstu iræ meæ; & imber inundans in ira mea futurus est, lapidesq; immanis grandinis in æstu iræ ad consumptionem:

14 Nam destruam parietem quem obduxeritis inepto tectorio, & *f Heb.* faciã ut pertingat. [f] prosternam in terram, adeò ut retegatur fundamentum ejus: [″] eoq; iruente consumemini in medio ejus, ut experiamini me esse Jehovam.

15 Sic ubi cõsummavero æstum iræ meæ in parietem istum, & in eos qui obducunt illum inepto tectorio; dicam de vobis, minimè *est* paries ille, & minimè qui obducebant illum,

16 *Nempe* Prophetæ Jisraëlis qui prophetãt pro urbe Jeruschalaimorum, & qui vident ei visionem pacis; cùm nulla sit pax, dictum Domini Jehovæ.

17 [″] Tu quoque, fili hominis, oppone faciem tuam filiabus populi *g Heb.* corde: sic ver. 22. tui quæ prophetissas agunt ex [g] animo suo; & propheta contra eas,

18 Dicens, sic ait Dominus Jehova, væ [″] consuentibus pulvillos pro *h Heb.* manuum mei. omnibus axillis [h] brachiorum *populi* mei, & parantibus [″] cõfibulas pro capite cujusque staturæ ad venandum animas: [″] an animas venaremini in populo meo, ut animas in vobis vivas conservetis?

19 Nam prophanatis me apud populum meum [″] pro pugillis hordei, *i Heb.* vivificando. & frustulis panis, morte afficiendo animas quæ non morerentur, & [i] victuras prædicando animas quæ non sunt victurę; mentiendo apud populum meum qui auscultant mendacio.

20 Idcircò sic ait Dominus Jehova, ecce me contra pulvillos vestros quibus vos [″] illic venamini animas, ut [″] avolẽt cùm laceravero illos a brachiis vestris: & dimittam animas ut avolent, animas quas vos venamini:

21 Et lacerabo confibulas vestras ut eripiam populum meum è manu *k Heb.* venationi. vestra, neq; sint amplius in manu vestra [k] prædæ: ita experiemini me esse Jehovam.

l Heb. falsitate. 22 [″] Eo quòd atterunt animum justi [l] falso, quem ego non eram affecturus dolore; & confirmãt manus improbi, ut non revertatur à via sua pessima ut in vita conservem eum:

23 Idcircò [″] vanitatem non estis visuræ, & divinationem non divinaturæ ampliùs; sed eripiam populum meum è manu vestra, & experiemini me esse Jehovam.

ANNOTATIO.

1 *Deinde*] Hujus capitis partes sunt duæ: quarum unâ Deus reprehendit & interminatur pseudoprophetis, usque ad ver. 17. altera, prophetissis populum Dei fallentibus, ad finem usque. Prophetis autem primùm denuntiat Deus maledictionem per prolepsin propter mendacia ipsorum, ver. 3. deinde sigillatim contestatur ipsos de improbissimis ipsorum mendaciis, usque ad ver. 8. tum judicia ex eo malo consequutura pronuntiat, sententiam ferens & in prophetas ipsos, ver. 8. & 9. & in totum eorum cœtum qui ipsis auscultaverint, usque ad ver. 15. ubi demum prophetia hæc concluditur ver. 15. & 16. 3 *Qui sequuntur*] vide Jirmejæ 14. 14. & 23. 9. & sequentib. *Quæ non vid.*] id est, quorum visio non est à Deo oblata ipsis. 4 *Similis vulp.*] vide Cantic. 2. 15. *Per vastit.*] id est, famelicis vulpibus, quæ in desertis regionibus versantur, ac proinde inedia pressæ feruntur majore impetu in prædam etiam tenuissimam: ut de prophetissis dicitur infrà ver. 19. 5 *Non*] contestatio exornans superius dictum: non facitis (inquit) officium bonorum prophetarum, hoc versu; sed contrà mendacia colitis, versu seq. ut testis est vestra ipsorum conscientia,

Caput XIIII.

conscientia, ver. 7. *Ascendisti*] id est, neque obsistitis satanæ & malo irrumpēti in Ecclesiam vos ipsi, neque obstacula alia adhibetis, denique salutem populi negligentes causa perditionis ipsorum estis: venustissima allegoria à re castrensi, ut Psal. 106. 23. & 30. *Ut consistat*] id est, ut Ecclesia infracta maneat, cùm Deo videbitur ipsam probare, & piis sanctisque certaminibus exercere. 6 *Verbum*] quod ipsi videlicet cōminiscuntur & dicunt. 8 *Idcircò*] propositæ litis contestatione sequitur bimembris sententia, ut diximus in versum 1. 9 *In consilio*] id est, neque in Ecclesiæ, neque in libro vitæ comprehendentur, neque restitutionem consequentur; sed à Deo, Ecclesia, & tesseris Ecclesiæ aspectabilibus abalienati permanebunt. 10 *Cumq; hic*] elegans allegoria, qua transitus comparatur ad alterum sententiæ membrum: ita sunt (inquit Deus) pseudoprophetæ isti ut structores nequam inter se colludentes; quorum si quis lutum e plateis comportaverit, & lutacei parietis formam construxerit; omnes uno consensu advolant, & operam suam consumunt in colendo & ornando falso pariete: ita exstruunt illi, ac potius destruūt Ecclesiam Dei, quorum fuerat ascendere ad irruptiones, & firmam sepem obducere, suprà ver. 5. *Luteum paries.*] Hebræam vocem ex etymo ita accipimus, pro pariete qui ex luto materiáque per plateas jacēte efformatur. 11 *Casurus est*] id est, tuturus omnibus modis: qui sequentibus verbis similiter per allegoriam exprimuntur conjunctam ironiæ. 14 *Eos*] videlicet æstū iræ meæ, qui nominatus est ver. 13. nam eò referri commonstrat mutatio generis. 17 *Tu quoque*] hujus prophetiæ quam Deus Jechezkeh imperat hoc 2 ver. partes sunt totidem, quot in superiore diximus: prolepsis sive propositio summa, ver. 18. contestatio, ver. 19. & sententiæ dictio, sequentibus. 18 *Consuentibus*] pseudoprophetissas his verbis Propheta figurat a ritu ipsarum duplice: nam cùm vellent ipsæ quietem, eámque firmissimam & immotam Judæis significare, pulvillos assuebāt, velut quietis cōstantissimæ typos: & capitia pro omni sexu ac ætate confingebant certis loris, fibulis, aut consimilibus adstricta, ut figurarent populum certissimè protegi & constantissimè divina ope, nunquam fore ut defensio hæc ab ipsis cessaret. Atque his modis populum fallebant, vitæ suæ falsis attribus consulebant, & Dei nomen dedecorabant adhibentes prophetiis suis, atque impiè blasphemabant. *Consibulas*] Hebræa vox universè (ut ipsius etymon ostendit) significat ea quibus res constringuntur atque adhærescunt: ut sunt fibulæ, lora, harpedonę, uncī, pedes quos jurecōsulti vocāt, offendices, & si quę sunt huiusmodi: quamobrem vocem latè patentem ad exprimendam vtcunque illius vim adhibuimus. *An animas*] contestatio; id est, an dispendio vitæ animarúmque populi mei oportet vos victum quærere sceleratissimè? allegoria. 19 *Pro pugillis*] id est, pro re tenuissima, adeóque nihilo: ut Micæ 3. 5. 20 *Illic*] videlicet in Judæa, ubi prophetissæ tenuem Judæos explebant spe, & exhauriebant domos. *Avolent*] id est, ut elabantur & effugiant a vobis, tanquam aviculæ liberatæ beneficio meo. 22 *Eo quòd*] cōclusio summa prophetiæ. 23 *Vanitatem non*] id est, perituræ estis; noēma, ut suprà 12. 24. pro eo quod est, non eritis amplius: nedum ut vanitatem videatis & prophetetis populo.

Caput xiiii.

Deus seniores Iisraelis Prophetam ad consulendum ipsum accedentes impietatis arguit; docet neque illis, neque Iudæis omnibus amplius responsurū esse, nisi increpationes & minas malorum tum Iudæis, tum pseudoprophetis impendentium; ac postremò omnibus sentētiam fert irrevocabilem de gladio, fame, pēste, bestia mala, & captivitate durissima.

1 DEINDE cùm veniētes ad me quidam" è senioribus Jisraëlis,
2 sederent coram me:
Fuit verbum Jehovæ ad me, dicendo;
3 "Fili hominis," viri isti induxerūt stercoreos deos suos in [a] animum suum, & offendiculum iniquitatis suæ positum habent è regione faciei suæ: an [b] ullo pacto consulor ab eis?
4 Idcircò alloquere eos, & dicito ad eos; sic ait Dominus Jehova, [c] quisquis è domo Jisraëlis induxerit stercoreos deos suos in animū suū, & offendiculum iniquitatis suæ positum habēs è regione faciei suæ, & venerit ad Prophetam: "*ut* sum Jehova, respōsabo ei venienti" de multitudine stercoreorum deorum ipsius:
5 Ut reprehendam domum Jisraëlis" in animo ipsorum, quòd avertentes se a me adhæreant stercoreis diis suis omnes.
6 "Idcircò dic ad domum Jisraëlis, sic ait Dominus Jehova, convertimini, & avertite a stercoreis diis vestris; avertite, inquam, ab omnibus abominationibus vestris faciem vestram.
7 Nam quisquis è domo Jisraëlis, aut ex peregrinis qui peregrinātur in Jisraële, averterit se [d] a sequēdo me inductis stercoreis diis suis in animum suum, & offendiculum iniquitatis suæ positum habuerit è regione faciei suæ: cùm venerit ad Prophetam ut cōsulat per eum me; *ut* sum Jehova, respōsabo ei per me,

[a] *Heb.* corsic deinceps.

[b] *Heb.* consulendo.

[c] *Heb.* vir vir e domo Jisraëlis, qui ind. &c. sic ver. 7.

[d] *Heb.* à post me: sic ver. 11.

8 Me oppositurum iratam faciem meam viro isti, & positurum eum in [m] signum & in [m] parabolas, denique excisurũ eum è medio populi mei; ut experiamini me esse Jehovam.

9 Ipse autem Propheta cùm pellectus fuerit ut eloquatur [m] verbum; [m] sum Jehova, [m] pelliciam Prophetam ipsum: sed cùm extendero manum meam contra ipsum, perdam ipsum e medio populi mei Jisraëlis.

[e] *Heb.* iniquitatem: sic sequētia: ut Genes. 4. 13.

10 Ita ferent [e] pœnam iniquitatis suæ; æquè pœna cõsulentis, ac pœna Prophetæ erit:

11 Ut non aberrent ampliùs domus Jisraëlis à sequendo me, & non polluant se ampliùs omnibus defectionibus suis; sed sint mihi populus, & ego sim eis Deus, dictum Domini Jehovæ.

12 [m] Iterum fuit verbum Jehovæ ad me, dicendo,

13 Fili hominis, cùm regio peccavit mihi prævaricando prævaricatione, & extendens manum meam contra illam fregero illi scipionem cibi; id est, ita immisero in eam famem ut exscindam ex ea homines & jumenta:

14 [m] Etiamsi essent hi tres viri in medio ejus, Noach, Danijel, & Ijob, ipsi cum justitia sua eriperent [m] se ipsos, dictum Domini Jehovæ.

[f] *Heb.* animã suam: sic deinceps.

15 Si bestias malas transmisero in terram orbaturas eam, adeò ut sit [g] desolatissima absque transeunte propter illas bestias:

[g] *Heb.* desolatio: sic ver. seq.

16 Tres viri isti in medio ejus, *ne* vivam ego, dictum Domini Jehovæ, si filios aut si filias eriperent: ipsi se solos eriperent, terra autem esset desolatissima.

17 Aut *si* gladium induxero in regionem illam; edixeróque, gladius pertranseat terram, quo exscindam ex ea homines & jumenta:

18 Etiamsi tres viri isti essent in medio ejus, *ut* vivo ego, dictum Domini Jehovæ, non eriperent filios aut filias; sed ipsi se solos eriperent.

19 Aut *si* pestem immisero in terram illam effundens æstum iræ meæ super illam [b] ad cædem; ad exscindendum ex illa homines & jumenta:

[b] *Heb.* pro sanguine: ut supra 5. 17.

20 Etiamsi Noach, Danijel, & Ijob essent in medio illius, *ne* vivam ego, dictum Domini Jehovæ, si filium aut filiam eriperent; ipsi cum justitia sua eriperent se ipsos.

21 [m] Quin sic ait Dominus Jehova, etiam cùm quatuor judicia mea hæc pessima, gladium, ac famem, bestiásque malas, & pestem immisero contra *urbem* Jeruschalaimorum; ad exscindẽdum ex ea homines & jumenta:

[i] *Heb.* reliqua fiet in ea evasio.

22 Si ecce [i] reliqui fient in ea qui evadant, qui educantur, filii aut filiæ; ecce ipsi [m] procedent ad vos, & videbitis viam eorum, & actiones eorum: ut [m] consolationem capiatis in malo quod induxero contra *urbem* Jeruschalaimorum, in omnibus quæ induxero contra eam.

23

23 Ita consolationi erunt vobis, cùm videbitis viam eorum & actiones eorum: & agnoscetis me non immeritò feciſſe quæcunque fecero in eam, dictum Domini Jehovæ.

ANNOTATIO.

1 *Deinde*] Hujus capitis præter inſcriptionem (quæ duobus verſib. continetur) propheticæ partes ſunt duæ: prior eſt propoſitio impietatis Judæorum, & judiciorum Dei contra illos & Prophetas illorum, uſque ad ver. 12. poſterior, propoſitio decreti irrevocabilis, ad finem uſque. *E ſenioribus*] plerique omnes ex deportatorũ numero hos ſenio-res fuiſſe putant, neque repugnamus valde: ſed tamen videtur potiùs ex prophetiæ argumento ſtatuendum eſſe hos fuiſſe liberos, ac non deportatos, qui ad Judææ regnum adhuc pertinuerint, & cum legatione Tzidkijæ venerint in Babyloniam: ut ſolent legatis ſeniores, conſiliarii, & viri autoritate, ingenio, ſcientiáque præſtantes adhiberi. Legationem autem ante hæc tempora fuiſſe a Tzidkija miſſam in Babyloniam, ut fiduciario Rege, apparet ex Jirmejæ 51. 59. 3 *Fili hominis*] priore hac propoſitione cõtinentur duo: hypotheſis, quæ materia eſt ſive occaſio totius prophetiæ, hoc ver. deinde theſis, ſive prophetia generatim & ad Judæos omnes, & ad hos qui corãm erant ſermonẽ Dei accommodans. *Viri iſti*] id eſt, totum animum ſuum addixerunt idololatriæ, & adhuc iniquitatibus ſuis immerſi ſunt: qua fronte, obſecro, audent iſti comparere in conſpectu meo ad conſulendum mihi? indigniſſimum eſt me ab iſtis vel momento uno appellari, qui me non conſulunt ex animo: ſed ſuis ſtudiis, dum conſultores agunt coram te, indesinenter traducuntur: vide infrà 20. 4. 4 *Idcircò*] theſis, ut diximus in præcedẽtem verſum: cujus argumentũ ſumitur ponitur duobus verſib. deinde verò ἐργασία ſive exornatio illius, uſque ad ver. 12. *Ut ſum Jeh.*] jurantis verba, ut multa hoc cap. exſtant ad confirmationem dicti. *De multitudine*] id eſt, non de illis rebus quas rogaturus eſt: ſed de hoc uno argumẽto, quod exponitur ſeq. verſu. 5 *In animo ipſor.*] id eſt, verberem & evincam, velint nolint, ipſorum conſcientias impietatis ſuæ. 6 *Idcircò*] ἐργασίας membra ſunt hæc revocatio ad reſipiſcentiam, hoc ver. interminatio contra obnitentes tum populares, tum pſeudoprophetas, quatuor ſequentib. & judiciorum finis, ver. 11. 8 *Signum*] id eſt, tum antea acti judicii monimentum, tum demonſtrationem juſtorum judiciorum Dei eventurorũ immorigeris, ut loquitur Apoſtolus 2. Theſſ. 1. 5. *Parabolas*] ex interminatione Deut. 28. 37. 9 *Verbum*] videliçet quod illi poſtulaverint, ad voluntatem prophetans ipſis. *Pelliciam*] id eſt, quemadmodum avis imprudens pellicitur eſca, ita pelliciam eum ipſis muneribus donatiſque conſulentium: ſed tandem quoties commodum videbitur, ut aceps plagarum funes retrahẽs aut piſcator retium peridromidas, ita inclinans manũ meam intercipiam ipſum. 12 *Iterum*] ſecũda pars prophetiæ, qua Deus nunc demum recuſantibus Judæis pedem referre ab idololatria & ſuis iniquitatibus, ſententiam fert irrevocabilem, primùm de quatuor plagis pronuntiatis lege, uſque ad verſum 21. deinde verò de funeſtiſſima captivitate, verſibus reliquis. 14 *Etiamſi*] hypothetica denũtiatio, ut Jirmejæ 15. 1. quaſi dicat Propheta, ſi intercederent homines mihi acceptiſſimi, & in quibus edidi hactenus documẽta ſpectatiſſima misericordiæ, nõ tamen ducerer miſericordia. In his enim tribus fuerunt illuſtriſſima gratiæ divinæ exẽpla: cùm Noach ex communi diluvio, Jjob ex graviſſimis poſt omnem hominum memoriam calamitatibus, & Danijel ex communi ſapientum cæde ereptus atque evectus ſit. *Se ipſos*] ſolùm, ut ſequẽtibus exprimitur. 19 *Ad cædem*] i. peſtis cerſura ad ſuperiores plagas; ut diximus in verſum 12. 22 *Procedent*] id eſt, adducentur in deportationem vobiſcum; ſed longè aliter accipientur & tractabuntur quàm vos. *Viam eorum*] id eſt, juſtam mercedem anteactæ vitæ eorũ, quatenus protervè abutuntur ad blaſphemandum nomen meum, & ludificandum; ut dicitur ſuprà 11. 15. *Conſolationem*] id eſt, tum eò quòd juſtam Dei vindictam ſpectabitis coràm, tum quòd nihil futura eſt veſtra calamitas ad calamitatem iſtorum (adeò agetur cum iſtis duriter) leniter feretis conditionem veſtram.

CAPUT XV.

Deus typo & ſermone Iudææ toti ab exardeſcente ira ſua exitium denuntiat, propter peccata ipſius & contumaciam indigniſſimam.

1 ET fuit verbum Jehovæ ad me, dicendo,
2 Fili hominis, "quid *eſt* lignum vitis præ omni ligno? *quid* palmes, *præ eo* quod eſt in lignis ſylvæ?
3 An ſumitur ex illo lignum ad aptandum operi? "an aſſumitur ex illo paxillus ad appendendum ei ullum inſtrumentum? *a Heb.* aſſumunt, impersonaliter.
4 "Ecce igni traditur in eſcam; cùm duas extremitates ejus conſumpſerit ignis, & medium ejus uſtulatum fuerit, an proderit ad opus?
5 Ecce cùm eſſet integer, non aptabatur operi; quantò igitur minus cùm ignis conſumpſit ipſum & uſtulatus eſt, aptaretur adhuc operi?
6 "Idcircò ſic ait Dominus Jehova, quemadmodum *eſt* lignum vitis inter ligna ſylvę, quod trado igni in eſcam: ita traditurus ſum habitatores Jeruſchalaimorum.
7 Nam opponam faciem meam iratam eis; "cùm ab uno igne exierint, alter ignis conſumet eos: ut cognoſcatis me eſſe Jehovam, cùm objecero faciem meam iratam eis:

8 Exponamq; terram ipsam desolationi;eò quòd prævaricantur præ-
varicatione,dictum domini Jehovæ.

ANNOTATIO.

1 *Et fuit*] Hæc prophetia velut præcedentium corollarium est, continens typum, versib. quatuor sequentib. & sy-
nagogen illius propheticam,tribus ultimis. 2 *Quid est lig.*] typus Judæorum in Judæa adhuc commorantium, q.
d. quid est in istis hominibus cur se ipsi faciant tanti, aut ego ad parcendum ipsis ampliùs adducar? imò verò (ut quit
sequentib.) ut modò se habent, sunt isti omnium hominum indignissimi. 4 *Ecce igni*] id est, sarmentum exsectum
non potest, ut ut sit integrum, ad ullum opus accommodari; sed cogitur & in ignem abjectum uritur, ut Joan. 15. 6.
posteà verò sequitur comparatio minoris exposita ver. 5. 6 *Idcircò*] anagoge sive accommodatio typi, ut diximus
in versum 1. 7 *Cùm ab uno*] id est, ignis prodiens ab ira Dei indesinenter ardebit; & qui ab uno evaserit, deprehen-
detur & consumetur altero; quemadmodum superioribus prophetiis omnibus indicatum est, inde à capite 5.

CAPUT XVI.

*Deus gentem Iudæorũ increpans narrat illius historiam specie puellæ expositæ & in mer-
te versantis, donec ipse misertus curavit, educavit, duxit, purgavit, & ornavit eam: deinde ite-
gratissimi animi crimina exprobrat, scortationis cum idolis gentibusq; exteris, ac inhumanis-
simæ liberorum cædis: propterea sentẽtiam fert in eam, tanquam homicidam & adulteram,
mortis ignominiæq; æternæ, amplificans malefacta ejus comparatione cum factis Sedomitarũ
atque Israelis: & postremò reliquiis exponit promissiones Evangelicas.*

1 ET fuit verbum Jehovæ ad me,edicendo,
2 Fili hominis, notas fac *urbi* Jeruschalaimorum,
abominationes ipsius,
3 Dicens, sic ait Dominus Jehova *urbi* Jeruschalai-
morum, cõmercia tua, adeóque genituræ tuæ *sunt*
e terra Cenahhanæorũ; *quasi* pater tuus *sit* Emoræus
ipse, & mater tua Chittæa.
4 Nam quod ad genituras tuas, quo die genita fuisti non fuerat
præcisus umbilicus tuus, & aquis non eras lota cùm aspexi te: neque
sale fueras condîta, nec fasciis eras fasciata.
5 Non pepercerat tibi oculus ut faceret tibi unum ex istis, clemen-
tia utendo erga te: sed projecta fueras in superficiem agri cum fastidio
tui, quo die genita fuisti.
6 Transiens autem juxta te, cùm viderem te præbẽtem conculcan-
dam te in sanguine tuo, dixi tibi, in sanguine tuo vive, iterúmque di-
xi tibi, in sanguine tuo vive.
7 Copiosam ut germen agri reddidi te, adeò ut creveris & adoleve-
ris perveneris q; ad summum ornatum (ubera *tua* sororiaverãt, & pi-
lus tuus germinaverat) quamvis esses nudissima & retectissima.
8 Quapropter trãsiens juxta te, cùm viderem te, quòd ecce tempus
tuum tempus amorum esset, expandens alam *vestis* meę super te, ope-
rui nuditatem tuam: cumq; jurans tibi convenissem tecum in fœdus,
dictum Domini Jehovæ, & nupsisti mihi.
9 Itaque lavi te aqua, ut inundans *eluerem* sanguinem tuum à te, &
unxi te unguento:
10 Vestiensq; te versicoloribus calceavi te melinis, & accingens te
xylino operui te serico:
11 Et ornavi te ornatu; indẽs armillas manib⁹ tuis, & torquẽ collo tuo;

12 Appositi

a Heb. ad aspectũ meũ: similem loquutionem vide Genes. 30.30.

b Heb. animæ tuæ.

c Heb. in sanguinibus tuis: sic in sequẽtibus.

d Heb. ad ornatũ ornamentorũ.

e Heb. constituta fuerant.

f Heb. nuditas & retectio: sic ver. 22. & 39.

g Heb. fuisti mihi *uxor.*

h Heb. melis, id est, pellibus melium: ut Exod. 25. 5.

12 Apposui etiam monile supra nasum tuum, & inaures auribus tuis; coronámque ornatus capiti tuo.
13 Cumq; ornasses te auro & argento, vestimentumq; tuum esset xylinum & sericum, ac versicolor, similam & mel oleumq; comederes; denique pulchra esses [i] supra modum, & prosperata in regno:
14 Adeò ut prodiret de te [k] fama in gentes propter pulchritudinem tuam; quia perfecta erat, [l] propterea quòd majestatem meam imposuissem tibi, dictum Domini Jehovæ;
15 Tum cõfisa pulchritudini tuæ scortata es [m] pro nomine tuo; & profudisti scortationes tuas omni [m] viatori, illius fuit *pulchritudo tua:*
16 Etiam sumẽs de vestibus tuis, parasti excelsa tibi [m] latis maculis interstincta, ut scortareris [m] cum istis; [m] *illis* non succedentibus, cùm non adesset *viator:*
17 Et sumens instrumenta ornatus tui ex auro meo & ex argẽto meo quæ dederam tibi; fecisti tibi imagines masculi, ut scortareris cum eis.
18 [m] Capiens enim vestes versicolores tuas operuisti illas, & unguentum meum suffitúmque meum proposuisti illis;
19 Cibum quoque meum quem dederam tibi, similam & oleum ac mel *quibus* cibabam te, hoc proposuisti illis, in odorem [n] gratum ut esset; dictum Domini Jehovæ.
20 [m] Præterea sumens filios tuos & filias tuas quas pepereras mihi, hos mactasti illis [m] consumendos: [m] an minus *hoc esset* fornicationibus tuis,
21 Quòd jugulaveris [m] filios meos & exposueris eos, traducendo eos illis?
22 [m] Et cum omnibus abominationibus tuis, & scortationibus tuis non es recordata dierum pueritiæ tuæ; [m] cùm esses nudissima & retectissima, præbuisse te conculcandam in sanguine tuo:
23 Sed fuit post totam malitiam tuam ([m] væ væ tibi) dictum Domini Jehovæ,
24 Ut [m] exstrueres tibi fornicem, & faceres tibi suggestũ in omni platea,
25 Et in omni capite viæ exstructo suggesto tuo, abominandam redderes pulchritudinem tuam divaricans pedes tuos omni viatori: deniq; [o] plurimùm scortata es.
26 Scortata enim es [m] cum [p] Ægyptiis vicinis tuis [q] [m] torosis, & quidem plurimùm scortata es ad provocandum me.
27 [m] Cumq; ecce extẽdens manum meam contra te [m] diminuerem debitum tuum; & traderem te [r] desyderio odio habẽtium te [s] [m] Pelischtæarum, [m] quæ confusę erant propter viam tuam [t] sceleratam:
28 Scortata es cum Assyriis, eò quòd non satiareris: sed scortata cum eis ne sic quidem satiata fuisti.

i Heb. ad valde valde.
k Heb. nomen.
l Heb. propter majestatem meã quam imp. trajectio.
m Heb. trãseunti: sic ver. 25.
n Heb. quietis: ut Genes. 8. 21.
2. Reg. 16. 3. & 17. 17. & 21. 6.
supra 6. & 7.
o Heb. multiplicasti scortationes tuas: sic deinceps.
p Heb. filiis Ægypti.
q Heb. magnis carnis: euphemismus, ut Levit. 15. 3.
r Heb. animæ: ut Psal. 27. 12.
s Heb. filiatũ Pelischtæorum.
t Heb. sceleris.

29 Quapropter plurimùm ſcortata es in Cenahhanæa ᵛ cum Chaldæis; ſed ne hoc quidem ſatiaris.

ᵘ *Heb.* cor. 30 ᵛ Quàm languidus eſt ᵘ animus tuus, dictum Domini Jehovæ: faciendo omnia iſta, opus mulieris meritoriæ ˣ pervicaciſſimæ?

ˣ *Heb.* dominantis. 31 Exſtruẽdo fornicem tuam in capite cujuſque viæ, cùm ſuggeſtum tuum facis in omni platea; nec dum es ut ᵛ ſcortum ludificando mercedem,

32 Ut mulier adultera, loco viri ſui recipiens extraneos:

33 Omnibus ſcortis dant pretiũ: tu verò dediſti ᵛ pretia tua omnibus amatoribus tuis, munerans eos ut congrederentur tecum circumquaque, pro ſcortationibus tuis.

ʸ *Heb.* cõtrariũ ab iſtis. 34 Itaque fuit in te ʸ cõtra quàm in iſtis fœminis ſcortationibus tuis,

ᶻ *Heb.* poſte non ageretur ſcortatio. cùm ᶻ proſequeretur te nemo ad ſcortandum: nam quòd das mercedẽ, ac merces non datur tibi, hoc contrarium eſt.

35 ᵛ Idcircò, ô ſcortum, audi verbum Jehovæ;

ᵃ *Heb.* ærugo: ſic infrà 24. 11. 36 Sic ait Dominus Jehova, eo quòd profuſum eſt ᵃ ᵛ virus tuum retecta nuditate tua, in ſcortationibus tuis cum tuis amatoribus; etiam ſuper omnibus ſtercoreis diis ᵇ abominandis tuis, denique propter cædes

ᵇ *Heb.* abominationum tuarũ. filiorum tuorum quos expoſuiſti eis:

37 ᵛ Idcircò ecce ego congregaturus ſum ᵛ omnes amatores tuos quibus ſuaviter uſa es, & quoſcunque amas, cum omnibus quos odiſti: & ubi congregavero illos contra te circumquaque, retegam nuditatem tuam illis ut videant totam nuditatem tuam:

38 Et judicabo te judiciis ᵛ adulterarum & ᵛ effundentium ſanguinem: exponens te ᵉ cædi proficiſcenti ex ᵛ æſtu iræ & zelotypia.

ᵉ *Heb.* ſanguini æſtus, & zelotypiæ. 39 Nam cùm tradidero te in manum eorum, demolientur ᵛ fornicem tuam, & diruent ſuggeſta tua, & exuentes te veſtibus tuis ſument ᵛ inſtrumenta ornatus tui: ac relinquent te nudiſſimam & retectiſſimam:

40 Deinde adducentes contra te congregationem ᵛ obruent te lapidibus, & transfigent te gladiis ſuis:

41 Poſteà ᵛ comburent domos tuas igne, exercentes contra te judicia ᵛ ante oculos multarum fœminarũ: ita faciam ut deſinas eſſe meretrix, etiamq; mercedem non poteris dare ampliùs.

42 Denique faciam ut requieſcat æſtus iræ meæ in te, ᵛ donec recedat zelotypia mea a te; donec quieſcens non indigner ampliùs.

ſuprà 22. 43 Eò quòd non es recordata ᵛ dierum pueritię tuæ, & commoviſti ire contra me omnibus his: ideò etiam ego ecce viam tuam in caput repono, dictum Domini Jehovæ, ut non facias iſtud ſcelus cum omnibus abominationibus tuis.

44 Ecce ᵛ quiſquis utitur parabola, de te parabola utetur, dicendo; qualis mater, talis filia ejus.

45 ᵛ Filia matris tuę es ᵛ faſtidientis virum ſuum & filios ſuos: & ſoror utriuſque

utriusque sororis tuæ es, quæ fastidiverunt viros suos, & filios suos; ″mater vestra Chittæa, & pater vester Emoræus.
46 Soror autem tua ″major Schomron, ipsa cum filiabus suis sedet ″ad sinistram tuam; soror tua verò minor te, sedens ″a dextera tua, est Sedom cum filiabus suis.
47 ″Neque verò in viis earum ambulasti, & secundum abominationes earum fecisti: tãquam parvum fastidio fuit *hoc*; ideò corruptionem adhibuisti majorem eis in omnibus viis tuis.
48 ″Ne vivam ego, dictum Domini Jehovæ, si fecit Sedom soror tua ipsa & filiæ ejus; quemadmodum fecisti tu & filiæ tuæ.
49 Ecce hæc fuit iniquitas Sedomi sororis tuæ; cùm ″excellentia, saturitas cibi, & ″tranquillitas quieta esset ipsi & filiabus ejus, ″manũ pauperis & egentis non confirmavit:
50 Cùm itaque exaltantes se facerent abominationem ″coram me; amovi eas, prout [d] visum est.
51 ″Schomron quoque ad dimidiũ peccatorum tuorum non peccavit; amplificasti enim abominationes tuas præ ipsis, & ″justificasti sorores tuas omnibus abominationibus tuis quas fecisti.
52 ″Tu etiam fer ignominiam tuam, ″quam adjudicas *utrique* sorori tuæ, propter peccata tua quibus abominabilius egisti quàm illę; justiores erant te: tu, inquam, etiam erubesce & fer ignominiam tuam, cùm justifices sorores tuas.
53 ″Si reduxero reducem turbam illarum, reducem turbam Sedomi & filiarum ejus, ac reducem turbam Schomronis & filiarũ ejus; etiam reducem turbam multitudinis captivorum tuorum *reducam* [e] inter illas:
54 Ut feras ignominiam tuã, & afficiaris ignominia propter omnia quæ fecisti; ″consolationi existendo illis.
55 Si sorores tuæ Sedom & filiæ ejus revertentur ad pristinum statum suum, & Schomron ac filiæ ejus revertẽtur ad pristinum statum suum; tu quoque & filiæ tuæ revertemini ad pristinum statum vestrum.
56 ″Cùm non fuerit Sedom soror tua [f] ″in auribus, in ore tuo; tempore [g] summæ excellentiæ tuæ;
57 ″Nec dum revelata fuerit malitia tua, ″cùm esset tempus probri [h] a filiabus Syriæ & omnibus circumstantibus eam, filiabus Pelischtæorũ; ″quæ depopulaturæ fuissent te circumquaque:
58 Scelus tuum & abominationes tuas tu reportatura es, dictũ Domini Jehovæ.
59 Nam sic ait Dominus Jehova, vicissim faciam tibi quemadmodũ fecisti; quæ sprevisti ″exsecrationem irritum faciendo fœdus.
60 ″Verum tamen ″recordatus ego fœderis mei tecum *initi* temporibus pueritiæ tuæ, præstabo tibi fœdus [i] perpetuum.
61 Nam recordata viarum tuarum, pudore suffunderis, ″assumendo

d Heb. vidi.
e Heb. in medio illarum.
f Heb. in auditione.
g Heb. excellentiarũ tuarum.
h Heb. filiarum, &c.
i Heb. secuũ.

sorores tuas majores te cum minoribus te: & dabo tibi eas in filias, non quidem ex fœdere tuo,

62 Sed præstabo ego fœdus meum erga te; & agnosces me esse Jehovam:

63 Ut recorderis & erubescas, nec sit tibi amplius apertio oris propter ignominiam tuam; cùm expiavero te ab omnibus quæ feceris, dictum Domini Jehovæ.

ANNOTATIO.

1 *Et fuit*] Hujus capitis (quod perpetua allegoria exprimit Dei administrationem erga Judæos & Jerusalaimas) præter inscriptionem duobus primis versib. comprehensam, partes omnino sunt tres: prima est narratio (ut diximus) allegorica ex comparatione spiritualis conjugii inter Deum & Ecclesiam Judæorum, usque ad ver. 35. secunda est sententia Dei Ecclesiâ veterem, velut perfidissimam conjugem, repudiantis & flagellantis gravissimè, usque ad ver. 60. postrema, est promissio redintegrandi fœderis & connubii sacri cũ electis reliquiis, quatuor versib. ultimis. 2 *Notabi Jerusch.*] i. Judææ synecdochicè: nam Jerusalaim is sedes erat Ecclesiæ, & regni caput: sic deinceps. 3 *Sic ait*] hujus narrationis prolepsis sive propositio summa hoc ver. continetur. Sunt enim duo illius membra hîc singulis vocibus expressa: unum est, genituræ, quæ exponitur à ver. 4. ad 13. alterum verò commercii & cõversationis, usque ad ver. 35. quæ duo hoc versu posita ὕστερον πρότερον deinceps explicantur. *Commercia tua*] id est, conversatio tota, synecdochicè. *Genituræ*] id est ortus, curatio, educatio, & institutio prima: nam hoc genus synecdoches frequentat scriptura sacra, ut Genes. 3. 16. & 1. Timoth. 2. 15. *Pater tuus*] id est, si patre Abrahamo esletis, faceretis opera Abrahami; sed degenerastis ab illo, & in familiam Cenahhanæam malitiosè transivistis: quin imò ita obfirmati estis in vestris iniquitatibus, ut si patre Emoræo & matre Chittæa essetis orti: sic infrà ver. 45. non ascita est, sed hæreditaria & nativa malitia vestra. 4 *Nam*] prius hoc narrationis membrum per antithesin exponit duo: nimirum statu calamitosum miserúmque Gentis ex Abrahamo ortæ, donec educeretur ex Ægypto, usque ad ver. 6. & beneficia ornamentáque à Deo in gentem collata, versib. seq. In hac autem narratione tota gẽs cum corpore unico comparatur, & status ejus cum infantis recens in lucem prodeuntis statu, ac paulatim per sua incrementa provehentis. *Quo die*] id est, cùm in hanc lucem venisset, & hac vita uteretur Abraham progenitor gentis vestræ, ex quo velut trunco gens propagata est. Nam ut ad hæc tempora procul referamus, adducimur tum Prophetæ ipsius narratione, tum verbis Jehoschuhhæ 24. 2. & sequentib. tum historiæ fide: maximè cùm iniquum sit ortum, educationem, augmenta, & cætera quæ deinceps ponũtur, ad unicum tempus referre captivitatis in Ægypto, & tẽpora (quæ accuratissime Prapheta ubique observat) confundere. *Non fuerat præcisus*] id est, à natura in morte, in sordibus peccatorum, animitate, & vanitate eras: quæ omnia allegoricè significantur verbis sequentibus. *Umbilicus*] id est, longum illud testinum ab utero matris pertinens ad umbilicum fœtus, quo dum in utero est vivit fœtus: synecdoche. Nam hoc nem, & εὐραχόν ad exsudanda fœtus excrementa. Hoc autem intestinum nisi præciditur, matri & infanti letale *non eras*] id est, ut cui non sunt ablutæ sordes recens in lucem edito, ita jacebas in sordibus peccati; ut ostenditur holch. 24. *Cùm aspexi*] quantopere se torqueant interpretes in hac voce explananda nihil attinet dicere: non vetam non Chaldæorum, sed Hhebræorum vocem esse confirmamus, pro certo habentes Deum his verbis loquimanitus: ut infrà ver. 6. & 8. & sequentibus. *Sale*] quo aqua macerato lavari infantem præcipiunt medici, callum obducendum umbilico, totíque cuti, tum ad interiores partes confirmandas, & decoquendos ablumendosque humores pravos: quibus omnibus utilem esse hanc perfrictionem docent Galenus & Avicenna. 5 *Non pepercit*] id est, à nemine curata fueras, ac potius non potueras curari sine me, sed in peccatis tuis fuisses mortua: natura est naturæ humanæ infirmitas. Sed hæc allegoricè dicta prudenter accõmodanda sunt veritati: non enim propterea cõcedit Deus humanam infirmitatem ab homine curari posse; sed ita sentit incurabilem fuisse prorsus à natura hominem, atque tãta fœditate ut rebus omnibus creatis fastidio esset, nedũ ab ulla earũ rerũ curaretur. 6 *Transiens*] jam sequitur narratio beneficiorum Dei, ut diximus in versum 4. qua gradatim exponuntur rationes fœderis, cum Ecclesia initi & suo ordine præstiti, primùm quidem collata vita, hoc ver. ex qua propagatio & incrementa Ecclesiæ promanasse dicuntur, versu seq. deinde ornamenta vitæ ex liberatione, & conjugium sacrum, ver. 8. & sequentibus. *Præbentem*] i. expositam morti, malisque omnibus ad mortem: nam ea conditione fuisse Abrahamum & cæteris usque dum à Deo vocatus esset, Genes. 11 suprà ostẽdimus. *Dixi tibi*] id est, virtute verbi promissionis, mearum te à morte præsentissima liberavi, in qua æquè versabaris ac infans cujus profluit umbilicus: & nihilominus vitam dedi tibi. *In sanguine*] id est, utcunque in peccatis tuis demersus sis & à natura mortuus, tãquam infans hausto sanguine. *Iterumq;*] i. non semel, sed sæpius repetitis promissionibus confirmavi: ut Genes. 12. & 13. & 17. & sequentibus. 7 *Copiosam*] q. d. multiplicavi gentem tuam præter naturę ordinem & exspectationem omnium dans Abrahamo & Saræ emortuis Jitzchakũ, Jitzchako binos liberos ex uxore sterili, Jahhakobo duodecim filios, ex quibus deinceps innumera populi multitudo propagata est in Ægypto, quamvis obnitentibus Ægyptiis. *Ad summum*] id est, pulchritudinem & speciem omnium elegantissimam, cujus causam vide Deut. 7. 7. & 8. *Pubes*] id est, quasi pubes effecta eras, nubilis, & apta viro: quod hîc duobus signis exprimitur. *Quamvis esses*] id est, propter ullam elegantiam aut bónum quod inesset in te visa ès mihi ad summum ornatũ pervenisse, & perplacuisse: his sed propter unicum amorem meum ex consilio & electione gratuita: ut Deut. 7. 8 *Quapropter*] jam venit ad conjugium sacrum initum cum Ecclesia Jisraëlitarum, quo tempore liberata fuit a servitute Ægypti, & donata est lis fœderis, ut diximus in ver. 6. *Tempus amorum*] id est, tempus justum quo conjugareris mihi, ut prædictum erat Abrahamo Genes. 15. 13. *Expandens*] id est, te uxorem ducens, & agens virum ac servatorẽ tuum: vide Ruth. 3. quamobrẽ sequentia verba sunt exegetica hoc ver. *Convenissem*] vide Exod. 19. & 24. *Nupsisti*] id est, inisti fœdus conveniste mecum, ibidem. 9 *Itaque*] expositio beneficiorum ex connubio acceptorum à Deo: quorum duo sunt duæ, sanctificatio à sordibus peccatorum, & communicatio omnium bonorum: quæ deinceps exponuntur usque ad ver. 13. *Lavi te*] alludit ad ritum legis Levit. 15. 28. pro eo quod est, plenissimè mundavi & purificavi. *Unxi te*] id est, ornavi unctione spiritus, per cujus regenerationem restituta es elegantiæ tuæ. 10 *Vestiens*] Latine

instruxi te rebus omnibus tum ad necessitatem tum ad voluptatem pertinẽtibus, gratiam tibi gloriámque summam indidi, denique regina effecta es conjugio meo. Hæc autem inde à liberatione cœpta pertinent ad tempora Schelomonis usque. 13 *Cumq; ornassés*] altera pars narrationis, de commercio sive conversatione indignissima Ecclesiæ veteris, ut diximus in versum 3. cujus prolepsis sive propositio summa est versib. quinque; deinde exornatio, usque ad ver. 35. ac in prolepsi quidem ad amplificationem pertinent duo versus, quibus Deus summatim commemorat amplitudinem beneficẽtiæ suæ in Ecclesiam; deinde verò duplicem abusum beneficiorum exprobrat: unum, quòd cum gẽtibus exteris scortata sit, ver. 15. alterum, quòd cum diis alienigenarum, ver. 16. & 17. quæ duo membra postea ὑστερογ πρότερον explicantur. 14 *Fama*] de qua 2. Schem. 8. 13. & 1. Reg. 4. 30. 15 *Pro nomine*] id est, quâ latè fuerat pervagata fama tua, tam latè effecisti ut diffunderentur scelera tua, adeóque latiùs conata es & promiscuè te prostituere: quod totum inde à temporibus Schelomonis per trecentos nonaginta annos fuisse factum historiæ testantur, & Deus per Prophetam exprobravit suprà 4. 5. 16 *Latis maculis*] id est pantherina, ut vetteres appellarunt; quæ non emblemate vermiculato aut parvulis maculis insignita essent (nam hęc non ita evidenter è longinquo discernuntur) sed latis plagis & tesseris colorata; quæ meliùs è longinquo spectantur, & velut signa sunt ad provocandos amatores. *Cum istis*] idolis sive imaginibus, quæ nominãtur sequente ver. *Illis*] id est, cùm illa non succederent ex sententia animi tui quæ diximus ver. 15. Itaque verba sequentia horum interpretationẽ habent. 18 *Cum sumeres*] exornatio proximè præcedentis membri in prolepsi, de insano Israëlitarum studio in idololatriam, per ὑστέρον, quam diximus suprà ver. 13. qua continentur duo crimina: unum, de rebus omnibus ad idola translatis, duobus ver. alterum, de filiis oblatis inhumanitate & impietate summa, duobus alteris. 20 *Præterea*] alterũ crimen, utmodò diximus: de quo si quis multa volet cognoscere, legat Eusebium sub finem lib. 2. de præparatione Evangelica. Interdictum autem difertè habetur Levit. 18. 21. & 22. & sequentibus. *Consumendos*] igne videlicet, ut à rege Moabitarum factũ est, 2. Reg. 3. 27. *An minus*] q. d. hoc verò facinus altero est longè indignius, & me adhuc amplius afficit, quòd exposuisti eos idolis qui fœdere erant mei. 21 *Filios meos*] id est, ipsos quoque primogenitos: vide infrà 20. 26. 22 *Et cum*] exornatio prioris membri prolepseos, de fœderibus procuratis & junctis cum his & illis gentibus promiscuè, omissa fide & veritate promissionum Dei, & totius conjugalis fœderis ratione. *Cùm esses*] id est, jam olim futurum fuisse ut nulla esles, nisi cepissem de te misericordiam; & quòd nunc supersles sis, id à me uno gratiosè profectum esse. 23 *Væ væ*] exclamatio pathetica. 24 *Exstrueres*] id est, omnia cõparares quæ ad commoditatem tuę scortationis putabas pertinere, ut palàm faceres te prostibulum esse impurissimũ, & te oculis omniũ obtruderes: quod generatim exprobratum hoc & seq. versu, deinde minutatim explanatur, tum nominatis gẽtibus quæ ad scortationem hanc fuerant adductæ, versib. quatuor; tum expresso hippomane quo in scortationem istam exarserunt Israëlitæ, ver. 30. & quatuor sequentibus: vide similia Jirmejæ 2. & sequentibus. 26 *Cum Aegypt.*] ut factum est temporibus Chizkijæ, Jeschahh. 30. & 31. deinde Jehojakimi & Tzidkijæ, 2. Reg. 24. & 25. contra mãdatum Dei, Deut. 17. 16. *Torosis*] sic pergit in allegoria, & designat accuratissimam Israëlitarum libidinem, ut infrà 23. 20. 27 *Cumq; ecce*] transitio ad secundos amatores, videlicet Assyrios; in quorum fidem Achaz se contulit propter immissas à Deo castigationes: vide 2. Reg. 16. 7. & 2. Chron. 28. *Diminuerem*] ex cõminatione Levit. 26. 20. & Deut. 28. 23. & 33. *Pelischtæarum*] vide 2. Chron. 28. 18. & Jeschahh. 15. *Quæ confusa*] id est, quas etiam pudebat maleficiorum tuorum, licet projectæ essent ad omnem impuritatem: adeò fuerũt turpia & gravia scelera tua: vide Jirmej. 2. 33. 29 *Cum Chaldæis*] videlicet ex quo tempore Merodac-baladan legationem ad Chizkijam trãsmiserat, 2. Reg. 20. 12. & Jeschahh. 39. 30 *Quàm languid.*] expositio elegantissima hippomanis per admirationẽ, ut diximus in ver. 25. qua gradatim ostenditur insanus Judęorum furor in conciliandis exteris, primùm per comparationem meretricis quæstuariæ, hoc ver. deinde adulteræ libidinosissimæ, quæ abjecto & contempto omni quęstu studio libidine tantùm perfidiosè abripitur (ut de Messalina Clodii res portẽtosas scribunt historici) duobus ver. sequentibus: ac postremò illius quæ tãtoperè fertur præceps in libidinem, ut ipsa amatores redimat de suo atque mercetur, qui summus est gradus libidinis. q. d. Propheta, nequeo satis mirari cum animo meo tãtum furorem tuum, quæ tibi fecerando nunquam satisfacis; sed adhuc contabescis præ ardore libidinis, eámque nulla ratione nullis amatoribus adhuc explere potuisti: cujus hoc documentum est certissimum, quòd non exspectas dum ab amatoribus redimaris, prout meretrices quæstuariæ solent, neque satis habes ut gratis concilies amatores & adjungas tibi, sed ultrò exhauris facultates tuas, & meas ipsius res sacrilegè profundis ad illos redimendos comparandósque. 31 *Scortum*] id est, ne cum adultera illa quidem comparari debes quæ non exercet quæstum meritorium, sed gratis prostituit se percita studio libidinis: ut exponitur sequente ver. 33 *Pretia*] videlicet plurima & amplissima: quod facit ad amplificationem sceleris. 35 *Idcircò*] transitio ad secundam partem prophetiæ, nempe dictionem sententiæ, ut diximus in ver. 1. Continet autem hæc sententia propositionem, & exornationem sive confirmationem ejus. Ac propositionis quidem partes omnino duæ sunt, quarum una summatim causas sententiæ ferendæ explicat, ver. 36. alteram judicium in sceleratam adulteram eventurum, usque ad ver. 45. Exornationis verò partes sunt totidem, ut suo loco dicturi sumus. 36 *Virus tuum*] id est, sordes tuæ profluentes ex te propter frequẽtiam & assiduitatem scortationis tuæ: confer cum Jirmej. 2. 23. & sequentibus. Vox autem Hhebræa propriè quidem æs significat; sed metonymicè quoque pro ærugine, id est, virulenta illa & damnosa materia accipitur quam æs madefactum generat, ac proinde ad omne virus accommodatur. Novimus quidem à plerisque aliter accipi, videlicet pro fundo & ima parte rei alicujus: sed tota illa interpretatio manavit ex falsa hujus loci intelligentia; cùm tamen hoc membrum fuerit ex sequente intelligendum, & ex adjuncto verbo. 37 *Idcircò*] sententiæ dictio sive judicium duas partes cõtinet, supplicium, & ignominiam, hoc ver. è quibus supplicium exponitur deinceps usque ad ver. 43. ignominia verò, ver. 43. & 44. *Omnes amator.*] ex quibus constabat exercitus Babylonii. 38 *Adulterarum*] de quo judicio vide Levit. 20. 10. & Deut. 22. 22. *Effundentium*] de quo judicio. vide Genes. 9. 6. & Exod. 21. 12. *Æstuira*] videlicet Dei, qui ut justus judex in sanguinolentos exæstuat, & tanquam justus maritus zelotypus est uxoris adulteræ. 39 *Fornicem tuam*] de qua suprà 24. & 31. id est, in urbe Jeruschalaimorum sedes adulteriorum tuorum à te comparatas. *Instrumenta*] de quibus suprà ver. 10. & sequentib. 40 *Obruent te*] ut jus esse contra adulteras homicidásque ex lege suprà ostẽdimus. 41 *Comburent*] vide complementum 2. Reg. 25. & 2. Chron. 36. & Jirmejæ 52. *Ante oculos*] i. palàm, ita ut sis omnibus exemplo, multísque ludibrio: prout de Edomæis legitur Psal. 137. 7. & Lament. 1. & 4. de Hhammonitis verò, Moabitis, Tyriis, & Tzidoniis, infrà 25. & seqüentib. 42 *Donec recedat*] id est, donec cõsummavero in te ardorem totum meæ zelotypiæ: ut sequentia verba explicant. 43 *Dierum puer.*] id est, primæ conditionis tuæ, & beneficentiæ meæ, de quibus suprà ver. 4. & sequentib. 44 *Quisquis*] id est, ludibrio eris in ore omnium: cujus ludibrii argumentum in fine versus positum, est μεταβολικὸν ad exornationem sententiæ. 45 *Filiá*] exornatio sententiæ præcedentis, ut diximus in ver. 35. duabus partibus continetur: una est, exornatio causarum ab exemplo Cethhanæorum, Sedomi, & Schomronis, usque ad ver. 52. altera est exornatio & confirmatio judicii, inde ad ver. 60. Horum autem verborum sensus est, nullo pacto à parentibus tuis, sororibus tuis, & gente tua degeneras, duobus versib. imò verò hos omnes omnibus numeris malitia superas, ver. 47. & quatuor seq. *Fastidientis*] notat Prophetas his verbis Cenahhanæos tum à Deo & pietate Noachi defeciſſe, tum filios suos Moleco traduxisse, Levit. 18. 21.

& 24. quo etiam modo sequentia de Sedomitis & Jisraëlitis sunt accipienda. *Mater*] ut suprà ver. 3. 46 *Minor*] plures tribus & regiones continens. *Ad sinistram*] id est, Septemtrionem *A dextera*] i. ad Meridiem: ut Exod. 26. 18. 47 *Neque verò*] amplificatio per gradationem, de qua in ver. 45. 48 *Nevivam*] confirmatio præcedentis dicti, tum à juramento, hoc ver. tum a demonstratione κατὰ σύγκρισιν, tribus seq. 49 *Excellentia*] ex illa abundantia & tranquillitate, quas deinde Propheta nominat: vide Genes. 13. 10. & sequentib. *Tranquillitas*] ex quo genitem liberaverat Abraham, Genes. 14. *Manum paup.*] nam etiam duos angelos situri erant in platea pernoctaturos, eósque & Lotum ipsum summa injuria persequuti sunt, Genes. 19. 50 *Coram me*] vide Genes. 13. 13. 51 *Sodomiron quoque*] id est, regnum Jisraëlitarum: quod propterea longè minus peccasse dicitur, quia neque tanta à Deo beneficia acceperat cùm regnum & Sacerdotium in Judæa essent, neque fuerat revocatum tam diuturna patientia: sed Judæa plura habuit & diuturniora beneficia quibus alliceretur, atque exempla judiciorum quibus deterreretur; & tamen malitia sua obfirmata cum beneficiis, judiciis, & documentis Dei assiduè cõcertavit. *Justificasti*] vide Jirmej. 3. 6. 52 *Tu etiam*] altera pars exornationis de sententia lata, ut diximus in ver. 45. qua primum affirmatur certissimè eventura & constantissima futura sententia Dei, versib. quatuor; deinde universè concluditur, quatuor alteris. *Quam adjudicas*] id est, quam justissimè illis importatam esse evincitur, & agnoscit tua ipsius conscientia. 53 *Sermonem reduxero*] hypothetica enuntiatio constantiæ Dei in exsequẽda sententia sua. q. d. si illos reduxero, vos etiam reducturus sum; at non sum reducturus illos: igitur neque vos reducam, quicquid pseudoprophetæ vaticinentur vobis ad gratiam. Sic Deus Judæis illius temporis comminatur; ex quorum tamen posteris reliquias servarum iri docet infra ver. 60. & sequentib. simile judicium vide Numer. 14. 54 *Consolationi*] ut suprà 14. 22. 56 *Cùm non*] conclusio sententiæ, causam & judicium breviter complectens, binis versib. Causa autem ponitur unica, nimirum obfirmatus animus & ἀμεταμέλητος, quamvis revocatus fuisset duobus exemplis gravissimis severitatis Dei; uno in Sedomitis, hoc ver. altero in Jisraëlitas, ver. sequente. *In auribus*] id est, fugeris de industria omnem recordationem tanti judicii, quamvis ad eum finem illud effecisset Deus, Genes. 18. 19. 57 *Nec dum*] id est, nondum evicta fueris apud animum tuum & agnoveris malitiam tuam, ex quo Jisraëlitæ flagellati & pessumdati sunt in conspectu tuo, ut præmonita eorum exemplo resipisceres. *Cùm esset temp.*] id est, cum probrosè Schomron soror tua à Syris, & Pelischæis, finitimisque profligaretur duce Assyrio. *Quæ depop.*] id est, æquè te ac Schomronem profligassent, nisi custos fuisset tuus, téque ab illis vindicasset: ut promiserat Deus Jeschahh. 7. & 8. 59 *Exsecrationem*] id est, negligens & frangens fidem mihi jurejurando datam (ut suprà ver. 8.) exsecratione fœderi conjuncta tete obstrinxisti: synecdoche. 60 *Verumtamen*] ultima pars prophetiæ, promissio erga reliquias electas, ut diximus in versum 1. *Recordatus*] vide Genes. 8. 1. 61 *Assumendo*] id est, cooptando tecum ex Jisraëlitis & gentibus electos in Ecclesiam Christi. *Dabo tibi*] id est, efficiã ut parias spirituales liberos verbo Evangelii, ut Jeschahh. 54. & sequentibus. *Non quidem*] id est, non ex illo fœdere Legis quod tu fregisti; sed ex fœdere novo Evangelii, non in tabulis lapideis, sed in tabulis carneis cordis inscripto per spiritum Dei vivi, ut dicitur versu seq. vide Jirmej. 31. 31. & sequẽtibus. 2. Corinth. 3. 3. Hebr. 8. 8. 63 *Ut recorderis*] id est, ut tu recepta in illud fœdus ducaris pœnitentia anteactæ vitæ; ac proinde fide expiationem à me in Christo perfectam complectaris, & gloriam totam soli Deo tribuas servatori tuo. *Non ejus tibi*] id est, planè obmutescas, tibi confusionem tuæ faciei tribuens & Deo salutem tuam: ut Ijobi 5. 16. & Psal. 107. 42.

CAPUT XVII.

Propheta ænigmate figurat, & prophetia explicat captivitatem Ieconjæ, beneficium Nebucad-netzaris in Tzidkÿam, & hujus perfidiam ineuntis fœdus cum AEgyptio: deinde severissimum Dei judicium ipsi regnoq́, toti denũtiat: promissiones denique Evangelii subjicit ad consolandum pios in Ecclesia catholica.

1 ET fuit verbum Jehovæ ad me, edicendo,

2 Fili hominis, propone ænigma, & utere parabola; ᵉdedomo Jisraëlis,

3 Dicens, ᵉsic ait Dominus Jehova, ᵉaquila quędam maxima, magna alis, ᵉᵃalatissima, plena plumis, cui ineſt ᵇspecies artificiosissima; ᵉveniens ad Libanum desumpsit ᵉcalamum summum cedri:

4 ᵉSummitatem tenerorum ramorum ejus decerpsit; & deferens in ᵉterram ᶜnegotiatoriam, in ᵉcivitate aromatariorum posuit illam.

5 Accipiens verò ᵉè semine illius terræ posuit ipsum ᵉin agro ᵈsativo: acceptum ᵉsecundum aquas multas, ᵉᵉcircumspectissimè posuit.

6 ᵉAtque hæc quidem germinasset, ᶠabiisset in vitem luxuriantem humilis statura, spectantibus palmitibus hujus ad illã, & radicibus hujus subjectis illi: abiisset, inquam, in vitem, edidissetq́; ramos, & emisisset ramusculos:

7 Sed fuit ᵉaquila ᶜquædam magna, magna alis, & copiosa plumis; ad quam ecce ᵉvitis ista applicuit ᵉradices suas, & palmites suos emisit ad eã, ut ᵉirrigaret ipsam ᵉex areolis plantationis ipsius;

8 ᵉUt

ᵃ *Heb.* longa ala.
ᵇ *Heb.* phrygionicum opus.
ᶜ *Heb.* negotiatoris.
ᵈ *Heb.* seminis.
ᵉ *Heb.* circũspectione accuratissima.
ᶠ *Heb.* fuisset: sic deinceps.
ᵍ *Heb.* una.

8 "Ista in agro bono ad aquas multas plantata; editura ramos, & latura fructum, *denique* futura vitis magnifica.

9 "Dic, sic ait Dominus Jehova, *an* prosperaretur? an non radices ejus *h* disrumpet, & fructum ejus succidet, & siccabit? omnibus frondibus germinis sui exsiccabitur? & *an* non brachio magno & populo multo *i* exstirpaturus est eam radicitus?

10 "Ut ecce plantata sit, prosperabitúrne? an non attingente ipsam *i* Euro exsiccabitur prorsus?" cum areolis germinationis suæ exsiccabitur?

11 "Deinde fuit verbum Jehovæ ad me, dicendo,

12 Dic jam domui isti *k* rebelli, an nescitis quid *sibi velint* hęc? dic, ecce venerat Rex Babyloniæ *in urbem* Jerusalaimorum, cujus accipiens Regem & Principes abduxit eos ad se in Babyloniam:

13 Deinde accipiens de semine *l* regio, pepigerat cum eo fœdus; & adigens eum ad" exsecrationem potentes istius regionis acceperat,

14 Ut esset regnum humile, ne efferret se; ut observando fœdus suum staret.

15 Sed rebellavit contra illum, mittendo legatos suos in Ægyptum, ut det sibi equos populumq; multũ: an prosperabitur? an eripiet se qui facit ista? qui irritum fecit fœdus, etiámne eripiet se?

16 Ne vivam ego, dictum Domini Jehovæ, nisi" in loco illius regis qui regem constituerat ipsum, cujus spernit exsecrationem, & cujus irritum facit fœdus; apud illum in medio Babyloniæ moriatur.

17 Neque copiis magnis aut cõgregatione multa" facturus *quicquam* est cum ipso Parhho in bello; cùm" diffundet *ille* missilia catapultaria, & cùm exstruet propugnacula: ad exscindendum animas multas.

18 Cùm spernat exsecrationem irritum faciendo fœdus; quia ecce *m* junxit manum suam, & omnia ista facit, non eripiet se.

19 "Idcircò sic ait Dominus Jehova, *ne* vivam ego, nisi exsecrationẽ *n* meam quam spernit & fœdus meum quod irritum facit; hoc reponã in caput ipsius.

20 Nam expandam super ipsum rete meum, & capietur sagena mea; deducensq; ipsum in Babyloniam disceptabo cum ipso ibi *de* prævaricatione ipsius qua prævaricatur contra me:

21 Et omnes profugi ejus cum omnibus agminibus ejus gladio cadent, & qui reliqui erunt in omnem ventum dispandentur; ut experiamini me Jehovam loquutum esse.

22 "Sic ait Dominus Jehova, attamẽ accipiens ego" è summo calamo illius cedri proceræ reponam: è summitate tenerorum ramorum ejus tenellum decerpens, plantabo ego super" montem altum & aggestum:

23 "In monte celsitudinis Jisraëlis plantabo eum, & proferẽs ramum faciet fructum, & abibit in cedrum magnificam: habitabuntq; sub ea omnes aves cujuscunque alæ, in umbra palmitum ejus habitabunt.

h Heb. sublaturus eam à radicibus ipsius.
i Heb. vento orientali.
k Heb. rebellionis.
2. Reg. 24. 19.
l Heb. regni.
m supra 12. 13.
n

24 Ita

24 Ita experientur omnes arbores agri me esse Jehovam, dejicere arborem altam, exaltare arborem dejectam, exsiccare arborem virētem, & facere ut floreat arbor ficca: ego Jehova dixi, & faciam.

ANNOTATIO.

1 *Et fuit*] Hujus prophetiæ, præter inscriptionem duobus versib. comprehensam, partes omnino sunt duę: una est, narratio prophetica funestissimi excidii evēturi Tzidkijæ Regi & Judææ toti, usque ad ver. 22. altera est promissio Evangelica pro electis reliquiis, tribus ver. ultimis. 2 *De domo*] id est, de toto Jisraële, tum ratione calamitatis quæ denuntiantur reprobis, tum etiam promissorum: quæ duo sunt capita hujus prophetiæ. 3 *Sic ait*] prior hæc pars prophetiæ de Judęorum ętumnis duas partes complectitur, typum, usque ad ver. 11. & enarrationem illius, usque ad 22. Utrobique autem narrationis summa sunt capita duo; nimirum caularum explicatio ex quibus judicia cōlequentura sunt, & prophetia judiciorum quæ in Judæam erant eventura propter antegressas causas. *Aquila quad.* typus magni Nebucad-netzaris regis potentissimi: ut exponitur ver. 12. *Alatissima*] id est, omnium instructissima ad istebus quæ ad volatum pertinent: sic una voce Propheta ostendit quàm Ægyptio præstiterit Babylonius, de quo ver. 7. *Veniens*] id est, invadens regnum Judææ, quod cum præstantissima Libani sylva comparatur. *Calamum* id est, cacumen, & surculum summum, sive taleam quæ ad insitionem ex arbore avelli solet; unde vox Hhebræa appellatur. Est autem typus Jeconjæ regis. 4 *Summitatem*] id est, principes Judęæ; ut dicitur ver. 12. *Terram*] id est, in Babyloniam emporiis celebrem. *Civitate arom.*] id est, mollissima & luxuriosissima, quasi omnes Babylonis cives præmollitie redolerent aromata, aut facerent aromatariam. 5 *E semine*] id est, semine regio, ut ipse interpretatur ver. 13. nimirum Tzidkijam patruum Jeconjæ. *In agro sat.*] id est, in Judæa ipsa restitut, ubi adhuc futura erat semen: non incommoda (ut sequentia docent) nisi ipsius culpa aliter accidisset. *Secundum aquas*] id est, in loco irriguo: vide Eccles. 11. 1. *Circumspectissimè*] id est, omnibus legitimis cautionibus adhibitis quæ ad stabiliendum fœdus & firmanda illius jura omnino pertinebant, nempe legibus & conditionibus in fœdere dictis, jurejurando præsito, obsidibus acceptis, & si qua sunt ejusmodi quibus de stabilitate fœderis provideri potest: ut dicitur ver. 13. & 14. 6 *Atque hæc*] id est, huic Regi Tzidkijæ (qui cum vite humili cōparatur) optimè cessisset, si in obsequio Nebucadnetzaris permansisset. 7 *Aquila*] typus Ægyptii, ut exponitur ver. 15. *Vitis ista*] id est, Rex Tzidkijæ fœdus initum Ægyptio, fidem frāgens Babyloniis, ver. 15. *Radices*] id est, legationes clam quasi per cuniculos emissi ad Ægyptium: vide Jirmejæ 37. & 38. sic exponitur infrà ver. 15. *Irrigaret ipsam*] id est, currus & equos suppeditaret ad firmandum ipsum. *Ex areolis*] id est, copiis Ægypti, quæ tota interluitur Nilo, & rivis per areas ductis irrigatur: sic alludit Propheta ad rationem Ægyptiorum. 8 *Ista*] amplificatio, ex eo quòd nulla fuerat Regi Tzidkijæ justa occasio adsciscendi Ægyptium, ut ver. 6. 9 *Dic*] secundum caput typi, ut diximus in ver. 3. judiciorum denuntiatio. *Disrumpet*] nimirum Babylonius, ut exponitur ver. 16. & 20. 10 *Ut ecce*] occupatio q.d. esto sanè, sit bene plantata & loco optimo: peribit tamen. *Euro*] noxio vitibus, teste Columella lib. 5. cap. 5. Est autem hic typus divini judicii per Babylonium. *Cum areolis*] id est, quoscunque aquæ ductus ad se ab Ægypto derivaverit. 11 *Deinde*] anagoge, sive accommodatio typi, ut diximus in ver. 3. 13 *Exsecrationem*] ut suprà 16. 59. vide 2. Chron. 36. 13. 16 *Jechoniah*] id est Babylone, regia Nebucad-netzaris: sic Jirmej. 32. 5. & 34. 3. & sequentib. 17 *Facturus*] id est, adjumento futurus est: nam priùs fractus est quàm copias Judæis conjungeret. *Diffunder*] nempe Babylonius, obsidēs Jerusalemitas per juramenta pertinacissimè. 18 *Junxit manum*] vide Jirmejæ 50. 15. 19 *Idcirco*] confirmatio judicii per jurandum. *Meam*] id est, juratam in nomine meo, & authore me per Prophetas meos, Jirmej. 38. 22 *Sic ait*] altera pars prophetiæ, continens promissionem restitutionis & amplificationis Ecclesiæ in Christo. *E summo calamo*] id est, ut exphetiæ, continens promissionem restitutionis & amplificationis Ecclesiæ in Christo. *E summo calamo* id est, ut exliquiis stirpis regiæ, ex qua fuit Zerubbabel, & ex eo Christus. *Montem altum*] i. in Ecclesia, ut Jesch. 2. 2. 25. 10 *monte*] triplex promissio his verbis continetur per Christum ad Ecclesiam pertinēs: prima est amplitudo Christi, secunda, beneficia ad Ecclesiam in Christo pertinentia; tertia denique, Ecclesiæ per totum orbem propagatio, horum quorum omnium finis est illustratio gloriæ Dei, ver. ultimo.

CAPUT XVIII.

Deus Iisraelitas inter se expostulantes quòd patriorum scelerum pœnas darent reprehendens gravissimè, administrationem justitiæ suæ erga justos & peccatores explicat: adducens exemplum suum arguit improbitatis, & justitiam suam omnino à calumniis illorum vindicat: ac postremò hortatione clementissima spem veniæ facit resipiscentibus.

1 ″ ET fuit quoque verbum Jehovæ ad me, dicendo,
2 ″ Quid vobis est, quòd utimini parabola hac de terra Jisraëlis, dicendo; patres comederunt omphacem, & ″ dentes filiorum obstupescunt?
3 ″ *Ne* vivam ego, dictum Domini Jehovæ; ″ si erit vobis amplius *unde* utamini parabola hac in Jisraële.
4 ″ En omnes animæ meæ sunt, æquè anima patris atque anima filii meæ sunt: anima ″ quæ peccat, ipsa morietur.
5 ″ Nam cùm quis erit justus, ″ exercebítque ″ jus ac justitiam,
6 In ″ istis montibus ″ non comedens, & ″ oculos suos non attollens ad stercoreos

a Heb. faciet: sic deinceps.

stercoreos deos domus Jisraëlis; uxorémque proximi sui non polluens,
& ad uxorem ex immunditia separatam non appropinquans,
7 Neminemq; opprimens, pignus suum debitori reddēs, rapinam
non rapiens; panem suum esurienti dans, & nudum operiens veste,
8 In usuram non dans, & fœnus non accipiens, ab iniquitate retra-
hens manum suam; jus [b] verum exercens inter [c] unum & alterum,
9 In statutis meis fideliter ambulans, juraq; mea observans [d] colendo
veritatem; justus hic [e] omnino vivet, dictum Domini Jehovæ.
10 Quòd si genuerit filium effractorem, effusorem sanguinis; qui fa-
ciat fratri præter ullum istorum:
11 Qui ista omnia non faciat; quin etiam in istis montibus comedat,
& uxorem proximi sui polluat,
12 Pauperem & egentem opprimat, rapinas rapiat, pignus nō reddat;
& ad stercoreos deos attollat oculos suos abominationem faciens,
13 In usuram det & fœnus accipiat, hiccine viveret? non vivet; omnes
abominationes istas fecit, [f] omnino afficietur morte; [g] cædis ipsius causa
in ipso erit.
14 Quòd si ecce genuerit filium qui animadvertat omnia peccata
patris sui quæ facit, & animadvertens non faciat secundum illa,
15 In istis montibus non comedat, & oculos suos non attollat ad ster-
coreos deos domus Jisraëlis; uxorem proximi sui non polluat,
16 Et neminem opprimat, pignus non [h] accipiat, & rapinam non ra-
piat; panem suum esurienti det, & nudum operiat veste,
17 A paupere retrahat manum suam, usuram aut fœnus nō accipiat,
jura mea faciat, in statutis meis ambulet; hic non morietur propter ini-
quitatem patris sui, omnino vivet:
18 Pater *verò* ipsius quia oppressit oppressione, rapuit rapinā fratris,
& quod non est bonum fecit [i] inter populares suos; ideò ecce morietur
propter iniquitatem suam.
19 Sed dicitis, cur? nónne fert filius ipse propter iniquitatem patris?
cùm filius jus & justitiam exercet, omnia statuta mea observat & facit
ea, omnino vivet.
20 Anima quæ peccat, ipsa morietur; filius non feret propter iniqui-
tatem patris, & pater non feret propter iniquitatem filii: justitia justi
cum ipso erit, & improbitas improbi cum ipso erit.
21 Cùm autem improbus conversus ab omnibus peccatis suis quæ
fecit, observabit omnia statuta mea, & exercebit jus & justitiam; omni-
no vivet, non morietur:
22 Omnes defectiones ejus quas commisit non commemorabūtur
ei; in sua justitia quam exercet vivet.
23 An [k] ullo pacto delector morte improbi? dictum Domini Jehovę:
an non cùm revertitur à viis suis, ut vivat?
24 Sed cùm avertens se justus à justitia sua facit iniquitatem, secun-

b Heb. veritatis. *c Heb.* virum cum viro. *d Heb.* faciendo. *e Heb.* vivendo: sic deinceps.

f Heb. moriendo. *g Heb.* sanguines ipsius in ipso erit: ut Levit. 20. 9.

h Heb. pignoretur.

i Heb. in medio populorum suorum.

k Heb. delectando.

dum omnes abominationes quas fecerit improbus facit, hiccine vive-
ret? [l] omnia juſtè facta ejus quæ fecerit non commemorabuntur; pro-
pter prævaricationem ipſius qua prævaricatur, & propter peccatum i-
pſius quo peccat, propter hæc morietur.

25 "Quòd autem dicitis, nõ eſt [m] æqua via Domini: audite jam, ô do-
mus Jiſraëlis, an via mea non eſſet æqua? an non viæ veſtræ non ſunt æ-
quæ?

26 Cùm avertit ſe juſtus à juſtitia ſua, & faciẽs iniquitatem, moritur
"in illis, propter iniquitatem ſuam quam facit moritur.

27 Cùm autem revertens improbus ab improbitate ſua quam face-
bat exercet jus & juſtitiam, hic animam ſuam vivam conſervat:

28 Quia animadvertens revertitur ab omnibus defectionibus ſuis
quas commiſit, omnino vivet, non morietur.

29 "Attamen dicunt domus Jiſraëlis, non eſt ęqua via Domini: an vię
meæ nõ eſſent æquę? ô domus Jiſraëlis; an non viæ veſtræ nõ ſunt ęquę?

30 "Idcircò quemque ſecundum vias ſuas judicabo vos, ô domus Jiſ-
raëlis, dictum Domini Jehovæ: revertimini, & avertite *vos* ab omnibus
defectionibus veſtris, "ut non ſit vobis offendiculo iniquitas.

31 Abjicite à vobis omnes defectiones veſtras quib⁹ defeciſtis, & fa-
cite vobis cor novum & ſpiritũ novum: ecquare moreremini, ô domus
Jiſraëlis?

32 Non enim delector morte morientis, dictum Domini Jehovæ: a-
vertite itaque vos, & vivite.

[l] *Heb.* omnes juſtitiæ.

[m] *Heb.* diſpoſita: ſic deinceps.

ANNOTATIO.

1 *Fuit*] Hujus prophetiæ, quæ tota eſt ἐπιτιμητικὴ, partes omnino ſunt tres; prima eſt reprehẽſio acerrima impii ſiraëlitarum dicti judicia Dei ludificantium, uſque ad verſum 18. ſecunda eſt confutatio firmamentorũ quibus Iſraëlitæ ſuas blaſphemias adverſus Deum enitebantur ſtabilire, uſque ad ver. 30. tertia eſt concluſio aſſerẽs juſtitia Dei & omnes revocans ad reſipiſcentiã certiſſimámque ſalutis exſpectationem. 2 *Quid vobis*] propoſitio blaſphemi ecti quod etiam habetur Jirmej. 31. 29. & 30. cujus ἀνασκευὴ habetur ſequentibus. *Terra Iſr.*] id eſt Jiſraëlitis, metonymicè. *Dentes filior.*] id eſt, filii luunt injuſtè ſcelerum paternorum pœnas. 3 *Ne vivam*] præcedẽtis blaſphemiæ ἀνασκευὴ primùm universè fit per enuntiationem juſtitiæ Dei juramento confirmatam, duobus ver. deinde per accommodationem promiſſorum & minarum ejus ad tria perſonarum genera: nempe ad juſtum, ver. 5. & quatuor ſequentibus: ad injuſtum juſti filium, verſib. quatuor; & ad juſtum injuſti filium, ad verſum 19. uſque. *Si erit*] id eſt, nil manifeſtò, & illicò, ac præſentiſſima edam judicia mea in ſingulos veſtrũm cùm peccaveritis; quandoquidem tam ſtudioſi eſtis cavillandi ea. 4 *En omnes*] ætiologia proximi præcedentis dicti à natura ſtudióque Dei in res creatas ſuas: quòd dicitis, inquit, vos injuſtè culpam alienam luere, eſtis in me contumelioſi: nam ego ut omnium creator ſum, ita paterno ſtudio erga omnes ducor: nõ poſſum à me temerè abalienare quemquã; ſed ſi quis abalienatur, id ipſi ſua injuſtitia evenit, non injuria mea: ac propterea ſtatui non amplius ita diſſimulare juſtitiam meã ſicut antè feci, ut me à calumniis improborum vindicem. Hoc generatim dictum per gradationem deinceps exornatur. *Quæ peccat*] ac proinde peccatò ſuo ſe ipſam alienat à me, qui ſum vitę & ſalutis autor. 5 *Nam cùm*] primum gradationis membrum, ut diximus in ver. 3. *Jus ac juſt.*] videlicet erga Deum & homines bona fide & cõſcientia, ut ſequentia exempla commonſtrant. 6 *Iſtis mont.*] id eſt, in excelſis, ubi idola colebantur, ut Deut. 12. 2. *Non comedens*] videlicet idolothyta, de quibus Pſal. 106. 28. & 1. Corinth. 8. & 10. *Oculos*] id eſt, non implorans idola, ſynecdochicè à ſigno, ut Pſal. 123. 1. *Proximi ſui*] id eſt ullius: vide Levit. 18. 19. & 20. 7 *Neminem*] ex lege Exod. 22. 21. & Levit. 25. 14. & 17. *Pignus ſuum*] ex lege Levit. 22. 26. & Deut. 24. 12. *Rapinam*] ex lege Levit. 19. 13. *Panem*] ex lege Deut. 15. 7. & ſequentibus, ut Jeſchahh. 58. 7. 8 *In uſuram*] ex lege Exod. 22. 25. Levit. 25. 35. & ſequẽtib. 10 *Quod ſi*] ſecundum gradationis membrum, de quo in ver. 3. *Ullum iſtor.*] nempe ſtatutorum & judiciorũ Dei, de quibus ver. 9. 14 *Quod ſi*] tertium gradationis membrum, de quo ver. 3. 17 *A paupere*] videlicet opprimendo. 19 *Sed dicitis*] ſecunda pars prophetiæ, confutans verba Jiſraëlitarum reſponſantium Deo. Sunt autẽ hujus confutationis partes duæ ad duas objectiones Jiſraëlitarum: quorum prior objectio fuit, exemplum ſuum ſatis documento eſſe ut filii dent pœnas paternorum ſcelerum, hoc ver. huic reſpõdetur uſque ad ver. 25. poſterior fuit hominum præfractorum, qui quamvis evicti obganniebant tamen; utcunque ſe res haberet, non ſatis æquam eſſe adminiſtrationẽ Dei, cui reſpondetur ad ver. 30. uſque. *Cur*] q. d: quamobrem hoc negas tu? aut nos non auſimus confirmare ab exemplo noſtro, qui inculpati luimus parentum criminoſorum culpas? *Cùm filius*] jam incipit Deus confutare præcedẽtem blaſphemiam eadem gradatione quæ antè dicta eſt; juſti videlicet, duobus ver. injuſti reſipiſcentis, ver. 21. & duobus ſeq. ac juſti ſeſe avertentis, ver. 24. 20 *Juſtitia*] id eſt, præmium juſtitię ſynecdochicè, ut in membro antithetо improbitatis pœnã eſt intelligenda. 23 *An ullo pacto*] argumentum à natura Dei quod perſtrinximus in ver. 4. ut infra duobus ver. ultimis, accipiendum κατ' ἀτι. q. d: nonne majorem delectationem capturus eſſem ex reſipiſcentia im-

Proli-

probi ad salutem, quàm ex ipsius morte, si sese daret in resipiscentiam? 25 *Quòd autem*] secundus confutationis locus, ut diximus in ver. 19. *Audite*] hac cōfutatione Deus primùm κατὰ θέσιν æquitatem suæ administrationis asserit, & iniquitatis Judæos damnat, hoc ver. deinde sigillatim gradationi sermonem accommodat, ut suprà: nisi quòd ejus cus, qui sibi in justitia sua cōstat mētio omittitur, quia extra controversiā est. 26 *In illis*] videlicet viis suis iniquis, à quibus minimè resipiscit. 29 *Attamen*] indignantis verba, quibus ad conclusionem transitur à cōfutatione. 30 *Idcirco*] conclusio prophetiæ, qua primùm Deus se omnia justè administraturum esse confirmat, deinde Jisraëlitas ad justitiam & regenerationē provocat, hoc & seq. versu, ac postremò causam hortationis adducit à studio paterno suo in homines, & ipsorum bono, versu ultimo. *Ut non sit*] id est, ne corruatis iniquitate vestra, ut Jirm. 5. 25. 31 *Facite vobis*] id est, deposito vetere homine, qui secundum cupiditates fallaces corrumpitur, renovamini spiritu mentis vestræ, & induite novum hominem qui secundum Deum conditus est in justitia & sanctimonia veritatis: ut nihil sapiatis corde, nihil spiretis aut velitis spiritu, nisi novitatem puram: quæ quidem omnia sunt ex Deo, qui reconciliavit nos sibi per Jesum Christum, Ephes. 4. 22. & 2. Corinth. 5. 17. & sequentibus.

CAPUT XIX.

Deus lamentationem præscribit de Iudæorum regno: quòd de pristina sua dignitate decidens Regum impiorum & inhumanorum culpa, jam propè labefactatum sit, & mox sine spe restitutionis sit collapsurum usque in adventum Christi.

1 2 3 TU autē profer lamentationē de principibus Jisraëlis,
Dicens, quid *erat* mater tua? leæna inter leones recubans; inter juvenes leones educans catulos suos.
Sed evehente ipsa unum è catulis suis, cùm juvenis leo factus esset; & cùm didicisset prædari prædā, homines comedisset:

a Heb. in medio juvenū leonum.

4 Audientes *concurrerunt* in eum gentes, quarum in fovea captus est; & deduxerunt eum *b* uncis in terram Ægypti.

b Heb. hamis.

5 Vidēs autem illa, cùm spe aluisset se se, periisse exspectationē suam; accepit unum è catulis suis quem effecit juvenem leonem.
6 Hic continenter ambulans inter leones, juvenis leo factus; didicit prædari prædam, homines comedit:
7 Etiam cognovit de *c* viduatis palatiis eorum, & civitates eorū vastavit; adeò ut desolaretur terra & *d* quæ implent eā, a voce rugitus ejus.
8 Quapropter disposuerūt cōtra eum gentes circumquaque ex provinciis; & expanderunt contra eum rete suum, quorum in fovea captus est.

c Heb. viduis.
d Heb. plenitudo ejus.

9 Tum ponentes eum in claustro *e* uncis adhibitis, deduxerunt eum ad regem Babyloniæ; deducturi eum in munitiones, ut non exaudiretur vox ejus amplius in montibus Jisraëlis.

e Heb. cum uncis.

10 In quiete tua mater tua similis erat viti plantatæ secūdum aquas; fructifera & frondosa erat ab aquis multis:
11 Erantq; ei scipiones *f* robusti cum virgis dominātium, & alta erāt statura ejus, supra intercurrentes ramos densos; ita ut conspicua esset altitudine sua cum multitudine palmitum suorum.

f Heb. roboris: sic ver. 12. & ultimo.

12 Sed avulsa æstu iræ in terram dejecta est, & *g* Eurus arefecit fructū ejus; defregerunt sese, & aruerunt, scipionem robustum ejus ignis consumpsit.

g Heb. vētus orientalis.

13 Nunc enim plantata est in deserto, in terra sicca & siticulosa:
14 Et exiens ignis è scipione ramorum ejus, fructum ejus consumit, adeò ut non sit in ea scipio robustus, virga dominatura: hæc lamentatio est, quæ sit pro lamentatione.

ANNOTATIO.

1 *Tu autem*] Hujus capitis argumentū omnibus est evidens ex mandato Dei quod habetur ver. 1. & ultimo. Est enim toto hoc capite lamentatio de flebili regni Judæorum statu inde à morte Joschijæ: qui status exponitur duabus allegoriis; una, leænæ & catulorum, usque ad ver. 10. altera, vitis & fructuum, versibus quinque sequentibus. *Principibus*] id est regulis; qui jam non poterāt meritò dici reges, cùm omnes à Joachazo fuerint beneficiarii, primùm regis Ægyptiorum, deinde Babyloniorum. 2 *Quid erat mater*] priore hac allegoria gens Judæorum & regnum totum cum leæna comparatur, Reges verò cum illius catulis. Ac leænæ quidem conditio describitur, hoc ver. deinde verò duorum catulorum; quorum unus typus est Joachazi sive Jochananis, ver. 3. & 4. alter Jehojakimi; ver. 5. & sequentibus. In conditione autem leænę duo observanda sunt; tum quòd inter leones, id est finitimos feros & crudeles, secure prius habitaverat, tum etiam quòd ipsa catulos suos educaverat & Reges instituerat sibi: quæ dignitatis & robotis commemoratio exaggerat lamentationis argumētum, ut in secunda allegoria, ver. 10. & 11. *Catulos suos*] ex prophetia Jahhakobi, Genes. 49. 9. 3 *Homines comed.*] id est, abusus esset autoritate sua ad inhumanitatem teram, 2. Reg. 23. 32. 4 *Uncis*] id est captivū, ibidem ver. 33. & Jirme. 22. 11. & sequentib. 5 *Spe aluisset*] videlicet redhibendi & recuperandi Regis sui precario ab Ægyptio. *Unum*] Jehojakimum Joachazi fratrem, datum ab Ægyptio, 2. Reg. 23. 34 7 *Etiam*] id est, non tantùm in homines feritatem exercuit; sed etiam de bonis illorum & facultatibus pro libidine sua statuit, nulla Dei aut hominum reverētia abductus quin sursum deorsum verteret omnia, Cognoscendi autem verbū hoc modo accipi cùm aliis locis monuimus, tum Ijobi 38. sæpius. 8 *Gentes*] de quibus 2. Reg. 24. 4. 9 *Deducturi eum*] id est, animo deducendi: nam in itinere mortuus est, ut prophetaverat Jirmeja 22. 18. & 19. *In munitiones*] id est, Babylonem munitissimam: vide Jirm. 51. 25. & 53. 10 *In quiete tua*] secunda allegoria, ut diximus in versum 2. qua primùm præstantia antiqua regni Judæorum & Regum adumbratur, duobus ver. deinde inclinatio & ruina, tribus. Quod autem vertimus, in quiete tua, adducti tum præcedentis allegoriæ comparatione fecimus, tum sequente antithesi: nam quod alii vertunt similitudinem, sine exemplo est; quod alii sanguinem, difficile est accommodatu atque violentum. Quamobrem nos Hhebræum vocabulum ab alia radice ducimus quæ significat quiescere, ut notetur hac voce prisca Judææ tranquillitas. 11 *Erantq; ei*] id est typicè, florebant Reges potentissimi & principes regni, eminebātque regnum Judææ supra alia, Regum suorum majestate, & principum amplitudine, populariumque frequētia. *Ejus*] videlicet Regis cujusque, qui cum scipione robusto comparatus est. *Intercurrentes* id est, inter principes eminens. 12 *Avulsa*] videlicet iis rationibus quæ dictę sunt superiore allegoria. 13 *Plantata*] id est, deportata in locum servitutis miserrimę, tam contrarium regno quàm desertum siccum infestū est viti. 14 *E scipione*] id est, ab ipso Jehojakimo rege, ipsius culpa, quia frangens fœdus rebellavit contra Babylonium, 2. Reg. 24. 3. *Adeò ut non*] id est, ut neque jam adsit rex ullus firmus, neque sit ullus in posterū exsiturus, donec adveniet Christus: vide Jirmej. 22. 30. *Hæc lamentatio*] conclusio, verbis Dei mandantis lamentationem.

CAPUT XX.

Propheta seniores ad Deum consulendum accedentes redarguit hypocriseos: ac propterea in totum populum invehens, ordine narrat beneficentissimam Dei administrationem, monitáque, & indignissima populi maleficia, ab exitu AEgypti ad sua usque tēpora: deinde omnes contestatus severissimum Dei judicium pronuntiat, calamitates eventuras omnibus, minas contra idololatras, & promissiones erga bonos; e quibus disparatis Deum illos perditurum, hos liberaturum dicit ad gloriam ipsius.

1 ET fuit autem anno septimo, [a] quinti mēsis die decimo, venientes quidam e senioribus Jisraëlis [b] ad consulendum Jehovam, cùm sedissent coram me,

2 Ut esset verbum Jehovæ ad me, dicendo,

3 Fili hominis, alloquere seniores Jisraëlis, & dicito ad eos; sic ait Dominus Jehova, [c] an ad consulendum me venitis? *ne* vivam ego, si consulor à vobis, dictum Domini Jehovæ.

4 An [d] causam ageres istorum? an causam ageres, fili hominis? [e] abominationes majorum ipsorum notas fac ipsis.

5 [f] Indic eis, sic ait Dominus Jehova, quo die [g] eligens Jisraëlem [h] sublata manu mea semini domus Jahhakobi *juraveram*, [i] notúmque feceram me ipsis in terra Ægypti: (*juraveram* autem sublata manu mea ipsis, dicendo, ego Jehova Deus vester)

6 Quo *igitur* die sublata manu mea *juraveram* istis me deducturum illos e terra Ægypti in terram quam [k] exploraveram ipsis, affluentem lacte & melle; [l] decus ipsum omnium regionum;

7 [m] Edixeram eis, quisque [n] res detestandas oculis suis abjicite, & sordeis diis Ægypti ne polluatis vos; ego sum Jehova Deus vester:

8 Rebellantes

a *Heb.* quinto *mense* decimo mensis.

Exod. 3. 8.

b *Heb.* detestationes oculorū suorum: sic deinceps.

8 Rebellantes contra me noluerunt auſcultare mihi, quiſque res deteſtandas oculis ſuis non abjecerunt, & ſtercoreos deos Ægypti non dereliquerunt: quamvis dixiſſem me effuſurum æſtum iræ meæ ſuper eos, ad conſummandum iram meam in eis in media terra Ægypti.

9 Attamen feci propter nomen meum; (ut non prophanaretur ante oculos illarum gentium [c] inter quas erant, quia notum feceram me ipſis ante oculos illarum) educendo ipſos è terra Ægypti.

10 Itaque eduxi ipſos e terra Ægypti, & abduxi ipſos in deſertum:

11 Ubi dedi ipſis ſtatuta mea, & jura mea nota feci ipſis; quæ qui faceret homo, viveret per ea:

12 Ac etiam ſabbatha mea dedi ipſis, ut eſſent ſigno inter me & ipſos; [d] ut ſciretur me Jehovam ſanctificare ipſos.

13 Sed rebellarunt contra me domus Iſraëlis in ipſo deſerto, in ſtatutis meis non ambulantes, & jura mea ſpernentes quæ qui feciſſet homo vixiſſet per ea, & ſabbatha mea prophanantes valde: quamvis dixiſſem me effuſurum æſtum iræ meæ ſuper eos in ipſo deſerto ad conſumendum eos.

14 Sed feci propter nomẽ meum, ut non prophanaretur ante oculos illarum gentium in quarum oculis eduxeram eos.

15 Verumtamen etiam ego ſublata manu mea *juravi* eis in deſerto, me non introducturum illos in terram quam dedi affluentem lacte & melle; decus ipſum omnium regionum:

16 Eo quòd jura mea ſpernerent, & in ſtatutis meis non ambularent, ac ſabbatha mea prophanarẽt: quòd [d] ſtercoreos deos ſuos cor illorum ſequeretur.

17 Pepercit tamen oculus meus illis ne perderem illos, neque feci ex eis conſummationem in deſerto:

18 Edixi enim filiis illorum in deſerto; in ſtatutis patrum veſtrorum ne ambuletis, & jura illorum ne obſervetis, neque ſtercoreis diis illorũ vos polluatis:

19 Ego ſum Jehova Deus veſter, in ſtatutis meis ambulate; & jura mea obſervate, ac facite ipſa:

20 Et ſabbatha mea ſanctificate, ut ſint ſigno inter me & vos; ut ſciatur me Jehovam eſſe Deum veſtrum.

21 Rebellarunt autem contra me ipſi filii, in ſtatutis meis non ambulantes, & jura mea non obſervantes ut facerent ea, quæ qui faceret homo viveret per ea, ſabbatha mea prophanantes: quãvis dixiſſem me effuſurum æſtum iræ meę ſuper eos, conſummando iram meam contra eos in deſerto.

22 Sed reducens manum meam feci propter nomen meum; ut non prophanaretur ante oculos illarum gentium in quarum oculis eduxeram eos.

[c] *Heb.* in quarũ médio.

Exod. 14.

Exod. 15. 25. & 20. & ſequentibus. Levit. 18. 5. & Deut. 30. 15.

Exod. 16. 24. & 31. 13.

[d] *Heb.* ad ſciendum: ſic infrà ver. 20.

Exod. 20. 5. & 23. 21.

Numeror. 14. 28. & ſequentib.

[d] *Heb.* poſt ſtercoreos deos ſuos cor illorum iret.

Numer. 15. & 18.

23 Nam ″ etiam ego ſublata manu mea *juraveram* eis in deſerto; me diſperſurum eos in gentes, & ſparſurum eos in regiones:

24 Eo quòd jura mea non facerent, & ſtatuta mea ſpernerent, ac ſabbatha mea prophanarent; denique ᵉ ſtercoreos deos patrum ſuorum ſequerentur oculi ipſorum.

ᵉ *Heb.* poſt ſtercoreos deos patrũ ſuorum eſſent.

25 Atque etiam ego dederam ipſis ſtatuta ″ non bona, & jura ″ per quæ non viverent,

26 ″ Impurans ipſos cum donis ipſorũ, eo quòd traducerent ″ omnem aperientem vulvam; ut deſolarem eos, ut experirentur me eſſe Jehovam.

27 Idcircò alloquere domum Jiſraëlis, fili hominis, & indicito eis, ſic ait Dominus Jehova: adhuc hac re blaſphemaverunt me patres veſtri prævaricando contra me prævaricatione,

28 Quòd cùm introduxiſſem eos in terram quam ſublata manu *juraveram* me daturum ipſis, ″ aſpexerunt omnem collem excelſum, & omnem arborem denſis ramis, ubi ſacrificarunt ſacrificia ſua, & ubi dederunt irritamentum oblationis ſuæ, & ubi diſpoſuerunt ᶠ odores gratos ſuos, denique ubi libarunt libamina ſua:

ᶠ *Heb.* odorem quietũ ſuarum.

29 ″ Et quamvis dicerem, ad eos ipſos qui veniebant ″ eodem quò vos, ″ quid ſit ipſum excelſum; tamen ″ vocatum eſt nomen illius excelſum, uſque in diem hunc.

30 ″ Idcircò dic ad domum Jiſraëlis, ſic ait Dominus Jehova; an in via patrum veſtrorum vos ipſos impuraveritis, & ᵍ deteſtationes eorum ſequendo vos ſcortati fueritis,

ᵍ *Heb.* poſt deteſtationes ipſorũ.

31 Et offerendo dona veſtra traducendo filios veſtros per ignem, vos ipſos impuraveritis in omnibus ſtercoreis diis veſtris in hunc uſque diem; & ego conſular à vobis, ô domus Jiſraël? ne vivam ego, dictum Domini Jehovæ, ″ ſi conſular à vobis.

32 Ideóque ″ quod aſcẽdit in ſpiritum veſtrum ʰ minimè omnium futurum eſt; quod vos dicitis, ″ erimus ut iſtæ gentes, ut nationes iſtarum regionum, miniſtrando ligno & lapidi.

ʰ *Heb.* exiſtendo.

33 *Ne* vivam ego, dictum Domini Jehovæ; niſi manu robuſta, & brachio extento, ac æſtu iræ effuſo ″ regnabo ſuper vos,

34 Cùm educam vos ex populis, & congregabo vos ex regionibus in quas diſperſi fueritis; manu robuſta, brachióque extento, & æſtu iræ effuſo.

35 Nam ″ deducam vos in deſertum populorum, ubi diſceptabo vobiſcum ⁱ in os:

ⁱ *Heb.* facie ad faciem.

36 Quemadmodum diſceptavi cum majoribus veſtris in deſerto terræ Ægypti; ſic diſceptabo vobiſcum, dictum Domini Jehovæ:

37 ″ Et trãſmittam vos ſub virgam, ut inducam ″ vos in vinculum fœderis:

38 Seligenſq; ex vobis eos qui rebellant & qui deficiunt a me, ″ è terra peregri-

peregrinationum ipsorum emittam eos, & eorum nemo in terram Jisraëlis redibit: ita experiemini me esse Jehovam.

39 "Vos itaque ô domus Jisraëlis, sic ait Dominus Jehova, quisque stercoreos deos suos agedum colite," etiam posteà, si quidem nõ auscultatis mihi:" nomen verò sanctitatis meæ ne prophanate ampliùs donis vestris, & stercoreis diis vestris.

40 "Sed in" monte sanctitatis meæ, in monte celsitudinis Jisraëlis, dictum Domini Jehovę, ibi colent me" tota domus Jisraëlis, [k] quãta quanta erit in ea terra: ibi acceptos habebo eos, ac ibi" requiram oblationes vestras, & primitias munerum vestrorum cum omnibus rebus sanctis vestris:

[k] *Heb.* tota ipsa.

41 Cum odore [l] grato acceptos habebo vos, quando eduxero vos ex populis, & congregavero vos ex regionibus in quas dispersi fueritis: & sanctificabo me in vobis ante oculos ipsarum gentium.

[l] *Heb.* quietis.

42 Et experiemini me esse Jehovam; cùm reduxero vos in terram Jisraëlis, in terram illam quam sublata manu mea *juraveram* me daturum majoribus vestris:

43 Ubi recordati viarum vestrarum omniumq́; actionum vestrarũ quib⁹ vos ipsos impuraſtis, fastidio eritis vobis ipsis propter omnia mala vestra quæ feceritis. supra 6. 9.

44 Ita agnoscetis me esse Jehovam, cùm *hæc* fecero erga vos propter nomen meum; non secũdum vias vestras pessimas, & secundum actiones vestras corruptissimas, ô domus Jisraëlis, dictum Domini Jehovæ.

ANNOTATIO.

1 *Fuit autem*] Hujus prophetiæ inscriptio ostendit tum ipsum tempus & occasionem illius, ver. 1. tum mandatum Dei, secundo versu: tempus verò manifestum est, nempe quinto anno prophetatam esse ante expugnata & eversa Jeruschalaima. Sunt autem totius prophetiæ partes duæ: una, hypothesis qua Deus speciatim seniores Jisraëlis coram hypocrisecos scelestæ reprehendit, ver. 3. & 4. altera, thesis qua universè Jisraëlem redarguit, impiis minatur, & pios promissis erigit, inde à ver. 5. *Ad consulendum*] simulatè, quamvis consilia sua stata afferrent in animis suis, ut dicitur infrà ver. 32. 3 *An ad consulen.*] animo integro, docili, & ad consilium capiendum comparato. q. d. nónne præjudicata affectis domo, & cõsilia quæ verbo tenus petitis jamdiu cudistis animo? 4 *Causam ageres*] id est, ampliùs intercederes apud me istorum nomine? quibus non intercessione ampliùs (ut fingunt) opus est, sed reprehensione acerbissima, & minarum denuntiatione: idem argumentum est Jirme. 14. sic supra 14. 2. & 3. *Abominationes*] transitio ad thesin, de qua in versum 1. 5 *Indic eis*] hujus theseos membra omnino sunt tria: primum est narratio, qua singula Dei beneficia cõparantur cum indignissimis Jisraëlitarum maleficiis & ingrato animo, usque ad ver. 30. secundum est sententiæ dictio adversus ingratos & cõtumaces Jisraëlitas, usque ad ver. 40. tertium est piarum sanctarúmque reliquiarum consolatio à promissis Dei, inde ad finem usque. Narrationis autẽ (quæ, ut diximus, per ἀγῶνα sive contentionem tota illustratur comparatis Dei operibus cum malefactis populi) partes per sua tempora distinguuntur: primum tempus est rerum in Ægypto gestarum, usque ad ver. 9. secundum, rerum in deserto gestarum tũ erga patres, usque ad ver. 17. tum etiam erga filios, usque ad ver. 27. tertium, rerum in terra gestarum quam ex promisso majoribus tradiderat Deus, usque ad ver. 30. *Eligens*] id est, declarãs me elegisse, misso Mosche & Aharone, Exod. 2. & sequentib. *Sublata manu*] vide Genes. 14. 22. q. d. juramentum antè majoribus prẽstitum per me ipsum confirmavi, Exod. 3. 6. *Notumq́*] verbo, signis, & miraculis, Exod 13. & 4. 6 *Exploraveram*] id est, prospexerã tandem certissimus explorator, ut Numer. 10. 33. humanitus dictum. *Decus ipsum*] epitheton terræ Cenahhanis, ut infrà ver. 15. & Dan. 8. 9. 7 *Edixeram*] etsi verba hæc disertè à Mosche non exprimuntur, non dubium est tamen quin ex contrario intelligenda sint, cùm jubẽtur Jisraëlitæ servire Deo, Exod. 3. 12. & Mosche hanc causam non tantùm populo suo, sed ipsi quoque Parhhoni exponere, Exod. 5. 1. 8 *Noluerunt audc.*] id est, neque fidem habuerunt mihi, ut ipsorum verba & facta demonstrarunt, Exod. 5. 21. & 6. 8. neque ab idolis discesserunt, ut eventus ostendit Exod. 32. *Dixissem*] videlicet nisi servirent Deo, ut agnoscit Mosche Exod. 5. 3. sic in sequentibus. 9 *Feci*] id est, in præstanda liberatione perstiti: sic ver. 14. & 22. 21 *Ipsi filii*] eorum videlicet qui occubuerunt in deserto: nam his pepercit Dei oculus, supra ver. 17. 22 *Manum meam*] nimirũ quam interminatus fueram, ut dicitur proximè præcedente versu, & quam ex parte feceram ut experirentur ipsi, versib. quatuor sequentibus. 23 *Etiam ego*] exegesis præcedentis sermonis, quòd Deus *reduxerit manum suam*, quam in Jisraëlitas duobus modis exercuerat: nempe & per hostes, cùm aliquos ex illis captivitati traderet, ut Numer. 20. & per se ipsum, cùm eos ipse castigaret acerbissimè, ut Numer. 21. & 25. vide in Psal. 106. 26. & sequẽtibus. 25 *Non bona*] id est, ipsis incommoda noxiáque, ut fuerunt hiatus terræ & ignis, Numer. 16. plaga pestilens, Numer. 17. serpentes, Num. 21. 6. sententiáque juridica, Nu-

mer.25. *Per quæ non*]id est,quæ sententias mortis continerent. 26 *Impurans*]id est,impuros esse ostẽdens,ut iuspuros tractans,& a me abdicans. *Omnem aper.*]id est primogenitum,qui ex lege sacer est Domino, Exod.13.2.vide suprà 16.21.& infrà ver.31. atque hæc quidem à Israëlitis fuisse facta disertis verbis non exponit Mosche: sed tamen non dubium est quin fecerit Israël,quando copulatus est cum idolo Pehhoris Midjanitarum Deo,Numer.25. 28 *Aspexerunt*]id est,oculos animúmque suum adjecerunt:vide Jeschahh.57.9.& sequentib. 29 *Et quamvis*] videlicet per legem,Sacerdotes pios,Prophetas,& servos Dei admonerẽ: ut per singulas ætates servos excitavit Deus ad revocandum populum suum à maleficiis:sic infrà 23.43. *Eodem quò*]i.ad excelsa, quò vos etiam convenitis, ut scelerati idololatræ. *Quid sit*] id est, quàm invisum & exosum sit Deo, ac proinde pernicioſum suis cultoribus:ut Deut.12.& 13. *Vocatum*]id est permansit,& integrum est conservatum:ut Jeschahh.1.25. 30 *Idcircò*] secúda pars thesεos,ut diximus in versum 5.sententiæ dictionem continet;in qua comprehenduntur primùm contestatio Jitarum propter peccata ipsorum & impudentissimam hypocrisin, duobus versib. deinde judicium juramento confirmatum,usque ad ver.39.& conclusum præsentissima abdicatione repudióque populi,ver.39. 31 *Si consulat*] id est,si in posterum patiar vos ea hypocrisi perfidiáque ad me accedere,ut docet mãdato ver.39. 32 *Quod ascendit*] id est,non succedẽt cogitationes vestrę,plurimùm aberitis à vestris rationibus. *Erimus*]i.eodem loco habebimus, & perfruemur tranquillè iisdem commodis,si communem cultum cum gentibus illis observabimus:ut illi dicebant Jirmejæ 44. 33 *Regnabo*]id est,Regem me vobis gentibúsque invitis demonstrabo, impios affligendo & perdendo,pióque secernendo,ut explanatur ver.35.& tribus seq. 35 *Deducam vos*]id est,non sinam vos quiescere,ut putatis,ô idololatræ;sed vexabo vos & exagitabo plurimùm per varios populos locis importunissimis. 37 *Et transmittam*]id est,totum populum Israëlis ita probabo & recognoscam ut pastor gregem, ad recipiendos in fœdus & in caulam meam bonos,improbósque abdicandos:de hac autem ratione vide Levit.27.32. *Vos*]id est,bonos ex vobis,synecdochicè:de quibus posteà ver.40.& sequentibus. 38 *E terra pereg.*]id est,è terra Israëlis, cujus hæredes falsó & justos dominos se gloriabantur esse qui in Judæa cum Rege Tzidkija remanserant:vide suprà 11.14.& sequentib. 39 *Vos itaque*]gravissima abdicationis denuntiatio,ut diximus in versum 30. *Etiam posteà*]videlicet ſi fueritis è Judæa deportati;cujus non hęredes,sed inquilini ad momentum estis. *Nomen verò*]id est,ne amplius abutimini nomine meo,neque commune quicquam mecum habetote;siquidem idolis vestris adhæretis, quorum contagio impurari nolo cultum meum:ut hypocritas compellat Deus Jeschahh.1.& 66. 40 *Sed*] tertium membrum, consolatio,ut diximus in versum 5. *Monte sanct.*]vide suprà 17.23. *Tota domus*]nimirum selecta,ut dixit ante versu 38. *Requiram*]non autem vetabo & interdicam vobis,ut feci hypocritis,ver.39.

Caput XXI.

Deus exitium Iudææ primùm allegoria,deinde apertis verbis typoq; prænuntians, ostendit quàm graviter sit per Babylonium affligenda: expeditionis illius consilia effectaq; declarat, ac nominatim prædicit cladem regis Tzidkijæ,& subversionem regni in Christo demum instaurandi: ac postremò per occasionem Hhammonitas nomine insolentiæ contra Iudæos reprehendens,par illis exitium per Chaldæos futurum pronuntiat.

1 Et fuit verbum Jehovæ ad me,dicendo,

2 Fili hominis, dispone faciem tuam [a] dexterã versus,& fac ut stillet versus Austrum; ac prophetato in [a] sylvam agrestem meridiem *versus:*

3 Et dicito sylvæ meridianæ, audi verbum Jehovæ: sic ait Dominus Jehova, ecce ego [a] accensurus sum in te ignem qui consumat in te [a] omnem arborem viridem, & omnem arborem aridam;non exstinguetur flamma [b] inflammatissima,& adurentur ea omnes facies [a] à meridie ad Aquilonem:

4 Et [c] experientur omnis caro [a] me Jehovam incendere illam; non exstinguetur.

5 [a] Me autem dicente,aha Domine Jehova; ipsi dicunt de me, nónne [d] artifex est parabolarum iste?

6 Fuit verbum Jehovæ ad me,dicendo,

7 [a] Fili hominis,dispone faciem tuam versus Jeruschalaima,etiam fac ut stillet [a] loca sancta versus:& prophetato contra terram Israëlis,

8 Dicens terræ Israëlis, sic ait Jehova, ecce me contra te exerturum [a] gladium meum è vagina sua; ut exscindam ex te [a] justum & improbum:

9 Ut exscindam ex te justum & improbum,idcircò prodibit gladius meus è vagina sua contra omnem carnem à meridie ad Aquilonem:

10 Ut

a Heb. via dextrorsũ.

b Heb. flammæ.

c Heb. videbũt:ut Psal. 90.15.sic deinceps.

d Heb. παραβολῶν παραβολὰς, ut infrà 24.3.

10 Ut experiantur omnis caro me Jehovam exerere gladium meum e vagina sua; non revertetur ampliùs.
11 Tu ergo fili hominis suspira: cum fractione lumborum & amaritudine suspirato ante oculos istorum.
12 Estóque cùm dicent ad te, quamobrem suspirabũdus es? ut dicas, propter rumorem qui advenit, quo liquescet omne cor, & remittẽtur omnes manus, caligabitq; omnis spiritus, & omnia genua diffluent *ut* aquæ: ecce advenit & fit, dictum Domini Jehovæ.
13 Deinde fuit verbum Jehovæ ad me, dicendo,
14 Fili hominis, prophetato dicens, sic ait Dominus; dic, gladius gladius exacutus, atque etiam extersus est:
15 Ut mactet mactãdos exacutus est, ut sit ei coruscatio extersus est: an gauderemus, virga filii mei, *id est*, *gladio* spernente omne lignum?
16 Nam tradidit illum extergendum, capiendum manu: ipse exacutus est gladius, idemq; extersus, quem tradat in manum interfectoris.
17 Clama & ejula fili hominis, quia ipse erit contra populum meum, idemq; contra omnes principes Israëlis: detrusi in gladium erunt cum populo meo; idcircò applaude femori.
18 Cùm probatio *est*, quid tandem *est*? an etiam virga *gladius* spernens non esset? dictum Domini Jehovæ.
19 Tu itaque fili hominis prophetato, & complode manibus: nam iterabitur gladius tertiò, gladius confossorum, idemq; gladius confossorum magnatum, cubicula permeans illorum.
20 Ah factus est ad coruscationem, acuminatus ad mactationem; ut diffluente animo & multiplicatis offendiculis, contra omnes portas eorum disponam mucronem gladii.
21 Unis viribus dexteram pete, compositis pete sinistram; quocunque occurrent tibi res comparatæ.
22 Nam etiam ego complodam manibus meis, & faciam ut requiescat æstus iræ meæ: ego Jehova eloquutus sum.
23 Et fuit verbum Jehovæ ad me, dicendo,
24 Tu autem fili hominis, propone tibi duas vias adveniente gladio regis Babyloniæ, è terra unius procedẽtes ambas, & latus selige, in capite viam ad civitatem selige.
25 Viam *inquam* proponito; qua adveniat gladius cõtra Rabbatham Hhammonitarum; aut contra Jehudæam cum *urbe* Jeruschalaimorum munitã.
26 Nam stabit rex Babyloniæ in bivio, in capite duarum viarum, ad divinandum divinationem; terget cultros, consulet imagines, inspiciet jecur.
27 In dextera ipsius erit divinatio, Jeruschalaima; disponendos esse primores *exercitus*, os aperturos in occisione, sublaturos vocem cum clangore: disponendos *igitur* primores exercitus contra portas, effundenda

e Heb. auditionem. *f Heb.* abibunt.
g Heb. mactationem.
h Heb. percute manũ ad manum: sic infrà ver. 22.
i Heb. ad tertiã vicẽ. *k Heb.* corde.
l Heb. aduna te dexterã pete, cõpone pete sinistram; quò faciei tuæ comparata *erunt*.
m Heb. matre viæ. *n Heb.* divisorios.

denda o missilia catapultaria, exstruendas munitiones.

o Heb. catapultam: ut 2. Reg. 19. 32.

28 "Erit quidem *hoc* istis tanquam p si divines vanitatem in oculis ipsorum, "istis q juratis in juramenta multa: "sed hoc revocabit in memoriam iniquitatem qua capiendi sunt.

p Heb. divinare.

q Heb. juratis juramentorum.

29 "Idcircò sic ait Dominus Jehova, eò quòd "revocatis in memoriã iniquitatem vestram, dum "retegunt se defectiones vestræ, dum appar rẽt peccata vestra in omnibus actionibus vestris: quia versamini in memoria, "manu illa capiemini.

30 "Tu autem prophane improbe, ô princeps Jisraëlis; cujus advenit dies, *suo* tempore r iniquitatis terminus:

r Heb. iniquitas termini: hypallage, ut infra ver. 34.

31 "Sic ait Dominus Jehova, "amove "cidarim istam, & tolle coronã: s "hæc futura nõ est; "eum qui in depressum *abiit* exalta, & "eum qui altus est deprime.

s Heb. hæc non hæc.

32 "Perversam, perversam, perversam reddam illam: "etiam hæc non futura est, donec venerit is cujus est jus ipsum & tradidi illud.

Jirmejæ 49.

33 "Tu autem fili hominis prophetato dicens, sic ait Dominus Jehova de t Hhammonitis, & de "opprobrio illorũ: dicito igitur, "gladius gladius "districtus est, ad mactationem extersus, ad consumendum, ex *tersus* propter "coruscationem;

t Heb. filiis Hhãmonis.

u Heb. apertus.

34 Dum vides tibi vanitatem, dum divinas tibi mendacium, "applicando te ad cervices cõfossorum improborum quorum dies advenit, *suo* tempore iniquitatis terminus.

35 "Repone *gladium* in vaginam suam: "in loco ubi procreata fuisti, in terra conversationum tuarum judicabo te:

36 Et effundam super te indignationem meam, "igne excandescentiæ meæ efflans in te; tradamq; in te malum "hominum ardentium, x artificum perditionis.

w Heb. fabrorum.

37 Igni eris ad consumendum, sanguis tuus erit in medio terræ: non versaberis in memoria ullius, nam ego Jehova eloquutus sum.

ANNOTATIO.

1 *Et fuit*] Hujus prophetiæ duæ sunt in universum partes: prima est prolepsis sive propositio καθολικὴ gravissimo Dei judiciorum contra Jisraëlem totum, usque ad ver. 13. secũda est enarratio sive exornatio copiosior ejusdem, phetię, inde ad finem usque. In prolepsi autem exponenda tres rationes Propheta adhibet: primùm quidem allegoricam, usque ad ver. 5. deinde verò anagogicam, occasione sumpta ab expostulatione Prophetæ, usque ad ver. postremò verò typicam, duobus versib. 2 *Dexteram Ver.*] id est, respice versus situm Jerusch alaimorum, ut exp anagoge ver. 7. nam Prophetæ in Mesopotamia versanti Judæa à meridie erat. *Fac ut stillet*] id est, obverte eloquere prophetiam tuam: sic Ijobi 29. 22. Hhamos 7. 16. & Micæ 2. 6. *Sylvam agresti.*] id est, terram Jisraëli quæ cum sylva horrente & infructuosa comparatur: sic deinceps. 3 *Accensurus sum*] id est, crudelissimum hostem immissurus. *Omnem arb.*] id est, justum æquè ac improbum, omnes promiscuè: eadem similitudine usitur Christus Lucæ 23. 31. *Ameridie*] id est, ab una extremitate ad alteram omnes judicio Dei afficientur gravissimo stenditur seq. versu. 4 *Me Jehovam*] id est, non humanum opus, sed divinum esse, ac proinde inexpugnabile. 5 *Me autem*] transitio ad anagogen ab expostulatione Prophetæ, ut diximus ver. 1. 7 *Fili hominis*] enarratio præcedentis allegoriæ ferè de verbo ad verbum. *Loca sancta*] id est, templum ipsum, & singulas illius partes sine exceptione. 8 *Gladium meum*] id est, Chaldæum à me armatum, quo velut gladio usurus sum ad perficienda judicia mea. *Justum*] videlicet per comparationem, id est, eum qui non usque adeò contumax & ad injustitiam projectus est ut alioqui cœtus omnium sylva agrestis nominata est, ver. 2. & ipse Propheta id ipsum ostendit capite sequente, ver. 5. vide Jirme. 3. 6. 10 *Non revertetur*] videlicet donec funditus consumpserit: quod dixerat, non exstinguetur, præ ver. 4. sic comparat postremam hanc cladem cum superioribus: in quibus castigato aliquantisper populo eum quam recõdebat gladium in vaginam suam. 11 *Tu ergo*] tertium mẽbrum, typus, ut notavimus ver. 1. *Cum fasti.*] id est, te ipsum exhibeto typum vẽturæ Judæorum calamitatis, quasi delumbis esses & acerbissimè ex malo populari

Caput XXI.

lares; prout Judæi facturi sunt, quod exponitur sequẽte ver. 13 *Deinde*] postquam Propheta denuntiavit rumorem appropinquantis mali; nunc demum transit ad secundam partem, id est, enarrationem præcedẽtis prophetiæ, ut diximus in versum 1. per hypotyposin: qua primùm instrumenta judicii divini quasi subiiciũtur oculis, & forma illius, usque ad versum 23. deinde consilia, usque ad ver. 28. ac postremò causæ eventáque, reliquo capite. 14 *Gladius*] id est, jam certissimè & accuratissimè comparata sunt arma prę stãdis judiciis: sic deinceps. 15 *Coruscatio*] id est, summa aptitudo ad cædendum: nam rubiginem impedimento esse omnibus notum est: ac propterea gladius coruscus dicitur Ijobi 20.25. *An gauderemus*] epiphonema, quo Propheta suspiriorum suorum causam exponit breviter, & incusat superbitatem cæcitatémque Judæorum his impendentibus malis lascivientium. *Virga filii mei*] id est, cùm virga sive flagellum quo Jisraëlem filium meum solitus eram castigare, jam non sit ejusmodi; sed effecta sit gladius crudelissimus, qui omnes omnino spernat, id est, æquè bonos atque improbos perditurus sit promiscuè, ut antè dixerat: sic infrà ver. 18. 17 *Detrusi*] videlicet principes, quos modò nominavit, æquè ac tenues è populo. Hoc autẽ participium ducimus ab Hhebræo verbo quod habetur Psal. 89.45. *Applaude*] ut Jirmejæ 31.19. 18 *Cùm probatio est*] ἔρευνα judicii quod modò denuntiavit Deus, primùm à causa, nempe obfirmato Judæorum animo, nec resipiscente ullis castigationibus, hoc ver. deinde ab usu impendentis & instantis judicii, versib. seq. sensus est, cùm tantummodo probo ad ignem afflictionum, ecquid tandem efficio in populo isto? inanes sunt omnes castigationes, ut Jeschahh. 1.5. & Jirmejæ 6.28. & sequentib. *An etiam virga*] id est, nónne jam pro virga quam adhibui antehac, gladio illo spernente ac omnes promiscuè perdituro uterer? de quo ver. 15. 19 *Complode*] id est, significatione manuum gratulare, & exhortare Chaldæos ut perficiant judicia mea contra istum contumacem populum. Sic Deus seipsum quòque Chaldæos animaturum esse prænuntiat infrà ver. 21. *Iterabitur*] id est, tribus distinctis vicibus cædentur Judæi, & profligabuntur à Chaldęorum copiis. Primùm enim nono die mensis quarti irruptio in oppidum facta est, Tzidkijà rex captus, & copiæ ipsius fusæ: deinde verò septimo die mensis quinti anno decimo nono Regis Nebucad-nezaris ingressus Nebuzar-adan destruxit oppidũ, populares deportavit, & principes captivos trucidavit: postremò denique anno vigesimo tertio cùm Gedaljà præfectus regioni fuisset occisus, & seditiones ortæ, de quibus Jirmejæ 40. & sequentibus, advenięs Nebuzar-adan reliquias deportavit, terrámque totam desolavit: vide 2. Reg. 25. & Jirm. 52. *Confossorum*] id est, confossurus non paucos, aut tenues, aut in publicũ venientes tantùm: sed quàm plurimos, etiã summos, & in intimis conclavibus pervestigaturus. 20 *Ah*] exclamatio pathetica ut Jeschahh. 1.4. cujus φιλοκινδυνίαν indicem affecti quodammodo cõmiseratione animi ad perspicuitatem mutavimus, posteriorẽ versiculi partem priore loco statuentes. *Acuminatus*] id est, elaboratus & exacutus, ut stylus acui solet ad exarandum commodissimè & valentissimè: nam vocem Hhebræam exemplo R. Jonæ ab Hhebræa styli appellatione ducimus quæ habetur Jirmejæ 17.1. *Omnes portas*] id est, terminum & ditionem totam, synecdochicè: ut Exod. 20.10. 21 *Unusquisque*] apostrophe Dei ad gladium, cui mãdat exsequutionẽ sententiæ suæ, per translationẽ. q.d. pervade omnes partes totius Judææ, neq; finito quicquã tibi effugere. 22 *Complodam*] ut suprà ver. 19. *Faciam ut*] ut suprà 16.42. 23 *Et fuit*] secundũ membrum enarrationis de cõsultatione Nebucad-nezaris in suscipienda expeditione: ut diximus in ver. 13. quam primùm figurat typo, duobus ver. deinde apertis verbis explicat, tribus seq. 24 *Ponetibi*] videlicet in tabula, ut suprà 4.1. qua expressus est typus expeditionis Babylonicæ. *Unius*] id est, ipsius Babylonii, qui procedens è regione sua dubitavit in utros priùs irrumperet, Judæósne an Hhammonitas, & quod iter susciperet. *Latus*] id est, utram viam sequuturus sis. *Capite*] id est, principio bivii, ubi via una in duas bifidaquæ fiet; quo modo capita viarũ appellant Jureconsulti: sic infrà ver. 26. *Ad civitatem*] Jeruschalaima, ut primùm expugnentur dilata contra Rabbatham Hhammonitarum expeditione. Hanc verò interpretationem freti distinctionibus libri manuscripti aliis præferimus. 26 *Nam stabit*] explicatio typi: ut notavimus ver. 23. *Terget cultros*] sustinebit) facit quamplurima (quod synecdochicè hac loquutione *terget cultros* denotatur) præterea idola sua cõjectis sortibus consulet, & quia ipsa sunt muta neque responsa dare possunt cõsulentibus, adhibebit extispicia; ut olim apud Ethnicos fuerunt haruspices quorum judiciis statuebantur æquè belli ac pacis leges. Novimus quidem alias interpretationes placere aliis, sed hanc ex loci ipsius natura & aliorum cõparatione simplicissimam esse judicamus. 27 *In dextera*] id est, omnia divinorum aruspicúmque responsa summa consensione ostendent invadẽda Jeruschalaima: & quęcunque sortes ad manum venient, docebunt eamdem expeditionem primùm suscipiendam esse. *Jeruschalaima*] hanc vocem accipimus pro inscriptione calculorum qui sorte accidebant. q.d. omnibus calculis dicentur invadenda esse Jeruschalaima. *Disponendos esse*] id est, facienda esse castra & ordinanda, quæ certissimè victoriam gloriosam reportatura sint expugnatis Jeruschalaimis: huic enim victoriæ ferè adjuncti sunt barritus militaris, vociferatio, & clangor insolens: ac propterea victoriam à signis prædicat Jechezkel σωκδοχικῶς. *In occis.*] habitatorum urbis expugnatæ. *Disponendos*] id est, cùm dii sortibus & extis res tam lætas portendant, instituẽdam esse obsidionem arctissimam. 28 *Erit quidem*] occupatio elegantissima, qua Deus Prophetam suum confirmat adversus scandalum obfirmatorum Judæorum, & transit ad tertiam partem enarrationis, ut diximus in versum 13. id est, causas & eventa prænuntiati judicii: sic enim Deus Moschem, Jirmejam, & nostrum hunc Prophetam persæpè cõfirmavit. q.d. ludificabuntur te, adeóque te ipsum divinationis nefariæ quam de Nebucad-netzare prædicas incusabũt: sed ne curato, nõ enim tibi, verùm sibi ipsis nocituri sunt sua ipsorum perfidia. *Istis juratis*] id est, perjuris istis infamibus, qui toties jurati Deo & hominibus impudentissima perfidia sese polluerunt, & semper pejerant ultrò, denique animos gerunt perfidiosissimos, & jusjurandum (quod aiebat Pacuvius) tanquam mantile adhibent quo novæ noxæ quotidiè extergeantur. *Sed hoc*] id est, hoc ipsum improbissimum istorum factum, quòd ludificantur te & prophetas meos, calumniisque sceleratissimis obruũt, efficit ut tota ipsorum iniquitas jamque coram me & coram hostibus in rationem veniat, ut brevi deprehendantur in suis iniquitatibus, visitentúrque de hoc peccato & præcedentibus omnibus: ut loquitur Mosche Exod. 32.34. 29 *Idcircò*] transitio à causis ad eventa, ut distinximus præcedente ver. Sunt autem eventa alia in populares, hoc ver. alia in Tzidkijam Regem regnúmque totum, tribus sequẽtibus. *Revocatis*] videlicet mihi & Babylonio, ut præcedente ver. *Retegunt*] id est, contumax vestra in peccatis obduratio palam sę ipsam prodit hac ludificatione vestra. *Manu illa*] Babylonii, de quo ver. 24. & sequentibus. q.d. non ampliùs rejicietur de die in diem vestra perditio: jam in promptu, jam comparata est manus mãcipatura vos. 30 *Tu autem*] eventus in Regem Tzidkijam per apostrophen, quem Propheta compellat Dei verbis; ac propterea omissa honorifica omni præfatione (quæ principibus viris tribuitur ex lege, Exod. 22.28.) sententiam pro autoritate dicit: ut 1. Schem. 13.13. & 1. Reg. 18.18. & 2. Reg. 3.13. 31 *Sic ait Dom.*] expositio proximè præcedentis denuntiationis, quã Propheta narrat sibi à Deo imperatam esse. *Amove*] id est, prophetando indica mox amovendam esse: sic sequẽtia. *Cidarim*] id est regnum, synecdochicè à signis, ornamentis regalibus. *Hæc futura*] id est, non ampliùs mansurum est regnum, ut apertè exponitur sequente ver. 32. *Eum qui in*] nempe Jeconjam, ut narratur 2. Reg. 25. 30. & Jirmej. 52.31. *Eum qui*] Tzidkijam. *Perversam*] id est, funditus eversum & prostratum erit regnum, deletúmque ex judicio meo, iteratis & repetitis cladibus per Babylonium: ut dictum est suprà ver. 19. *Etiam hæc*] id est, regnũ ita eversum nũquam emerget è tanta perditione, nisi adventu Christi; ad quem jus regni ex ordine naturæ & vocatione

mea

mea perventurum est. Nam ut eunque congregatæ fuerint reliquiæ, res publ. instituta, & principes dati post ædificatum Cyri; omnia tamen fuerunt tenuissima & conturbatissima: ut historiæ Hhezrę, Nechemjæ, & Machabęorum, prophetiáque Danielis ostendunt duobus ultimis capitibus. 33 *Tu autem*] παρέργως in hanc prophetiam inserta de prophetia contra Hhammonitas, propter illam propositionem quæ habetur suprà ver. 24. & duobus seq. tum ut Hhammonæi pii qui supererant consolationem caperent de judiciis Dei contra adversarios ipsorum; tum etiam ut Hhammonitæ intelligerent se non propterea impunè abituros, quòd Nebucad-netzar priùs susciperet expeditionem contra Jeruschalaima, sed suas sibi adventuras vices. alioqui singularis horum prophetia continetur infrà capite 25. *Opprobrio illor.*] quo meos indesinenter affecerint; vide infrà 25. 6. & Tzephan. 2. 8. *Gladius*] hujus denunciationis capita sunt hæc; propositio venturi in Hhammonitas excidii per hypotyposin illius & antegressarum occasionum, hoc & seq. versu, & judicii præfiguratio, tribus ultimis. Hoc autem judicium per Nebucad-netzarem effectum esse docetur Jirme. 25. 21. anno (ut probabile est) vigesimo tertio Nebucad-retzaris, quo ultima deportatio Judæorum facta est, Jirm. 52. 30. postquam Jischmahhel ab Hhammonitis profectus Gedaljam Judææ præfectum occidisset, & fugatos ad Hhammonitas recepisset, Jirmej. 41. 15. *Coruscationem*] vide suprà in versum 15. 34 *Dum videbuntur*] id est, interea dum confidis visionibus vanis, mendacibúsque divinationibus (quibus Hhammonitas abundasse apparet ex Numer. 24.) eáque fiducia insolentissimè insultas in misera Judæorũ cadavera qui judicio Dei fuerunt confossi, & infestas inhumanissimè eorum reliquias quæ jam cum mortuo corpore sunt comparandæ præ infirmitate sua: interea inquam nõ animadvertis tibi quoque exitium instrui, & arma ad manum esse quibus tu ipse pariter conficiaris, adeóque graviùs. *Applicando te*] id est, in misera Judæorum corpora involando, ut exprobrat Tzephan. 2. 9. 35 *Repone*] id est, abjice gladium quo infestas istos, neque amplius thrasonem age. *In loco*] id est, in tua ipsius regione: periphrasis. 36 *Igne excand.*] id est, quæ indignatio similis præsteri aut adurenti vento futura est: ut intermittabatur Judæis suprà ver. 3. *Hominum*] Chaldæorum, animo & facto infestissimorum tibi.

Caput XXII.

Deus severissimum judicium Iudæis interminatur propter impia & inhumana omnium facinora: quibus explicatis ostendit ipsos omnes apud se non majoris esse quàm scoriam impurissimam, ac proinde abjectum iri: postremò verò prophetarum, Sacerdotúmque, principum, & popularium peccata narrans confirmat eandem interminationem.

1 ″ ET fuit verbum Jehovæ ad me, dicendo,

suprà 20. 4. 2 Tu autem fili hominis an causam ageres? an causam ageres civitatis istius [a] sanguinariæ? imò notas

a *Heb.* sanguinum. facies ipsi omnes abominationes suas,

3 ″ Dicens; sic ait Dominus Jehova, civitatis effundentis sanguinem in medio sui advenire tempus: quæ facit stercoreos deos ″ prætereà ad impurandum se.

4 Sanguine tuo quem effundis rea, & stercoreis diis tuis quos facis impura existens; ″ fecisti ut appropinquent dies tui, & pervenisti ad annos tuos: idcircò ″ exponam te probro apud gẽtes, & ludificationi apud omnes regiones.

b *Heb.* impura nomine. 5 Quæ propinquæ sunt & longinquæ a te ludificabuntur te; ″ [b] infamis, copiosa divexatione.

6 ″ Ecce principes Jisraëlis, ″ pro brachio cujusque sunt in te; ut effundant sanguinem.

7 ″ Patrem ac matrem vilipendunt in te; cum peregrino agunt fraude in medio tui, pupillo & viduæ vim faciunt in te:

8 Sanctas res meas spernis, & sabbatha mea prophanas.

c *Heb.* detractionis. 9 Homines [c] detractores sunt in te ut effundant sanguinem; & ″ ipsos montes comedunt in te, scelus faciunt in medio tui:

10 Nuditatem patris ″ *filius* retegit in te, impuram ex separatione cõprimunt in te:

d *Heb.* vir: sic deinceps. e *Heb.* cum scelere. Jirm. 5. 8. 11 Et [d] alius cum uxore proximi sui facit abominationem, & alius nurum suam impurat [e] scelerate; & alius sororem suam filiam patris sui cõprimit in te:

12 Munus

12 Munus accipiunt in te ut effundant sanguinem: usuram,& fœnus accipis,& quæstum facis a proximis tuis fraude;me autem obliviscéris, dictum Domini Jehovæ.

13 Ideò ecce ᵉcomplodo manũ meam propter quæstum tuum quem facis;& propter sanguinem tuum,quæ sunt in medio tui.

14 ᵉAn perstabit ᶠanimus tuus? an confirmabuntur manus tuæ diebus illis quibus ego acturus sum tecum?ego Jehova dixi & faciam.

15 Dispergam enim te in gentes, & spargam te in regiones; faciamq; ut absumatur ᵉimpuritas tua ex te:

16 ᵉEt prophana effecta in te ante oculos gentium, experieris me esse Jehovam.

17 ᵉDeinde fuit verbum Jehovæ ad me,dicendo,

18 Fili hominis, ᵍeffecti sunt mihi domus Jisraëlis pro scoria: omnes sunt ᵉæris *scoriæ*, & stanni,ferriq; ac plumbi in catino, ʰscoriæ ex argento effecti sunt.

19 Idcircò sic ait Dominus Jehova, eò quòd effecti estis vos omnes scoriæ;idcircò ecce ego congregaturus sum vos ᵉintra Jerusalaima.

20 ᵉUt congregatur argentum,& æs,ferrumq;,ac plumbum,& stannum ⁱin catinum,sufflatur circa eum ignis ad fundendum;ita congregabo ira mea & æstu meo,& collocans *illic* ᵉfundam vos:

21 Nam comportabo vos, & sufflabo circa vos ignem excandescentiæ meæ;ut fundamini in medio ipsius *urbis*.

22 Ut funditur argentum in catino,ita fundemini in medio illius;& experiemini me esse Jehovam effundentem æstum iræ meæ in vos.

23 ᵉDeniq; fuit verbum Jehovæ ad me,dicendo,

24 Fili hominis, dic isti, ᵉtu terra es quæ mundata non est, ᵉnon perfundêris pluvia die indignationis.

25 ᵉConjuratio prophetarum ejus in medio ejus est,similes sunt leoni rugienti,prædanti prædam:animas comedunt, ᵉrobur & res pretiosas capiunt,viduas ejus multiplicant in medio ejus.

26 Sacerdotes ejus ᵉvim faciunt legi meæ, & prophanant res sanctas meas,inter sanctum & prophanum non discernunt, & inter impurum & purum *discrimen* non ostendunt; ac a sabbathis meis occultant oculos suos,deniq; prophanor inter eos.

27 Principes ejus in medio ejus, sunt tanquam lupi prædantes prædam:effundendo sanguinem,perdendo animas ut faciant quæstum:

28 Prophetæ verò ejus ᵉobducunt eis ineptum tectorium, videntes vanitatem,& divinantes eis mendacium; dicentes, sic ait Dominus Jehova,cùm Jehova non loquutus est.

29 Populus ipse terræ fraudant fraude,& rapiunt rapina:pauperemq; & egentem opprimunt,ac peregrinum fraudant ˡinjuria.

30 Dum autem quæro ex eis aliquem ᵉqui obducat sepem, & consistat in irruptione corã me pro ipsa terra ne corrumpã eam; nõ invenio.

f Heb. cor tuum.

g Heb. sunt mihi in scoriam: sic deinceps. Jeschahh. 1. 25. & Jirm. 6. 30.

h Heb. scoriæ argentum sunt.

i Heb. congregatione argenti.

k Heb. in medium catini: sic vers. 22.

l Heb. non jure.

31 Quapropter effundens ſuper eos indignationem meam, igne excandeſcentiæ meæ conſumam eos: ″viam ſuam in caput ipſorum reponam, dictum Domini Jehovæ.

ANNOTATIO.

1 *Et fuit*] Hujus prophetiæ inſcriptio, verſibus duobus, tum Dei mandatum continet, tum etiam prophetiæ totius argumentum de abominationibus regni Judaici & metropoleos, & de judiciis a Deo propter illas eventuris. Sunt itaq; hujus prophetiæ membra tria, quæ ſingula cauſas cum judiciis explicant. Primum eſt propoſitio, uſq; ad verſ. 17. ſecundum, exornatio per ſimilitudinem elegantiſſimam, uſq; ad verſ. 23. tertium, confirmatio ab enumeratione partium, inde ad finem uſq;. 3 *Dicens*] hæc propoſitio primùm quidem prolepticè judicium Dei & cauſas exponit duas, nimirum injuſtitiam & impietatem, tribus verſ. deinde prolepſin enarrat exponens per congeriem cauſas, a verſ. 6. ad 13. poſteà verò judicia, ad 17. uſq;. *Præterea*] id eſt, præter inhumanam illam & injuſtam ſanguinis effuſionem, quæ modò dicta eſt. 4 *Feciſti*] id eſt, acceleraſti judicium tuum, & impleviſti tempus quo duas tuarum iniquitatum pœnas. *Exponam*] ex comminatione Deut. 28. 37. 5 *O infamis*] verba Dei infamiam & improbitatem maximam ac turbulentiſſimam exprobrantis urbi Jeruſchalaimorum: ita comparatur tranſitus ad enarrationem prolepſeos. 6 *Ecce*] enarratio prolepſeos, ut diximus in verſ 3. *Pro brachio*] id eſt, omnis injuſtitiæ ſunt adminiſtri, & ſuam authoritatem tanquam in juſtitiæ brachium omnibus vendunt & commodant, contra leges Exod. 23. 6. & Deut. 16. 19. 7 *Patrem ac*] congeries ſcelerum quibus univerſis eſt interdictum, Levit. 18. & 19. & 20. 9 *Per ipſos mon.*] ut ſup. 18. 6. 10 *Filius*] ellipſis relati nominis, ut Levit. 21. 4. 13 *Complodb*] ut ſup. 21. 17. & 22. 13. excito omnes, & provoco adverſum te. 14 *An perſtabit*] interrogatio continens latentem irpniem: videris ſibi (quit Deus) prępotens & infracta futura animo viribuſq;: ſed quid iſta ad potentiam meam? nō poterit animus tuus, ut ut modò inſoleſcat, neq; vires tuæ, quantæcunq; eſſe videantur, perferre gravitatem judicii mei. 15 *Impuritas tua*] id eſt, homines impuri tui: hypallage. 16 *Et prophana*] id eſt, abdicata a Deo ſancto Iſraelis, prophanis; gentibus expoſita. 17 *Deinde*] ſecunda pars prophetiæ, exornatio propoſitionis per comparationē Iſraelitę cum meretallorum ſcoriis, ut diximus ſuprà in verſ. 1. 18 *AEris ſcoriæ*] id eſt, ſcoriæ & excrementa omni utilitate & voluptate carentia; idq; eo indignius, quòd ante pro argento lectiſſimo haberentur mihi. 19 *Intra Jeruſch.*] velut catinorum fuſorium, ſeq. verſ. 20 *Fundam*] fame, peſte, & gladio, obſeſſis expugnatiſq; Jeruſchalaimis: ut minatus erat Deus ſup. 4. & 5. & aliis capitibus. 23 *Deniq;*] tertia pars, confirmatio, ut diximus in verſ. 1. quæ prolepſin ſuam habet verſ. 24. cauſarum verò explicationem, & judicii, ſequentib. 24 *Tu terra es*] propoſitio cauſæ, impuritatis Judææ: cujus comprobatio habetur poſteà 6. verſib. *Non perfund.*] id eſt, nullo pacto liberaberis, ac ne levaberis quidem exardeſcente judicio meo: metaphora ab incendiis, ad quæ reſtinguenda ſolet aqua comportari; vide verſ. ultimo. 25 *Conjuratio*] enarratio hæc impuritatis, ut diximus ſuprà in verſ. 1. fit per enumerationem partium quæ in regno Judææ erant: quamobrem recenſentur tum malefacta primùm Prophetarum & Sacerdotum, duob. verſib. deinde Principum, duobus alteris; poſtremò populatium, verſ. 29. tum verò vacatio ab omni bono, cujus honitatione judicia fuiſſet miſericorditer cohibiturus Deus, verſ. 30. *Robur*] id eſt, opes & facultates quibus homines ſe ſolent confirmare: ſic accipitur Proverb. 15. 6. & 27. 24. 26 *Vim faciunt*] id eſt, planè palamq; contrà faciunt: quam impiis imperavi lege: ſic Tzephan. 3. 4. 28 *Obdaxunt eis*] ut ſup. 13. 5. & ſequentib. 30 *Qui obducat*] ut ſuprà ibidem. vide idem argumentum Jirm. 5. 1. 31 *Viam ſuam*] ut ſuprà 16. 43.

CAPUT XXIII.

Deus duarum ſororum allegoria impietatem & inhumanitatem Iſraelitarum Judæorūq; explicat, quòd nō tantùm inter ſe, ſed etiam cum diis nationibuſq; exteris perfidè ſcortati ſint: ac propterea judicium oſtendit ab amatoribus repudiatis eventurum, quia nec aliorum exemplis reſipuerint: deinde verò ad ipſa Tzidkijæ tempora veniens exaggerat illorum impietatem, judiciumq; graviſſimum præſoribus eſſe docet.

1 ″ET fuit quoq; verbum Jehovæ ad me, dicendo,
2 Fili hominis, ″duæ fœminæ filiæ matris unius fuerunt:
3 Quæ ſcortantes in Ægypto ″in pueritia ſua ſcortabantur; ibi compreſſa fuerant ubera earum, ac ibi ſubegerant mammas [a] virginales earum.

[a] *Heb.* virginitatis: ſic inf. verſ. 8.

4 Nomina autem earum, Ahola majoris, & Aholiba ſororis ipſius *minoris*, quæ [b] nuptæ mihi pepererunt filios ac filias: nomina inquam earum, ″Schomronis Ahola, Jeruſchalaimorum autem Aholiba.

[b] *Heb.* cùm fuiſſent mihi.

5 ″Sed ſcortata eſt Ahola *exteros recipiens* loco meo; egitq; amaſiam cum ″amatoribus ſuis, cum Aſſyriis ″propinquis,
6 ″Indutis hyacinthino principibus & antiſtitibus, juvenibus [c] deſyderatiſſimis omnibus; equitibus, qui vehebantur equis:
7 Et expoſuit ſcortationes ſuas ipſis, lectiſſimis [d] Aſſyriorū omnibus; & quorūcunq; amaſiā egit, ipſorū ſtercoreis diis omnib. impuravit ſe.

[c] *Heb.* deſyderii: ſic deinceps.

[d] *Heb.* filiorū Aſſyriæ: ſic deinceps.

8 Deniq;

8 Deniq; ſcortationes ſuas "*delatas* ab Ægypto non dereliquit, cùm ei concubuiſſent in pueritia ejus, & ipſi ſubegiſſent mammas virginales ejus, ſed effuderunt ſcortationem ſuam in ea.

9 Idcircò tradidi eam in manum amatorum ipſius, in manum Aſſyriorum "quibus cum amaſiam egerat.

10 Ipſi retexerunt nuditatem ejus, filios ejus filiaſq; ejus ceperunt, & eam gladio occiderunt: ita fuit [e] celebris reliquis fœminis, cùm judicia exercuiſſent in eam.

11 "Videns verò ſoror ejus Aholiba, [f]" corruptiùs egit amaſiam quàm illa; & ſcortationes ſuas *corrupit* præ ſcortationibus ſororis ſuæ.

12 "Cum Aſſyriis amaſiam egit, principibus & antiſtitibus "propinquis, indutis perfectiſſimè, equitibus qui vehebantur equis, juvenibus deſyderatiſſimis omnibus:

13 Adeò ut viderem ipſam impuraſſe ſe, "viam eamdem eſſe ambabus ipſis.

14 "Sed adjecit ad ſcortationes illius; "nam videns homines [g] expreſſos in pariete, imagines Chaldæorum expreſſas "Indico,

15 Accinctos cingulo lumbis ſuis, redundantes [h] coloriis ad capita ſua, ſpecie ducum omnes; ſimilitudinem 'Babyloniorum Chaldæorũ, *ut in* [k] ſolo natali ſuo *ſunt*:

16 Amaſiam egit cum eis ad aſpectum oculorum ſuorum, "miſſis legatis ad ipſos in Chaldæam.

17 Congreſſi itaq; cum ea Babylonii concubitu 'amatorio impurarunt eam ſcortatione ſua: & poſtquam impuravit ſe cum eis, "luxata eſt anima ipſius ab eis.

18 Cùm itaq; "retegat ſcortationes ſuas, retegatq; nuditatem ſuam; luxata eſt anima mea ab ea, quemadmodum luxata fuerat anima mea a ſorore ejus.

19 Multiplicat enim ſcortationes ſuas, "recordando dies pueritiæ ſuę quibus ſcortata fuerat in terra Ægyptiorum,

20 Et amaſiam agit "cum concubinis eorum; "quòd velut caro aſinorum caro eorum ſit, & *velut* "fluxus equorum fluxus eorum.

21 Sic "reviſis ſcelus pueritiæ tuæ; ſubigendo ab Ægyptiis mammas tuas, propter *ſubacta* ubera pueritiæ tuæ.

22 "Idcircò ô Aholiba, ſic ait Dominus Jehova, ecce ego excitaturus ſum amatores tuos in te, eos a quibus luxata eſt anima tua, & adductus eos contra te circumquaq;,

23 Babylonios, omneſque Chaldæos, "Pecodæos, "Schohhæoſq;, & "Kohhæos, omnes Aſſyrios cum ipſis: juvenes deſyderatiſſimos, principes & antiſtites omnes, duces, & [m] celeberrimos, vectos equis omnes:

24 Qui invadentes te "plauſtris, curribus, & chiramaxiis, ac congregatione populorum, clypeum, ac ſcutum, galeamq; diſponent contra te circumquaq;: & "proponam illis jus ut judicent te judiciis ſuis.

[e] *Heb.* nomini.

[f] *Heb.* corruptit ſuam (ut ita dicam) amaſiatione præ illa.

[g] *Heb.* rei expreſſæ.

[h] *Heb.* infectis.

[i] *Heb.* filiorũ Babylonis: ſic deinceps.

[k] *Heb.* certa nativitatis ſuæ.

[l] *Heb.* amorum.

[m] *Heb.* vocatos.

25 Nam opponam ᵛzelum meũ tibi ut agant tecum æstu iræ, ᵛnasum tuum & aures tuas amoveant,& tandem gladio concidas;ipsi filios tuos,filiasq; tuas capiant,& ᵛtu tandem consumaris igne:

n Heb. fine tuo.

26 Postquàm nudaverint te vestibus tuis, & ceperint instrumenta ornatus tui.

27 Ita faciam ut ᵛcesset scelus tuum a te, & scortatio tua *allata* e terra Ægypti; adeò ut non sis sublatura oculos tuos ad eos, & Ægyptiorum non recordatura ampliùs.

28 Nam sic ait Dominus Jehova, ecce ego trado te in manum ᵛeorũ quos odisti,in manum eorum a quibus luxata est anima tua:

29 Ut agant tecum odio, & accipiant totum laborem tuum, & derelinquant te ᵒnudissimam & retectissimam; retecta nuditate scortationum tuarum,& scelere tuo cum scortationibus tuis.

o Heb. nuditatem & retectionẽ: ut suprà 16. 6.

30 ᵛFaciendo ista tibi, ᵖeò quòd scortando persequeris gentes; eò quòd impuras te stercoreis diis earum;

p Heb. propterscortari te post gentes.

31 *Quòd* in via ᵛsororis tuæ ambulas;ideò trado ᵛpoculum ejus in manum tuam.

32 ᵛSic ait Dominus Jehova, poculum sororis tuæ bibes profundissimum & latissimum;erit ᵍcapacissimum, ᵛad *faciendum* risum & subsannationem.

q Heb. amplum ad capiendum.

33 Ebrietate & mœrore repleberis; poculo desolationis ʳ& quidem desolatissimæ,poculo sororis tuæ Schomronis.

r Heb. & desolationis.

34 ᵛBibes enim illud & exsuges; ᵛ& testas ejus volens cõminuere,potiùs mammas tuas avellas:nam ego eloquutus sum,dictum Domini Jehovæ.

35 ᵛIdcircò sic ait Dominus Jehova, quia oblita es mei & ᵛrejecisti me post tergum tuum; ideò etiam tu reporta scelus tuum & scortationes tuas.

36 ᵛDeinde dixit Jehova ad me,fili hominis, an causam ageres Aholæ & Aholibæ?imò indica eis abominationes ipsarum:

Sup. 20. 4. & 22. 2.

37 ᵛQuòd adulterantur,& sanguis inest manibus ipsarum; nam cum stercoreis diis suis adulterantur: ᵛetiamq; filios suos quos pepererant mihi traducunt illis consumendos:

38 Ad hæc istud faciunt mihi, ᵛpolluunt sanctuarium meum eodem die;& sabbatha mea prophanant:

39 Nam postquàm jugularunt filios suos stercoreis diis suis, veniunt ad sanctuarium meum eodem die ad prophanandum ipsum: imò ecce sic faciunt ᵗᵛin media domo mea:

t Heb. in medio domus meæ.

40 ᵛQuin etiam quòd mittitis ad homines venturos e longinquo; ᵛqui legato misso ad se statim ecce veniunt,quorum causa ᵛlavas te,fucas oculos tuos,& ornas te ornatu,

41 ᵛInsides lecto honorato cum mensa instructa ante ipsum; cui *lecto* suffitum meum ac unguentum meum adhibes.

42 ᵛAd

42 'Ad homines quoq; e' vulgo *mittitis*, qui adducuntur ebrioſi ex deſerto; "ac ſi daturi eſſent armillas manibus ipſarum, & coronam ornatus capitibus ipſarum. *r Heb.* multitudine hominum: periphraſis.

43 "Et quamvis dicam iſti effœtæ adulteria; modò ſcortari iſtos ſcortationibus hujus, & modò illius:

44 Congreditur quiſque cum ea, ut congreditur quis cum muliere ſcortante: ita cõgrediuntur cum Ahola & cum Aholiba, fœminis "ſceleratiſſimis. *u Heb.* ſceleris.

45 "Quare homines juſti, ipſi judicabunt iſtas "judicio adulterarum, & judicio effundentium ſanguinem: nam adulteræ ſunt, & ſanguis eſt in manibus ipſarum. Sup. ℣ſ. 37.

46 "Nam ſic ait Dominus Jehova; faciendo ut aſcendat ſuper iſtos congregatio, & tradendo eas commotioni & direptioni,

47 ('Obruent enim eas lapidibus congregatio, & præcident eas gladiis ſuis: filios earum & filias earum interficient, & domos earum igne comburent)

48 Faciam ut ceſſet ſcelus ab hac terra: ita erudientur omnes fœminæ, ne faciant ſecundum ſcelus veſtrum; Sup. ℣ſ. 27.

49 Cùm regeſſerint illi ſcelus veſtrum in vos, & peccata ſtercoreorum deorum veſtrorum feretis: ita experiemini me eſſe Dominum Jehovam.

ANNOTATIO.

1 *Fuit quoq;*] Hujus prophetiæ, cui cum ſuperioribus argumento convenit, partes omnino ſunt duæ: una eſt ſententia Dei καθολικὴ adverſus Iſraëlem totum propter continuam impietatem & improbitatem ipſius, uſq; ad verſ. 36. altera eſt ſententia ſingularis adverſus ætatem illam quæ majorum peccatis graviora peccata accumulaverat, inde ad finem uſq;. Quamobrem in utraq; hac prophetia bina ſunt membra: videlicet narratio peccatorum præcedentium, & prophetica judicii futuri denuntiatio. Ac in priore quidem prophetia narratio fuſa eſt, & protenditur uſq; ad verſ. 22. prophetia verò judiciorum comprehenditur, verſ. reliquis. 2 *Duæ fœm.*] tota hæc narratio (ut ſup. 16. & 20.) eſt allegorica; quia conjunctio Eccleſiæ cum Deo & ſpirituale conjugiũ humano conjugio comparatur: itaq; Deus vir eſt in allegoria, reſpublica Iſraëlis mater, ex qua progenita ſunt duo regna, Iſraëlis & Jehudæ: quę cum filiabus comparantur, & cùm aſcitæ in fœdus nupſiſſent Deo, ſceleratiſſimè dicuntur defeciſſe ab illo, & turpiſſima adulteria frequentaſſe: quod prolepticè dictum, his trib. verſib. poſteà particulatim narratur tum de Iſraëlis regno, verſ. 5. & quinq; ſequentibus; tum verò de regno Jehudæ, uſq; ad verſ. 22. 3 *Impueritia*] id eſt, a prima ætate cœperunt defectione a Deo & idololatria communicare cum Ægyptiis: ut ſup. 20. 8. Hæc autem omnia, ut antè monui, ſunt allegoricè. 4 *Schomronis*] id eſt, regni Iſraëlis, ſynecdochicè; ut Jeruſchalaima quoq; deſignant regnum Jehudæ. Sunt autem duæ illæ voces, Ahola & Aholiba, de induſtria fictæ ad oſtendendam diviſionem & conſtitutionem utriuſq; regni; nam quòd regnum Iſraëlis vocatur Ahola, id eſt, tentorium ſuum, oſtendit Iſraëlitas indè a tempore illius diſceſſionis non ampliùs hæſiſſe templo Dei, & domui Davidis; ſed tentorium ſuum ſibi habuiſſe ſcorſim, ut ipſi nominatim proclamaſſe leguntur 1. Reg. 12. 16. Quòd verò regnum Jehudæ vocatur Aholiba, id eſt, tentorium meum in ea, oſtendit Judæos apud ſe templum Dei, ſacerdotium, regnum, atq; adeò ipſam majeſtatem Dei apud ſe præſentem habuiſſe, prout rex Abija Iſraëlitis explanat, 2. Chron. 13. 5. & ſequentib. 5 *Sed ſcortat.*] prius membrum prolepſeos, ut diximus in verſ. 2. *Amatoribus*] diis, & populis exteris: ut ſup. 16. *Propinquis*] id eſt, qui regnante Pule Syriam occupaverant regno Iſraëlis proximam, ex qua propinquitate factum eſt ut Menachem ſibi Aſſyrium adjungeret: vide 2. Reg. 15. 19. & in Jeſchahh. 7. 8. 6 *Indutis*] id eſt, opulentiſſimis, ſpecioſiſſimis, & potentiſſimis: vide 2. Reg. 18. 24. & Jeſchahh. 10. 8. 8 *Delatas*] id eſt, quas primùm in Ægypto hauſerant, ut ſuprà mammis virginalibus figuravit. Nam vituli cultum, quem inde acceperant, inſtauravit Jarobhham, &c. quæ perduraruntuſq; ad excidium regni. Prætereà non dubium eſt quin Jarobhhami & ſucceſſorum opera Ægyptii, Æthiopeſq; Judææ regnum infeſtaverint, 1. Reg. 14. 25. & 2. Chron. 12. & 14. 9 *Quibus cum*] & a quibus poſteà luxata anima ipſius defecerat per ultimum regem ſuum, 2. Reg. 17. 4. 11 *Videns*] id eſt, quamvis regnum Judæ palàm animad verteret malefacta Iſraëlitarum, & pœnas de illis ſumptas. Eſt autem hîc narratio ſecundi membri prolepſeos, ut diximus in verſ. 2. *Corruptius egit*] vide comparationem hanc Jirm. 3. & ſup. 20. hujus autem propoſitionis καθόλου dictæ enarratio fit deinceps: nam adjunctio primùm Aſſyriorum, verſ. 12. & 13. deinde Chaldæorũ, uſq; ad verſ. 18. ac poſtremò Ægyptiorũ aliorumq; exponitur. 12 *Cum Aſſyriis*] ut narratur 2. Reg. 16. 7. & Jeſchahh. 7. 11. *Propinquis*] ut ſup. verſ. 5. 13 *Viam eamdem*] id eſt, hoc Judææ regnum æquè teneri impietatis & ſceleratæ vitæ, ac tenebantur Iſraëlitæ. 14 *Sed adjecit*] exaggeratio a ſecundo crimine, ut diximus in verſ. 11. *Nam Videns*] nam ad ſolam memoriam & imaginationem Chaldæorum, non ſatis habuit Aſſyriis; ſed exartſit levitate ſumma & furore vehementiſſimo in amorem & ſtudium adjungendi eos ſibi, quos tantùm per umbram & imaginem aſpexerat: elegantiſſima levitatis idololatrarum & infidelium deſcriptio, proſtibulorum ſpecie. *Indico*] vide Jirm. 22. 14.

His autem verbis ordinaria Chaldæorum constitutio describitur, ut exponit Propheta in fine sequentis vers. 16 *Missis legatis*] primùm (ut credibile est) per Chizkijam, quando legatio Berodac-baladanis in Babyloniam reversa est; unde gravissima illa denuntiatio est consequuta quæ legitur 2. Reg. 20. & Jeschahh. 39. deinde verò per Menaschen continuata, & sequentes Reges. 17 *Luxata*] id est, quamvis arctissimo fœdere conjuncta esset; offensione tamen aliqua suscepta discessit ab eis, ut se ad Ægyptios reciperet: vide metaphoram hanc Jirm. 6. 8. quæ deinceps toto hoc capite habetur frequentissimè. 18 *Retegat scort.*] id est, palàm se prostituat Ægyptiis & vicinis omnibus, abjecto Babylonio: vide infrà vers. 40. & sequentibus. 19 *Recordando*] id est, revocando primam scortationem suam, atq; exercendo. 20 *Cum cõcubinis*] id est, ut alii populi Ægyptio adjuncti, similiter fœdera conjungit cum illo, certatimq; omnes inter se exercent rivalitatem apud Ægyptium: quod ampliùs exponitur infrà vers. 42. *Quorum velut caro*] ut sup. 16. 26. *Fluxus*] id est, profluvium genitale, allegoricè: pro eo quod est, qui circumfluunt & exundant omni scelere & impietate copiosissimè. 21 *Revisis*] id est, repetis eandem scortationem quam primùm coeperas, & redis ad principia tua, de quibus suprà vers. 3. 22 *Idcircò*] secunda pars prioris prophetiæ, exponens judicia Dei contra Judæos propter præcedentia scelera: qua in parte primùm judicia sua exponit nudis verbis, usq; ad vers. 32. deinde figurat, tribus versib. ac postremò summam sententiæ repetit, vers. 35. 23 *Pecodæos*] vide Jirm. 50. 21. *Schohhæos*] populos in media Assyria sitos sub Meratajimis, in quib. situm est oppidũ Siæ apud Ptolemæũ. *Koahhi*] populos item Assyriæ in interiore illius parte positos ad Arbelitidem, ubi fuit oppidum olim munitissimum Koahh, historicis Gauga (ut literam hhajin mutari in G, observavimus Genes. 10. & alibi passim) ex quo factum est ut Strabo vocet Gaugamelam, quasi Gaugam munitionem dicas, voce composita. 24 *Plaustris*] veterem militiæ hujus verbis describit Propheta evidentissimè, exponens primùm vecturæ genera, deinde armorum ad defensionem comparatorum. Tria autem vecturæ ponuntur genera: primum est plaustrorum sive arcerarum (ut vocant veteres) quæ carmeratæ erant ad commoditatem & defensionem vectorum: secundum, curruum nõ cameratorum, qui fere falcati erant in re militari: scriptura ferratos, id est ferro armatos, vocat: tertium est χειροαμαξίων, chiramaxiorum, id est, arcuniarum (ut veteribus fuisse dictas testatur Festus) levissimorum curruum & trusatilium manu, quibus unus tantùm vir capi poterat, capsò angustissimo insidens & ex eo depugnaturus: quod genus curruum quia propemodum solos constabat rotis, apud Hhebræos rotarum nomen obtinuit synecdochicè. Armorum verò ratio tota quæ hic ponitur, est ipsa per se evidentissima. *Proponam illis*] id est, arcana spiritus virtute ducam, ut exsequantur judicia præcedentis judicii, μεταβατικὴ ad figurationem illius, vers. 32. & sequentibus. 25 *Zelum*] id est, zelotypiam maritalem meam. *Nasum tuum*] id est, truncent & deforment te, velut adulteram quæ forma sua indignissimè abusa fuerit: allegoria, ut sup. 27 *Cesset scelus*] id est, tu ipsa, ô scelerata, esse desinas: hypallage. 28 *Eorum*] de quibus sup. vers. 22. & 23. 30 *Faciendo*] repetitio brevis 4. & sequentib. *Poculum*] ut Jeschahh. 51. 17. & Jirm. 25. 15. 32 *Sic ait*] figuratio elegans antegressi judicii, ut eximus in vers. 22. per allegoriam poculi quod miscet Deus, & ebrietatis maximę qua Judæorum regnum perinum, & ludibrio apud gentes futurum erat. *Ad faciendum*] id est, ut ridendam te omnibus propines præ judicii quod subitura es gravitate: vide 2. Reg. 21. 13. 34 *Bibes*] vide Jeschahh. 51. 17. *Et testas ejus*] id est, quantam cunq; vim contentionem adhibueris ad effugiendum aut frangendum poculum, potius rumperis quàm ut efficias: quod avulsu mammarum allegoricè designatur propter appellationem scorti. Idem altera allegoria prophetaverat Jeschahh. ja, in fine capitis quinti. 35 *Idcircò*] summa sententiæ, ut diximus in vers. 22. *Rejecisti me*] ut 1. Reg. 14. 9. & Nechem. 9. 26. 36 *Deinde*] secundæ hujus prophetiæ (ut diximus in vers. 1.) similiter membra sunt duo: unum est narratio, sive contestatio, exponens illius seculi malefacta, usque ad vers. 45. alterum, judicii pronuntiatio sententiaque, ad finem capitis. 37 *Quod adulter.*] narratio hæc duo crimina summatim continet: unum, est intestinorum scelerum, tribus versib. alterum verò scelerum perpetratorum cum exteris, vers. 20. & seqnentibus: qua in re gradatio est vehementissima, quòd ne intestinis quidem suis sceleribus & gravissimis habentes satis, exotica omnia conquisiverint studiosissimè; quæ omnia hîc per prolepsin universè dicta, deinceps minutatim exponuntur. *Etiamq;*] vide sup. 16. 20. hæc omnia gradatim, ut diximus. 38 *Polluunt*] id est, ut pollueti sunt, accedunt me, & exercent cultum externum meum, ut religiosi habeantur: sic Jeschahh. 66. 3. 39 *In media*] videlicet exemplo Menaschis, quem imitati sunt posteri, 2. Reg. 21. 4. & sequentibus. 40 *Quin etiam*] sequendus ejus criminum, ut diximus in vers. 37. de consociatis exteris; qui per apostrophen ad Judæos enuntiatur emphatice, tanquam ad scorta mœchos invitantia: ut suprà 16. 31. & sequentibus. *Qui legato*] id est, qui ad minimam significationem tuam advolant. *Lavaste*] id est, omnino te comparas ut Thais impudentissima, ad pelliciendos & escandos amatores: quod eodem modo figuratur hoc & sequente vers. quo figurat sapiens Proverb. 7. 41 *Ubi sedes*] id est, accumbis & convivas accipis lautissimè. 42 *Ad homines*] amplificatio a sordibus istius meretricis, quòd non tantùm honoratos amatores, sed etiam turpissimos accipiat & provocet in amplexum suum: ut suprà 16. 24. & sequentibus. quasi dicat, non satis fuit quòd Assyrios, Babylonios, Ægyptiosq; nobiles populos tibi adjunxeris: sed infimos quoq; & abjectissimos, de quibus Jirm. 27. 3. *Ac si daturi*] id est, essent muneraturi eam amplissimis muneribus. 43 *Et quam vis*] id est, doceam, reprehendam, & comminer gravissimè adulteriorum nomine per Prophetas meos, ut suprà 20. 29. amplificatio a contemptu monitorum Dei & contumacia. Sunt autem duo monitorum genera: prius, perfidè agere Judæam erga Deum suum; posterius, ne illos quidem quorum consortium experit fideles fore, sed fide instabili modò ipsis, modò aliis adhæsuros, prout dabunt tempora: ut monuit Propheta de Hhammonitis suprà 21. 33. & sequentibus. 45 *Quare*] transitio ad pronuntiationem sententiæ atq; judicii, ut notavimus vers. 36. *Judicio adult.*] ut suprà 16. 38. 46 *Nam sic ait*] explicatio singularis judicii, quod universè fuerat denuntiatum, præcedente vers. *Congregatio*] id est, Chaldæorum copiæ. 47 *Obruent enim*] explicatio commotionis & direptionis quæ modò dicta est per intercurrentem parenthesin, quam propterea perspicuitatis gratia notavimus.

Caput XXIIII.

Deus regnum Iudææ ipsamq; metropolim typicè impietatis summæ & inhumanitatis arguens, ostendit se perditurum & consumpturum ipsos & ipsorum sedes funditus, per similitudinem pereuntis ollæ cum suis carnibus: deinde in Propheta ipso alterum typum exhibet excidii generalis atque gravissimi; in quo typo illum perstare jubet usque ad minarum suarum complementum.

1 Deinde

Caput XXIIII.

1 DEINDE fuit verbũ Jehovæ ad me; anno ᵉnono, men-
2 se decimo, *die* decimo mensis, edicendo,
Fili hominis, scribe tibi nomẽ hujus diei, hunc eun-
dem diem: ᵉincumbit Rex Babyloniæ in Jeruschalai-
3 ma hoc ipso die.
ᵉEt ᵃutere contra domum istam ᵇrebellem parabo-
la, indicens eis, ᵉsic ait Dominus Jehova; ᵉdispone istam ollam, dispone;
& etiam infunde in eam ᵉaquas.
4 ᵉColligendo membra ᵉejus in ipsam, omne membrũ bonũ, femur
& ᵉarmum; ᵉdilectu ossium implendo,
5 ᵉDilectum gregis accipiendo, & etiam ᵉpyram ossiũ sub ipsa; ᵉferve-
fac ᵉeam quamplurimùm, ᵉelixant etiam ossa ejus in medio ipsius.
6 ᵉIdcircò sic ait Dominus Jehova, væ civitati isti ᵉᵉsanguinariæ, ollæ
in qua est ᵉspuma sua, & ex qua non exivit spuma ipsius; ᶠᵉmembratim,
membratim extrahe illam, ᵉnon accidat in eam sors.
7 ᵉQuia sanguis ejus in medio ejus est, ᵉin loco arduo petræ posuit eũ;
non effudit eum super terram ad tegendum eum pulvere:
8 ᵍAccendendo æstum iræ ad sumendum ultionem, ᵉdisponã sangui-
nem istius in arduo petræ; ut non tegatur.
9 ᵉIdcircò sic ait Dominus Jehova, væ civitati isti sanguinariæ: etiam
ego magnam efficiam ejus pyram,
10 Multiplicando ligna, accendendo ignem, consumendo carnẽ; ut
ʰconditura condimenti ossaq; ipsa adurantur,
11 Et statuendo eam super prunas suas ᵉvacuã; ut incalescat & adura-
tur ᵉærugo ipsius, fundaturq; in medio ejus immunditia ipsius, consu-
matur spuma ipsius.
12 ᵉMendaciis fatigavit *me*; ideò non exibit ab ea copiosa spuma ejus,
indetur igni spuma ejus.
13 ᵉPro immunditia tua est scelus; eò quòd ᵉmundavi te, sed non es
mundata, ab immunditia tua non mundaberis ampliùs, donec ᵉfecero
ut quiescat æstus iræ meæ in te.
14 ᵉEgo Jehova dixi, eventurũ est & faciam, ᵉnon abstrahã me, neq;
parcã, neq; pœnitebit me: secundum vias tuas & secundũ actiones tuas
judicabunt te, dictum Domini Jehovæ.
15 ᵉEt fuit verbũ Jehovæ ad me, dicendo,
16 Fili hominis, ecce ego tollo a te ᵉdesyderium oculorum tuorũ pla-
ga: sed ᵉne plangito, neq; fleto, neq; prodeunto lachrymæ tuæ:
17 Clamare ⁱdesiste, mortuorum luctum ne facito, ᵉtiarã tuam alliga
tibi, & ᵉcalceos tuos apponito pedibus tuis: neq; ᵉobvelato mystacem,
& ᵉcibum ᵏullorum ne comedito.
18 Quæ cùm eloquutus essem apud populũ manè, mortua est uxor
mea vespere: itaq; feci postero manè quemadmodum jussus fueram.
19 Dicentibus autem ad me ⁱpopularibus; an non indicaturus es no-

ᵃHeb. παραβολεῖ: ut sup. 17.2. & 18.2. & 3.
ᵇHeb. rebellionis.
ᶜHeb. humerum.
ᵈHeb. fervefactiones ejus.
ᵉHeb. sanguinum: sic vers. 9.
ᶠHeb. per membra ipsius, per membra ipsius.
ᵍHeb. faciendo ut ascendat: vide Exodi 25.37.
ʰHeb. condire condimẽtum: infinitivus pro nomine.
ⁱHeb. file.
ᵏHeb. hominum.
ˡHeb. populo.

2. Reg. 25.4. & Jir. 52.4.

bis, quid ista ad nos *pertineant* quæ tu facis?

20 Dixi ad eos; verbum Jehovæ fuit ad me, dicendo,

21 Dic domui Jisraëlis, sic ait Dominus Jehova, ecce ego "prophanaturus sum "sanctuarium meum, "excellentiam roboris vestri, "desyderiũ oculorum vestrorum, & [m]"cui indulget anima vestra; etiam filii vestri & filiæ vestræ "quas reliquistis, gladio concident.

[m] *Heb.* indulgentiã animæ vestræ.

22 Tum facietis quemadmodum facio: mystacem non obvelabitis, & cibum ullorum non comedetis,

23 Et tiaris vestris inditis ad capita vestra, calceisq; vestris ad pedes vestros non plangetis, neq; flebitis; "sed tabescetis in iniquitatibus vestris, & gemetis [n]"alter cum altero.

[n] *Heb.* vir cũ fratre suo.

24 Est enim Jechezkel vobis "ostẽto, omnino prout facit facturi estis: cùm advenerit istud, utiq; experiemini me esse Dominum Jehovam.

25 "Tu autem fili hominis, an non "qua die "tollam ab eis "robur eorum, "gaudium ornatus eorum; desyderium oculorum ipsorum, & [o]"id ad quod attollunt animam suam, filios ipsorum & filias ipsorum:

[o] *Heb.* elationem animæ suæ.

26 Ea ipsa die veniet qui evaserit ad te, [p]"ad significandum auribus?

[p] *Heb.* ad effectionẽ auditionis auribus.

27 "Eo ipso die aperietur os tuũ apud ipsum qui evaserit, ut eloquaris, ne obmutescas amplius; interea "eris istis ostento, ut cognoscant me esse Jehovam.

ANNOTATIO.

1 *Deinde*] Hujus prophetiæ (qua postremò ante excidium regni Judaici miserabilem ruinam illius Propheta prænuntiavit) præter inscriptionem comprehensam vers. 1. & 2. summæ partes sunt duæ: una est explicatio ventura contra Judæos gravissimi judicii a Domino, usq; ad vers. 15. altera est typorum, quibus velut sigillis confirmatum est argumentum totius prophetiæ, ad finem usq; capitis. *Nono*] a deportatione Jeconjæ, unde ferè numerat Jechezkel: ut notavimus sup. 1. 2. 2 *Incumbit*] his verbis exponit Deus cur nominatim diem monimentis literarum inscribi velit: nempe quòd eo ipso die quo primùm Nebucad-netzar instituebat obsidionem Jeruschalaimorum, eodem die Propheta versans in Mesopotamia rem quæ ad Jeruschalaima, id est, quàm longissimè gerebatur, propinquis suis exponebat; atq; ita prædictionem rerum futurarum quæ posteà sequitur confirmabat. 3 *Et utere*] propheta hæc jam dictorum duabus potissimùm partibus continetur: quarum una est allegoria sive parabola, exponens tum impietatem Judæorum, usq; ad vers. 6. tum judicia propter impietatem eventura, usq; ad vers. 9. altera est exornatio ejusdem prophetiæ partim verbis propriis, partimq; figuratis, ad vers. 15. *Sic ait*] in priore hac parte allegoriæ Deus per Prophetam jubet impietatem Judææ totius figurari olla: nam olla typus fuit Jeruschalaimorum, ut sup. 11. 3. & 7. & sequentibus: membra gregis, & ossa, omniaq; in ollam indita, typi fuerunt Judæorum illic commorantium regnante Tzidkija: aqua fervens & ignis, typi fuerunt malorum quæ illi omnes inter se alii aliis importaverant, ut ibidẽ Propheta memorat. Quamobrem judicium quoq; maleficiis accommodatur posteà, vers. 6. & sequentib. *Dissere*] id est, ut hactenus verbo indicasti Judæis abominationes ipsorum (ut dictum est sup. 14. & 20. & 23.) ita jam ipsis exprobra, hoc signo aspectabili figurans scelera quæ fecerunt, & adhuc faciunt. *Aquas*] quibus alii fervefecerunt ossa: sic allegoricè notantur intestina odia, & peccata quibus planè immersi erant. 4 *Colligendo*] id est, omnes ordine parvos ac magnos hoc signo ostende æstuare & fervere maleficiis in medio Jeruschalaimorũ: nam summates meminit pretiosis & electis, infimi & contempti ossibus figurantur; utriq; verò sua impietate & maleficiis fervere quam plurimùm dicuntur, tanquam in olla dispositi, duobus versib. *Ejus*] id est, eos qui sunt in illa urbe figurando meminit in ollam comportandis; tum bonis & pretiosis, quibus viri principes significantur; tum grege ossibusq; quibus significatur vulgus. *Dilectu ossium*] id est, optimis & præpinguibus omnibus. 5 *Dilectum greg.*] id est, populatos & plebeios; qui in duas similiter classes distribuũtur, ut nobiliores distributi sunt, præcedente vers. quasi dicat, allidens e plebe primùm, locupletes, & commodè vitam suam degentes, deinde alios abjectissimos & exesos aliorum injuriis. *Pyram oss.*] id est, tenuissimos, qui velut ossa coacervata negliguntur & a potentioribus consumuntur. *Fervefac*] id est, hac tua olla ferventissima demonstra quantoperè ferveant omnia scelera Jeruschalaimis, & fervehant omnes mutuis maleficiis; prout exponit Deus verbis sequentibus. *Elixant etiam*] id est, nulli maleficio parcunt, & nudos etiam ipsos spoliant, ut vulgò dici solet. 6 *Idcircò*] propositio allegorica judicii, propter mala quæ figurata sunt superioribus versib. *Sanguinaria*] id est, confertæ cædibus: ut 2. Reg. 21. 16. quod exponitur sequente vers. per allegoriam. *Spuma*] id est, sordes publicæ, & magis magisq; ebullientes ex indignissimis sceleribus. *Membratim*] id est, exinaniendo hanc ollam tuam, prout singula membra ad manum venerint, donec totam exhauseris: ostendit hac figura fore ut minutatim omnes incolæ Jeruschalaimorum dispereant, donec desertum sit oppidum: ut dictum est sup. 21. 19. & sequentibus. *Non accidat*] id est, nihil referri quod primum extrahas: tantùm ut obvenerint membra & ossa, ita educito, modò educas omnia. 7 *Quia sanguis*] ætiologia allegorica ejus quod dixerat, sanguinariam esse & plenam sordibus, a figura legis. Nam, inquit Deus, similes sunt carni cujus non est depuratus sanguis; de-

Inde ut qui sanguis effunditur, fundatur in terram & obtegatur pulvere, Levit. 17. 12. & 13. *In loco arduo*] id est, in propatulo peccat, & peccati sui monimenta ponit. 8 *Disponam*] id est, vicissim illam ulciscar palàm, & in publico documenta statuam æterna severissimæ ultionis meæ. 9 *Idcircò*] secundus locus, exornatio: qua primùm causas judiciumq; proponit Deus allegoria; deinde apertissimis verbis explicat, ternis versib. judicii verò effecta pronunciat duo: prius, contra personas & facultates omnium, vers. 10. posterius, contra urbem ipsam figuratam olla, vers. 11. quam immunditia, spuma, ærugo, & si quid est ejusmodi quod in ollis soleat improbari. *Mundavi te*] id est, verbo præcepi te mundari, & toties ac tam diu per Prophetas imperavi, 2. Chron. 36. 15. & apud Jirmejam passim. *Fecerunt quiesc.*] ut suprà 16. 42. 14 *Ego Jehova*] confirmatio a persona Dei loquentis. *Non abstraham*] id est, non sinam me ulla ratione aut interventore abstrahi; stat decretum meum irrevocabile: sic Jeschahh. 47. 3. *Judicabunt te*] id est, judicia exercebunt in te Babylonii. 15 *Et fuit*] secunda hæc pars typos duos continet, qui Prophetæ imperantur, vers. 16. & 17. ab ipso exhibentur, vers. 18. & quærenti populo exponuntur versib. sequentibus, usq; ad vers. 25. deniq; prædictione singulari omnia concluduntur, tribus versib. ultimis. Est autem prior typus mors uxoris, cujus interpretatio habetur vers. 21. posterior verò est vacatio a luctu, quæ exponitur vers. 22. & 23. ut antè Jirmeja prophetaverat, capite 9. & 16. 16 *Desyderium oc.*] id est, uxorem carissimam tuam, ex vers. 18. *Ne plangito*] id est, luctum ne facito, neq; ullum ejus signum populo exhibeto de sublata uxore tua: quod per congeriem pluribus exponitur, hoc & sequente vers. 17 *Tiaram*] id est, usitatum tuum capitis tegumentum: nam lugentes retegebant caput, & inspergebant pulvere. *Calceos*] quos lugentes solùti erant ponere: ut 2. Schem. 15. 30. *Obvelato*] prout faciebant lugentes ex aliqua gravi causa: ut Levit. 19. 45. & Micæ 3. 7. *Cibum ullor.*] id est, convivium ab amicis exhibitum ad levandum luctum: vide Jirm. 16. 7. 21 *Ecce ego*] expositio prioris typi, ut diximus in vers 15. *Profanatum*] id est, gentibus prophanis expositurus, ut sit documentum subductæ a vobis præsentiæ meæ. *Sanctuarium*] id est, locum sanctum & omnia ad cultum sacrum pertinentia, synecdochicè. *Excellentiam robor.*] id est, regnum & principatum: ut suprà 7. 24. & sequentibus. *Desyderium*] id est, uxorem cujusq;: ut suprà vers. 16. *Cui insidaber*] id est, res omnes vobis charissimas. *Quas reliquistis*] id est, qui supersunt in Judæa, ex quo cum Jeconja reponit Jirmeja 9. & 16. 24 *Ostento*] vide in Psalmum 71. 7. 25 *Tu autem*] conclusio hujus prophetiæ per prædictionem singularem quamdam, cujus complementum habetur infrà 33. 21. & sequentibus. *Qua die*] id est, quo tempore sive anno: fuit autem ille annus decimus nonus Nebucad-retzaris Jirmej. 52. 12. postquam anno 18. Tzidkijam regem cepisset, & ipsa Jeruschalaima, ibidem. *Tollam*] id est, planè auferam: nam anno demum illo eversa fuit Jeruschalaima, & confecta omnia quæ commemorantur hoc vers 2. Reg. 25. 11. & sequentibus. *Robur*] ut suprà vers. 21. *Gaudium ornatus*] id est, sacra omnia, de quorum ornatu gloriantur: vide Jirme. 7. 4. 27 *Eo ipso die*] quo ille nuntium ad te pertulerit. Sensus est, Prophetam hactenus satis prænunciasse cladem Jeruschalaimis, regnoq; toti eventuram: imposterum debere ipsum supersedere ab hoc argumento, donec Deus eventurem totã comprobaverit cum demum fore ut nuntio de rebus illis confectis accepto prophetia nova instruatur, quemadmodum narratur infrà 33. Quamobrem ab hoc loco ad illud usq: caput prophetiæ tantùm in extraneos continentur. *Eris silis*] id est, ita perges ut tibi imperatum est suprà, vers. 15. & 17.

Caput XXV.

Propheta Hhammonitis, Moabitis, Edomæis, & Pelischtæis propter impias ipsorũ blasphemias in Deum, crudelissimaq; malefacta in Iudæos profugos, vastationem terræ & exitium æternum gentibus ipsis a Deo prænuntiat.

1 ET fuit verbum Jehovæ ad me, dicendo,
2 "Fili hominis, "dispone faciem tuam versus "Hhammonitas; ut prophetes contra eos.
3 Dicito ergo Hhammonitis, audite verbum Domini Jehovæ; sic ait Dominus Jehova, "eò quòd dicis, euge, de sanctuario meo cùm prophanatur, & de terra Jisraëlis cùm desolatur, ac de domo Jehudæ cùm abeunt in deportationem:
4 Idcircò ecce ego traditurus sum te [b] "orientalibus in hæreditatem, ut collocent arces suas in te, & ponant in te tabernacula sua: ipsi comedent fructus tuos, & ipsi bibent lac tuum.
5 Redigamq; "Rabbam in habitaculum camelorum, & Hhammonitarum regionem in cubile gregis, ut experiamini me esse Jehovam.
6 "Nam sic ait Dominus Jehova, eò quòd complodis manũ, & plaudis pede; & lætaris ex animo de tota depopulatione tua contra terram Jisraëlis:
7 Idcircò ecce ego extendens manum meam contra te, traditurus sum te in prædam gentibus, & excisurus te ex populis, ac perditurus te

Jirme. 49. 1. & sequẽtib. & sup. 21. 33. *a Heb.* filios Hhammonis: sic deinceps.

b Heb. filiis orientis: sic vers. 10.

e regionibus: profligabo te, ut experiaris me esse Jehovam.

Jirm.48. 8 "Sic ait Dominus Jehova: eò quòd dicit Moab & Sehhir, ecce "ut omnes aliæ gentes *est* domus Jehudæ:

9 Idcircò ecce ego "aperturus sum latus Moabitarum inde ab ipsis "Hharis, a civitatibus ejus *quæ sunt* ab extremitate ejus; "decus, terram "Beth-jeschimotarum, "Bahhal-behhonis, & "Kirjathajimorum:

10 Per Orientales, "cum Hhammonitarum *regione* quam "dedi in hæreditatem; ut non fiat mentio Hhammonitarum in gentibus,

11 Etiam in Moabum exercebo judicia, ut experiantur me esse Jehovam.

Jirm.49.7. 12 "Sic ait Dominus Jehova, "eò quòd Edomæi [c] sumendo ultionem faciunt contra domum Jehudæ; & reos se statuunt [d] continenter sumentes ultionem de eis,

[c] *Heb.* ulciscendo ultione: sic inf. vers. 15.

[d] *Heb.* reos se statuẽdo.

13 Idcircò sic ait Dominus Jehova, extendens quoq; manum meam contra Edomæam exscindam ex ea homines & jumenta: exponamq; eam vastationi "a Temane, ut "Dedanem usq; gladio concidant:

14 Edamq; ultionem meam in Edomæos "manu populi mei Jisraëlis: agentq; contra Edomæos secundum iram meam & secundum æstum meum, ut experiantur ultionem meam, dictum Domini Jehovæ.

Jirm.47. 15 "Sic ait Dominus Jehova, eò quòd agunt Pelischtæi per ultionem, & sumunt ultionem ex animo depopulatione, perdendo inimicitia

[e] *Heb.* seculi. [e] perpetua;

16 Idcircò sic ait Dominus Jehova, ecce ego extendens manum meam contra Pelischtæos; excisurus sum "Cerethæos, & perditurus "residuum portus maris:

[f] *Heb.* increpationibus. 17 Et exercebo in eos ultiones magnas [f] summa increpatione æstus iræ; experienturq; me esse Jehovam, cùm edidero ultionem meã in eos.

ANNOTATIO.

1 *Et fuit*] Hujus prophetiæ quatuor sunt capita, quibus Deus Gentibus finitimis Judæos a Babylonio debellatos atrocissimè infestantibus ultionem prædicit severissimam. Sunt enim hæ gentes quatuor: primi ponuntur Hammonitæ, usq; ad vers. 8 secundi Moabitæ, usq; ad vers. 12. tertii Edomæi, usq; ad vers. 15. ultimi Pelischtæi, ad finem usq;. 2 *Filii hominis*] hac prophetia primùm occupatio regionis per Babyloniũ, usq; ad vers. 6. deinde cidium Hhammonitis prænuntiatur, vers. 6. & 7. utriq; autem judicio sua causa præmittitur, impietas in Deum, & inhumanitas in populum ejus. *Dispone*] ut sup. 6. 2. 3 *Eò quòd dicis*] id est, quòd cultum meum, regionem, & pulum prophanis exponi videns tibi gratularis & exultas. 4 *Orientalibus*] id est, Babyloniis. Jirm. 25. 21. ficiliter vers. 10. 5 *Rabbam*] de qua 2. Schem. 11. 1. 6 *Nam sic*] alterum membrum prophetiæ, per gradationem augens & causam & pœnam. Hîc enim causa amplificatur, quòd non tantùm lætati sunt depopulantibus Judæa Babylonijs, sed ipsi quoq; perditis rebus insultarunt, Judæosq; perfidè sunt depopulati: vide sup. 21. 34. judicium verò, quòd non tantùm servituri sunt & venturi in potestatem alienam: sed gens tota peritura. 8 *Sic ait*] inscriptio hæc, secundæ tertiæ prophetiæ communis est: nam Sehhiris nomine intelliguntur Edomæi ex Genes. 36. & Deut. 2. Moabitarum autem prophetia causam unicam exponit, nimirum blasphemam ludificationem Judæorum (quæ etiã causa est Edomæi quoq; in vers. hunc relati sunt) hoc vers. & judicia, trib. sequentib. Ut *omnes aliæ*] id est, non magis sceleste a Deo suo, quam gentes cæteræ, contra incursantem Babylonium. 9 *Aperturus*] id est, facturus ut regionem Moabitarũ pervadat hostis, quamvis latera ipsius firma Arnone fluvio & munitis oppidis esse videantur: similiter 24. 17. *Hharis*] hanc vocem propria significatione accipimus ad significandum duo Moabitarum oppida ni fluvio imposita, quorum unum est Hhar, Num. 21. 28. & Jeschahh. 16. 1. alterum Hharohher, distinctionis causa appellatum nomine composito: sic enim appellatur Deut. 2. 35. quamobrem exegeticè Prophèta addidit verbum quentia, exponens se de illis civitatibus agere quæ in extremo sunt Moabitarum agro. *Decus*] id est, regionem tam opimam ac præstantissimam, ut fuit terra planitiei quam idcircò nominat Jirm. 48. 21. *Beth jeschimotarum*] Jehoschuhh. 13. 20. *Bahhal-behhonis*] id est, Bajithi, de quo vide Jeschahh. 16. 2. *Kirjathajim*. jut Jirm. 48. 1. 50 *Cum Hhamm.*] id est, prout Hhammonitas & regionem ipsorum perdidero (ut supra dixi) ita in Moabum per Babylonios mea judicia exercebo. *Dedi*] id est, jam adjudicavi sententia mea, sup. vers. 4. 12 *Sic ait*] hæc prophetia similiter causam quidem eandẽ comprehendit quæ dicta est sup. vers. 8. impiarum videlicet blasphemiarum in Deum, sed alteram quoq; hoc loco exponit, nimirum importunissimum Edomæorum odium & pertinacissima malefacta in populum Dei: deinde sententiam excidii contra eos pronuntiat. *Eò quòd*] id est, quòd exercent similitatem illum avitum

avitam inde a majoribus hauſtam, de qua Geneſ. 27. 43. & populum meum oppugnant infenſiſſimè. 13 *A Temane* vide Jirm. 49. 7. *Dedanem uſq;* id eſt, per omnes Edomæorum terminos, Jirm. ibidem verſ. 8. 14 *Manu populi* id eſt, ea ipſa Chaldæorum manu, qua populum meum ante percuſſero: ſic enim accipiendum demonſtrant ſequentia: vide Hhobadjam. 15 *Sic ait* hęc prophetia ſimili cum præcedentibus argumento, primùm animoſiſſima Peliſchtæorũ malefacta, hoc verſ. deinde pœnas quas daturi ſunt explicat, duobus ſequentibus. 16 *Cerethæos* vide 1. Schem. 30. 14. ſic autem Peliſchtæos Propheta nominat, ut alludat ad exſcindendi verbum. *Reſiduum* id eſt, regionem Peliſchtæorum maritimam portuoſamq;; ſed priùs tum à rege Chizkija, Jeſchahh. 15. tum a Pſammetticho Ægyptiiſq; attritam, ut obſervavimus Jirm. 25. 20.

Caput XXVI.

Deus Tyro de everſione Ieruſchalaimorum exultanti graviſſimum a Chaldæis excidium venturum pronuntiat, & tam admirabile ut omnes exteri aſpicientes & recordantes præteritam illius gloriam ſubitumq; caſum perhorreſcant & luctum agant de Tyro conſternati: deinde exprobrata Tyriorum Regi inſolentia animi, idem pronuntiat eventurum ipſi, finitimiſq; Tzidoniis, ad gloriam Dei & Eccleſiæ bonum: cujus promiſſione prophetia hæc terminatur.

1 Factum autem ″undecimo anno, primo die ″menſis illius; ut
2 eſſet verbum Jehovæ ad me, dicendo,
″Fili hominis, eò quòd dicit Tyrus de Jeruſchalaimis, euge, fracta eſt *urbs* ″portis [a] populoſiſſimis, ″avertitur ad me; replebor vaſtata *ea*:

[a] *Heb.* populorum.

3 ″Idcircò ſic ait Dominus Jehova, ecce me contra te, ô Tyre; ut deducã contra te ″gentes multas, ac ſi deducerẽ mare cum fluctibus ipſius:
4 Quæ perdant muros Tyri, & deſtruant turres ejus; etiam abradam pulverem ejus ab ea, redigamq; eam in [b] arduam petram.
5 ″Locus [c] expandendis plagis erit in medio mari; nam ego eloquutus ſum, dictum Domini Jehovæ: ideò erit direptioni gentibus.
6 ″Filiæ quoq; ejus quæ in agro erunt, gladio interficientur; ut experiantur me eſſe Jehovam.
7 ″Nam ſic ait Dominus Jehova, ecce ego adducam contra Tyrum Nebucad-retzarem regẽ Babyloniæ ab Aquilone, ″regem regum; cum equis, curribuſq;, & equitibus, & congregatione, populoq; multo.
8 Filias tuas per agrũ gladio interficiet; & diſpoſito cõtra te propugnaculo, diffundet in te [d] miſſilia catapultaria, & ſtatuet contra te clypeũ:
9 Et ″helepolin diſponet in muros tuos, & turres tuas demolietur ″cultris ejus.
10 Præ agminibus equorum ejus operiet te pulviſculus eorum; præ ſtrepitu equitum, & ″chiramaxiorũ, curruſq; cõmovebuntur muri tui, cùm intrabit intra portas tuas, cùm ingreſſus civitatis diſruptæ *patebũt*.
11 Ungulis equorum ſuorum calcabit omnes vicos tuos: populum tuum gladio interficiet, & ſtationum [f] robuſtarum tuarum *unaquæq;* in terram deſcendet:
12 Et prædabuntur opes tuas, diripientq; mercem tuam, ac deſtruent muros tuos, & domos [g] deſyderabiles tuas demolientur; & lapides tuos, lignaq; tua, etiam pulverem tuum ″in medio aquarum ponent.
13 Ita faciam ut ceſſet ſtrepitus canticorum tuorum, & ſonus citharum tuarum non audietur ampliùs:
14 Et redigã te in arduã petrã, locus expandendis ſagenis eris, ″nõ ædificaberis ampliùs; nã ego Jehova loquutus ſum, dictũ Domini Jehovæ.

[b] *Heb.* arduũ petræ: ut ſupra 24. 7. & 8. & infra 4.
[c] *Heb.* expanſio: ſic ℣. 14.
[d] *Heb.* catapultã: ut 2. Reg. 19. 32.
[e] *Heb.* delentẽ quod adverſum eſt ſibi: periphraſis.
[f] *Heb.* roboris tui.
[g] *Heb.* deſyderii tui.

15 "Sic ait Dominus Jehova Tyro; nónne a sono casus tui cùm clamabunt confossi, cùm interficientur interfectione in medio tui, commovebuntur "insulæ?

16 Nam descendent e soliis suis omnes principes maris amoventes pallia sua, & vestibus versicoloribus suis nudantes se se: "trepidationes induent, in terra sedebunt, & trepidantes *singulis* momentis stupebunt de te:

17 Proferentesq; de te lamentationem dicent tibi, quomodo periisti quæ habitabaris [b] a maritimis? "cùm indiderint *illi* omnibus habitatoribus istius civitatis laudatissimæ, quæ erat firma in mari ipsa cum habitatoribus suis, "terrorem horum.

18 "Nunc trepidabunt reliquæ insulæ die casus tui, & turbabuntur insulæ quæ sunt in mari propter exitum tuum.

19 "Nam sic ait Dominus Jehova, cùm reddidero te civitatem desolatam, similem civitatibus quæ non habitantur; "adducendo contra te abyssum, ut operiant te aquæ plurimæ:

20 "Faciensq; ut descendas cum descendentibus in [i] foveam ad populum [k] antiquum, collocavero te in terræ imis *partibus*, in vastitatibus [l] priscis cum descendentibus in foveam, ut non habiteris; "ut reponam decus in terra viventium:

21 In [m] terrorem summum exponam te, quòd "nusquam futura sis; & quæsita non invenieris "unquam, dictum Domini Jehovæ.

[b] Heb. a maribus: metonymia.
[i] Heb. cisternæ.
[k] Heb. seculi.
[l] Heb. a seculo cũ descẽdentibus cisternæ.
[m] Heb. terrores.
[n] Heb. in seculum.

Caput XXVII.

1 [o] Et fuit verbum Jehovæ ad me, dicendo,

2 Tu autem fili hominis, profer de Tyro lamentationem,

3 Et dicito Tyro sitæ ad aditus maris, mercatrici [a] populosissimæ apud insulas multas: sic ait Dominus Jehova, "ô Tyre, tu dicebas ego sum perfecta pulchritudine.

4 "In [b] intima parte marium *erant* termini tui, ædificatores tui "perfecerant pulchritudinem tuam.

5 "Abiegna e "Senire ædificabant tibi omnia "tabulata: cedrum e Libano accipiebant ad parandum malum navis in te.

6 'Roboreos e Baschane faciebant remos tuos; transtra tua faciebant "ex [d] ebore tritissimo *artifices* ex insulis Cittæorum.

7 "Xylinum cum Phrygiano opere ex Ægypto erat carbasus tua, ut esset tibi velum: hyacinthinum, & purpureum ex insulis "Elischæ operiebat te.

8 'Habitatores Tzidonis & "Arvadi erant remiges tibi: periti tui, ô Tyre, erant in te, ipsi erant "gubernatores tui.

9 Seniores "Gebalis ac periti ejus erant in te "curatores labis tuæ; omnes

[o] Heb. fuit.
[a] Heb. populorum: ut suprà 26. 2.
[b] Heb. corde: ut Exod. 15. 8. sic deinceps.
[c] Heb. roboribus.
[d] Heb. dente filio gressuum.

mnes classes maris & nautę earum erant in te, ut commiscerent se commercio tuo.

10 "Persæ, "Ludæiq;, & "Putæi erant in copiis tuis, [c] bellatores tui: scutum & galeam suspendebant in te, ipsi præstabant decorem [f] tibi.

11 Arvadæi cum copiis tuis super muros tuos circumquaq;, & "Gammadæi in turribus tuis erāt: umbones suos suspendentes ad muros tuos circumquaq;, ipsi perficiebant pulchritudinem tuam.

12 "Tarschisch negotiatrix tua præ copia omnium opum; cum argento, ferro, stanno, & plumbo, [g] negotiabantur in nundinis tuis.

13 Javan, Tubal, & Meschec erant mercatores tui; [h] "hominibus & vasis æreis negotiabantur *in* commercio tuo.

14 *Qui erant* e domo "Togarmæ; equis, equitibusq;, ac mulis negotiabantur *in* nundinis tuis.

15 [i] "Dedanitæ mercatores tui, insulæ multæ *mercatrices* mercium manus tuæ; "cornibus eboris, "hebenoq; reddebant pretium tuum.

16 Syria negotiatrix tua, præ multitudine operum tuorum; chrysopraso, purpura, & phrygiano opere, byssoq;, & "sandastro, ac "pyropo negotiabantur in nundinis tuis.

17 E Jehudæa & regione Jisraëlitarum, erant mercatores tui: tritico "Minnithę, & [k] Phœniciæ, melleq;, & oleo, ac "opobalsamo negotiabantur *in* commercio tuo.

18 Damascus negotiabatur tecum de multitudine operum tuorum; præ copia omnium opum, vino "Chelbonis, & lana nitida:

19 Et Dan, ac Javan [l] circumforaneus in nundinis tuis negotiabantur; ferro nitido, casia, & calamo odorato, in commercio tuo erat.

20 "Dedan mercabatur tecum, pannis [m] ingenuorum *advectis* curru.

21 Arabes, & omnes principes "Kedaris erant negotiatores *mercium* manus tuæ; agnis, arietibusque, & hircis, his erant negotiatores tui.

22 Mercatores "Schebæ & Rahhmæ ipsi mercabantur tecum; [n] "præstantissimo quoq; aromate, & omni lapide pretioso, ac auro negotiabantur *in* nundinis tuis.

23 "Charan, & "Canne, ac "Hheden, mercatores "Schebæ; Assyrius, & "Cilmadæus mercans tecum:

24 Hi mercatores tui erant rebus perfectissimis, [o] involutis hyacinthinis, & phrygianis, "gazisque *gentium* in superioribus *habitantium*; "quæ funibus circumligantur, & [p] includuntur cedrinis *capsis* in mercatu tuo.

25 "Classes oceani decantabant te commercio tuo; deniq; plena eras & gravis valde in intima parte marium.

26 "In aquas multas adduxerunt te "qui remis agebant te, [q] Eurus cō fregit te in intima parte marium:

[c] *Heb.* viri belli: sic ℣ 27.
[f] *Heb.* tuum.
[g] *Heb.* dabāt, synecdochicè: pro eo quod est, dabāt, accipiebant, & negotiationē exercebant: sic deinceps.
[h] *Heb.* anima hominum.
[i] *Heb.* filii Dedanis.
[k] *Heb.* Pannagi: unde corruptè profluxit Phœniciæ nomen.
[l] *Heb.* factus circisci (ut ita loquamur) id est, ut Homerus vocat, πολυπλαγχθείς.
[m] *Heb.* libertatis.
[n] *Heb.* capite cujusque aromatis: ut Exo. 30. 23.
[o] *Heb.* cedrātur, ut ita dicamus.
[q] *Heb.* vētus Orientalis.

27 Opes tuæ, & nundinationes tuæ, commercium tuum, nautæ tui, & gubernatores tui, curatores labis tuæ, & miſcentes commercium tecum, omneſq; bellatores tui qui in te erant, cum tota cõgregatione tua quæ erat in medio tui; ceciderunt in intimam partem marium die caſus tui.

28 "Ad vocem clamoris "gubernatorum tuorum, "commoti ſunt fluctus jactati:

29 Deſcendenteſq; e claſſibus ſuis omnes 'tractantes remum, nautæ, omnes gubernatores 'marini; in terram conſtiterunt:

30 Facienteſq; ut audiretur de te vox ipſorum clamaverunt 'amarè; & "impoſito pulvere capitibus ſuis, in cinere volutaverunt ſe:

31 Inductoq; propter te calvitio accinxerunt cilicia; & defleverunt te amaritudine animi, planctu amaro:

32 Ac protulerunt propter te in lamento ſuo lamentationem, cùm lamentarentur de te *dicentes*; "quæ erat par Tyro, par ſucciſæ in medio mari?

33 Procedentibus nundinationibus tuis e maribus, ſatiabas populos multos; amplitudine opum tuarum, & commerciorum tuorum ditabas reges terræ.

34 *Quo* tempore confracta es "a maribus in profundiſſimis aquis, cõmercium tuum & tota congregatio tua in medio tui ceciderunt:

35 Omnes habitatores inſularum obſtupeſcunt de te; & Reges illorum horreſcunt horrore, "percelluntur vultu.

36 Negotiatores in populis "ſibilant de te: "terrori ſummo es, quòd nulla ſis uſq; in ſeculum.

r Heb. prehẽdentes: ſynecdoche.
s Heb. maris.
t Heb. amaro clamore.
u Heb. terroribus: ut ſuprà 26.21.

Caput XXVIII.

1 "Et fuit verbum Jehovæ ad me, dicendo,

2 Fili hominis, dic anteceſſori Tyri, ſic ait Dominus Jehova, "eò quòd elatus eſt "animus tuus, adeò ut dicas Deus fortis ſum, habitationem 'divinam inhabito in 'intimo fortis ſum, habitationem 'divinam inhabito in 'intimo parte marium: cumq; ſis homo, non autẽ Deus fortis; tribuis tamen animum tibi parem animo Dei:

3 Ecce "ſapientior es Danijele, quicquam occultum non 'abſcondatur tibi:

4 Sapientia tua & prudentia tua comparaſti tibi facultates, & congeſſiſti aurum & argentum in theſauros tuos:

5 Amplitudine ſapientiæ tuæ in mercatura tua amplificaſti facultates tuas, adeò ut elatus ſit animus tuus facultatibus tuis:

6 "Idcircò ſic ait Dominus Jehova; eò quòd tribuis tibi animum parem animo Dei,

7 Idcircò ecce ego adducturus ſum contra te "extraneos violentiſſimos gentium, qui exertis gladiis ſuis contra pulchritudinem ſapientiæ tuæ confodient "ſplendorem tuum.

a Heb. cor tuũ: ſic deinceps.
b Heb. Dei.
c Heb. corde: ſic Pſ. 8.
d Heb. abſcõdũt: perſonaliter.

8 Ja

8 In foveam demittent te, morieriſq; ᵐmortibus confoſſorum in intima parte marium.
9 ⁿAn perges dicere, Deus ſum, coram interfectore tuo? atqui tu homo *futurus es*, non autem Deus fortis, in manu confodientis te.
10 ᵒMortibus præputiatorum morieris, manu alienorum: nam ego eloquutus ſum, dictum Domini Jehovæ.
11 ᵖEt fuit verbum Jehovæ ad me, dicendo,
12 ᵠFili hominis, profer lamentationem de Rege Tyri; & dicito ei, ſic ait Dominus Jehova, ʳtu ˢobſignans ſummã, plene ſapientia, & perfecte pulchritudine,
13 ᵗIn Hhedene horto Dei eras, omnes lapides pretioſi operiebant te, pyropus, topazius, & adamas, beryllus thalaſſius, ſardius, & jaſpis, ſapphirus, chryſopraſus, ſmaragduſq; cum auro: ᵘopus tympanorũ tuorum & fiſtularum tuarũ in te, die quo procreatus fuiſti, parata erant.
14 ᵛTu Cerub *eras* ex quo ʷunxi *te* protectorem; ex quo præpoſui te, ˣin monte ᶠ ſancto Dei eras, ʸinter lapides ᵍ ignitos continenter ambulabas.
15 ᶻInteger eras in viis tuis inde a die quo procreatus fuiſti, donec præſtò fuit ʰ iniquitatis pœna in te.
16 ᵃᵃIn amplitudine mercaturæ tuæ ᵇᵇpleni erant ⁱ in te violentia, qua peccabas: adeò ut confodiens te *dejectum* ᶜᶜe monte Dei perdiderim te, ô Cerub protector, e medio lapidum ignitorum.
17 ᵈᵈElatus fuerat animus tuus propter pulchritudinem tuam, corruperas ſapientiam tuam cum ſplendore tuo; in terram dejeci te, Regibus expoſui te ut aſpiciant te:
18 Præ multitudine iniquitatum tuarũ, propter improbitatẽ mercaturæ tuæ prophanaſti ᵉᵉſanctuariũ tuum; ideò eduxi ignem e medio tui qui conſumpſit te, & redegi te in cinerem ſuper terram ante oculos omnium videntium te:
19 Quicunq; norant te in populis obſtupuerũt de te; ᵏterrori ſummo es, quòd nulla ſis uſq; in ſeculum.
20 ᶠᶠFuit etiam verbum Jehovæ ad me, dicendo,
21 Fili hominis, ᵍᵍdiſpone faciem tuam Tzidonem verſus, & prophetato contra eam,
22 Dicens, ſic ait Dominus Jehova, ecce me contra te, ô Tzidon, ut glorificer in medio tui: ut ˡ cognoſcatur me eſſe Jehovam, cùm exercuero in ea judicia, & ſanctificavero me in ea.
23 Nam immittam peſtem in eam, & ʰʰſanguinem in vicos ejus, & judicabuntur confoſſi in medio ejus, gladio incumbente ei circumquaque; experienturq; me eſſe Jehovam.
24 ⁱⁱIta non erit amplius domui Jiſraëlis ſpinus dolorificus, & ſpina dolorem afferens, ex omnibus locis circumſtantibus eos, qui depopulantur eos; experienturq; me eſſe Dominum Jehovam.

ᵉ *Heb.* dicendo dices.

ᶠ *Heb.* ſanctitatis.
ᵍ *Heb.* ignis: ſic verſ. 16.

ʰ *Heb.* iniquitas.
ⁱ *Heb.* in medio tui.

ᵏ *Heb.* terroribus: ut ſup. 26.21. & 27.36.

ˡ *Heb.* cognoſcāt: impersonaliter: ut ſup. verſ. 3.

25 "Sic ait Dominus Jehova, quando congregabo domum Jisraëlis ex populis in quibus dispersi sunt, sanctificans me in eis ante oculos gentiũ; ut habitent in terra sua quam dederam servo meo Jahhakobo:
26 Tunc habitabunt in ea securè, ædificabuntq; domos & plantabunt vineas habitantes securè; cùm exercuero judicia in omnes qui depopulabantur eos e locis circumstantibus ipsos, ut cognoscant me Jehovam esse Deum ipsorum.

ANNOTATIO IN CAPVT XXVI.

1 *Fuit autem*] Tria hæc capita eodem spectare res ipsa loquitur, ac propterea in unum omnia conjungimus. Sunt autem istius prophetiæ tres in universum loci: quorum primus est de Tyro, usq; ad vers. 20. capitis 28. secundus de Tzidone, usque ad vers. 25. tertius verò de populo Dei, cui promissiones fiunt ad consolationem ipsius; ut hac conclusione præcedentium prophetiarum finis & usus legitimus a bonis cognosceretur. Ac primi quidé loci, quo malla Tyro denuntiantur, membra sunt duo: primùm enim toti reipublicæ suæ calamitates pronuntiantur, duobus capitibus; deinde verò nominatim sua denuntiatur Tyriorum Regi, capite 28. In utraq; porrò prophetia tum ad Rempub. tum ad Regem ipsum pertinente partes sunt duæ; quarum priore narratur ventura calamitas, posteriore autem lamentum de casu illo & calamitate conscribitur. Quod ad rempub. itaq; sua mala narrantur ipsi, toto hoc capite; lamentum verò capite 27. continetur. Narrationis propheticæ quam hoc capite contineri diximus, pars prima est prolepsis, sive narratio summa casus horrendi Tyriorum, usque ad vers. 7. secunda, narratio singularis primum malorum quæ Tyro importaturi erant Babylonii, usque ad vers. 15. deinde verò horroris & consternationis generis omnium, ad aspectum & recordationem tam gravis & insperati casus obstupescentium, ad finem usq; capitis. *Undecimo anno*] a deportatione Jeconiæ, ut Jechezkel numerare solet; quo anno capta sunt Jeruschalaima: ac Prophetiam hanc videmus quandam fuisse præmunitionem ad consolandum bonos qui jam fuerant deportati, & qui mox deportandi erant. *Mensis*] etsi quotus hic mensis fuerit, diserris verbis Propheta minimè explicat; tamen ex comparatione sequentis versus planè statuimus mensem quintum intelligendum esse, quo Tyrii accepto nuntio de captis Jeruschalaimis gloriosam illam fiduciam prædicabant quæ exponitur sequente vers. Nam ut accipiamus de primo mense (quod omnes interpretes videntur facere) prohibet sermonis Hhebræi ratio, cùm Hhebræi nusquam hac periphrasi utantur, nisi ubi expressa est in narratione aliorum temporum comparatio διαχριτικῶς: ut Genes. 8. 13. Exod. 40. 2. & 17. sed simpliciter principium anni nominent: ut infrà 40. 1. Est ergo mensis ille sententia nostra hoc loco dictus, qui sequutus est proximè post capta Jeruschalaima: capta sunt autem mense quarto, Jirm. 52. 6. 2 *Filii hominis*] hæc prolepsis narrat duo in universum, nimirum peccatum ipsorum insolentissimum, hoc vers. deinde peccatorum pœnas, quatuor sequentibus. Est autem peccatum Tyriorum, quòd de alieno malo gavisi sunt, & ruinis populi Dei montes aureos ominati. *Portis popul.*] id est, frequentissima tum civibus, tum etiam adventis proselytis, & mercatoribus exteris. Fuerunt enim Jeruschalaima longè clarissima urbium Orientis, non Judææ modò; ut ait Plinius lib. 5. natur. histor. cap. 14. *Avertitur ad me*] id est, bona, merces, commoda, & negotiationes omnes hûc transferentur. 3 *Idcircò*] alterum membrum prolepseos, ut diximus superiore vers. quo exponuntur præsidio maxima, hoc vers. expugnatio, vastatio, & eversio urbis, duobus sequentibus; & totius agri desolatio, vers. 6. hac autem historia vide annotata in Jeschahh. 23. 1. & Jirm. 47. *Gentes multæ*] copias Nebucad-retzaris, vers. 7. 5 *Locus expandendis*] id est, abibit in littus desertissimum, ut sunt ea importuna littora ad quæ piscatores solent rete suas expandere. 6 *Filiæ quoq;*] id est, non tantùm urbs infestabitur, sed etiam in omni Tyriorum ditione contra omnem sexum atrocissimè sævietur. 7 *Nam sic ait*] narrationis singularis pars prior, ut diximus in vers. 1. quæ Babyloniorum expeditio & Tyriorum regni eversio figillatim exponitur, usque ad vers. 15. *Regem regum*] videlicet Babyloniorum. Hhebraïs dictus est. 9. 25. 9 *Helepolin*] machinam obsidionalem quam describit Ammianus Marcellinus lib. 23. Ὁλοπυριφραξικῶς ex eo quòd instrumentum fuit expugnandis evertendisque oppidorum muris commodissimũ. *Ictibus*] id est, ferramentis mucronatis helepoleos, qui in muros impacti subruebant eos. 10 *Chiramaxiorum*] videlicet sup. 23. 24. 12 *In medio aquar.*] id est, proturbabunt in mare cui superstructa es. 14 *Non ædificaberis*] ea dignitate, elegantia, & celebritate qua fuisti. Nam posteà quod instauratum est in eodem loco, dictum est Palætyrus. 15 *Sic ait*] posterior narrationis pars; qua Propheta ostendit fore ut edatur strages tanta Tyriorum omnium, ut nemo supervivat ad faciendum luctum; sed nationes solùm exteræ horrendum illius casum deflcant, aspectuque & recordatione illius percellantur. *Insula*] id est, regiones aliæ maritimæ. 16 *Trepidationes ind.*] id est, non modò lugebunt eversionem tuam, sed etiam obtegentur ipsi, tanquam veste, metu gravissimo propter violentiam Chaldæorum: metaphora. 17 *Cùm indiderint*] id est, cùm Chaldæi terribilem ultionem illam de Tyro sumpserint, quæ horum omnium maritimorum animis terrorem summum injectura est. Sunt autem hæc verba a Prophetis ἀμπλοκῆς dicta, quam perspicuitatis causa sustulimus. *Terrorem*] id est, malum gravissimum quod perterrefaciat alios: ut dicitur inf. vers. 21. synecdoche. 18 *Nunc*] id est, hoc demum tempore, quod modò dictũ est. 19 *Nam*] confirmatio a Dei verbis. *Adducendo*] ut sup. vers. 3. 20 *Faciensq; ut*] id est, funditus perdidero te: circumquuntiones metaphoricæ. *Ut reponam*] id est, ut restituam populum meum Jisraëlem hostibus deturbatis: qua in re demonstratur proprius istorum judiciorum finis, videlicet salus Ecclesiæ ad gloriam Dei: ut copiosiùs exponitur infrà 28. 25. &, 26. 21 *Nusquam*] ut suprà vers. 14.

In Caput XXVII.

1 *Et fuit*] Narratio copiosa lamenti de eversa Tyro toto hoc capite continetur, ut diximus sup. 26. 1. In hac autem lamentatione duæ sunt præcipuè partes ad calamitatis amplificationem pertinentes: prima est antithesis præcedentis gloriæ cum sequente ruina, usque ad vers. 28. secunda est explanatio luctus & stuporis ingentis qui ex ea ruina ad nationes exteras perventurus est, inde ad finem capitis. Ac in antithesi quidem gloria amplissima describitur, usque ad vers. 26. ruina verò vers. 26. & 27. Ad gloriam autem pertinent hæc; structura oppidi artificiosissima, vers. 4. res navalis, versibus quinque sequentibus; potentia, vers. 10. & 11. negotiatio & emporii celebritas, usque ad vers. 25. de-

nisq; con-

nique communis omnium nationum prædicatio, versſ. 25. Quæ omnia per prolepſin continentur, versſ. 3. & per consetiem similiter repetuntur versſ. 27. 3 *O Tyre*] propoſitio ſumma gloriæ per apoſtrophen ad Tyrum, quæ minutatim illuſtratur ſequentibus. 4 *In intima parte*] id eſt, intra mare ſtatuiſti urbem tuam, velut inſulam, fiſtucationibus & molibus impoſitam. *Perfecerant*] id eſt, ornaverant te perfectiſſimè: ſic infrà versſ. 11. Primus locus, urbis elegantia. 5 *Abiegnæ*] ſecundus locus gloriæ, res navalis, ut diximus in versſ. 1. *Senire*] vide Deut. 3. 9. *Tabulata*] equibus videlicet compinguntur naves: hîc enim deſcribitur rei navalis gloria: ut diximus in verſum 1. 6 *Exebore*] id eſt, re navali non tantùm ad neceſſitatem aut commoditatem utebantur, verùm etiam ad delicias luxumque profuſiſſimum; cùm materiam pretioſiſſimam ad res navium ſordidiſſimas adhiberent. Nam etſi ebur ex dentibus elephantorum aliqua paratur arte; tamen illud demum germanum eſt ebur & præſtantiſſimum, quod elephantes defodiunt in terram, & in ea per juſtum tempus pedibus tritum eſt. Quamobrem Hhebræi hoc genus eboris dentem filium greſſuum nominarunt: vide Plinium naturalis hiſt. lib. 8. cap. 3. 7 *Xylinum*] id eſt, deliciosiſſima erant vela & conopæa tua: quibus notis facilè cognoſcitur divitiarum & luxus copia. *Eliſchæ*] vide Geneſ. 10. 4. 8 *Habitatores*] id eſt, his gentibus, velut operis, utebaris ad navigationem tuam, & tuos gubernatores illis præponebas, hoc & ſeq. verſu. *Arvadi*] vide Geneſ. 10. 18. *Gubernatores*] clavum tenentes in navi ſive gubernaculum, ad agendam navim: vide 1. Reg. 10. 11. & 22. 9 *Gebalis*] de quibus 1. Reg. 5. 18. & Pſalm. 83. 8. *Curatores tui*] id eſt, naupegi tui, ædificatores, & curatores navium. Erant enim Gebalitæ architecturæ peritiſſimi. 10 *Perſæ*] tertius locus, potentia & gloria militaris, quòd gentes longinquæ & bellicoſæ ſtipendia facerent Tyriis. *Ludæ*] vide Geneſ. 10. 13. *Putæ*] vide Geneſ. 10. 6. *Suſpendebant*] id eſt, ſtativa agebant, & præſidio erant Tyriis: ſyncecdoche, a more militum in præſidiis agentium. 11 *Gammadæi*] qui Pygmæos interpretantur nituntur ſolà notatione vocis, quia Hhebræâ vox conjugata ſignificat cubitum, quaſi cubitales dicas; ut interpretati ſumus Judic. 3. 16. Sed quàm benè conveniat ludicra hæc interpretatio cum re militari, ipſi viderint. Nos Gammadæos quidem exiſtimamus a cubito dictos eſſe; ſed quia regio fuit Phœniciæ cubitali forma projecta in mare, quæ poſteà devorata eſt a mari, Gammaden putamus dictam: ut ſcribit Plinius lib. 2. natural. hiſt. cap. 91. Etſi eo loco mutatione unius literæ Gammales nominavit pro eo quod eſt Gammades. 12 *Tarſchiſch*] quartus locus Tyriorum gloriæ, de divitiis & emporio celeberrimo, ut diximus in verſum 1. 13 *Javan*] vide Geneſ. 10. 2. *Hominibus* id eſt, mancipiis venalibus. 14 *Togarmæ*] de qua Geneſ. 10. 7. 15 *Dedanitæ*] vide Geneſ. 10. 7. *Cornibus eboris*] id eſt, dentibus ipſis elephantorum prægrandibus, formaque incurvis, ut ſunt cornua: quomodo Jubam appellaſſe teſtis eſt Plinius lib. 8. natural. hiſt. cap. 3. *Hebenoque*] ex India & Æthiopia allata; quæ quia duûm eſt generum, plurali numero ab Hhebræis appellatur: vide Plinium lib. 12. natural. hiſt. cap. 4. 16 *Sandaſtro*] vide Ijobi 28. 18. *Pyropo*] vide Jeſchahh. 54. 12. 17 *Minnithæ*] vide Judic. 11. 35. *Opobalſamo*] vide Geneſ. 37. 25. 18 *Chelbonitidi*] id eſt, Chalybonis (ut Ptolemæus vocat) in Syria, quæ Chalybonitidi nomen dedit. 20 *Dedan*] exposteris Keturæ, inter Iſchmahhelitas habitans, Geneſ. 23. 3. 21 *Kedaris*] vide Pſalm. 120. 5. 22 *Schebæ*] in Arabiâ felice: vide Geneſ. 10. 7. 23 *Charan*] vide Geneſ. 11. 31. *Canne*] id eſt, judicio noſtro, Calne, Geneſ. 10. 10. *Hhedenæ*] vide Geneſ. 10. 8. *Schebæ*] Arabiam deſertam incolentis ſub Meſopotamia, de quo Geneſ. 25. 3. & Ijobi 6. 19. *Chilmadæus*] id eſt, Medus ulterior, inter Aſſyriam & Parthiam, ut ex Chaldæi interpretatione colligimus, & affinitate vocis quæ apud Geographos exſtat: dicitur enim tractus ille Choromitenus, l mutato in r. quod mutationis genus Hhebræis quoque receptum eſt. 24 *Gaziſque*] id eſt, denique (ne plura gentium nomina commemorem) comportant merces pretioſiſſimas ab omnibus illis gentibus quæ ſuprà habitant: puta, Hyrcanis, Margianis, Bactrianis, Sogdianis, Sacis, Seribus, & cæteris ad Aquilonem ſpectantibus. *Quæ funibus*] id eſt, quæ optimè, accuratiſſimè, & pretioſiſſimè funibus firmis, ſtegeſtribus, & capſis incorruptis, & adverſus omnem cœli injuriam validis involvuntur. 25 *Claſſes Oceani*] quintus gloriæ locus, celebritas; ut diximus in verſum 1. 26 *In aquas multas*] ſecunda pars antitheſeos, de ruina Tyri, quæ cum nave in alto verſante comparatur, duobus verſib. *Qui remis*] id eſt, rectores & gubernatores tui: quo nomine compellat Regem ipſum capite ſeq. 28 *Ad vocem*] exquibus verſ. 26. Hîc autem pergit in allegoria naufragii. *Commotis ſunt*] hyperbole elegantiſſima: tantus fuit clamor, (inquit) Tyriorum pereuntium, ut mare ipſum quaſi perculſum exhorruerit, & fuerint excitati fluctus. Hanc interpretationem, autore R. Jehuda, ex vocis etymo & forma ſic interpretamur, comparato altero loco Jeſchahh. 57. 24. 30 *Impoſito*] id eſt, plurimùm lugebunt, quod exponitur a ſignis, hoc & ſeq. verſu: ut Jirmej. 6. 26. 32 *Quæ erat*] mimeſis lugentium, comprehendens paucis lugubrem illam antitheſin præcedentis gloriæ & præſentis miſeriæ, quam obſervavimus in verſum 1. ut exponitur ſequentibus. 34 *Amaribus*] id eſt, fluctibus maris jactatis Euro, de quo ſuprà verſ. 26. 35 *Percelluntur*] id eſt, perculſi expalleſcunt, velut exſangues & exanimati horrore & metu: metalepſis. 36 *Sibilant*] vide 1. Reg. 9. 8.

In Caput XXVIII.

2 *Et fuit*] Secundum hoc membrum prophetiæ contra Tyrios (ut diximus ſuprà 26. 1.) primùm quidem Regi Tyriorum exitium prænuntiat, uſque ad verſum 11. deinde verò lamentationem deſcribit & luctum, quem de perditione illius agituri ſunt exteri, uſque ad verſum 20. In prænuntiatione autem judicii continentur cauſæ, uſque ad verſum 6. deinde judicii explicatio ſive ſententiæ dictio ex antegreſſis cauſis, verſ. 6. & quatuor ſequentibus. 2 *Eò quòd*] cauſa judiciorum, nempe infinita animi præfidentia & elatio in rebus omnibus, quam Rex Tyri oblitus ſe hominem eſſe ſibi arrogabat. 3 *Sapientior es*] nimirum in oculis tuis. quaſi dicat, videris tibi plus ſapere quàm ipſe Danijel, cui res occultæ revelantur beneficio Dei. Danijel enim jam eo tempore propter dona a Deo accepta ſapientiſſimus habebatur, & in proverbium abierat: vide Danijelis 1. 17. ſic ſequentia omnia de præſumpta a Rege Tyriorum ſui ipſius opinione accipienda ſunt. 6 *Idcircò*] ſententiæ dictio, ut obſervavimus in verſum 1. 7 *Extrages*] quorum meminit ſuprà 26. 7. *Splendorem tuum*] id eſt, te, utcunque ſplendeas & majeſtate indutus ſis: hypallage. 8 *Mortibus conf.*] id eſt, violenta morte, ut quivis e vulgo; quamvis fiduciam ponas in munitione urbis tuæ. 9 *An perges*] conteſtatio ironica. 10 *Mortibus præp.*] id eſt, morte præſente & æterna, quæ juſta eſt eorum pœna qui aut deficiunt a Deo, aut ſibi arrogant majeſtatem Dei. 11 *Et fuit*] ſecundus locus, videlicet deſcriptio luctus; ut diximus in verſum 1. nam quia non vacabit lugere Tyriorum Regi (adeò repentè futurum erat ut occuparetur morte) ideò Propheta inducit lugentes alios: ut notavimus ſuprà 26. 15. 12 *Filii hominis*] hujus lamentationis argumentum idem eſt cum lamentatione capitis 27. Primùm enim Propheta Regi Tyriorum per eandem antitheſin præcedentem gloriam exponit & præſens exitium, uſque ad verſum 17. deinde gentium admirationem narrat, tribus ſeq. *Tu obſig.*] prolepſis, ſive propoſitio ſumma trium capitum ad gloriam Regis Tyrii pertinentium, quæ minutatim ſequentibus exponuntur ὕστερον πρότερον. *Obſignans*] id eſt, qui imperium habes in merces, eaſque præcludis & aperis arbitratu tuo: ſic Ijobi 37. 6. 13 *In Hhedene*] explicatio tertii in propoſitione membri, de perfe-

cta Tyri pulchritudine; quæ ſtatuitur in habitationis elegantia cum Hhedene comparata, ut inf. 31. 8. & 9. & in ornamentis, in deliciis, & in majeſtate ſumma, antiquiſſima, ac glorioſiſſima, hoc & ſeq. ℣ſ. *Opus tympan.*] i. deliciæ tuæ, nõ tẽpore & uſu cõparatę; ſed tecũ natæ videntur eſſe. 14 *Tu Cerub*] elegantiſſima regiæ illius majeſtatis delectatio, per cõparationẽ Cerubi illius qui in horto Hhedenis a Deo diſpoſitus eſt, Gen. 3. 24. Quẽadmodũ (inquit) Angelus præpoſitus eſt ei horto ad protegendũ eum, & gladio illo verſatili armatus omnib. eſt terrori; ita etiã tu, ex quo regnũ tibi eſt traditũ, viſus es tibi æquare gloriã angelorũ Dei. *Unxi*] id eſt, conſtitui & præpoſui, ut ſequens verbũ explicat: κατάχρησις. *In monte*] i. Deus eras judicio tuo. *Inter lapides*] id eſt, putabas te ut Deũ imperiũ habere in ipſa fulgura: periphraſis. 15 *Integer eras*] explicatio ſecundi in propoſitione membri, nimirum ſapientiæ, ẽe qua ſuprà verſ. 12. 16 *In amplitudine*] explicatio primi in propoſitione loci. *Pleni erant*] id eſt, qualis erat Res, tales populares; violenti omnes. *E monte Dei*] id eſt, ẽ ſumma illa gloria tua, qua Deus eſſe videbaris tibi: ut ſup. verſ. 14. 17 *Elatus fuerat*] repetitio trium præcedentium prolepſeos capitum cum judiciorum antitheſi, hoc & ſeq. verſu, μεταβατικὴ ad maximam illam gentium admirationem; ut diximus in verſum 11. 18 *Sanctuarium*] id eſt, ſedem illam majeſtatis tuæ, quæ tibi divina eſſe videbatur. 20 *Fuit etiam*] ſecunda prophetia, contra Tyrenem: ut diximus ſuprà 26. 1. qua primùm per prolepſin judicium Dei & finis illius exponuntur, verſ. 22. deinde explicantur, duobus ſeq. 21 *Diſpone*] ut ſuprà 6. 2. 23 *Sanguinem*] id eſt, cruentam cædem per Babyloniorum copias. 24 *Ita non erit*] finis præcedentium judiciorum, ſalus Eccleſiæ, & gloria Dei. 25 *Sic ait*] tertia prophetia; ut diximus ſup. 26. 1. de pace & tranquillitate Eccleſiæ Dei cœpta per Evangelium, & abſoluta futura ſecundo adventu Chriſti. Nam promiſſionem hanc Evangelicam eſſe, & ad Eccleſiam Chriſti vetere Eccleſia figuratam propriè pertinere res ipſa docet: quamvis typo terræ, & verbis allegoricis exponatur.

CAPUT XXIX.

Deus Chophrahho Ægyptiorum Regi propter ſuperbiam ejus inanemq; Iudæorum confidentiam, cladem maximam a Cyrenæis eventuram prædicit; deinde totum regnum per Babylonios ſubverſum iri, quod poſt certum annorum numerũ ſit reſtituendum longè melius, ad gloriam ipſius, & Eccleſiæ bonum.

1 ANNO decimo, decimo *menſe*, duodecimo *die* menſis, fuit verbum Jehovæ ad me, dicendo,

2 Fili hominis, "diſpone faciem tuã verſus "Parhhonem regem Ægypti; ut prophetes contra eum & contra Ægyptum totam.

3 Eloquere dicens, "ſic ait Dominus Jehova, ecce me contra te, ô Parhho rex Ægypti, "balæna maxima quæ cubat inter rivos ſuos; qui dicit, "mihi *eſt* rivus meus, nam ego feci mihi.

4 "Indam enim hamos maxillis tuis, faciamq; ut adhæreat multitudo piſcium rivorum tuorum ſquamis tuis; ut deducam te e medio rivorum tuorum, & totam multitudinem piſcium rivorum tuorũ ſquamis tuis adhærentem.

5 Poſteà deſeram te abductum in "deſertum, te & totam multitudinem piſcium rivorum tuorum, in ſuperficie agri "cades, non recipieris, neque congregaberis: beſtiis terræ & avibus cœlorum exponam te in cibum:

6 Et experientur omnes habitatores Ægypti me eſſe Jehovam, "eò quòd ſunt "ſcipio arundineus domui Iſraëlis.

7 "Cùm prehendunt illi te manu, quaſſaris & findis eis totum humerum: cumq; innituntur tibi, confringeris, "ut ut ſtabilias eis totos lumbos *tuos*.

Jir. 44. 30. & 46. 13. & ſequentib. 8 Idcircò ſic ait Dominus Jehova, ecce ego adducturus ſum contra te gladium; & exciſurus ex te homines & jumenta.

9 Ut ſit terra Ægypti deſolationi & vaſtitati, & experiantur me eſſe Jehovam: eò quòd dixerit, rivus meus *eſt*; nam ego feci.

10 Idcircò ecce me contra te, & contra rivos tuos; ut tradam terram Ægypti

Ægypti vastitatibus, vastitati "desolatissimæ" a turri Syenes usq; ad terminum Cuschi. *a Heb.* desolationis: sic vers. 12.

11 "Non transibit eam pes humanus, & pes jumentorũ non pertransibit eam; neq; habitabitur quadraginta annis.

12 "Reddam enim terram Ægypti desolatissimam inter regiones desolatas, & civitates ejus inter civitates devastatas erunt desolatissimæ "quadraginta annis: cùm dispergam Ægyptios in gentes, & spargam eos in regiones.

13 "Nam sic ait Dominus Jehova; "exactis quadraginta annis congregabo Ægyptios e populis quo dispersi fuerint: *b Heb.* a fine quadraginta annorũ.

14 Et reducam captivam multitudinem Ægyptiorum, reducam inquam eos in terram "Patrosi, conversationis eorum; ut sint ibi "regnum humile.

15 Præ reliquis regnis erit humile, neq; se se extollet ampliùs supra gentes: imminuam enim eos ne dominentur in gentes:

16 "Ut non sit ampliùs domui Jisraelis fidentiæ revocaturæ *mihi* in memoriam iniquitatem, his avertentibus se post illos; sed agnoscant me esse Dominum Jehovam.

ANNOTATIO.

1 *Anno decimo*] Videlicet a deportatione Jeconjæ, ut suprà persæpè diximus. Ab hoc autem capite usque ad 33. prophetiæ singulares contra Ægypti regnum continentur in quatuor capita distinctæ, ratione magis argumenti quàm temporis. Nam temporum seriem minimè observari, sed Jechezkelem certo consilio ad argumentorum connexionem potius respexisse quàm ad prophetiarum tempus ex ipsa capitum serie cognoscimus: prima enim hac propheria cladem proponit Ægyptiorum quam ad Cyrenas acceperunt, postquàm Babylonio Jerusalemi obsidenti & occurfanti cessissent, Jirm. 37. 7. & ex ea occasione desolationem regni prædicit universè: in sequente verò prophetia minutatim, velut instante jam prioris prophetiæ complemento, desolationem hanc universam Ægypti explicat copiosissimè, capite 30. Posteà autem tertia prophetia exemplo confirmat desolationis illius prænuntiatæ amplitudinem, capite 31. quarta denique lamentum luctumque exhorrifica illa ruina ad Ægyptios perventurum præfigurat capite 32. eodem ordine quem suprà de Tyro annotavimus. Hujus ergo capitis duæ sunt partes: una, qua cladem illam describit a Cyrenæis illatam paulò post fugam ignominiosam Ægyptii (quæ hoc ipso anno contigit) usque ad versum 7. altera, qua futuram post annos multos eversionem totius Ægypti & restitutionem prædicavit, & copiosiùs explicavit capite 30. 2 *Dissone*] ut suprà 6. 2. *Parhhonem*] Chophrahhum, Jirme. 44. 30. 3 *Sic ait*] prior hæc prophetia contra Regem Chophrahhum duas partes comprehendit; causam, hoc vers. & narrationem propheticam malorum quę erant ipsi eventura, tribus seq. Causa est maxima & insolentissima Regis prę-fidentiæ: qui (ut narrat Herodotus in Euterpe) ea fuit persuasione ut ne Deum quidem ullum sibi putaret posse regnum adimere, quod hoc vers. exprimitur elegantissimè: altera verò causa subditur in fine versus 6. quòd Judæos præsidente illa gloriatione in se acquiescentes fefellerit. *Balæna max.*] epitheton regis Ægypti qui suis viribus ita præfiare omnibus videbatur sibi, ut balæna omnibus feris; de qua vide Ijobi 41. Posset etiam non incommodè pro crocodilo accipi qui tivos Nili incolit: sed alterum magis convenit sequentibus. *Mihi est*] quasi dicat, nemo est qui rivum meum mihi possit adimere, & vindicare sibi. 4 *Indam*] narratio hæc prophetica ostendit consilium & expeditionem Parhhonis contra Cyrenæos, hoc vers. deinde infelicem exitum & cladem gravissimam, seq. versu: quo de argumento consulendus est ibidem Herodotus. Allegoricè autem hæc prænuntiat Deus per comparationem balænæ, ostendens se consilio suo velut adhibitis hamis eductum esse ipsum cum copiis extra terminum Ægypti. 5 *Desertum* id est, in Libycas solitudines ad agrum Cyrenaicum. *Cades*] id est, cadet exercitus tuus; sic sequentia synecdochicè: nam alioqui ipse in Ægyptum reversus est. 6 *Eò quòd*] secunda causa, ut diximus in versum 3. sed propereà hûc rejecta, ut sit μεταβατικὴ ad sequentem locum. *Scipio Arund.*] ut 2. Reg. 18. 21. quod exponitur planissimè seq. versu. 7 *Cum prehendunt*] secunda prophetia, ut diximus in versum 1. causam judicii explicat, hoc est, deinde judicium narrat, quinque sequentibus; ac postremò aliquam restitutionem promittit, inde a vers. 13. 8 *Ut instabilias* id est, etiamsi omne studium, laborem, industriam, & vires tuas consumeres in juvandis & defendendis Judæis. Thebaide, Cusch verò terminum Septentrionalem notat, quà Ægyptus partim Syrico mari, partim Arabia petræa (quæ terminus est posterorum Cuschi) definitur; vide Genes. 3. 13. & 10. 7. & Herodotum lib. 2. cujus locum addùximus annè in Jeschahh. 30. 4. sic infrà 30. 11. 11 *Non transibit*] id est, infrequens erit & deserta plurimùm: ut exponitur seq. versu. 12 *Reddam enim*] videlicet cladibus infinitis a Cyrenæis primùm (ut suprà diximus) deinde ab intestinis bellis (ut narrat Herodotus) & a Chaldæis potissimùm, ut hîc & Jirm. 46. prophetatur. *Quadraginta annis*] transitionis argumentum ad promissam restitutionem. 13 *Nam sic ait*] narratio prophetica restitutionis promissæ, ut diximus in versum 7. Fuit autem hæc restitutio temporibus Amasis, qui regnum inclinantibus Babyloniorum rebus Cyri tempore occupavit: quem credibile est præfectum fuisse Ægypto per Babylonium post interfectum Chophrahhum, & eadem occasione Ægypti regem effectum esse, cùm præfecturam tantùm fiduciariam priùs obtineret, qua in re fefellerunt sacerdotes Ægyptii, ut multis aliis, Herodotum. *Exactis*] ex quo Ægypti re-

gnum fuerit eversum: ut fusius exponitur capite seq. 14 *Patrosi*] vide Genes. 10. 14. *Regnum humile*] id est, tributarium, nec ita potens, ut antè fuit: nam Persis post Chaldæos paruit: vide similem loquutionem supra 17. 14. 16 *Ut non sit*] finis judiciorum præcedentium, nimirum avocatio Ecclesiæ a fiducia rerum humanarum ad fidem in Deum certissimam. quasi dicat, ne in posterum Ægyptius sua amplitudine Judæos traducat ad fallacem illam confisionem quam antè habuerant, ac proinde efficiat ut ego animadvertam in ipsos propter peccata. plotum: similem loquutionem vide supra 21. 28. & 29.

CAPUT XXX.

Deus in mercedem expugnatæ Tyri dat Babylonio regnum AEgypti, ut eo sublato eveniat aliqua suis interspiratio: deinde minutatim judicium suum AEgyptiis fœderatisq; pronuntians, exponit se hominibus AEgypti cladem, fœderatis consternationem, subversionemq; regionibus per Babylonios allaturum esse.

1 ″ DEINDE fuit ″ vigesimoseptimo anno, primo *mensis*, primo *die* mensis; ut esset verbum Jehovæ ad me, dicendo,

2 ″Fili hominis, Nebucad-retzar Rex Babyloniæ ″exegit a copiis suis servitutem magnam contra Tyrum, ″omne caput decalvatum est, & omnis humerus [b] nudatus: merces autem non est ipsi & copiis ejus de Tyro, propter illam servitutem quam serviverunt contra eam.

3 Idcircò sic ait Dominus Jehova, ecce ego trado Nebucad-retzari regi Babyloniæ terram Ægypti; ut tollat multitudinem ejus, & spolium ejus, ac prædetur prædam ejus, unde sit merces copiis ipsius.

4 [c] Operæ pretium earum cujus nomine serviverint, trado illis terram Ægypti; quia operati sunt mihi, dictum Domini Jehovæ.

5 ″Die illa ita [d] efferam ″cornu domui Jisraëlis, ut ″tibi dem aperturam oris inter illos; ut ″cognoscant me esse Jehovam.

6 ″Rursus fuit verbum Jehovæ ad me, dicendo,

7 Fili hominis, prophetato dicens, sic ait Dominus Jehova; ejulate, *dicentes* Ah, de ″die ista.

8 Nam propinqua est dies, propinqua est, inquam, dies Jehovæ: dies [e] nubila, tempus ″gentium erit:

9 Cùm invadet gladius Ægyptum, eritq; gravis dolor in Æthiopia cadentibus confossis in Ægypto.

10 Æthiopes, ″Putæiq; & ″Ludæi, totaq; ″miscellanea turba, ″Cubæi quoque, deniq; [f] juncti fœdere cum illis gladio cadent.

11 ″Sic ait Jehova, & cadent sustentantes Ægyptum, ″descendetq; fastus roboris ejus: inde a turri ″Syenes gladio cadent in ea, dictum Domini Jehovæ:

12 Et ″desolabuntur [g] inter regiones desolatas, & civitates illius inter civitates vastatas erunt:

13 Ut experiantur me esse Jehovam, cùm ″posuero ignem in Ægypto, & fracti fuerint omnes auxiliarii ejus.

14 Die illo prodibunt nuntii ″a conspectu meo navibus, ad exterrendum Æthiopiam [h] securam: & erit gravis dolor in eis, cùm dies Ægypti, cùm ecce advenerit.

15 ″Sic

[a] *Heb.* servire fecit.

[b] *Heb.* depilatus.

[c] *Heb.* opus: metonymia: ut Levit. 19. 13.

[d] *Heb.* faciã efflorescere.

[e] *Heb.* nubis.

[f] *Heb.* filii terræ fœderis: periphrasis fœderatorum.

[g] *Heb.* in medio: sic sequẽs hoc ℣.

[h] *Heb.* in securitate.

15 "Sic ait Dominus Jehova; & faciam ut cesset multitudo Ægyptiorum per Nebucad-retzarem Regem Babyloniæ;
16 Ipsum, & populum ejus cum ipso, violentissimos gentium adductos ad perdendum istam terram; qui exerentes gladios suos contra Ægyptum implebunt eam terram confossis:
17 Et "redigens rivos *in* siccitatem vendam terram illam in manum malorum: deniq; desolabo terrã & 'quæ eam implent manu extraneorum; ego Jehova dixi.
18 "Sic ait Dominus Jehova, & perdam deos stercoreos, & faciam ut cessent idola "e Nopho, & "princeps e terra Ægypti non erit ampliùs: cùm indidero timorem terræ Ægypti.
19 Nam desolabo "Patrosum, & 'tradam igni "Tzohhanem; ac exercebo judicia in "No:
20 Et effundam æstum iræ meæ in "Sinem robur Ægypti, cùm excidero multitudinem No.
21 Cùm ponã ignem in Ægypto, 'valde dolebit Sin, & No "disrumpetur; & Noph, hostibus quotidianis.
22 Juvenes "Heliopoleos & "Bubasti gladio cadent, ipsæ verò *puellæ* in captivitatem abibunt:
23 Et "Daphnis obscurabitur dies, cùm frangam ibi "lora Ægypti, & cessabit in ea fastus roboris ejus: ipsam nubes operiet, & filiæ ejus in captivitatem abibunt.
24 Denique exercebo judicia in Ægyptum, ut experiantur me esse Dominum Jehovam.

i Heb. plenitudinẽ ejus.

k Heb. tradã ignem in Tzohhane.

l Heb. dolendo.
m Heb. erit ad disrumpendum.
n Heb. Pibeseth.

ANNOTATIO.

2 *Dein desunt*] Hujus prophetiæ (quæ superiorem post annos septemdecim subsequuta est) idem est argumentum; sed quod in ea obscurius fuerat prædictum hîc denuntiatur apertis verbis; nimirum subversio Ægyptiorum regni, in quod Nebucad-nezar occupata Tyro involavit. Continet itaque hæc prophetia primùm narrationem consilii Dei contra Ægyptum pro Ecclesiæ bono, usque ad vers. 6. deinde enarrationem singularem illius subversionis in Ægypto eventuræ, ad finem usque capitis. *Vigesimo septimo*] nempe a deportatione Jeconjæ, ut Jechezkel numerare solet; qui annus erat undecimus ante mortem Nebucad-retzaris. Nam huc referendum esse annorum numerum evincit ipsa historiæ series, cùm anno undecimo a deportatione capta sint Jerusalaima; duodecimo & decimotertio occupatæ sint & firmatæ regiones finitimæ Moabitarum, Hhammonitarumque: deinde Tyrus per annos tredecim obsessa, ut antè observavimus in Jeschahh. 23. 1. Ad quæ tempora prophetiam hanc pertinere ostenditur vers. 2. & sequentibus. 2 *Fili hominis*] priore hac prophetiæ parte Deus quodammodo Prophetam in consilium suum adhibet, & tanquam imperator summus narrat Nebucad-nezarem cum copiis se autore & duce maximis incommodis laboribusque contra Tyrum militasse, hoc vers. Ac propterea se Nebucad-nezari & militibus nunc demum tonum Ægypti regnum tradere evertendum atque spoliandum, pro mercede laboris diuturni consumpti in expugnatione Tyri, vers. 3. & 4. ac postremò exponit se, qui brutas quodammodo & alienas a fide promissionibusque operas numeretur, multo amplius beneficium erga Ecclesiam suam collaturum esse, vers 5. *Omne caput*] id est, diuturna illa obsidione tantoperè sunt attriti ut ne capillos quidem integros habere videantur, aut vestes unde humeros tegant. 5 *Die illa*] nimirum qua profligato Ægyptio adempta fuerit Judæis fiducia in illum. Est autem hæc præcedentis prophetiæ corollarium, quo ostenditur fore ut everso Ægypto, & monarchia Nebucad-retzaris constituta, Judæis levetur sua captivitas, & aliqua detur piis Prophetis ac servis Dei autoritas consitendi & promulgandi nomen Dei inter ipsos Babylonios: cujus rei complementum narratur Danijelis 2. & sequentibus, & 2. Reg. 25. 30. *Cornu* id est, robur & potentiam Christi in domo Jisraëlis aliquo pacto promovebo, ne planè sepulta & exstincta esse videantur. *Tibi*] & populo Dei; synecdoche. Nam Danijeli, tribus sociis illius, bonisque aliis tradita est autoritas promulgandi nomen Dei. *Reversus sum*] secunda hæc pars, enarratio (ut diximus in vers. 1.) complectitur propositionem summam illius judicii contra Ægyptios, & fœderatos omnes, usque ad versum 11. deinde ἐξεργασίαν, reliquo capite. Propositio autem primùm luctum imperat, vers. 7. tum explanat causam, tribus seq. 7 *Die ista*] quæ sequentibus exponitur. 8 *Gentium*] id est, quo gentes per voluntatem Dei sunt puniendæ; nimirum Ægyptii, vers. sequente; & fœderati, vers 10. 10 *Putaeã*] vide Genes. 10. 6. *Ludæi*] vide Genes. 10. 13. *Miscellanea turba*] auxiliarium stipendia in Ægypto facientium. *Cubæi*] id est, Libyæ interioris incolæ ad fluvium Nigirmi, ubi positum est oppidum Cuphe Ptolemæo; Geographicor. lib. 4. 11 *Sic ait*] propositionis ἐξεργασία tribus postissimum membris concluditur: primum est de Ægyptiorum calamitate & fœderatorum omnium consternatione;

versib. 4. secundum, de instrumentis & administris judicii istius, tribus sequentibus: postremum, de terræ ipsius desolatione, inde a vers. 18. *Descendetq;* id est, concidet & ruet. *Syenes* qui terminus est Ægypti meridiem versus: ut sup. 29.10. 12 *Desolabuntur* id est, erunt desolatissimæ omnium: sic sequentia. 13 *Posuero ignem* id est, violentia Chaldæorum tanquam igne pervastero. 14 *A conspectu meo* id est, me autore evolabunt ad Æthiopas qui nuntium perferant. 15 *Sic ait* secundus ἐργασίας locus, ut vers. 11. diximus. 17 *Redigens rivos* id est, iter tam facile præbens Babylonio, quàm si rivi arefacti essent & complanata terra. 18 *Sic ait* tertius ἐργασίας locus, ut diximus in vers. 11. *E Nopho* vide Jeschahh. 19.13. *Princeps* erat enim Noph altera regia, ut ibidem observavimus. 19 *Patrosum* vide Gen. 10.14. *Tzohhanem* vide Num. 13.22. *No* id est, Alexandriã, ut Jirm. 46.5. 20 *Sinem* id est, Pelusium clausuram Ægypti ex adverso Arabiæ Petræ, quæ deserto Sinis nomen dedit. 22 *Heliopoleos* vide Genes. 41.45. 23 *Daphnis* vide Jeschahh. 30.4. *Lora* id est, imperium tyrannicum, quod scriptura ferè denotat loris: ut Levit. 26.13.

CAPUT XXXI.

Deus attritis AEgyptiorum copiis per Cyrenæos, exponit nunquam fore ut clades illa reparetur; sed potiùs pergat AEgyptus ruere in exitium suũ, proturbante Domino: deinde per comparationem amplitudinis fastuosæ Assyriorum regis & subversionis illius, ostendit AEgyptũ non magis posse prænuntiatum illud Dei judicium effugere.

1 ″ FUERAT verò undecimo anno, primo *mense*, septimo
die mensis; fuerat inquã verbũ Jehovæ ad me, dicendo,
2 ″Fili hominis, ″brachium Parhhonis regis Ægypti
fregi; ″quod ecce non alligabitur inditis medicamentis, imposita fascia ad obligandum ipsum, ut confirmetur ad [a] tractandum gladium.

[a] *Heb.* prehendendũ: synecdoche; ut Gen. 4. 21.

3 Idcircò sic ait Dominus Jehova, ecce me contra Parhhonem regẽ
Ægypti; ut confringam brachia ejus, ″illud quod firmum est & quod
fractum fuit, ″ut dejiciam gladium e manu ejus:
Sup. 29.11. 4 Et dispergam Ægyptios in gentes, spargamq; eos in regiones.
5 Ideò confirmabo brachia regis Babyloniæ, tradens gladiũ meum
in manũ ejus; ut confringam brachia Parhhonis, & ″gemat gemitibus
confossorum coram illo.
6 Confirmabo autẽ brachia regis Babyloniæ, brachia verò Parhho-
nis concident; ut [b] cognoscatur me esse Jehovam, qui trado gladium
meum in manum regis Babyloniæ ut extendat illum contra terram
Ægypti.

[b] *Heb.* cognoscant: sic vers. seq.

7 Similiter dispergam Ægyptios in gentes, & spargam in regiones;
ut cognoscatur me esse Jehovam.
8 ″Deinde fuit undecimo anno, tertio mense, primo *die* mensis; fuit
inquam verbum Jehovæ ad me, dicendo,
9 Fili hominis, dic ad Parhhonem regem Ægypti, & ad multitudi-
nem ejus; ″cui similis es in magnitudine tua?
10 ″Ecce Assyrium, ″erat cedrus in Libano, pulchra ramis, & virgultis
umbrosa, altaq; statura; ″cujus calami summi erant inter densos ramos.
11 ″Aquæ educaverant eam, abyssus extulerat eam: ″fluentis ejus obi-
bat circumquaq; plantarium ″ejus, cùm ″aquæ ductus suos mitteret ad
byssus ad omnes arbores agri.
12 Idcircò exaltavit se statura ejus præ omnibus arboribus agri; &
multiplicabantur ramusculi ejus, prolongabanturq; rami ejus, [c] quos
emittebat, aquis multis:

[c] *Heb.* emittente ea.

13 In ramusculis ejus nidificabant omnes aves cœli, & sub ramis ejus
pariebant

pariebant omnes bestiæ agri; ac in umbra ejus sedebant omnes gentes amplissimæ.

14 Deniq; pulchra erat magnitudine sua, & longitudine palmitum suorum; quia erat radix ejus ad aquas amplas.

15 "Cedri" in horto Dei non abscondebant eam, abietes non erant similes ramusculis ejus & castaneæ non erant pares ramis ejus; nulla arbor in horto Dei similis erat ei pulchritudine sua.

16 Pulchram effeceram eam cum multitudine palmitum ejus; adeò ut inviderent ei omnes arbores Hhedenis quæ erant in horto Dei.

17 "Idcircò sic ait Dominus Jehova, eò quòd te exaltas statura; ut cùm edidisset ille summum calamũ suum inter densos ramos suos, elatus est "animus illius in altitudine sua:

18 Quamobrem tradidi eum in manum "fortissimi gentium; ut "liberè ageret in eum, propter improbitatem ejus expuli eum:

19 Ita cædentes eum extranei violentissimi gentiũ deseruerunt eum: in montibus, & in omnibus vallibus deciderunt palmites ejus, & fracti sunt rami ejus in omnibus alveis terræ, descendentesq; ab umbra ejus omnes populi terræ deseruerunt eam:

20 Super [f]cadivum truncum ejus habitant omnes aves cœli, & in ramis ejus sunt omnes bestiæ agri:

21 "Ut non exaltent se de statura sua ullæ arbores [g]irriguæ, & "nõ proferant summum calamũ suum inter densos ramos, neq; [h]conquiescant in se ipsis altitudine sua, [i]ullæ riguæ: quandoquidem omnes illi traditi sunt morti, *dejecti* in terrã imam inter filios hominis, ad [k]eos qui descenderunt in foveam.

22 "Sic ait Dominus Jehova, quo die descendit in sepulchrum, [l]luctu quem importavi "obtexi pro eo abyssum, cohibens fluenta ejus, ut cohiberentur aquæ multæ: & atratum reddidi pro eo Libanum, & omnibus arboribus agri propter eum fuit defectio animi.

23 Præsono casus ejus commovi gentes, cùm demitterem eum in sepulchrum cum descendentibus in foveam: unde consolationem cepe-runt in terra ima "omnes arbores Hhedenis, dilectus & præstantia Libani, omnes riguæ.

24 Etiam ipsi cum illo descenderunt in sepulchrũ ad confossos gladio; qui *domiti* brachio illius residebant in umbra illius inter gentes.

25 "Cui ex arboribus Hhedenis "ita similis es gloria & magnitudine? similiter dejicieris "cum arboribus Hhedenis in terrã imam, in medio "præputiatorum cubabis cum confossis gladio; "ille *est* Parhho, & tota multitudo ejus, dictum Domini Jehovæ.

d Heb. cor.

e Heb. agendo ageret.

f Heb. casum.

g Heb. aquarum.

h Heb. stent.

i Heb. biben tes aquas: sic vers. 23

k Heb. descẽdentes cisternæ: sic vers. 23.

l Heb. lugere feci, obtexi.

ANNOTATIO.

1 *Fuerat Gerò*] Hoc membrum prophetiæ sequentibus potiùs quàm antecedentibus conjungendũ esse tum inscriptio ipsa, tum etiam argumentum docet. Pertinet enim prophetia hæc propriè ad caput 29. non autem ad 30. quia aliquod complementũ hoc loco demonstratur eorum quæ fuerant prædicta in principio capitis 29. Quamobrem cùm prophetia hæc multis annis superiorem præcesserit, placuit verbum substantivum plusquamperfecto reddere: quia hæc eodem anno prophetata sunt, quo expugnata Jerusalaima; superior verò prophetia eo anno, quo expu-

gnata est Tyrus, id est, post annos quindecim. Hujus autem capitis duæ sunt partes; prior, qua ex incheata Ægyptiorum ultione Deus ostendit ea tantùm initia dolorũ esse, & multo graviora Ægyptiis post annos quindecim eventura (ut antè vidimus) deleto regno, usq; ad vers. 8. posterior verò, qua causam & judicium illud illustrat & confirmat exemplo, inde a vers. 8. 2 *Fili hominis*] priore hac parte exponuntur duo: occasio prophetiæ, hoc vers. & sequenti gravioris mali denuntiatio, sequentibus. Occasio autem prophetię fuit, quòd Chophrahh rex Ægypti cedens occurrenti Babylonio, copias suas (quas in adjumentũ Judæorũ comparaverat) trajecta Ægypto cõtra Cyrenæos transtulerat, a quibus accepit plagam gravissimam & ignominiosissimam, ut diximus sup. 29. 1. & ibidem propheratus est, usq; ad vers. 7. *Brachium*] id est, roboris partem; ea videlicet clade, quam modò diximus. *Quod ecce*] id est, nunquam acceptum damnum resarciet; neq; per exteros, neq; per suos populares ab isto malo curabitur. Nam Chophrahhum hac clade accepta ipsis Ægyptiis exosum invisumq; fuisse narrat Herodot. lib. 2. quod malum hic tractatur allegoriâ; cujus similis habetur Jeschahh. 1. 6. 3 *Illud quod firm.*] id est, tum reliquam virium partem quæ adhuc integræ permanserunt adimam, tum eas ipsas quæ fractæ sunt planè comminuam. *Ut dejiciam glad.*] id est, ut præripiam omnem belli gerendi facultatem, ferendiq; auxilii: interminatio allegorica; cujus efficiendæ modus ponitur vers. 5. finis verò, duob. seq. 5 *Gemat gemit.*] nam invadente Ægyptum Babylonio Chophrahh per Amasin & Ægyptios deditus, in custodia servatus est, & miserè strangulatus: etsi Herodotus (ut antè monuimus) hac in re fallus est, quòd Amasin jam tum Regem fuisse dicit qui prorex fuit Babylonii. 8 *Deinde fuit*] secunda hæc prophetia (ut sup. diximus in vers. 1.) superioris est confirmatio ab exemplo Assyrii, cui cõparatur Ægyptius vers. sequente, & vers. ultimo; reliqui intercedentes vers. Assyrii exemplum explicant trib. locis: quorum primus est ratio amplitudinis & fastus illius, usq; ad vers. 17. secundus est casus & ruina præceps, usq; ad vers. 22. tertius est calamitas & luctus aliarum gentium cum ipso, inde ad vers. ultimum. 9 *Cui similis es*] hæc interrogatio, qua Deus cõscientiam appellat Ægyptii, viam sternit ad propositionem sequentis exempli. quasi dicat, ne putato unquam fuisse quemquam cujus amplitudo cum tua amplitudine potuerit comparari: sunt certè quibus compareris, & in iis ecce tibi exemplum recens Assyrii, cujus amplitudo omnino fuit par aut superior tua, verss. seq. & animum adverte ad casum illius, &c. quamobrem hæc eadem verba κυκλοῷδῶς repetuntur vers. ultimo. 10 *Ecce Assyr.*] exemplum Assyrii totum allegoricum, sive expressum per comparationem elegantissimam: cui similis est sup. 17. 3. & sequentibus, & Danijel. 4. *Erat cedrus*] id est, erat similis arbori procerissimæ, speciosissimæ, opacissimæ, frondosissimæ, vividissimæ, &c. quæ omnia ex sequentibus adjunctis intelligenda sunt; hoc est (uno verbo) omnium erat præstantissimum stirps. *Cujus calami*] id est, conferta ramusculis in omnib. brachiis sive ramis suis, quod melius Græcè exprimas, πυκνολιθῶς κλαδίοκωνέντοῖς ἀκρέμοσιν. 11 *Aquæ educavit*.] id est, omnibus modis secundabatur, & provehebatur felicissimè. *Fluentis ejus*] expositio felicitatis Assyrii per comparationem aliorum: quemadmodum (inquit) arbor non rivulis manu ductis, sed plenis fluentis irrigata reliquas sitientes aut non ita copiosè irrigatas vi sua superarat, primùm diffusis undequaq; radicibus, hoc vers. & vers. 14. deinde trunco, brachiis, ramis, & ramusculis ad commoditatem rerum creatarũ omnium, vers. 12. & 13. deniq; omnibus numeris antecellit; ita fuit Assyrius cum reliquis gentibus comparatus: quæ omnes non fluentis circumquaq;, sed tanquam jejunis aquę ductibus rigabantur, si cum Assyrio compares. *Ejus*] videlicet abyssi. quasi dicat, irrigatum plantarium abyssi aquis. *Aquæ ductus*] videlicet tantùm: quia hæ arbores non fluentis, sed ductionibus tantùm erant irriguæ; quam allegoriam modò interpretatus sumus. 15 *Cedri*] amplificatio a comparatione aliorum regum & principum omnium qui ea tempestate vixerunt, quòd non æquarent Assyrium, hoc vers. & quòd invident, vers. sequente. *In horto Dei*] id est, in plantario irriguo atq; uberrimo, quod nominaverat sup. vers. 11. *Abietes*] id est, maximę & crassissimæ arbores neq; trunco, neq; brachiis, neq; ramis, neq; specie ulla erant cum ea comparandæ. 17 *Idcirco*] secundus locus de casu Assyrii, ut diximus in vers. 8. ad quem transitur brevi apostrophe ad Ægyptium, principio hujus vers. 18 *Fortissimi gent.*] id est, Babylonii, ut jam suprà nominatus est 28. 7. & 30. 16. & vers. seq. Nam Esar-chaddon Assyrius per Berodac-baladanum Babylonium oppressus est & ejectus: quamobrem defecerunt ab eo omnes, plurimiq; ad Babylonium transfugerunt, seq. vers. adeò ut jam regio Assyriæ ignominiosissimè tereretur pedibus omnium, & in contemptum veniret vers. 20. 21 *Ut non*] finis præcedentis judicii effecti contra Assyrium, nempe ut gentes omnes edoctæ exemplo illius discant non exaltare se, non luxuriari, neq; in se ipsis conquiescere fiducia sui; ne tandẽ in parem aut gravioris calamitatem delabantur. *Non proferant*] videlicet ut fecit Assyrius. 22 *Sic ait*] tertius locus; ut diximus in vers. 8. tam horrendum fuisse judicium Dei contra Assyrium, ut res omnes creatæ inanimæ & animatæ horrore illius affectæ sint, ex quo ad æmulos pervenit consolatio, vers. sequente; & exitiũ ad eos qui hærebant Assyrio, vers. 24. *Gotexi*] id est, feci ut abyssus qua irrigabatur Assyrius quasi lugens se se comprimeret, & fluenta sua subtraheret; quemadmodum lugentes solent in ædib. se se continere: sic sequentia dicta humanitus. 23 *Omnes arbores*] id est, alii reges & principes, de quibus sup. 15. & 16. 25 *Cui ex arb.*] ἀναφορὰ sive repetitio propositionis dictæ vers. 9. qua concludit Propheta omnino Ægyptium gloria cum Assyrio comparandum esse; ac proinde supplicio quoq; comparandum iri. *Ita*] videlicet ut similis es Assyrio. *Cum arboribus*] id est, cum principibus, quos præter Ægyptium Nebucadnetzar perditurus erat, ut superioribus prophetiis dictum erat. *Præputiatorum*] vide sup. 28. 10. *Ille est Parhhonem*] ironia. quasi dicat, ecce Parhhonem illum cum tota ipsius gloria.

CAPUT XXXII.

Deus insolentiam Regis AEgypti exprobrans, prædicit illum a se captum & laniatũ iri per Babylonium tam severo judicio, ut omnes gentes perhorrescant; deinde pro toto lamento illius ostendit alios reges populosq; potentissimos qui tum perierint ipsi de adventu ad sepulcrũ gratulaturos esse.

1 DEINDE fuit duodecimo anno, duodecimo mense, primo die mensis; fuit, *inquam*, verbum Jehovæ ad me, dicendo,

2 Fili hominis, profer lamentationem contra Parhhonem regẽ Ægypti, & dicito ad eum; juveni leoni inter gentes similis es: imò es similis balænæ per maria, cùm prodiens per flumina tua conturbas aquas pedibus tuis, & perturbas flumina illarum.

3 *Sic*

3 "Sic ait Dominus Jehova, "at expandam contra te rete meum per congregationem "populorum multorum; qui educent te plagis meis:
4 Et deserens te in terra, in superficie agri dejiciam te; "faciámque ut habitent super te omnes aves cœli, & saturabo ex te bestias totius terræ,
5 Exponẽs carnẽ tuam super mõtes, & implens valles "altitudine tua,
6 "Et irrigans terrã natationis tuæ sanguine tuo usque ad ipsos montes; adeò alvei implebuntur te.
7 "Et operiam, cùm exstinguã te, cœlos, atratasq; reddam stellas eorum: Solem nube operiam, & Luna non faciet ut luceat lux sua:
8 Omnia luminaria "lucida in cœlis atrata reddam super te; & disponam tenebras super terram tuam, dictum Domini Jehovæ:
9 Et ad "indignationem provocabo [b] animum populorum multorũ; efficiẽdo ut perveniat cõfractio tua ad gẽtes, in regiones quas nõ nosti:
10 Faciamq; ut obstupescant de te populi multi, & reges eorum horrescant propter te horrore, [c] "vibrãte me gladium meũ ante faciẽ illorũ; ut trepidẽt singulis momentis quisque propter [d] se ipsum die casus tui.
11 "Nam sic ait Dominus Jehova, gladius regis Babyloniæ invadet te.
12 Gladiis robustorum dejiciam multitudinem tuam, violẽtissimorum "in gentibus omnium, qui vastabunt fastum Ægypti; ut perdatur tota multitudo ejus.
13 Perdam etiam omnia "jumenta ejus, ne superveniant aquis multis: "ut non conturbet eas pes humanus ampliùs, etiam [f] ungulatus jumentorum non conturbet eas.
14 Tunc faciam "ut sidant aquæ illarum; & flumina illarum "tãquam oleum faciam ut ambulent, dictum Domini Jehovæ;
15 Cùm reddidero terram Ægypti [g] desolatissimam, terram destitutã "iis quæ implebant eam; cùm percussero omnes habitantes in ea, ut experiantur me esse Jehovam.
16 Lamentatio "hæc est, qua lamentabuntur illam, filiæ gentium lamentabuntur illam: de Ægypto & de tota multitudine ejus lamentabuntur illa, dictum Domini Jehovæ.
17 "Deinde fuit duodecimo anno, decimo quinto die ejusdem mensis; fuit, *inquam*, verbum Jehovæ ad me, dicendo,
18 Fili hominis, ede lamẽtum de multitudine Ægypti, & "effer eam; ipsam ut filias gentium validarum in imas terræ *partes* cum descendentibus in foveam,
19 *Dicens*, "quo amœnior esses? descende, ut prosternaris cum prępu-
tiatis;
20 Inter confossos gladio *qui* ceciderint: "gladius positus est, trahite eum, & omnes copias ejus.
21 "Alloquantur illum fortissimi potentum è medio sepulchri cum auxiliaribus ejus; qui descenderint, jacuerint "præputiati apud confossos gladio.

a *Heb.* lucis.
b *Heb.* cor.
c *Heb.* cùm faciam ut volet.
d *Heb.* animam suam.
e *Heb.* gẽtiũ.
f *Heb.* ungularum.
g *Heb.* desolationem & desolatam.
h *Heb.* plenitudine sua.
i *Heb.* facẽ descendere.

22 "Ibi *alloquatur* Assyrius cum tota congregatione sua, circumstantibus" illum sepulchris" hujus; omnes confossi qui ceciderunt gladio:
23 Cujus sepulchra dispositа sunt in lateribus foveæ, ut ejus congregatio" circumstet sepulchrum illius; omnes cōfossi qui ceciderunt gladio, qui terrorem indiderant terræ viventium.
24 Ibi *alloquatur* Hhelam cum tota multitudine sua circumstans sepulchrum illius," omnes confossi qui ceciderunt gladio, qui descenderunt præputiati in imas terræ *partes*; qui indiderant terrorem suum terræ viventium, & reportant ignominiam suam cum descendentibus in foveam:
25 Cui inter confossos[k] positum est cubile cū tota multitudine ipsius; circumstantibus illam sepulchris ipsius: omnes præputiati cōfossi gladio, qui[l] indito terrore suo in terra viventium, jam reportant ignominiam suam cum descendentibus in foveam, inter confossos positi.
26 Ibi *alloquantur*" Meschec, Tubal, cum tota multitudine sua circumstantes illum sepulchris suis; omnes præputiati confossi gladio, cùm indiderint terrorem suum terræ viventium.
27 "Quamvis non cubent cum potentibus qui ceciderunt ex præputiatis: qui" descendent in sepulchrum cum instrumentis[m] bellicis suis, positis gladiis ipsorum sub capitibus ipsorum," cùm incumbat iniquitas eorum ossibus ipsorum; quia terror potentum in terra viventium est.
28 "Tu quoque inter præputiatos confringéris, & jacebis cum confossis gladio.
29 Ibi *alloquatur* Edom, reges ejus, & omnes principes ejus, qui cōlocabuntur potentia" illorum apud confossos gladio: ipsi cum præputiis cubabunt, & cum descendentibus in foveam.
30 Ibi *alloquantur*" Toparchæ Aquilonis quotquot sunt, & omnes Tzidonii; qui descendent ad confossos cum terrore suo, à potentia illorum erubescentes, cubabuntq; præputiati cum cōfossis gladio, reportantes ignominiam suam apud descendentes in foveam.
31 "Hos videns Parhho consolationem capiet de tota multitudine sua; confossi gladio, Parhho, & omnes copiæ ejus, dictum Dominī Jehovæ:
32 Cùm indidero terrorem meum terræ viventium; & prostratus fuerit inter præputiatos cum confossis gladio, Parhho & tota multitudo ipsius, dictum Domini Jehovæ.

k *Heb.* posuerunt.

l *Heb.* cùm inditum est terror: impersonali cōstructione Hhebræis frequentissima: ut in fine versus.

m *Heb.* belli ipsorum.

ANNOTATIO.

1 *Deinde fuit*] Duplex in hoc capite prophetia contra Ægyptum continetur, utraque eodem argumento: prior, ver. usque 17. posterior, inde ad finem capitis. Prioris autem membra sunt tria; primum est propositio improbitatis & insolentiæ Ægyptii, quæ causam judiciis consequentibus attulit, ver. sequēte: secundum, narratio judiciorum, usque ad versum 16. tertiū, epilogus, ver. 16. *Duodecimo*] a captivitate Jeconjæ, ut antè diximus; quo anno everterant Jeruschalaima. 2. *Lamentationem*] id est, prophetiam lamentabilem & exitialem Ægyptiis. *Juvenes leonum*] comparatio, ut suprà 19. 2. & sequentibus. *Balæna*] ut suprà 29. 3. *Per flumina tua*] id est, commodiate Nilo, qui

multis ostiis in mare profunditur. *Illarum*] videlicet aliarum gẽtium. q.d. finitimos omnes, qui sub aliena potestate sunt, ad res novas defectionémque sollicitas & permoves: ut Tzidkijam moverat Ægyptius. 3 *Sit ait*] propheticè hæc narratio venturi judicii primùm docet quale judicium futurum sit, usque ad versum 11. deinde per quos & quamobrem, versu undecimo, & quatuor sequentib. *At expandam*] judicium duo summatim continet; perditionẽ Ægypti, descriptam allegoricè ab eadem balænæ similitudine, versibus 4. deinde horrorem rerum creatarũ omniũ inanimarum, animatarúmque, in cœlo & terra præ gravitate judicii, quatuor alteris. *Populorum multor.*] qui futuri sunt velut piscatores mei, duce Babylonio: qua piscandi similitudine ferè utuntur Prophetæ, cùm de Ægypto agitur. 4 *Eiciamque*] id est, exponam te omnibus consumendum. 5 *Altitudine tua*] id est, cadavere tuo, quamvis ignominiosis & altissimus videaris tibi. 6 *Et irrigans*] id est, faciẽs ut terra, in qua tanquam balæna natas, ipsa natet in sanguine tuo: elegantissima hyperbole. 7 *Et operiam*] alterum membrum judicii hyperbolicum, ut diximus in versum 3. de rebus cœlestibus & terrestribus, binis versib. 9 *Indignationem*] videlicet ex horrore & metu, quẽ audita Ægyptiorum clade perceperint. 10 *Vibrante*] id est, quàm celerrimè judicium meum contra te exsequente, illis spectantibus. 11 *Nam sic ait*] altera narrationis pars, ut diximus ver. 3. 13 *Jumenta*] id est equos, quorũ multitudine fretus Ægyptius obsistebat Babylonio, & alios ad defectionem provocabat amplissimis promissis: vide Jeschahh. 31. 1. 14 *Ut fidant*] id est, ut quietè se contineant gentes, quas prius balæna infestaverat: allegoria, ut principio capitis. *Ut non conturb.*] id est, non ampliùs abducat populos finitimos ab officio ipsorum: ut suprà ver. 2. *Tanquam oleum*] id est, faciam ut leniter agant, prout lenis est fluxus & sedatus præpinguis olei. *16 Hæc est*] epilogus, ut diximus ver. 3. 17 *Deinde*] secunda hæc prophetia sarcastica est tota adversus Ægyptũ: qua Propheta Ægyptiorum funus à se efferri fingit, & ab aliis gentibus quæ interciderant in medium ipsarũ accipi. Sunt itaque hujus prophetiæ partes, (præter inscriptionem comprehensam hoc versu) prima, funeris descriptio, tribus sequẽtibus; secunda, prosopopœia mortuorum Ægyptio gratulantium, usque ad versum 31. tertia, cõclusio totam consolationem Ægyptii fore, quòd socios habeat in suis calamitatibus. 18 *Effer*] videlicet funus ejus in sepulchrum; sive typo aliquo prophetico, sive sermone tantùm fuerit Propheta usus. 19 *Quo amœnior*] id est, cui putares te anteponendũ esse & habendum meliore loco? 20 *Gladius positus*] hypotyposis funeris venustissima; qua Propheta ostẽdit quãdoquidem tam fortis & strenuus fuit Ægyptius, planè æquum esse ut sepeliatur strenuorũ more, quibus in sepultura ad caput substernebatur gladius, indicium militaris fortitudinis: ut infrà ver. 27. ostenditur. Agite (inquit Propheta) jam positus est & stratus gladius, trahite cadaver Ægyptii potentissimi, ut ipsius caput pro cervicali incumbat gladio. 21 *Alloquantur*] jam incipit prosopopœia, hoc ver. ut diximus in versum 17. cujus gravitas amplificatur à populorum certorũ enumeratione, versibus seq. Similem prosopopœiam vide Jeschahh. 14. 12. & sequentibus. *Præputiati*] ut suprà 28. 8. 22 *Ibi alloquatur*] ἐργασία prosopopœiæ (ut diximus) per enumerationem tum duarũ monarchiarum quæ jam ceciderant, quatuor versibus; tum aliorum populorum qui propheticè casuri prædicũtur, versibus quinque. Est autem prior Assyriorum monarchia, posterior Hhelamitarum sive Medorum, ver. 24. *Illum*] Ægyptiũ adventantẽ recens in sepulchrũ suũ. *Hujus*] Assyrii; ut solet corona conveniẽtium ad novos advenas cõcurrere. 23 *Circumsteti*] id est, medium locum & eminentissimum tribuat Ægyptio: sic deinceps. 24 *Omnes confossi*] jam enim Hhelamitæ regnante Cyaxare fuerãt per Scythas domiti sub primum annum Tzidkijæ, ut annotavimus Jirmej. 49. 34. Quamobrem statim à Hhelamitis ad Meschecum, Tubalem, & cæteros qui Hhelamitas domuerant transit Propheta. 26 *Meschec, Tub.*] vide Genes. 10. 2. Sunt enim hi Scytharum sive Sarmatarum primi aditus in Asiam irrumpentium. 27 *Quamvis non*] occupatio ad hos & sequentes populos pertinens: dixerit quispiam, atqui isti non occubuerunt, sed rerum potiuntur in parte Asiæ: quid ergo causæ est cur istos ponas in numero mortuorum Ægypto gratulantium? respondet Propheta; etsi nondum ceciderunt, cadent tamen antequàm cadat Ægyptius: quamobrem sequentia sunt accipienda propheticè. *Descendent*] id est, efferentur funere magnifico, quale viris strenuis illi in morte quasi triumphare videntur sibi, subdito cervicibus ipsorum gladio, eos tamen esse miserrimos: quia jam iniquitas ipsorum (qua ad terrendos & domandos homines abutũtur) incumbit capitibus ipsorum, & post funera ossa quoque ipsorũ prosequutura est. 28 *Tu quoque*] Meschec, Tubal, & tota multitudo, quæ modò in Hhelamitarum domũaris. 29 *Illorum*] videlicet Chaldæorum, ut prophetatum est Jirmej. 49. 7. & suprà 25. 12. sic versu seq. 30 *Toparchæ*] id est Tyrii, Damasceni, & Syri alii, de quibus fuerat prædictum Jirme. 47. & 49. 23. & suprà 26. & nobis seq. 31 *Hos videns*] epilogus, ostendens omnem justam consolationem Ægyptio defuturam, ut annotavimus in versum 17.

Caput XXXIII.

Deus Prophetam revocans ad prædicandum voluntatem suam inter populares, ab exemplo militaris confirmat ipsum de vocatione & functione Ecclesiastica, & præmunit cõtra Iudæorum calumnias: deinde completo signo quod antè promiserat, jubet eũ Iudæis quidem & se nihilominus in functione adversus omnia scandala confirmare.

1 ET fuit verbum Jehovæ ad me, dicendo,

2 "Fili hominis, alloquere [a] populares tuos indicens eis, cùm "adducturus sum contra terram aliquam gladium; si acceperint populus illius terræ [b] unum quempiam" ab extremitatibus suis, quem imponant sibi speculatorem,

3 Et videns" gladium supervenientem terræ, clanxerit buccina & monuerit populum:

4 Audiens verò [c] quisque sonum buccinæ non [d] acceperit monitum, & adveniens gladius sustulerit ipsum: [e] cædis suæ *causa*" in capite ipsius erit.

[a] *Heb.* filios populi tui: sic infrà ver. 12. & 17.
[b] *Heb.* virũ unum.
[c] *Heb.* qui audit.
[d] *Heb.* monitus fuerit: sic deinceps.
[e] *Heb.* sanguis ejus: ut Levit. 20. 9.

5 Sonum buccinæ audivit, ſed monitum non accepit; cædis ſuæ cauſa in eo erit: ſi enim monitum accepiſſet, [f] ſe ipſum eripuiſſet.

f Heb. animam ſuam: ſic ver. 9.

6 Ipſe verò ſpeculator cùm viderit gladium adveniẽtem, ſi non clanxerit buccina, populúſque non fuerit monitus, & adveniẽs gladius ſuſtulerit ex eis [g] aliquem: hic propter iniquitatem ſuam tolletur, ſanguinem verò ejus è manu ſpeculatoris repoſcam.

g Heb. animam.

7 "Te autem, ô fili hominis, te *inquam* ſpeculatorem dedi domui Jiſraëlis; ut audiens ex ore meo verbum moneas eos ex me.

ſuprà 3. 2. & ſequentib.

8 Cùm dixero improbo, improbe, [h] omnino moriturus es; ſi non loquaris monendo improbum *ut deſiſtat* a via ſua: ipſe improbus propter iniquitatem ſuam morietur, ſanguinem verò ejus è manu tua requirã.

h Heb. moriendo: ſic ver. 14.

9 Tu verò ſi monueris improbum de via ſua, ut revertatur ab ea, neque reverſus fuerit à via ſua; ipſe propter iniquitatem ſuam morietur, tu autem te ipſum eripueris.

10 "Tu itaque fili hominis, dic ad domum Jiſraëlis, ita loquimini, dicendo, cùm defectiones noſtræ & peccata noſtra incumbunt nobis; & in ipſis nos tabeſcimus, ecquî viveremus?

ſuprà 18.

11 Dic ad eos, "*ne* vivam ego, dictũ Domini Jehovæ, ſi delector morte improbi; ſed *delector* cùm revertitur improbus à via ſua, ut vivat: revertimini; revertimini à viis veſtris peſſimis; cur enim moreremini, domus Jiſraëlis?

12 "Tu ergo, fili hominis, dic ad populares tuos, juſtitia juſti non eſt ereptura ipſum tempore defectionis ſuæ, & [i] in ſua improbitate improbus non corruet quo tempore reverſus fuerit ab improbitate ſua: ut juſtus non poterit vivere illâ quo tempore peccabit.

i Heb. in improbitate ipſa improbi non corruet: ut Geneſ. 9. 6.

13 Cùm dixero juſto, [k] omnino victurus es, ſi ipſe confiſus juſtitiæ ſuæ fecerit iniquitatem; omnia juſtè facta ipſius non memorabuntur, ſed in iniquitate illa ſua quam facit morietur:

k Heb. vivẽdo: ſic ver. 15. & 16.

14 Et cùm dixero improbo, omnino moriturus es; ſi reverſus a peccato ſuo exercuerit judicium & juſtitiam,

15 Pignus reſtituerit improbus, rapinam reddiderit, in "ſtatutis vitæ ambulaverit non faciendo iniquitatem; omnino vivet, non morietur:

16 Omnia peccata ejus quibus peccavit non memorabuntur ei; judicium & juſtitiam exercuit, omnino vivet.

17 "Intereà dicunt populares tui, non eſt [l] æqua via Domini; cùm ipſorum, ipſorum via non ſit æqua.

l Heb. diſpoſita: ſic deinceps.

ſuprà 18. 25.

18 Cùm avertit ſe juſtus à juſtitia ſua, & facit iniquitatem; etiam moritur in "iſtis:

19 Cùm autem avertit ſe improbus ab improbitate ſua, & exercet judicium & juſtitiam; in his ipſe vivit.

20 Attamen dicitis, non eſt æqua via Domini: quemque ſecundum vias ſuas judicabo vos, ô domus Jiſraëlis.

21 "Fuit

21 "Fuit autem duodecimo anno, decimo menſe, quinto *die* menſis à deportatione noſtra; ut veniens ad me quidam qui evaſerat Jeruſchalaimis diceret, percuſſa eſt civitas.

22 "Manus autem Jehovæ adfuerat mihi veſpere, ante advẽtum ejus qui evaſerat, ut aperiret os meum, donec is veniret ad me manè; aperueratq; os meum, ut non obmuteſcerem ampliùs.

23 "Fuit ergo verbum Jehovæ ad me, dicendo,

24 "Fili hominis, qui habitãt vaſtitates iſtas in terra Jiſraëlis, loquuntur dicẽdo; "unicus erat Abraham qui hæreditariò poſſideret hanc terram: nos autem multi *ſumus*, nobis tradita eſt hæc terra in hæreditatem.

25 Idcircò dic ad eos, ſic ait Dominus Jehova; cũ ſanguine ipſo comeditis, & oculos veſtros attollitis ad ſtercoreos deos veſtros, ſanguinémque effunditis: & iſtam terram hæreditariò poſſideretis?

26 "Inſiſtitis gladio veſtro, facitis abominationem, & quiſque uxorem amici ſui impuratis: & iſtam terram hæreditariò poſſideretis?

27 Sic dicito ad eos, ſic ait Dominus Jehova, *ne* vivam ego, niſi qui in vaſtitatibus ſunt gladio cadant; & qui eſt in ſuperficie agri, beſtiis eum exponam quem comedant; qui verò in munitionibus & in ſpeluncis, peſte moriantur.

28 Ita reddam iſtam terram [m] deſolatiſſimam, & deſinet faſtus roboris ejus: deſolabuntúrque montes Jiſraëlis adeò ut nullus tranſeat:

29 Ut experiantur me eſſe Jehovam; cùm reddidero iſtam terram deſolatiſſimam propter omnes abominationes iſtorum quas faciunt.

30 "Tu etiam, fili hominis, populares tui frequenter prædicantes de te" juxta parietes & in portis domorum; quorum alloquitur "alter alterum, & quiſque fratrem ſuum, dicendo; venite jam, & audite quod ſit verbum quod prodit a Jehova:

31 Venientes ad te" quaſi adventu populi, ſedenteſq; coram te *quaſi* populus meus, & audientes verba tua, ipſa non faciunt: "quamvis [o] ſuaviſſima ore ſuo ipſi faciant, [p] quæſtum ſuum animus ipſorum perſequitur.

32 Nam ecce tu es eis quaſi canticum ſuaviſſimum pulchrum ſono, & quidem [q] optimè pulſantis: ſed ut audiant verba tua, minimè faciunt ea.

33 Cùm igitur evenerit" illud (ecce advenit) tum experientur Prophetam fuiſſe in medio ſui.

[m] *Heb.* deſolationem & deſolationem: ſic ver. ſeq. ſuprà 24. 21.

[n] *Heb.* unus unum, vir fratrẽ ſuũ.

[o] *Heb.* amationes: ſic ver. ſequẽte.

[p] *Heb.* cor ipſorũ poſt quæſtum ſuum it.

[q] *Heb.* bene facientis pulſando.

ANNOTATIO.

1 *Et fuit*] Finitis prophetiis ad gentes exteras pertinentibus, nũc demum Propheta ad popularium ſuorum documenta revertitur, a quibus abſtinuerat inde à capite 24. Sunt autem hujus capitis (in quo certa documenta traduntur Prophetæ, ut confirmetur ad ſequentes prophetias intrepidè hominibus ſuis pronuntiãdas) partes omnino duæ: una, qua Deus Prophetam de integro inſtituit de vocatione & doctrina ipſius, uſque ad verſum 21. altera, qua præmittit ipſum contra blaſphemias & offenſiones popularium, inde ad finem capitis. Prioris autem partis documenta ſunt, primùm de vocatione & functione prophetica, tum κατὰ θέσιν & comparationem nobiliſſimã, uſque ad verſum 7. tum ſpeciatim de vocatione Jechezkelis & ſumma doctrinæ populo exponendæ; καθ' ὑπόθεσιν, ver. 7. & duobus ſeq. deinde verò de doctrinæ confirmatione, & rerum ei adverſantium confutatione, ver. 10. & ſequentibus. Quam

documẽtorum formam Deus jam antè adhibuerat, cùm Prophetam vocaret primùm, suprà cap. 3. 2 *Fili hominis*] propositio theseos (ut modò diximus) pertinẽtis ad comparationem minoris. q.d. si qui populus aut respubl. in bellorum suspicione aut metu speculatorem posuerit, ipsius est monere populares suos: quod si tempestivè fecerit, non tenebitur præstare culpam eorum quos hostis interceperit; si non fecerit, luet pœnas suæ aut perfidiæ, aut indiligentiæ. Jam verò te non populus, aut humana ulla autoritas; sed ego ipse speculatorem constituti in populo meo, suprà 3. & quamvis per aliquod tempus jusserim te obmutescere apud populares tuos, suprà 24. tamen jam te ad præcedentem functionem revoco, quando ille qui evasit ad te venturus est, infrà ver. 21. ut tibi a me prædictum fuerat: itaque age, attende ad functionem tuam, &c. & necessitatem illius perfungendæ tibi impositam explica tuis popularibus. *Adducturus sum*] nam nullum est malum, nulla calamitas in civitate aut regione ulla, cujus non sit auctor & effector Deus, Hhamos 3. 6. *Ab extremitatibus*] id est, è terminis regionis suæ, quia ipsis terminorũ incolis magis perspectæ sunt omnes viarum & adituum cõmoditates, in quibus explorent observéntque omnia. 3 *Gladium*] id est, hostem armatum, synecdochicè: sic deinceps. 4 *In capite ejus*] solùm videlicet; non autem à speculatoris capite reposcetur pœna. 7 *Te autem*] accommodatio præcedẽtis theseos & comparationis militaris, ut indicavimus in versum 2. 10 *Tu itaque*] ἐργασία præcedentis vocationis & functionis propheticæ, à repetitione documentorũ legis de misericordia Dei erga resipiscentes: cujus occasio, nimirum sermo diffidentiæ ex qua laborabant Israëlitæ, ponitur hoc ver. responsio verò, sequentibus. Nam objectio Israëlitarum fuit hujusmodi: tu ipse antè prophetasti nos morituros esse, & tabefactum iri in peccatis nostris, suprà 24. 23. & res ipsa nunc demum ostendit omnem restitutionis speciem & spem à Deo nobis præcisam esse: quamobrem quî fieri posset ut nos viveremus, aut tu bona fide nobis vitam prædiceres? respondet Propheta, illud ego quidem dixi quod jam a vobis adducitur; sed amplius etiam dixi quod vos reticetis sive oblivione, sive diffidentia, sive malitia vestra, nempe Deum non delectari morte impiorum, &c. suprà 18. 23. 11 *Ne vivam ego*] summa responsionis, quæ amplificatur sequentibus eadem ratione qua usus fuerat Propheta suprà 18. 12 *Tu ergo*] ἐπεξεργασία, sive amplior exornatio responsionis quæ posita est proximè precedente ver. 15 *Statutis vitæ*] id est, ad salutem vitámque pertinentibus, & quibus promissa est vita. 17 *Interea*] amplificatio præcedentis documenti per contentionem patheticam, quam exponunt tres sequẽtes versus. 18 *Si*] videlicet averſione tua à justo, & perpetratione iniquitatis. 21 *Fuit autem*] secunda pars capitis, in qua Deus exhibito signo quod ante annos quatuor promiserat, suprà 24. 26. Prophetã de integro informat ut prophetet suis popularibus. Ac signi quidem explicatio duobus versibus continetur; prophetiæ verò popularibus annuntiandæ, reliquis. Signum est duplex; unum, hominis cujusdam per quem renuntiata est subversio Jeruschalaimorum, de qua 2. Reg. 25. 11. & sequentibus, hoc ver. alterum, spiritus Dei præmonentis Prophetam, & tanquam nova vocatione instruentis, ver. sequente, ut promissum fuerat suprà 24. 22 *Manus*] vide suprà 1. 3. 23 *Fuit ergo*] hac prophetia Iechezkel populares suos reprehendit duobus nominibus: primùm reliquias Judæorum adhuc in Judæa commorantes, quòd non resipiscerent antegressis castigationibus; sed jus terræ eodem modo sibi arrogarent quo factum fuerat tempore Tzidkijæ, ut vidimus suprà 11. 15. qui locus exponitur usque ad versum 30. deinde verò Judæos deportatos, quòd prophetias sibi Deo autore indictas ludificarentur, ad finem usque. 24 *Fili hominis*] hæc propheticæ pars continet primùm propositionem superbi dicti Judæorum, hoc ver. reprehẽsionem ipsorum; duobus seq. & interea nationem judicii, tribus. *Unicus erat*] q.d. si Deus uni Abrahamo adjudicavit hãc terram promissionibus, quid faceret nobis? qui plurimi sumus, ac hæredes Abrahami: nostrâ igitur est terra ex hæreditate. Quod argumentum refellit Propheta sequentibus, dicens, non estis filii aut hæredes Abrahami; nam si filii essetis Abrahami, opera Abrahami faceretis, ut Joan. 8. 39. Jam autem contrà facitis quàm fecit Abraham. 26 *Insistitis gladio*] id est, cõfidite & nitimini violentiæ vestræ, cujus administer est gladius. 30 *Tu etiam*] altera hæc pars propheticæ pertinet rursum ad reprehensionem Judæorum qui deportati erant, tum ad Prophetæ confirmationem, ne animus ipsius populârium offensis frangeretur. Nam superior propheticæ pars ostendebat duo: quorum unum expressum est, eos qui in Judæa cõmorabantur profligatum iri, alterum etsi dissimulatum est, ea continetur tamen; non fore ut deportati restituantur brevi, ut pseudoprophetæ promiserant Jirmej. 28. & 29. His itaque verbis Prophetam Deus admonet, ut cũque populus afficiatur concionibus ipsius, & præ se ferat pietatis studium, tamen vacare illum pietate, & tãtùm delectationis ergò, non pietatis & reverentiæ Dei nomine conciones ipsius accedere: proinde neque concionibus credere, neque obsequi, tribus versibus: sed tamen Prophetæ videndum esse, ut pergat prophetare, fretus Dei promissionibus certissimè eventuris ad convincendum infidelem populum, ver. ultimo. *Juxta parietes*] id est, vicatim & ostiatim, ubique commendantes te. 31 *Quasi adv.*] id est, magna frequentia & diligentia, ac si verè populus meus esset, & membra Ecclesiæ meæ: sic interpretantur verbâ sequentia. *Quamvis suavis*] id est, utcunque suaves sibi esse ducat conciones tuas, & pro suavissimis sibi prædicent: sic interpretamur faciendi verbum ex seq. versu, pro eo quod est, agnoscere, cõfiteri, & dicere, ut Matth. 12. 33. 33 *Illud*] quod dictum est in priore parte propheticæ, ut explicavimus in versum 30.

Caput XXXIIII.

Deus Principibus, Sacerdotibus, Prophetis, denique omnibus reipubl. & Ecclesiæ administris maledictionem denuntiat propter impiam & inhumanam ipsorum administrationem: deinde promisso Christi regno ostendit Ecclesiam suam malis purgatum iri, & fœdus cũ bonis initum; ex quo omnis benedictio, propagatio, & salus sit ad Ecclesiam perventura.

1 Et fuit verbum Jehovæ ad me, dicendo,
2 Fili hominis, prophetato contra pastores Jisraëlis: prophetato & dicito ad istos, ad pastores ipsos; sic ait Dominus Jehova, væ pastoribus Jisraëlis qui erant pasturi ipsos: an non grex *est quem* pascunt pastores?

Jirmej. 23. 1.

3 Adipem

3 Adipem comeditis, & lanam induitis, quod opimum est mactatis: gregem non pascitis.
4 Morbo affectas non confirmatis, ęgrotámque non curatis, & confractam non obligatis, ac depulsam non reducitis, pereuntémque non requiritis: sed vi dominamini in eas, & per sævitiam.
5 Adeò ut [d] dispergantur destitutæ pastore, & sint cibo omnibus bestiis agri dispersæ:
6 Deerrent oves meę in omnibus montibus, & super omnem collem excelsum; denique in superficie totius terræ dispersæ sint oves gregis mei, [e] nemine reposcente & nemine requirente.
7 [a] Idcircò ô pastores, audite verbum Jehovæ:
8 [a] Ne vivam ego, dictum Domini Jehovæ, nisi (quòd est grex meus direptioni, & sunt *oves* gregis mei cibo omnibus bestiis agri, destitutæ pastore, & non reposcentibus pastoribus meis gregem meum: pascunt enim pastores se ipsos, gregem autem meum non pascunt)
9 [a] Idcircò, ô pastores, audite verbum Jehovæ:
10 [a] Sic ait Dominus Jehova, ecce me contra istos pastores, ut reposcā gregem meum è manu ipsorum, & faciam ut cessent à pascendo grege, ut non pascant ampliùs isti pastores se ipsos: eripiam enim gregem meū ex ore ipsorum, ut non sint *oves* illis cibo.
11 [a] Nam sic ait Dominus Jehova; ecce me, me *inquam* ut reposcā *oves* gregis mei & anquiram eas.
12 [a] Sicut anquirit pastor gregem suum quo tempore est in medio gregis sui, *ovium* dissipatarum; ita anquiram gregem meum: ut eripiam illas ex omnibus locis, quò dispersæ fuerint tempore nubis & caliginis:
13 Educens eos è populis, congregansq; eos ex regionibus, ac reducens eos in terram suam; ut pascam eos in montibus Jisraëlis ad alveos, & in omnibus locis [b] habitabilibus hujus terræ.
14 In pascuo bono pascam eos, & in montibus [c] excelsi Jisraëlis erit caula eorum; ibi recubabunt in caula bona, & pascuum pingue depascent in montibus Jisraëlis.
15 Ego pascam gregem meum, & ego faciam ut recubent; dictū Domini Jehovæ.
16 Pereuntem requiram, & depulsam reducam, fractámque obligabo, & ęgrotam confirmabo: [d] pinguem verò & firmam perdam, pascam [e] unamquamque jure.
17 [a] Vos enim, ô mi grex, sic ait Dominus Jehova; ecce ego judicatu-rus sum [d] inter [c] parvas pecudes, arietes, & hircos.
18 An parvum est præ vobis vos pascuum optimum depascere, quòd reliquum pascuorum vestrorum cōculcatis pedibus vestris? & vos [e] nitidam aquam bibere, quòd reliquas pedibus vestris conturbatis?
19 Ut *oves* gregis mei conculcatum pedibus vestris depascant, & conturbatum pedibus vestris bibant?

a Heb. secūdū inquisitionem pastoris gregis sui. infrà 36.24.

b Heb. habitationib⁹.

c Heb. eam, vel eas.

d Heb. pecudem ad pecudem, ad arietes, & ad hircos.

e Heb. ledimēti aquas, id est, purissimas, in quibus omnes sidūt sordes.

20 Idcircò sic ait Dominus Jehova ad illas; ecce me, me *inquam*, ut judicem inter pecudem ″opimam & pecudem macilentam.

21 Eò quòd latere & armo impellitis, & cornibus vestris impetitis omnes morbo affectas; eousque ut dispersoritis eas foràs:

22 Ideò servabo gregem meum ut nõ sint ampliùs direptioni; & judicabo inter [f] pecudes.

f Heb. pecudem ad pecudem: ut suprà ver. 17.

23 ″Nam excitabo eis pastorem unum qui pascat eas, servum meum ″Davidem: ipse pascet eas, & ipse erit eis pastor:

24 Ego verò Jehova ero eis Deus, ut servus meus David princeps in medio eorum: ego Jehova eloquutus sum:

25 Et pangens eis fœdus ″pacis, ″faciam ut cessent bestiæ malę è terra; ut habitent in deserto securè, & dormiant in sylvis:

g Heb. benedictionem: εὐξησις.

26 Reddámque ista & quæ sunt circa collem meum, [g] conferta benedictione; ac demittam imbrem tempore suo, imbres benedictionis erunt:

27 Ut edat arbor agri fructum suum, & terra det proventum suum, sintq; in terra sua securè: agnoscẽtq; me esse Jehovam, cùm fregero ″lora jugi ipsorum, & eripuero eos è manu [h] exigentium servitutem ab ipsis.

h Heb. sibi servientium ipsis: ut Exod. 1. 14.

28 Ita non erunt ampliùs direptioni gentibus, & bestiæ terræ non comedent eos; sed habitabunt securè, nemine deterrente.

29 ″Denique excitabo eis ″plantam ″ad celebritatem; ut non sint ampliùs [i] quos intercipiat fames in terra, neque ferant ampliùs ignominiã gentium:

i Heb. intercepti famis.

30 Sed [k] cognoscatur me Jehovam Deum ipsorum cum ipsis esse; & ipsos esse populum meum, domum Jisraëlis, dictum Domini Jehovæ:

k Heb. cognoscant: impersonaliter.

31 ″Cùm vos, vos, *inquam*, ″homines grex meus eritis, grex pascui mei, ego Deus vester, dictum Domini Jehovæ.

ANNOTATIO.

1 *Et fuit*] Hujus prophetiæ partes in universum duæ sunt; quarum una gubernatores Jisraëlitarum tam politicos quàm Ecclesiasticos reprehendit gravissimè præteritæ administrationis nomine, usque ad versum 7. altera, judicium Dei pronuntiat, & bonos consolatur promissionibus, ad finem usque: quæ duo κεφάλαια πρόληψιν summatim enuntiascet ver. 2. 2 *Qui erant past.*] exegesis. q. d. pastores voco nõ ex re, quòd ita se re ipsa gerant; sed ex officio, quòd deberant pascere. *An non grex*] contentio adversus pastores; qua contenditur comparatúrque officium ipsorum, ut pascant gregem, hoc ver. cum operibus ipsorum planè repugnantibus, quæ narrãtur versibus quatuor sequentibus: atque hic totus locus proponitur allegoricè. 5 *Dispergantur*] id est, exhausta sit Ecclesia & regnum populi Dei; gentibúsque exteris tanquam feris exponatur. 6 *Nemine*] pastorum videlicet, quibus fuerat comissa populi Dei; negacuratio, etsi hoc ex officio debuerunt, ut infrà ver. 12. 7 *Idcircò*] transitio ad secundam partem prophetiæ, nimirũ denuntiationem in futurum: tum de perditione pastorum improborum, tum de ovium liberatione: quę duo per prolepsin dicta ver. 10. deinde ″ὑστερον πρότερον explicantur. 8 *Ne vivam ego*] πάθος gravissimum, ac si perturbato ex indignatione animo loqueretur Deus interrumpens sententiam cœptam propter hyperbaton ætiologicum, hoc ver. ac deinde sententiam suam repetens nova cõstructione: cujusmodi ἀναστατώσεως exempla apud probatos auctores exstãt quamplurima. *Eò quòd*] ætiologia, ut modò diximus, quam Deus dictioni sententiarum solet præmittere ad demonstrandum justitiam suam: ut fit in rebus forensibus. 9 *Idcircò*] ἀναφορὰ propter præcedens hyperbaton. 10 *Sic ait*] prolepsis sive propositio summa, ut diximus in versum 7. continens minas adversus pastores mercenarios & lupos, ac promissiones erga gregem Dei: è quibus promissiones quidem exponũtur ad versum 17. minæ verò, usque ad versum 23. a quo versu ad finem usque capitis eædẽ promissiones Dei exornãtur. 11 *Nam*] explicatio posterioris membri prolepseos, ut modò diximus: qua Deus promittit se anquisiturum, educturum, congregaturum, reducturum, pasturum, tranquillaturum, & curaturum suos, per gradationem allegoricã. 14 *Excelsi*] id est excellentissimis, per hypallagen. 16 *Pinguem verò*] id est, eam quæ saginata confidet robori suo, & petulca erit: sic transitio paratur ad alterum membrum prolepseos. 17 *Vos enim*] apostrophe ad pios: quibus Deus ad ipsorum consola-

tum consolationem exponit priorem partem prolepseos, de judicio contra improbos pastores, & petulcas pecudes. *Parvas pecudes*] id est, oves bonas, & malas; ut arietum hircorúmque nomine boni & mali pastores allegoricè designantur: quæ duo genera deinde compellat per ὑποφοραν; pastores quidem, duobus versib. sequentibus; oves autem, duobus alteris. 20 *Opimam*] id est, pinguem illam, cujus meminit ver. 16. ut exponit seq. versu. 23 *Nam excitabo*] enarratio præcedentium promissionum Evangelicarum, ut infrà 36. quibus primùm fit promissio Christi, duobus versibus; deinde fœderis benedictionúmque ex fœdere in Christo, ver. 25. & trib⁹ seq. ac postremò propagationis Ecclesiæ, tribus ultimis. *Davidem*] id est, Christum Davidis semen, ut vocatur Jirmej. 23. 5. & 33. 17. & sequentibus, 25 *Pacis*] id est, quietis & prosperitatis glorioſæ: ut Jeschahh. 11. 10. *Faciam ut cesset*] ut Jeschahh. 11. 6. & Hosche. 2. 20. 27 *Lora*] ut suprà 30. 23. 29 *Denique*] tertius promissionum locus, ut diximus in versum 23. *Plantam*] id est, Ecclesiam plantatam & radicatam in Christo, qui propterea surculus plâtarum appellatur, Jeschahh. 11. 1. & 60. 21. *Ad celebritatem*] id est, ut sit celeberrima non tantùm apud Judæos, ut olim; verùm etiam passim apud gentes, ex quibus erit colligenda: ut demonstratur ver. ultimo, & infrà capite 36. copiosiùs. 31 *Cùm vos*] id est, cùm vos ex toto humano genere adunati coalueritis in Christo, ut sitis Ecclesia mea. *Homines*] id est, non tantùm Jisraëlitæ, sed ex toto hominum genere in Christum insiti per fidem: sic vocem hanc interpretandam esse, & ἐμπλοκὴν transponēdam tum loci natura evincit, tum etiam docet capitis 36. comparatio.

Caput XXXV.

Deus Edomæis Judæos vexantibus, Dei nomen blasphemantibus, regionem invadentibus, & de illorum clade gaudentibus exitium & vastitatem æternam prænūtiat: deinde suos severissimi illius judicii nomine consolatus, promissiones Evangelicas subjicit de æterna nostra hæreditate in cælis typo terræ promissæ adumbrata; & hæredum vocationem, regenerationem, justificationem, sanctificationemq; promittens per Spiritum, qui desyderabatur in lege, hortatur Ecclesiam ad resipiscentiam, & confirmat promissionibus.

1 2 Deinde fuit verbum Jehovæ ad me, dicendo,
Fili hominis, dispone faciem tuam contra montē Sehhiris; & prophetato contra eum, suprà 25. 12.
3 Dicens ei, sic ait Dominus Jehova, ecce me cōtra te, ô mons Sehhiris; ut extendens manum meam in te, reddam te *a* desolatissimum.
4 Civitates tuas *in* vastitatem redigam, & tu *b* desolatissimus eris; ut experiatis me esse Jehovam.
5 Eò quòd est tibi inimicitia *c* perpetua, qua facis ut diffluant Jisraëlitæ *d* per gladium; tempore calamitatis suæ, *quo* tempore iniquitatis *est* terminus:
6 Idcircò ut vivo ego, dictum Domini Jehovæ, in *e* cædem comparabore, & cædes persequetur te: quandoquidem nō odisti cædem, etiam cædes persequetur te.
7 Nam tradam montem Sehhiris *f* summę desolationi, exscindens ex eo *g* viatorem omnem:
8 Et replebo montes ejus confossis ipsius; in ipsis collibus tuis, vallibúsque tuis, & omnibus alveis tuis confossi gladio cadent.
9 Desolationibus perpetuis tradam te, & civitates tuæ non *h* restituentur; ut experiamini me esse Jehovam.
10 Eò quòd dicis, duæ istæ gentes, & duæ regiones istæ meæ erunt; jam possessuri sumus istam hæreditariò ubi Jehova fuit:
11 Idcircò ut vivo ego, dictum Domini Jehovæ, facturus sum secundum iram tuam & secūdum invidiam tuam quam exercuisti præ odio tuo contra illos; ut agnoscar ab eis cùm judicavero te,
12 Et experiaris me esse Jehovam, audivisse omnes irritationes tuas quibus loquutus es de montibus Jisraëlis dicendo, desolati sunt; nobis traduntur ad consumendum:

a Heb. desolationem: & desolatio ē. *b Heb.* desolatio: sic ver. 15. *c Heb.* seculi: sic ver. 9. *d Heb.* per manus gladii. *e Heb.* sanguinem: sic deinceps. *f Heb.* desolationi & desolationi. *g Heb.* transeuntem & revertentē. *h Heb.* revertentur.

13 Ut

13 Ut magnificastis vos contra me ore vestro, fecistísque ut abunda-
rent contra me verba vestra; me audivisse.
14 "Sic ait Dominus Jehova; prout lætatur tota "ista terra, desolatio-
nem sum effecturus tibi:
15 Secundum lætitiam tuam, de possessione domus Jisraëlis, eò quòd
desolaretur, ita faciam tibi: desolatissimus eris, ô mons Sehhir & tota
Edomæa quantacunque est, [i] ut cognoscatur me esse Jehovam.

[i] *Heb.* ut cognoscant: impersonaliter.

Caput xxxvi.

1 "TU quoque, fili hominis, prophetato de montibus Jisraëlis,
dicens; "montes Jisraëlis, audite verbum Jehovæ.
2 "Sic ait Dominus Jehova, eò quòd dicit "iste inimicus
de vobis, euge; & "excelsa seculi [a] hæreditariò futura sunt
nobis:

[a] *Heb.* in hereditatem futura est.

3 Idcircò prophetato dicēs, sic ait Dominus Jehova, [b] quia multis mo-
dis desolaverunt & exhausterunt vos circumquaque, ut essetis hæredita-
ria possessio reliquiis gentium; & traducti estis [c] in labia nationum, infa-
miamq; populorum:

[b] *Heb.* quia & quia: ut Levit. 26. 43.

[c] *Heb.* in labiū linguæ, id est, nationum: ut Jesch. 66. 18.

4 Idcircò montes Jisraëlis, audite verbum Domini Jehovæ: sic ait
Dominus Jehova istis montibus & collibus, alveis vallibúsque, & vasti-
tatibus desolatis, ac civitatibus derelictis, quæ sunt direptioni & sub-
sannationi reliquiis gentium quæ circumquaque sunt:
5 Idcircò sic ait Dominus Jehova, *mentiar* nisi igne zeli mei loquar cō-
tra reliquias gentium & cōtra Edomęam totam; quæ attribuerunt ter-
ram meam sibi in hæreditatem cum lætitia totius cordis, cum depopu-
latione [d] animosa, ut [e] sedes expulsorum ejus sit direptioni:

[d] *Heb.* animi.

[e] *Heb.* expulsio ejus.

6 Idcircò, *inquam*, prophetato de terra Jisraëlis, & dicito ipsis mon-
tibus & collibus, alveis ac vallibus; sic ait Dominus Jehova, ecce ego zē-
lo meo & æstu iræ meæ loquor, eò quòd ignominiam gentium fertis.
7 "Idcircò sic ait Dominus Jehova, ego "sublata manu mea juro;
mentiar, nisi gentes illæ quæ circumstant vos, ipsæ ignominiam suam
reportaturæ sint:
8 Vos verò montes Jisraëlis ramum vestrum edituri sitis, & fructum
vestrum laturi populo meo Jisraëli; "cùm [f] propè advenerint.

[f] *Heb.* appropinquaverint veniendo.

9 Nam ecce me apud vos, qui "respiciam ad vos ut colamini & sera-
mini:
10 Et multiplicabo in vobis homines, totam domum Jisraëlis quan-
ta quanta est; ut inhabitentur civitates, & vastitates reædificentur.
11 Multiplicabo, inquam, in vobis homines & jumenta, quæ auge-
scent & fœtificabunt: faciámque ut habitetis sicut prisci temporibus
vestris, benefaciens ampliùs quàm primordiis vestris, ut agnoscatis me
esse Jehovam.
12 Adducam enim ad vos" homines cum populo meo Jisraële, qui
hæreditariò

hæreditariò possideant te, eriſq; eis in possessionem: ᵉneque perges ampliùs orbare eos.

13 ᵉSic ait Dominus Jehova, eò quòd dicunt vobis exedentem homines te esse; & orbantem gentes tuas esse te:

14 Idcircò homines non exedes ampliùs, & gentes tuas non orbabis ampliùs, dictum Domini Jehovæ:

15 Neque sinam ut audiatur in te ampliùs ignominia gentium, & opprobrium populorum non feres ampliùs; & gentes tuas ᵉoffendere non sines ampliùs, dictum Domini Jehovæ.

16 ᵉDeinde fuit verbum Jehovæ ad me, dicendo,

17 ᵉFili hominis, domus Jisraëlis cùm habitarent in terra sua, impurarunteam via sua & actionibus suis: tãquam impuritas ᵉseparatæ ex immunditia, erat via ipsorum coram me:

18 Idcircò effudi æstum iræ meæ super eos, ᵍeò quòd sanguinem effundebant super terram; & stercoreis diis suis impurabant eam:

ᵍ *Heb.* propter sanguinem quòd fundebant: trajectio.

19 Et dispersi eos in gentes, sparsiq; sunt per regiones: secũdum viam eorum & secundum actiones eorum judicavi eos.

20 Etiam cùm venissent in gentes quò venerũt, similiter prophanarunt nomen sanctitatis meæ; ᵉcùm dicerent *illæ* de eis populum Jehovę ipsos esse, & è terra ejus prodiisse:

21 Sed ᵉclementia usus sum propter nomen sanctitatis meæ, quod prophanant domus Jisraëlis in gentibus quò venerunt.

22 ᵉIdcircò dic domui Jisraëlis, sic ait Dominus Jehova, non propter vos ego facturus sum, ô domus Jisraëlis; sed propter nomen sanctitatis meæ quod prophanastis, apud gentes quò venistis:

23 Ut sanctificem nomen meum maximum quod prophanatũ fuit in gentibus, quod prophanatis in medio earum: ut sciant gentes me esse Jehovam, dictũ Domini Jehovæ, cùm sanctificabo me in vobis, ᵉante oculos earum.

24 ᵉRecipiens enim vos ex ipsis gentibus congregabo vos ex omnibus regionibus, ac reducam vos in terram vestram:

25 Et aspergens vos ᵉaquis mundis ut mundemini, ab omnibus impuritatibus vestris & ab omnibus stercoreis diis vestris mundabo vos:

26 Et dabo vobis ᵉcor novum, & spiritum novum ponam in medio vestri; & amovens cor lapideum e carne vestra indam vobis cor carneum:

27 Et spiritum meum ponam in medio vestri; quo faciam ut in statutis meis ambuletis, & jura mea observetis facientes ea.

28 ᵉIta habitabitis in terra quam dederam majoribus vestris; eritisq; mihi populus, & ego ero vobis Deus:

29 Qui servabo vos ab omnibus impuritatibus vestris; & ᵉadvocans frumentum augebo illud, neque imponam vobis famem.

30 Nam

suprà 34. 29. 30 Nam augebo fructus arborum & proventum agri, ut non susci-
piatis ampliùs opprobrium famis in gentibus.
31 "Recordamini ergo viarum vestrarum pessimarum, & actionum
vestrarum quæ non sunt bonæ; &" fastidio estote vobis ipsis propter in-
iquitates vestras, & propter abominationes vestras.
Deut. 9. 5. 32 Non propter vos ego facturus sum, dictum Domini Jehovæ, notú
esto vobis: erubescite, & rubore afficiamini à viis vestris, ô domus Isi-
raëlis.
33 "Sic ait Dominus Jehova, quo tempore mũdabo vos ab omnibus
iniquitatibus vestris; faciam quoque ut habitentur civitates & ædifi-
centur vastitates:
b Heb. desolatio. 34 Et terra desolata colatur, pro eo quòd fuerat b desolatissima ante
c Heb. transeuntis. oculos omnis c viatoris:
35 Adeò ut dicant, terra hæc ipsa quæ desolata erat est similis "horto
Hhedenis; & civitates quæ vastatæ desolatæq; & destructæ erant, mu-
nitæ inhabitantur:
36 Ut cognoscant gentes quæ reliquæ erunt circa vos, me Jehovam
k Heb. plantare. reædificare *civitates* destructas, k conserere desolatum *agrum*: ego Jeho-
va dixi & faciam.
l Heb. quæsitus: ut Psal. 111. 2. 37 "Sic ait Dominus Jehova, præterea" l expositus ero domui Isiraë-
lis ut hoc faciam eis; multiplicabo eos quasi gregem hominibus:
m Heb. re-tũ sanctarũ. 38 "Quasi gregem" sacrificiorum, quasi gregem *urbis* Jeruschalaimorum
in solennitatibus ejus; ita erunt civitates quæ vastatæ sunt repletæ gre-
n Heb. cognoscant: impersonaliter. gibus hominum, ut" cognoscatur me esse Jehovam.

ANNOTATIO IN CAP. XXXV.

1 *Deinde*] In his duobus capitibus prophetiam unam contineri docet hujus capitis cũm principio sequentis comparatio. Hujus autem prophetiæ partes sunt duæ; una, qua sententia pronuntiatur Edomæis, hoc capite; altera, qua Isiraëlitis adhibentur consolationes cùm propositis judiciis in adversarios, tum promissionibus Evangelicis ergà ipsos. In hoc igitur capite continentur duo; propositio summa sententiæ latæ contra Edomæos, usque ad versum 5. & sententiæ ἐργασία, sequentibus. 2 *Dispone*] ut suprà 6. 2. 5 *Eo quòd*] ἐργασία sententiæ præcedentis tribus omnino definitur membris, in quibus singulis causæ cum judiciis, id est, maleficia cum pœnis comparantur ad justitiam Dei illustrandam. Primum igitur est infensissima vexatio & insectatio Judæorum, ver. 5. cui paria judicia sequentibus denuntiantur: secundo loco subjicitur blasphema, sacrilega, & inhumana alienæ possessionis arrogatio, ver. 10. tertium denique est lætitia de alieno malo, ver. 14. adjectis utrique suis & convenientibus judiciis, ut antè diximus. *Quo tempore*] ut suprà 21. 30. & sequentibus. 10 *Eo quòd*] secunda causa, ut diximus in versum 5. *Duæ istæ*] videlicet Isiraëlitarum, qui priùs ab Assyrio fuerant domiti; & Judæorum, quos recens Nebucad-retzar sub jugum miserat. *Istam*] nempe Judæam, quam blasphemantes designant à domicilio Jehovæ; ac proinde non Judæos tantùm, sed Deũ ipsum ludificantur, ut ipse exprobrat ver. 13. 12 *Nobis traduntur*] ut Psal. 137. 7. 14 *Sic ait*] tertiũ membrum, ut diximus in versum 5. *Ista terra*] id est, Edomæi omnes, metonymicè.

In Caput XXXVI.

1 *Tu quoque*] Secundæ hujus prophetiæ ad Judæorum consolationem pertinentis, ut diximus suprà 35. 1. duo septema sunt capita: unum, de judiciis Dei venturis contra Edomæos, usque ad versum 7. alterum, de promissionibus Evangelicis, ad finem usque: quorum commune exordium hoc ver. continetur. *Montes Israelis* id est, mõtosa Isiraëlitarum regio, quam per prosopopœiam alloquitur Deus, quia ab hominibus deserta erat; ut ostenditur ver. 4. 2 *Sic ait*] hac propositione judicii, quæ summa est præcedentis capitis, similiter continẽtur causæ eædem, tribus versibus & sententiæ dictio, ver. 5. & 6. *Iste inimicus*] Edomæus, ut præcedẽte capite. *Excelsa*] vide Deut. 32. 13. 7 *Idcirco*] transitio ad secundam partem prophetiæ, per antithesin præcedẽtis judicii & futuræ in Ecclesia benedictionis Dei hoc & sequente versu. Quamobrem nos ab hoc versu promissionem inchoari diximus suprà in versum 1. Continet autem

autem hic promissionum Evangelicarum locus primùm propositionem summam benedictionum Dei erga hęreditatem & hæredes ejus, usque ad versum 13. deinde ἐργασίαν singularũ partium quas definit propositio, inde ad versum 33. ac postremò conclusionem, ad finem usque. *Sublata manu*] ut Genes. 14. 22. humanitus dictum. 8 *Cum prope*]id est, cùm restituam Israëlitas in vobis. Atque hæc quidem promissio sequentibus exponitur: primùm enim hæreditatis præstantia, ver. 9. deinde hæredũ exponitur, tribus sequentibus: quæ omnia allegoricè dicta sunt de hæreditate & hæredibus illis sanctis quorum mentio est 1. Petri 1. 4. & sequentib. 9 *Respiciam*]id est, curabo vos: ut Deut. 11. 12. 12 *Homines*]videlicet ex aliis gentibus cooptatis in hæreditatem populi mei: ut suprà 34. 31. *Neque pergent*]videlicet aut consumendo eos in terra, aut extra terram evomendo: quę duo genera minatus lege fuerat Dominus, Levit. 18. 28. & 20. 22. & 26. 20. & 22. 13 *Sic ait*] ἐργασία propositionis, ut diximus in versum 7. duas partes complectitur: primùm enim exornantur promissiones hæreditatis æternæ (ad quas fuerunt μεταβατικὰ verba proximè præcedentia) & cõfirmantur, his tribus versib. deinde verò promissiones hæredum illustrissimæ & amplissimę enarrantur: confer cum Jeschahh. 33. 20. & sequentibus. 15 *Offendere*]vide Jeschahh. 35. In hujus autem loci interpretatione libri manuscripti fidem sequuti sumus: atque hoc modo concluditur locus promissione universali, fere ut in rebus omnibus terra obsecundet justis suis possessoribus, ut Hosche. 2. 22. 16 *Deinde*]alterum membrum ἐργασίας, de promissionibus Dei gratuitis erga hæredes propter nomen suum. Qua in parte tria membra observanda sunt: primum est narratio peccatorum ex quibus Israëlitæ laborabant, & legalis administrationis Dei, usque ad versum 22. secundum, enarratio promissionum Evangelicarum, quæ illustrantur per comparationem occidẽtis legis, & spiritus efficacis operantisque per Evangelium, usque ad versum 31. tertium denique, hortatio ad resipiscentiã filiorũ Dei & fidẽ in promissiones antegressas, ver. 31. & 32. 17 *Fili hominis*] hujus narrationis capita sunt hæc, Israëlitas peccasse, hoc ver. castigatos esse, duobus sequẽtib. & perseverasse in peccatis, quia lex habuit literam tantùm, non autem Spiritum vivificantem: ac proinde quod aliquæ supersunt eorum reliquiæ, illud ex Dei misericordiâ proficisci, qui velit efficere promissiones Evangelicas, ver. 21. *Separata ex*] de qua Levit. 12. & 15. 20 *Cum dicerent*]amplificatio peccati Israëlitarum à circumstantia; quòd ipsæ gentes observarẽt illos, & ad vitam sermonésque illorum attenderent, his nominibus maximè quòd populus Dei erant, & prodierant tanquam è schola ipsius: ut videlicet haberent unde Jehovam blasphemarent: quamobrem eo indignius fuit Israëlitas nõ abstinere à malo & maligni specie, ad asserendam & vindicandam gloriam Dei: prout exprobratur infrà ver. 23. & Rom. 2. 24. 21 *Clementia*]id est, nondum tamen propterea perdidi: sic transitur ad comparationem promissionum Evangelii, quas Deus propter fidem suam repetit, ver. sequentibus, & suo tempore præstitit. 22 *Idcirco*] jam sequitur secundum ἐργασίας membrum, de promissionibus Evangelicis: in quibus exponuntur primùm causa, quæ est gloria Dei & sanctificatio nominis ipsius, duobus versibus: deinde promissiones spirituales vocationis, & regenerationis, ver. 24. & tribus sequentibus, ac postremò benedictiones à Deo in filios regeneratos per Christum manaturæ, tribus. 23 *Ante oculos*]hãc lectionem servat Chaldæus paraphrastes, & habet liber manuscriptus: etsi in vulgatis exemplaribus legitur ante oculos vestros, præter ipsum Massoritarum testimonium. 24 *Recipiens enim*]enarratio liberationis spiritualis per quem, ac postremò benedictiones à Deo in filios regeneratos per Christum manaturæ, tribus. 25 *Aquas mundas*]sanguine Jesu Christi: ut singulas has partes paucis complectitur Apostolus, 1. Petri 1. 2. 26 *Cor novum*]ut Jirmej. 31. 33. & suprà 11. 19. 28 *Ita habitab.*] tertius promissionum gradus, ut diximus in versum 22. vocationem Dei, hoc ver. justificationis, ver. sequente; regenerationis, ver. 26. & sanctificationis vitæ, ver. 27. 29 *Advocabo*]id est, efficiens verbo ut compareat velut accersitum: ut Psal. 105. 16. 31 *Recordamini*]hortatio ad resipiscentiam, ut diximus in versum 16. *Fastidio*]vide suprà 6, 9. 33 *Sic ait*] conclusio totius prophetiæ per anacephalæosin promissionum tum ad hæreditatem pertinentium, quatuor versibus; tum ad hęredes ipsos, duobus ultimis. 35 *Horto Hhed.*]vide suprà 28. 13. 37 *Sic ait*]altera pars conclusionis, ut diximus in versum 33. *Expositus ero*]id est, promptus & paratus ut beneficium hoc in omnes conferam: nimirum quòd augebitur hoc pacto & propagabitur in infinitum Ecclesia. *Hominibus*]ut suprà ver. 10, & 11. & 34. 31. 38 *Quasi grege*]elegans comparatio, qua fidelium omnium cœtus cum gregibus sacrificiorum comparantur; quemadmodum Christiani omnes Sacerdotes effecti in Christo se ipsos sistunt hostias vivas Domino, Rom. 12. 1.

Caput XXXVII.

Deus per visionem oblato Iechezkeli typo uno, & altero imperato, promittit à se & Iudæos restitutum iri in terram ipsorum, & Ecclesiam catholicam sive universalem ab eodem symbolo confirmat liberandam esse per Christum; ut adunata in ipso Ecclesia fruatur æterno Dei fœdere, Deum colat, & ab ipso inhabitetur regaturq; ad gloriam ipsius sempiternam.

1 UPERVENIENTE mihi ″manu Jehovæ, eduxit me″in spiritu Jehova, & collocavit me in medio cujusdam″convallis; quæ erat plena ossibus:

a Heb. existente super me.

2 Et traduxit me per illa circumquaque; ecce autẽ erant multa valde in superficie illius convallis, & ecce arida erant valde.

3 Tum dicenti ad me, fili hominis, an″reviviscerent ossa ista? dixi, Domine Jehova tu nosti.

4 Edixit verò mihi, prophetato de ossibus istis; &″dicito ad ea, ô ossa arida, audite verbum Jehovæ:

5 Sic ait Dominus Jehova ossib⁹ istis; ecce ego inducturus sum in vos spiritum, ut vivatis.

6 Nam addam vobis nervos, & obducam vobis carnem, & superindam vobis cutem, ponamq; in vobis spiritum, & vivetis; ut cognoscatis me esse Jehovam.

7 Cùm itaque prophetarem quemadmodum jussus fueram; fuit sonus me prophetante, & ecce concussio, appropinquantibus ossibus

b Heb. osse ad os suum. *c Heb.* ascēdisset. [b] uno ad suum alterum.

8 Deinde cùm aspicerem quòd ecce super ea nervi & caro [c] assurrexisset, & superindita esset eis cutis supernè; spiritus autem nullus inesset eis:

9 Dixit ad me, prophetato alloquens Spiritum; prophetato fili hominis, dicens ad Spiritum, sic ait Dominus Jehova, à quatuor ventis adveni, ô spiritus, & perflato interfectos istos ut vivant.

10 Quamobrem prophetāte me quemadmodum præceperat mihi, ingressus est in illa spiritus & revixerūt; steteruntq; super pedes suos copiæ magnæ [d] quamplurimùm.

d Heb. valde valde.

11 [e] Deinde dixit ad me, fili hominis, ossa ista tota domus Jisraëlis sunt; ecce dicunt, [f] aruerūt ossa nostra, & periit exspectatio nostra, succisi sumus [g] quod ad nos.

12 Idcircò prophetato indicens eis, sic ait Dominus Jehova, ecce [h] ego aperiens sepulchra vestra deducam vos è sepulchris vestris, populemi; • reducamq; vos in terram Jisraëlis:

13 Ut cognoscatis me esse Jehovam; aperiente me sepulchra vestra & deducente vos è sepulchris vestris, populemi.

14 Et indam spiritum meum vobis ut reviviscatis, & collocabo vos in terra vestra; ut cognoscatis me Jehovam [i] dicere & facere, dictū Domini Jehovæ.

15 [k] Fuit etiam verbum Jehovæ ad me, dicendo,

16 Tu autem fili hominis, accipe tibi [l] lignum unum, & [m] inscribe ei, Jehudæ, & [n] filiis Jisraëlis sociis ejus: deinde accipe lignum [o] alterum, & inscribe ei, Josepho lignū Ephrajimi, cū tota domo Jisraëlis sociis ejus.

e Heb. unū: ut seq. versu.

17 Tum [p] admove ea unum ad alterum tibi in lignum unum: ut sint [q] adunata in manu tua.

f Heb. in una.

18 [r] Cùm autem alloquentur te [s] populares tui dicendo, an non indicaturus es nobis quid ista significent tibi?

g Heb. filii populi tui.

19 Dic ad eos, sic ait Dominus Jehova, ecce ego accepturus sum lignum Josephi quod fuit in manu Ephrajimi cum tribubus Jisraëlis sociis ejus; & componam has cōjunctas illi cum ligno Jehudæ, efficiamq; eos lignum unum, ut sint unum [t] in manu mea.

20 [u] Cumq; fuerint ligna ista quibus inscripseris, in manu tua ante oculos illorum:

21 Dic ad illos, [x] sic ait Dominus Jehova, ecce ego recepturus sum filios Jisraëlis è medio ipsarum gentium quò abiverint; & congregās eos circumquaque reducam eos in terram suam:

22 Et

22 Et efficiam eos gentem unam in illa terrâ in montibus Jisraëlis, & rex unus erit ipsis omnibus Rex: neque erunt ampliùs duæ gentes, neq; dividentur ampliùs in duo regna deinceps:

23 Neque impurabunt se ampliùs diis stercoreis suis, & rebus detestandis suis, aut ullis defectionibus suis; sed servabo eos ex omnibus habitationibus ipsorum in quibus peccaverint, & mundabo ipsos, ut sint mihi populus & ego sim ipsis Deus.

24 Et [e] servus meus David rex erit super ipsos, ac [e] pastor unicus erit omnibus ipsis; ut in judiciis meis ambulent, ac statuta mea observent facientes ea.

25 Et resident in ea terra quam dederam servo meo Jahhakobo, in qua resederunt majores vestri; resident, inquam, in ea ipsi, filiiq; ipsorum, ac [b] nepotes ipsorum usque in seculum, & David servus meus princeps ipsis erit usque in seculum:

26 Cùm pepigero ipsis fœdus pacis, fœdus [i] perpetuum futurum cũ ipsis; & disponens ipsos multiplicabo ipsos, ponamq; sanctuarium meũ [e] in medio ipsorum in seculum.

27 Ut existente tabernaculo meo apud ipsos, sim ipsis Deus & ipsi sint mihi populus:

28 Et cognoscãt gentes me Jehovam sanctificare Jisraëlem, cùm erit sanctuarium meum in medio ipsorum in seculum.

h Heb. filii filiorum.

i Heb. seculi.

ANNOTATIO.

Superveniente] Hujus capitis partes omnino duæ sunt: una, quâ prædicitur restitutio Jisraëlitarum è captivitate, usque ad ver. 15. altera, qua prædicitur perfecta Ecclesiæ instauratio per Christum, adunatis Judæis & Jisraëlitis, ut sit populus oblato viso demonstratus est Prophetæ, ut ipse narrat usque ad versum 11. deinde verò accommodatio typi explicatur popularibus, ver. 11. & sequentibus. *Manu Jehovæ*] vide suprà 1.3. *In spiritu*] id est, per visionem, quasi fuissem abreptus spiritu, ut loquitur suprà 2.22. *Convallis*] cujusmodi erat Mesopotamia & Chaldæa tota, Gen. 11.1. 3 *Revivisceret*] id est, videtúrne fieri posse ut recipiant vitam, & restituantur in statũ pristinũ præsentis vitæ? Nam responsio non est putãdum Prophetam dubitare de resurrectione carnis futura ad vitam æternam; sed de recuperatione præsentis status, quam idcircò Propheta committit notioni & providentiæ Dei. 4 *Dicito ad ea*] id est, interpres esto voluntatis Dei; qui potente verbo suo vivificat mortuos, & quæ non sunt vocat tanquã sint, Rom. 4.17. 7 *Sonus*] qui fortè præcursor est aut adveniẽtis majestatis Dei, aut magnificorum illius operum, ut suprà 1.4. & 2.22. 11 *Deinde dixit*] anagoge totius præcedentis typi; qua primùm exponitur miserabilis & desperata Jisraëlitarũ conditio; quibus non ampliùs ostendebatur spes restitutionis quàm spes vitæ ossibus aridissimis, hoc ver. deinde mirifica liberatio & restitutio à Deo prædicatur, tribus sequentibus. *Aruerunt*] id est, ne in parte quidem nostra firmissima & solidissima vestigium est ullum vitæ præteritæ, aut signum in futurum adipiscendæ unquam: adeò gravis est deportationis nostræ calamitas. *Quod ad nos*] q. d. spe alant se ipsos qui volent; nos verò eam planè abjicimus, statuentes actum de nobis esse. 12 *Ego aperiens*] id est, solutis ruptísque moris & impedimẽtis omnibus liberabo vos; sed perstat Propheta in allegoria: ut Jeschahh. 26.19. 14 *Dicere & fac.*] ut suprà 17.24. & 22.14. vide Jeschahh. 48. 15 *Fuit etiam*] secunda hæc prophetia (ut antè diximus) de instauratione Ecclesiæ in Christo, comprehendit typũ, usque ad ver. 18. & accommodationem illius exegeticam, versibus reliquis. 16 *Lignum*] id est, virgam è ligno; ut solebant olim virgis adumbrari & significari tribus; ut Numer. 17.17. *Inscribe*] id est, inscriptione facta speciatim designato qui populus adumbretur virga. *Filiis Jisraelis*] id est, tribui Levi & Binjaminis, quæ regno Jehudæ adhærerant cùm lacerateretur regnum, 2. Chron. 11. 17 *Admove*] id est, hoc typo præfigura unitatem futuram per Christum, ut exponitur ver. 22. 18 *Cùm autem*] transitio ad interpretationem typi, per occasionem consulentium de ea Jisraëlitarum: cujus interpretationis partes cum typo convenientes sunt duæ; una, de conciliando & compingendo Jehuda & Jisraële, ver. 19. altera, de populo Dei postquàm adunatus fuerit servando, regendo, & propagando ex æterno Dei fœdere in Christo, versibus reliquis. 19 *Lignum Josephi*] id est, Josephum & Jisraëlem totum hac virgâ adumbratum. *In manu mea*] id est, in potestate Christi, qui sermo æternus est Patris Deus unus cum Patre & Spiritu sancto: hic enim David ille est de quo infrà ver. 24. in cujus manũ Pater tradidit omnia: Joan. 3.35. & Matth. 28.18. 20 *Cumq; fuerint*] videlicet adunata, ut dictum est suprà ver. 17. sic trãsitur ad explicationem loci alterius de regno Christi in Ecclesia ex variis populis adunata, ut notavimus in versum 18. 21 *Sic ait*] hæc narratio promissorum Dei antecedentia omnia complectitur; primùm quidem liberatæ à Deo Ecclesiæ coagmẽtationem & unionem, duobus versib. deinde administrationem Christi, & fructus illius ex fœdere æterno Dei per Spiritum habitantem in nobis, usque ad versum 27. ac postremò finem, nimirum gloriam Dei in Ecclesia catholica, versib. duob. ultimis: quæ omnia typicè à Prophetis dicta de uno populo & terra, ad veritatem Christi infinitam esse accommodanda sæpè monuimus. 24 *Servus meus*] Christus, qui propterea venit ut faceret voluntatem Patris in forma servi: quamobrem appellatur servus, 1. Chron. 17.19. & Jeschahh. 42.1. *Pastor*] ut Joan. 10.16. 26 *In medio ipsor.*] id est, in ipsorum cordibus habitabo & inambulabo: vide 2. Corinth. 6.16. & sequentibus.

Caput xxxviii.

Deus per Prophetam prænũtiat Iudæis calamitates, quæ ipsis ex quo reduces fuerunt a deportatione erant eventuræ, operâ regum Asiæ minoris & Syriæ: gravissima judicia exponit quæ contra illos tum per Iudæos, tum per alienigenas, tum sua ipsius manu effecturus est: gloriam ad Iudæos ex hostium strage perventuram docet: omniaq; tandem concludit Evangelicis promissionibus.

1 Deinde fuit verbum Jehovæ ad me, dicendo,
2 Fili hominis, dispone faciem tuã versus Gogum, terram Magogi, principem, primariũ Meschech & Tubalis; & prophetato contra eam,
3 Dicens: sic ait Dominus Jehova: ecce me contra te, ô Gog, princeps, primarie Meschech, & Tubalis:
4 Ut reducam te imponens hamos maxillis tuis; cùm eduxero te & omnes copias tuas, equos & equites indutos perfectissimè omnes, cõgregationem multam clypeatorum & scutatorum, tractantiũ gladios omnium.
5 Persas, Æthiopas, & Putæos cũ illis; omnes scutatos & galeatos:
6 Gomerum cum omnibus agminibus suis, domum Togarmæ, ad latera Aquilonis cum omnibus agminibus suis; populos multos tecũ.
7 Comparator, & compara te, tu & omnes congregationes tuæ quæ congregantur ad te; ut sis istis custodiæ.
8 Post dies multos animadvertetur in te, *qui* consequentibus annis invasurus es terram reducem à gladio, congregatam ex populis multis, invasurus montes Jisraëlis, qui fuerant vastitati jugiter; cùm ipsa ex populis educta habitabunt securè omnes:
9 Et ascendens quasi fremebunda vastatio invasurus es, similis nubi operiendo illam terram futurus; tu, & omnia agmina tua, populíque multi tecum.
10 Sic ait Dominus Jehova, nam erit die illa ut venientibus rebus multis in animum tuum; cogites cogitationem malam,
11 Dicens, ascendam contra terram pagorum, invadam istos trãquillos habitantes securè; qui omnes habitant absque ullo muro, & quibus nullus *est* vectis, aut valvæ:
12 Ad prædandum prædam, & ad diripiendum direptionem; reducendo manum tuam contra vastitates inhabitatas, & contra populum receptum ex gentibus, facientem pecuariam & negotiãtem, habitantes in editiore loco istius terræ.
13 Scheba, & Dedan, negotiatoréque Oceani, & omnes juvenes leones ejus dicent tibi; an ad prædandum prædam advenis? an ad diripiendum direptionem congregasti cõgregationem tuam? ut deportes argentum & aurũ, ut accipias pecora & merces, ut præderis prædam magnam?
14 Idcircò prophetato, fili hominis, dicens Gogo, sic ait Dominus Jehova;

a Heb. perfectionis. *b Heb.* clypei & scuti, prehẽdẽtiũ, &c. *c Heb.* scuto & galea. *d Heb.* visitaberis. *e Heb.* in cõsequentia annorum. *f Heb.* ascẽdentibus in cor tuum. *g Heb. facientem* negotiationem. *h Heb.* umbilico: ut Judic. 9. 37.

Jehova;an non die illa ᵉhabitante populo meo Jisraële securè, ᵉexpertus esses,

15 Postquàm veniens è loco tuo, à lateribus Aquilonis, tu & populi multi tecum; insidentes equis omnes, congregatio magna, & copiæ multæ,

16 Ascenderis contra populum meum Jisraëlem, ut nubes ad operiendum terram illam? ⁱconsequentibus temporibus ᵉerit; cùm adduxero te contra terram meam, ut agnoscant gentes me, cùm ᵉme sanctificabo in te ante oculos ipsarum, ô Gog.

17 ᵉSic ait Dominus Jehova, an tu es de quo loquutus fuero diebus priscis ᵏper ᵉservos meos Prophetas Jisraëlis qui prophetarunt diebus illis annos *multos*, me adducturum te contra illos?

18 ᵉAtqui erit die illa, qua die invaserit Gog terram Jisraëlis, dictum Domini Jehovæ; (ascendit æstus meus in ira mea,

19 Et zelotypia mea igne excandescentiæ meæ loquor) *mentiar* nisi die illa fuerit concussio magna in terra Jisraëlis:

20 ᵉAdeò ut cõcutiantur à facie mea pisces maris, & volucres cœli, ac bestiæ agri, & omnia reptilia reptantia super terram, omnesq; homines qui erunt in superficie terræ: & diruantur ipsi montes, concidántque ᵉpræcipitia, & omnis murus in terram corruat.

21 ᵉAdvocabo enim contra illum pro omnibus ᵉmontibus meis gladium, dictũ Domini Jehovæ; gladius cujusque contra fratrem suũ erit:

22 Et ᵉdisceptabo cum illo peste, & ˡcæde; & imbrem inundãtem, lapidesq; immanis grandinis, ignem, & sulphur depluam super illum, & super agmina illius, ac super populos multos qui erunt cum illo.

23 Ita magnificabo me, & sanctificabo me, & innotescam in oculis gentium multarum; ut ᵐcognoscatur me esse Jehovam.

ⁱ *Heb.* in cõsequẽtia dierũ: ut Genes. 49. 1.

ᵏ *Heb.* per manum servorum.

ˡ *Heb.* sanguine.

ᵐ *Heb.* cognoscant, impersonaliter.

Caput XXXIX.

2 Præterea tu, fili hominis, prophetato cõtra ᵉGogum, dicens, sic ait Dominus Jehova; ecce me contra te Gog, princeps, primarie Meschech & Tubalis.

Ut reducam te ᵉsenario unco trahens te; & deducens te è lateribus Aquilonis, adducam te in montes Jisraëlis.

3 Ubi ᵉpercutiens arcum tuum è manu sinistra tua, sagittas tuas è manu dextera tua dejiciam.

4 In montibus Jisraëlis concides, tu & omnia agmina tua, & populi qui erunt tecum; volucribus, avibus ᵉomnibus alitibus, & bestiis agri trado te comedendum.

5 In superficie agri concides; quia ego eloquutus sum, dictum Domini Jehovæ.

6 Deinde immittam ᵉignem in Magogum, & in habitatores insularum ᵉsecuros; ut experiantur me esse Jehovam:

ᵉ *Heb.* cujuscunque alæ: sic vers. 17.

ᵇ *Heb.* in securitate.

7 Et nomen ſanctitatis meę notum faciam in medio populi Iiſraëlis, neque ſinam prophanari nomen ſanctitatis meæ ampliùs; ſed cognoſcent gentes me eſſe Jehovam ſanctum in Iiſraële.

8 Ecce adventurum eſt & fiet, dictum Domini Jehovæ; illo ipſo die quem proloquutus ſum.

9 "Tunc exibunt habitatores civitatum Iiſraëlis, & incendentes exurẽt arma, ſcutaq́; & clypeos, arcus & ſagittas, [c] jaculaq́; & ſpicula: & incendent ea igne "ſeptem annis.

10 Neque ferent ligna ex agro, neque cædent è ſylvis; nam armis accendent ignem, cùm prædabũtur prædatores ſuos diripientq́; direptores ſuos, dictum Domini Jehovæ.

11 "Et erit die illa ut "dem Gogo locum ſepulchri ibi in Iiſraële "vallem [d] viatorum ad Orientem maris, "ut illa obthuret [e] ora viatorum; cùm ſepeliverint ibi Gogum & totam multitudinem ejus, vocabúntque vallẽ multitudinis Gogi.

12 "Nam ſepelient eos domus Iiſraëlis; ut "mundent terram, ſeptem menſibus.

13 Sepelient, inquam, totus populus ipſius terræ, cùm "fuerit ipſis *comparatum* nomen: quo die glorificavero me, dictum Domini Jehovæ.

14 "Homines autem [f] aſſiduos ſeparabunt tranſituros per regionem, tranſituros [g] ut ſepeliant eos qui remãſerint in ſuperficie terræ; ad mundandum ipſam, [h] "exactis ſeptem menſibus perveſtigaturos.

15 Atque hi "tranſeuntes trãſibunt per terram, ut "diſpiciat *quiſque* oſſa hominum, exſtruatq́; juxta illorum quodq; monimentum: donec ſepeliverint eorum quodq; [i] veſpillones in valle multitudinis Gogi.

16 "Quin etiã "nomini civitati erit multitudo ipſius, poſtquam mundaverint terram.

17 "Tu autem fili hominis, ſic ait Dominus Jehova, dic avibus omnibus alitibus, & omnibus beſtiis agri, congregamini & venite, colligite vos circumquaque ad mactationem meam quam ego mactaturus ſum vobis, mactationem magnam in montibus Iiſraëlis: ut comedatis carnem & bibatis ſanguinem;

18 Carnem potentum comedatis, & ſanguinem principum terræ bibatis; arietum, agnorum, & hircorum, juvencorum, pinguium Baſchanis omnium.

19 Comedetis autem adipem ad ſatietatem, & bibetis ſanguinem ad ebrietatem; ex mactatione mea quam mactaturus ſum vobis:

20 Et ſatiabimini de menſa mea "equis & curribus; potentibus, & omnibus [k] bellatoribus, dictum Domini Jehovæ.

21 "Sic edam gloriam meam in gentibus: ut videant omnes gentes judicium meum quod fecero, & "manum meam quam impoſuero illis.

22 Et

[c] *Heb.* baculũ manus: periphraſis jaculorum quæ non arcu emittuntur, ſed manu.

[d] *Heb.* trãſeuntium.

[e] *Heb.* viatores.

[f] *Heb.* jugis.

[g] *Heb.* ſepulturos.

[h] *Heb.* à fine ſeptem menſium.

[i] *Heb.* ſepelientes.

[k] *Heb.* viris belli.

22 Et cognoscant domus Jisraëlis, me Jehovam Deum ipsorum esse a die illo & deinceps:

23 Cognoscant verò gẽtes propter iniquitatem ipsorum deportatos fuisse domum Jisraëlis; eò quòd prẹvaricati essent contra me, & abscondissem faciem meam ab eis, ideò me tradidisse eos in manum hostium suorum ut caderent gladio omnes:

24 Secundum impuritatem eorum & secundum defectiones eorum me egisse cum eis, cùm abscondissem faciem meam ab eis.

25 Idcircò sic ait Dominus Jehova, jam restituam captivam multitudinem Jahhakobi & miserebor totius domus Jisraëlis; & zelotypus ero nominis sanctitatis meæ:

26 Cùm tulerint ignominiam suam & totam prẹvaricationem suam qua prẹvaricati sunt contra me; quando habitabant in terra sua securè, nemine deterrente.

27 Reducendo eos ex populis, congregabo eos è regionibus inimicorum ipsorum; ut sanctificer in ipsis ante oculos gentium multarum:

28 Ut cognoscant me Jehovam Deum ipsorum esse qui deportavi ipsos in gentes, colligam eos in terram ipsorum; neque relinquam ampliùs *ullum* ex eis ibi:

29 Neque abscondam ampliùs faciem meam ab eis; cùm effudero spiritum meum super domum Jisraëlis, dictum Domini Jehovæ.

ANNOTATIO IN CAP. XXXVIII.

1 *Deinde*] Duo hæc capita eodem pertinere apud omnes constat: sed varia est illorum accommodatio. Nos omissis tam variis interpretationibus statuimus ea per spiritum Dei hoc loco esse posita ad anticipationem, quasi eadem sit concio cum præcedente capite. Nam cùm Deus superiore capite duo prænũtiaverit, restitutionem populi ex captivitate Babylonica, & instaurationem per Evangelium Christi: ne fortè Judæi præsumerent utrumque eodem tẽpore eventurum: aut si non eveniret, animis deficerent; propterea anticipatione Deus antevertit opinionem illam, docẽs post reversionem populi ex captivitate, ante adventum Christi & justam regni Dei instaurationem multas populo Dei calamitates eventuras, & multa in hostes Ecclesiæ a Deo judicia, quemadmodum etiam prophetavit Daniel. 9. capite, 10. & 11. similem anticipationem vide Jirmejæ 31. 15. Summa igitur est, reverso in Judæã populo fore ut multa mala ipsi importentur ante adventum Christi, & contrà Deus quamplurima edat documenta severissimæ justitiæ suæ in adversarios Ecclesiæ ad gloriam suam & salutem ejus. Partes (prẹter inscriptionem & mandatum Dei, duobus ver. comprehẽsum) omnino sunt quatuor: prima est propositio summa tum hostium & rerum ab eis gestarum, tum eventorũ à Deo, usque ad versum 10. secunda est enarratio propositionis, usque ad ver. 9. capitis 39. tertia, exornatio propositionis enarrationisque præcedentis, usque ad versum 25. postrema, conclusio. 2 *Dispone*] ut suprà 6. 2. *Gogum*] hanc vocem propriam esse constat inter omnes: sed plerique adducti interpretatione hujus & sequentis capitis, propriam viri esse putant, & regis alicujus quo autore futurũ erat ut infestaretur Dei populus, alii regionis: nos verò comparato loco Apocalypseos 20. 8. loci quidem & gentis appellationem esse statuimus; sed à Rege certo derivatam, nimirum à Rege illo Gyge qui Candaulem Lydum ante hæc tempora occiderat: nam ab eo orti Gygades, & lacus Gygæus denominatus est: Gog igitur est minor Asia, quam his tẽporibus Halyattes obtinuit, deinde Crœsus: quo fines regni sui in Syriam propagante inditum nomen est cuidam parti Syriæ proximæ Jisraëlitarum agro & junctæ Libano, ubi situm fuisse oppidum docent omnes Geographi nomine Gygarta, pro eo quod est Gog karta, id est, Gogi urbs, Syro vocabulo: ac proinde locum hunc ita accipimus, Prophetam ex ordine gẽtes quæ supra Judæam sunt hoc loco percurrere, ut denotet maximè a regno Asiæ minoris, Syriæque Judæam infestatũ iri: quod illi Antiochi, Seleuci, Demetrii, Nicanor ésque tenuerunt, qui multa mala Judæis intulerunt, & plurima ab eis perpessi sunt. *Terram Magogi*] id est, Scythiæ sive Sarmatiæ incolas, synecdochicè, qui tum Mediam obtinebant, ut minimus Jirme. 49. 34. & suprà 32. 24. Asiam depopulabantur & vastabãt omnia usque ad Syriam cœlen, ubi primas tenebat omnis idololatriæ Hierapolis à Scythis condita, quæ Syris dicebatur Magog, teste Plinio lib. 5. capite 23. *Principem*] hoc asyndeton ostendit quod modò diximus, Prophetam percurrere certarum gẽtium nomina, ut synecdochicè intelligantur omnes eæ quarum opera usi sunt Reges ad grassandum in Judæa: ut apparet ex ver. 5. & sequentibus. *Meschech &*] vide Genes. 10. 2. 3 *Ecce me*] hac propositione summa Deus consilium suum explicat de convocandis & excitandis hostibus contra Judęam, usque ad versum 8. & 9. *Gog*] id est, vos gentes omnes ministraturæ regi Syriæ ad evertendum populum meum. 4 *Ut reducam te*] id est, non tantùm inhibeam & sistam conatus tios, verùm etiam pedem turpiter referre cogam, ut piscator retrahens piscem, aut bubulcus bubalum. *Eduxero*] videlicet è regionibus suis nationes singulas in Judæam involaturas, quæ nominantur versibus sequentibus. *Induros perfect.*] ut suprà 23. 6. 5 *Persas*] quorum pars Antiocho Epiphani paruit tributaria: vide 1. Macab. 3. 31.

AEthiopas]quorum opera fugatus Alexander, & Demetrius in regnum restitutus est per Ptolemæum Evergetem, 1.Macab.10.& 11. quod etiam de Putæis sive Cyrenæis accipiendum esse commonstrant verba sequentia. 6 *Gomerum*]vide Genes.10.2.hujus autem posteri Seleucis & Antiochis paruerunt. *Togarma*]vide Genes.10.3. 7 *Ut sis istis*]id est,ut circumvenias multitudine copiarum tuarum montes Jisraëlis,qui nominantur seq. versu, & Judæos omnes tanquam carcere aut cavea circumclusos tenere videaris tibi: sic enim fecisse Reges Syriæ omnes historiæ testantur:sic ver.9. 8 *Multos*]id est,annos ampliùs ducentos ab hac prophetia,cùm cœpit Judęa vexari à Syriæ regibus; ac proinde a temporibus Seleuci Nicanoris mirifica cœperunt Dei judicia pro defensione populi exercere. *Reducem*]id est,cujus incolæ reversi fuerint & liberati à captivitate,ut promissum fuit suprà 37. 9 *Quasi tempestas*]vide Proverb.1.27. 10 *Sic ait*]secunda pars prophetiæ,enarratio antegressæ propositionis:qua exponit Propheta primùm res hostium,id est,consilia ipsorum & facta,usque ad ver. 14. deinde verò ex adverso comparat consilia Dei & facta cum illorum consiliis & factis,inde ad versum 9.sequentis capitis. 11 *Pagorum*]id est,ex pagis & tummodò constantem,non autem munitionibus & oppidis;ut interpretantur verba sequentia. Nam muntis locis plurimùm Judæam caruisse inde à temporibus Nebucad-retzaris ex historiis est evidentissimum. *Absque ullo muro*] id est,sine munitione ulla,περιφραστικῶς;ut Deut.3.5. 12 *Reducendo*]id est semel,atque iterum,ac tubinde explãdo. *In editiore*]id est,in Judæa montosa,cujus edita loca ferè Judæi incolebant securitatis ergô. 13 *Schebæ & Dedan*]id est,Arabes viventes latrociniis,ut notavimus Jeschahh.13.20. *Negotiatores*ą] Tyrii,Tzidonii, & cæteri navicularium faciẽtes,& lucrum quærentes mari. *Juvenes leones*]id est,rapaces mercatores,& ad quæstum projectissimi. *Advenis*]videlicet sine nobis:quasi dicant,& nos quoque eódem convolabimus. 14 *Idcirco*]altera pars enarrationis,ut diximus in versum 10. qua Propheta primùm per contentionem justitiam asserit judicii quod posteà denuntiaturus est,usque ad versum 17.deinde ostendit Deum tum cognitione absolutissima,ver.17.tum studio sanctissimo,potentiáque summa instructum esse ad præstãdum judicium ipsius justissimum(quæ tria in bono judice opus sunt)ver.18.& duobus seq.ac postremò judicium explicat,inde à ver.21. *Gogo*]omnibúsque hostibus, synecdochicè. *Habitante*]id est,neminem lacessente,& pacem cum omnibus colente. *Experturus*]videlicet judicium meum, quod posteà denuntiatur ver.21.& sequentib. 16 *Erit*]judicium supervẽturum tibi,ut modò dictum est. *Me sanctificabo*]efficiendo judicia mea sanctissima;ut Levit.10.3. 17 *Sic ait*]enarratio cognitionis Dei quæ fallinon potest,ut neque judicium potest ab ullo effugi:non fallis (inquit Deus) cognitionem meam: jam enim ante multa secula cognovi quicquid in populum meum effecturus es:quamobrem etiam prædico per servos meos; neque tãtum res quas gesturus es,sed etiam consilium meum eventáque tibi funestissima prænuntio:vide Jeschahh.48.de hocargumentationis genere. *Servos*]videlicet nostrum hunc Prophetam,Danielem capite 11.& Zecarjam 14. 18 *Qui erit*]enarratio studii & potentiæ Dei,tribus versib.armatæ ad exsequendum judicii ipsius,de quo ver.21.& inceps. Est autem mutila oratio ad exprimẽdum pathos:ut suprà 34.8. 20 *Adeò ut*]hyperbolicæ minæ,quà ratione Deus gravitatem exprimit iræ venturę suæ. *Præcipitia*]id est,immanes rupes,ac velut in aëre pendentes:ut tic.2.14. 21 *Advocabo enim*] nunc demum judicii contra Judæorum hostes venturi qualitatem explicat;primùm in regione ipsa Judæorum,hoc capite;deinde in hostiũ ipsorum sedibus,capite sequente. Ac in Jisraëlis quidem regione tria judiciorum genera dicuntur eventura hostibus;primùm a Judæis,ut per Machabæos factum est; deinde ab ipsis inter se,ut factum est inter Demetrium & Alexandrum,item Seleucum filium Gryphii & cęteros,quæ notantur ver.ac postremò à Deo ipso,versu seq.quorum omnium finis ponitur versu ultimo. *Montibus meis*] id est, montibus regione populi mei,ut suprà ver.8. 22 *Disceptabo*] i.quamplurimis & vehementissimis judiciis continenter aggrebo & perdam.

In Caput xxxix.

1 *Prætered*]Amplificatio judicii contra reges Asiæ Syriæque,& auxiliares copias evẽturi,ut diximus suprà 38.ult. quòd Deus non tantùm in terra Jisraëlitarum sit perditurus ipsos,versibus quinque;verùm etiã quodam velut itinere regiones ipsorum per Romanos incensurus,ver.6.quorum judiciorum finis & confirmatio posteà adhiberur, usque ad versum 9. *Gogum*]vide suprà 38.2.& 14. 2 *Senario uncо*]hunc locum eodem planè sensu accipimus quo superiorem 38.4.verbum verò Hhebræum (quod perinde sonat quasi sextare dicas,ut Latini decimare, vicesimare, centesimare dixerunt) deducimus ab eo harpagum genere sive ferrearum manuũ quibus situlæ è puteis hauriri solent,aut naves comprehendi;propter senos uncorum ordines. Hoc genus lupos appellat Livius lib.8.de bello Punico. 3 *Percutiens*]id est,exarmabo te,ut factum fuisse sæpenumerò testantur historię. Hoc autem & seq. versu propositio est sive propositio summa trium judiciorum Regibus Syriæ in Judæa eventurorum:primum est,quòd arma missuri sint,hoc versu,secundum,quòd ipsi morituri;tertium, quòd insepulti esca ferarum futuri sunt:quæ tria deinceps exornantur ver.9.& sequentibus. 6 *Ignem*]id est, perniciem & vastitatem maximam, tãquam per regem Asiæ prout factum est postquàm Romanis Judæos ex fœdere adjuturis accessus in Asiam minorẽ patuit per Regem Attalum, qui infensus Demetrio populum Romanum instituit hæredem regni sui. 9 *Tunc exibunt*]exornatio primi membri prolepseos,ut diximus in versum 3. *Septem annis*]id est,quàm diutissimè atque sæpissimè; numerus finitus pro infinito: ut Genes. 4.15. sic infrà ver. 12.& 14. 11 *Et erit*] exornatio secundi membri prolepseos,ut diximus in versum 3. quod membrum habetur in principio versus 4. qua exponit Propheta quàm multi ac frequentes casuri sint, à circunstantiis sepulturæ, usque ad versum 17. *Dem Gogo*] id est, non possessionem terræ,quam ambiebant,ipsis traditurus sim; sed contrà morte affecturus ipsos, adeò ut in ea ipsa terra pars sepeliantur; usque ad versum 17. pars insepulta à bestiis laceretur, inde ad ver. 21. *Vallem Viatorum*] id est, Gilhhaditidis vallem, quam mercatores Gilhhadis emporia adeuntes frequentabant. Erat autem duplex, una, cis Jardenem, ubi fita erant Dothajina, Genes. 37. 17. altera, trans Jardenem ad Orientem maris Genezareth, sive lacus Tyberiados: quamobrem verba sequentia διακριτικῶς à Propheta adjecta sunt. *Ut obthurent*] id est, ut documẽto illius vallis discant extranei sinere Judæos,& ne hiscere quidem adversus illos ampliùs audeant. Fuerunt quidem tyrannorum & victoriæ aliis locis cæsæ,ut ex historiis constat; sed hac loquẽdi forma primùm synecdochicè alia pugnarum & victoriarum insignium loca comprehenduntur,quia plurimùm in eo tractu contra Reges Syriæ bellatum est; deinde verò hũc tractum nominatim adducit Deus,ut celebritatem judiciorum suorum denotet:nam tractus hic erat totius Judææ frequentissimus,ab exteris plurimùm frequentatus,& illis proximus; cùm aliæ partes cõtrà in Judæa aut montibus arduis definirẽtur, ac proinde minùs ab extraneis colerẽtur. 12 *Nam sepelient*]exegesis præcedentis versus,qua Propheta docet primùm tantam fore exterorum stragem,ut Jisraëlitæ omnes diu in sepeliendis illorum cadaveribus occupentur; duobus versib. deinde post diuturnos labores fore ut propter cõtinuas victorias curatores publicos funerum instituant,ac ordinarios,ver.14.& 15.postremò exstiturum perpetuum istius coacervatæ sepulturæ documentum,ver.16. *Mundent ter.*]cadaveribus impuratã,quæ per legem nefas erat (ut res omnes immundæ

supereſſe inſepulta in terra. 13 *Fuerit ipſis*] id eſt, celebres effecti fuerint victoriis. 14 *Homines autem*] ſecundum exegeſeos membrum, ut diximus ver. 12. de ordinariis curatoribus ſepulturæ, ne impurata ſit terra à conſtratis cadaveribus. *Exactis ſeptem*] id eſt, poſt diuturnam illam occupationem laborémque Jiſraëlitarum omnium, de quo ſuprà ver. 12. Iſtius autem curationis, quam κάθαρσιν Græci vocant, ratio exponitur diligentiſſima ſequen. verſu. 15 *Tranſeuntes*] publici curatores, ut modò diximus. *Diſpiciat*] id eſt perquirat, & perveſtigata ut condantur ſuis ſepulchris curet, in ea valle quam Propheta nominavit. 16 *Quin etiam*] tertius exegeſeos locus, ut diximus in verſum 12. quo Propheta oſtendit non iſtius modò multitudinis quæ hîc illîc victa & cæſa fuerit, aliquam fore Judæis gloriam; ſed in ipſa quoque Jeruſchalaimorum urbe fore ejuſdem gloriæ documenta, atque adeò celebraturos eſſe Judæos ſtragem illam & liberationem ſuam Jeruſchalaimis. Quod nominatim Simone Sacerdotium exercente factum eſt, expulſis omnibus exterorum copiis cùm ex toto Judæorum agro, tum ex ipſa turri Jeruſchalaimorum: unde factum eſt, ut ab eo tempore in acta publica tabulâſque notaretur tempus à ſummo ſacerdotio, gubernatione, & principatu Simonis: vide 1. Machab. 13. & 14. *Nomini civit.*] id eſt, ex iſta multitudine nomen & gloria civitati comparabitur, cùm apud ipſos (ut modò diximus) tum apud exteros, ut ibidem narrat hiſtoricus. 17 *Tu autem*] exornatio tertii membri prolepſeos, ut diximus in verſum 3. cui ſimile videſis Jirme. 12. 9. 20 *Equis & currib.*] id eſt, viris militaribus, qui vehuntur equis aut curribus: metonymia. 21 *Sic edam*] poſtremus exornationis locus de fine judiciorum præcedentium, nimirum gloria Dei tum in perdendis adverſariis, hoc verſu; tum in regendis ſuis apud omnes populos explicata, tribus ſequentibus. *Manum*] id eſt, plagam qua illos affecero: ut Ijobi 23. 2. 24 *Abſcondiſſ.*] humanitus dictum: ut Pſal. 10. 1. & 13. 2. & alibi paſſim. 25 *Idcircò*] concluſio, ut diximus ſuprà 38. 1. a magnificis Dei promiſſionibus: in quibus tria prolepticè ſtatuuntur, hoc ver. beneficium reſtitutionis, quod exponitur duobus verſibus proximè ſequêtibus; cauſa beneficii, unica Dei miſericordia ex fœdere; & finis, videlicet gloria Dei, cujus ratio oſtenditur duobus verſibus ultimis. 29 *Cùm effudero*] id eſt, cùm Evangelicas meas promiſſiones ipſis exhibuero, de quibus vide Actor. 2. 17.

Caput XL.

Deus ſervo ſuo viſionem exhibet de inſtauratione Eccleſiæ, regni, & populi per Chriſtum: itaque primùm tribus his capitibus ſedem Eccleſiæ ſuæ Ieruſchalaimis ſtatuens, magnificentiſſimam illius figuram adumbrat ambitu uno maximo, tribus atriis templum antecedentibus, templo elegantiſſimo, ſepto ad templum adjecto, & atrio à poſteriore ipſius parte ipſum terminante: & harum ſingularum partium membra, ſtructuras, lumina, ornamenta, deſcribit accuratiſſimè.

1 In vicesimo quinto anno à deportatione noſtra, in principio anni, decimo die menſis, quarto decimo anno poſtquam percuſſa fuerat civitas; ipſo eodem die fuit ſuper me manus Jehovæ, ut deduceret me illuc.

2 In viſionibus Dei duxit me *Jehova* in terram Jiſraëlis; & collocavit me in monte alto valde, ſecundum quem erat quaſi ſtructura civitatis a meridie.

3 Cumq; duxiſſet me illuc, ecce virum cujus aſpectus erat ſimilis aſpectui chalybeo, cum funiculo lineo in manu ſua, & calamo menſuræ; qui ſtabat in porta. *a Heb.* chalybis.

4 Edixit autem mihi vir ille, fili hominis, aſpice oculis tuis, & auribus tuis audi, & adverte animum tuum ad omnia quæ ſum oſtenſurus tibi; nam ut oſtenderem tibi adductus fuiſti huc: indica omnia quæ vides domui Jiſraëlis. infrà 44. 5. *b Heb.* appone cor: ut Ijobi 1. 8.

5 Ecce autem murus erat a parte extima domus circumquaque, & in manu illius viri calamus menſuræ, ſex cubitorũ, ex cubito & palmo: quo mẽſus eſt latitudinem illius ſtructuræ calamo uno, & altitudinem calamo uno.

6 Venitq;

e Heb. cujus facies via ad Orientem: sic deinceps.

6 "Venitq; ad portam 'quæ spectabat Orientem versus, ascendens "per gradus ejus; & "mensus est "limen portæ "calamo uno latitudine, & limen alterum calamo uno latitudine:

7 "Et procœtonem quemque calami unius longitudine, & calami unius latitudine; "inter procœtonas verò quinque cubitos: "limen quoque portæ juxta vestibulum portæ intrinsecus, "calami unius.

8 "Ita cùm mensus esset "vestibulum ipsius portæ intrinsecus, calami unius,

d Heb. superliminaria: sic deinceps.

9 Mensus est "vestibulum portæ "octo cubitorum, "cum 'liminibus ejus "binûm cubitorum; nempe vestibulum portæ intrinsecus.

e Heb. via Orientis.

10 "Procœtones autem portæ 'versus Orientem tres erant "hinc, & tres inde, mensura eadem ternis ipsis; etiam mensura eadem "liminibus hinc & inde.

11 Et mensus est latitudinem "ostii istius portæ decem cubitorum, "longitudinemq; ipsius portæ tredecim cubitorum.

12 "Terminus autem ante procœtonas *erat* unius cubiti *hinc*, & unius cubiti terminus inde: "(& quisque procœton senûm cubitorum hinc, & senûm cubitorum inde.

f Heb. cum porta.

13 "Itaque mensus est[f] præter portam à tecto procœtonis *unius* ad tectum "alîus, latitudinem vigintiquinque cubitorũ; "ostium è regione ostii.

g Heb. superliminaria, id est, ὑπόγαια, sive γλυφίδας, ut Græci vocãt: metaphora à forma jugamenti quod est in superliminaribus.

14 Ita fecit[g] subgrundarũ supercilia "sexaginta cubitorum) "sic versus limen ipsum atrii "circumcirca portam.

15 "A fronte autem hujus ingressus usque ad frontem "vestibuli, porta interiorem; *erant* quinquaginta cubiti.

16 "Denique fenestræ "clausæ erant procœtonibus, & "superliminaribus eorum "intrinsecus circumcirca portam, "ac ipsis etiam pteromatis vestibuli: "*in* fenestris autem circumquaque intrinsecus, & in *unoquoque* "limine palmæ.

h Heb. portã circũcirca: anastrophe; ut seq. versu.

17 "POSTEA introduxit me in atrium extimum, ubi ecce *erãt* "cellæ & pavimentum factum isti atrio circumquaque; "triginta cellæ in ipso pavimento.

18 "Atque hoc pavimentum ad latus portarum "è regione longitudinis portarum, pavimentum 'depressius erat.

i Heb. inferius.

19 "Mensus etiam est latitudinem inde à frõte "portæ infimæ ad frontem atrii interioris intrinsecus, centum cubitos; "Orientem & Aquilonem versus:

20 Cùm "portæ spectantis versus Aquilonem in atrio extimo, metiretur longitudinem & latitudinem.

21 (Cujus "procœtones tres hinc & tres inde, limina quoque ejus, & vesti-

vestibula ejus erant unum quodque secundum mensuram portæ prioris) quinquaginta cubitorum longitudine sua, latitudine verò vigintiquinque cubitorum.

22 Etiam fenestræ ejus, & vestibula ejus, & palmæ ejus erant secundum mensuram portæ quæ spectabat versus Orientem: quò gradibus septem ascendebatur, cum vestibulis ejus ante ipsum.

23 Ubi autem porta erat atrio interiori è regione portæ Aquilonem & Orientem versus; mensus est a porta ad portam centum cubitos.

24 Posteà deduxit me versus meridiem, ubi ecce porta erat meridiem versus: cujus mensus est limina & vestibula secundum mensuras illas. *l Heb.* via meridiei: sic deinceps.

25 (Cui erant fenestræ, & vestibula sua circumquaque, similes fenestris illis) quinquaginta cubitorum longitudine, latitudine verò vigintiquinque cubitorum:

26 Septem quoque gradus ascensuum ejus, ubi vestibula ejus ante ipsos erant: & palmæ una hinc, & altera inde ad limina ejus.

27 Ad portam autem atrii interioris meridiem versus; mensus est à porta *illa* ad portam hanc versus meridiem centum cubitos.

28 Tum perduxit me in atrium alterum interius portâ meridianâ, ubi mensus est portam meridianam secundum mensuras illas.

29 (Et procœtonas ejus, & limina ejus, vestibulaq; ejus secundum mẽsuras illas cum fenestris ejus & vestibulis ejus circumquaque) quinquaginta cubitorum longitudine, latitudine autem vigintiquinque cubitorum.

30 Nam vestibula erãt circumquaque longitudine vigintiquinque cubitorum, & latitudine quinque *decadum* cubitorum.

31 Cum vestibulis suis secundum atrium exterius, & palmis ad limina ipsius; gradibúsque octo *in* ascensus suos.

32 Deinde abduxit me in ipso atrio interiore versus Orientem, ubi mensus est portam secundum mensuras illas.

33 (Procœtonas quoque ejus, & limina ejus, vestibuláque ejus secundum mensuras illas, fenestras etiã ejus, & vestibula ejus circumquaque) longitudine quinquaginta cubitorum, latitudine autem vigintiquinque cubitorum:

34 Cum vestibulis ejus versus atrium exterius, & palmis ad limina ejus utrimque; & octo gradibus *in* ascensus suos.

35 Similiter deducens me ad portam Aquilonalem, mensus est secundum mensuras illas: *m Heb.* hinc & inde: sic ver. 37.

36 Procœtonas ejus, limina ejus, & vestibula ejus, fenestrasq; ejus circumquaque; longitudine quinquaginta cubitorum, & latitudine vigintiquinque cubitorum;

37 Cum

37 Cum liminibus ejus ad *partem* atrii exteriorem, & palmis ad limina ejus utrimque; & octo gradibus *in* aſcenſus ſuos.

38 Ac cellæ quidem cum oſtiis ipſarum *erant* ad limina ſingula portarum, ubi abluebant holocauſta:

n Heb. duæ mēſæ hinc, & duæ mēſæ inde.

39 Sed in veſtibulo hujus portæ binæ menſæ erant utrimque, ad jugulandum in eis holocauſtum, & peccatum, & reatum:

40 Et ad latus foris aſcendenti ad oſtiū portæ Aquilonalis duæ menſæ; ſimiliter ad latus alterum quod erat veſtibulo ejuſdem portæ, duæ menſæ:

41 Quatuor menſæ hinc, & quatuor mēſæ inde lateribus iſtius portæ: in his octo menſis jugulabant.

o Heb. cubiti unius & dimidii: ſic in ſequētibus.

42 Quatuor autem menſæ pro holocauſto erant è cæſis lapidibus longitudine ſeſquicubiti, & latitudine ſeſquicubiti, altitudine autem cubiti unius; in quibus etiam deponebant inſtrumenta quibus jugulabant holocauſtum & ſacrificium.

p Heb. oblationis.

43 Et lapides focarii palmi unius diſpoſiti erant intus circumquaque, & in menſis caro rerum oblatarum.

q Heb. a foris.

r Heb. unū ordinem.

44 POSTEA ab exteriore loco portæ intimæ *vidi* cellas cantorū, *unas* quæ in atrio intimo *erant* ad latus portæ Aquilonalis ſpectātes meridiem verſus, alteras in latere portę Orientalis verſus Aquilonem ſpectantes.

45 Tum dixit ad me: hæ cellæ quæ ſpectant verſus meridiem, ſacerdotum ſunt obſervantium obſervationem domus:

46 Cellæ autem iſtæ quæ ſpectant verſus Aquilonem, ſacerdotum obſervantium obſervationem altaris: hi ſunt filiorum Tzadoki, qui appropinquant è poſteris Levi ad Jehovam, ut miniſtrent ei.

47 Atque hoc atrium menſus eſt longitudine centum cubitorum, & latitudine centum cubitorum; quadratum, cum altari ante domum.

CAPUT XLI.

1 DEINDE adducens me ad veſtibulum domus, menſus eſt ſtipitem veſtibuli quinque cubitorum hinc, & quinque cubitorum inde: latitudinem autem portæ trium cubitorum hinc, & trium cubitorum inde.

2 Longitudo veſtibuli viginti cubitorum erat, & latitudo undecim cubitorum, idq; cum gradibus quibus aſcendebatur ad ipſum: & columnæ erant ad limina, una hinc & altera inde.

3 Poſteà adducens me ad ipſum templum, menſus eſt limina ſex cubitorum latitudine hinc, & ſex cubitorum inde latitudine, *pro* latitudine tentorii:

4 Latitudi-

4 Latitudinem autem "ostii decem cubitorum, & "latera ostii quinq; cubitorum hinc, & quinq; cubitorum inde: mensus etiam est longitudinem ejus quadraginta cubitorum, & latitudinem viginti cubitorũ.
5 Et ingressus "intrinsecus mensus est limen ostii "duorum cubitorũ; & "ostium sex cubitorum, latitudinem autem ostii septem cubitorum.
6 Tũ mensus longitudinẽ "ejus viginti cubitorũ, & latitudinẽ viginti cubitorũ, in parte interiore templi; dixit ad me, hoc est "sanctũ sanctorũ.
7 Item mensus est parietem istius "domus sex cubitorum, & latitudinem "substructionis quatuor cubitorum circumquaq; circa domum.
8 Substructiones autẽ istæ, substructio [b] una ad alteram, "ternæ *erant*, "idq; triginta vicibus, perveniebãtq; "ad parietẽ qui erat domui, [c] trabes substructionũ circũquaq; [d] "ut hęrerent; sed "nõ hærebãt parieti domus.
9 "Nam dilatabatur *paries" muri'* in ambitum supernè "pro substructionibus, quæ [f] ambitum ipsius domus efficiebant supernè circumcirca domum, idcircò "latitudo domus erat supernè: atq; ita infimæ *latitudo* [g] excrescebat in summa *sui parte"* pro mediana.
10 Similiter vidi ad domũ *substructionem* [h] supremã circũquaq;; "fundamenta substructionum [i] justi calami, sex cubitorum "ad alam usq;.
11 Latitudo "parietis qui *erat* substructioni extrinsecus quinq; cubitorum *erat*: itemq; [k] "area pura locus substructionum quæ *erant* domui.
12 "Inter quas & cellas latitudo *intercedebat"* viginti cubitorum, circa domum circumquaq;.
13 Ostia autem "substructionum ad aream puram, "ostia una *spectabant"* Aquilonem versus, & ostia altera versus meridiem: eratq; latitudo loci areæ illius puræ, quinq; cubitorum circumquaq;.
14 "Structura verò quæ erat ante "septum latere versus "Occidentem latitudine "septuaginta cubitorum *erat*: cujus structuræ paries quinq; cubitorum *erat* "latitudine circumquaq;; longitudine autem sua, "nonaginta cubitorum.
15 Deinde mensus est domũ illam lõgitudine centũ cubitorũ; "id est, septum, structurãq;; & parietes ejus longitudine centum cubitorum:
16 Similiter latitudinem partis anterioris domus cum septo Orientem versus, centum cubitorum.
17 Deniq; mensus est longitudinem "structuræ in conspectu illius septi, quæ erat post illud, & "peristylia ejus hinc & inde, centum cubitorum; comprehenso "templo ipso interiore, & "vestibulis atrii.
18 Limina, & fenestræ "clausæ, & peristylia circumquaq; erant "trib. istis, eregione liminis cujusq; tectorium ligneum circumquaq; *a* solo inquam usq; ad fenestras, etiam ipsæ fenestræ tectæ erant,
19 Ad superiorẽ usq; partẽ ostii, & usq; ad domũ intimã extimãq;; deniq; in omni pariete circũquaq; interno & externo, [o] convenientissimè.
20 Eratq; fabrefactum Cerubinis & palmis, palma [p] inter duos Cerubos; & binæ facies cuiq; Cerubo,

a Heb. costę; metaphora: sic deinceps.
b Heb. ad substructionẽ.
c Heb. costę, sive substructiones, pro trabibus earum, synecdochicè.
d Heb. ut essẽt cõprehensæ.
e Heb. ut ambiebatur supernè supernè, id est, in contignationẽ quamque: sic inf. eod. vers.
f Heb. ambitꝰ domus *erant* supernè supernè.
g Heb. ascendebat.
h Heb. altitudinis.
i Heb plenitudinis calami.
k Heb. quod cõcessum erat; id est, spatium purũ & vacuũ ante substructiones: sic deinceps.
l Heb. & inter cellas: ecclipsis, ut 1. Chron. 2. 7. & 47. & 3. 18. & 20. & 4. 7. & alibi passim.
m Heb. via Aquilonis.
n Heb. mare.
o Heb. mensuris.
p Heb. inter Cerubũ & Cerubum.

21 Nempe "facies humana verſus palmam *unam* hinc, & facies juvenis leonis verſus palmam *alteram* inde: fabrefactũ in tota domo circumquaque:

22 A terra uſq; ad ſuperiorẽ partem oſtii Cerubini & palmæ fabrefactæ erant; etiam *in* pariete templi.

23 Templo erat poſtis quadratus, & parti interiori loci ſancti: hujus aſpectus, ſicut aſpectus illius.

24 "Altare ligneum erat tres cubitos altum & longitudine duorum cubitorum, cum angulis ſuis ad ipſum *pertinentibus*, cujus longitudo & "parietes lignei erant: "dixitq́ue ille ad me, illa eſt menſa quæ eſt coram Jehova.

25 "Binæ autem fores erant templo, & loco ſancto;

26 Et binæ valvæ foribus, binæ verſatiles valvæ; duæ foribus unis, & duæ valvæ alteris.

27 Fabrefactiq́; erant in illis in foribus templi, Cerubini & palmæ, quemadmodum fabrefacti erant parietibus; etiã "denſo ligno in fronte veſtibuli extrinſecus.

28 Et feneſtris clauſis quoq; palmæ hinc & inde in lateribus veſtibuli; & ſubſtructionibus domus, denſiſq́; trabibus.

Caput XLII.

a Heb. via Aquilonis ſic deinceps.

1 "Deinde educens me ad "atrium exterius eâ viâ "quæ ſpectat Aquilonem; adduxit me ad eas cellas quæ erant e regione ſepti, & quæ erant e regione "ſtructuræ ad Aquilonem,

2 "In conſpectum longitudinis cubitorum centum ad oſtium Aquilonale, & latitudinis quinquaginta cubitorum.

3 E regione "viginti illorum qui erant "atrio interiori, & e regione "pavimenti quod erat atrio exteriori; *erat* "periſtyliũ e regione periſtylii "tribus *ordinibus*.

4 Ita ante cellas "ambulacrum erat denũm cubitorum latitudine introrſum, "viâ cubiti unius; oſtiaq́; "eorum ad Aquilonem.

5 Cellæ autem ſummæ contractiores erant: quia "ſuperare debuerant periſtylia ipſas, ex imis, & medianis "ædificium erat.

6 Nam triſtegæ quidem erant, ſed non erant eis "columnæ ſimiles columnis "atriorum iſtorũ: idcircò contractius erat *ædificium* præ imis & medianis *contignationibus* inde a ſolo ipſo.

7 "Maceriæ autem quæ extrinſecus erat ex adverſo cellarum verſus atrium exterius in fronte cellarum, longitudo erat quinquaginta cubitorum.

8 Nam longitudo cellarum quæ erant atrio exteriori, quinquaginta cubitorum erat: ita ut ecce ante templum *cellæ* "centum cubitorum eſſent.

9 "A lo-

9 "A loco autem cellarum "istarum; "is qui deducebat me venturus ad illas "ab *Oriente* atrii exterioris,

10 "Per latitudinem maceriæ atrii versus Orientem; in frontem septi, & in frontem structuræ cellarumq;:

11 (Ante ista autem erat "via secundum aspectum illarum cellarum quæ spectabant Aquilonem, secundum longitudinem illarum similiterq; latitudinem illarum: & omnes exitus illarum tum secundum rationes illarum, tum secundum ostia illarum erant:

12 Et simile ostiis illarū cellarum quæ spectabant meridiem "ostium in capite viæ; viæ *inquam* quæ erat ante "maceriam rectam Orientem versus, quà venitur ad illas)

b Heb. invenire illarū.

13 Dixit ille ad me, cellæ Aquilonis, cellæq; meridiei quæ sunt "in fronte septi sunt cellæ sanctitatis, ubi comedunt sacerdotes qui sunt propinqui Jehovæ res sanctas sanctarum: ibi deposituri sunt res sanctas sanctarum, & munus, & peccatum, & reatū, quia locus ille sanctus est.

14 "Cùm ingressi fuerint sacerdotes, non exibunt ex hoc sancto in atrium exterius, quin ibi reposuerint vestes suas in quibus ministraverint, quia sanctæ sunt; induentur vestibus aliis, cùm appropinquabunt ad ea quæ sunt populi.

Infrà 44.17.

15 "Cùm itaq; absolvisset mensuras domus interioris, deduxit me "viâ illius portæ quæ spectat Orientem versus; & mensus est illam circumquaque.

16 Mensus est plagam Orientalem calamo mensuræ; quingentorum cubitorum calamis, calamo mensuræ circumquaq;.

17 Mensus est plagam Aquilonalem; quingentorum calamis, calamo mensuræ circumquaq;.

18 Plagam meridianam mensus est; quingentorum calamis, calamo mensuræ.

19 Divertens ad plagam "occidentalem; mensus est quingentorum calamis, calamo mensuræ.

c Heb. maris.

20 In quatuor plagas mensus est illam *structuram*, murum illius circumquaq;, longitudine quingentorum & latitudine quingentorum *cubitorum*; ad distinguendum inter sanctum & prophanum.

ANNOTATIO IN CAPVT XL.

1 *Vicesimo quinto*] A deportatione Jeconjæ, unde Jechezkelem ferè numerare persæpè diximus. Ab hoc autem loco ad finem usque libri Propheta postquàm calamitates Judæis eventuras, tum deportationis, tum reversionis tempore prænuntiavit; nunc demum instaurationem spiritualem Evangelio Christi ad Ecclesiam ipsius perventuram adumbrat typis & figuris rerum corporalium, pro ratione temporis, & populi apud quē agebat, & loci; deniq; propter communem humani ingenii imbecillitatem, cui oportet figurari terrenis comparationibus eas res quas oculus non vidit, nec videre potest. In hac autem instauratione, perfectissima Christianæ Ecclesiæ constitutio præfiguratur duabus rebus maximè; primùm instauratione templi, tribus capitibus; & totius ministerii cultusque sacri, cap. 43. & 44. deinde restitutione totius terræ & Reipub. ac totius regni, ad finem usque. Quamobrem etsi hæc omnia inter se conjuncta sunt; tamen quia in certas classes distincta queunt facilius comprehendi, placuit seorsim capita alia ab aliis disponere: videlicet primo loco ea conjunctim quæ ad templi structuram pertinent, secundo quæ ad cultum sacrum, tertio verò quæ ad Rempub. *Principio anni*] id est, primo mense, sive principe anni: ut accipiendum esse monuimus supra 1. 1. *Percussa*] & captus Tzidkija, 2. Reg. 25. 7. qui fuit annus trigesimus secundus Nebucad-retzaris magni. *Manus Jehovæ* jut sup. 1. 3. hoc autem vers. & tribus sequentibus exponit Propheta rationem totius Prophetiæ, & autoritatem fidemque hoc pacto conciliat doctrinæ suæ. *Illuc*] id est, ad civitatem percussam Jeruscha-

laimorum: sic vers. 3. 2 *Visionibus Dei*] ut suprà 8.3. *Monte alto*] ut Jeschahh. 2. 2. nominatur Tzijon, typus Ecclesiæ. *Structura civitatis*] quæ describitur posteà sub finem prophetiæ: nam intelliguntur hoc nomine Jerusalem, quæ comparata cum Tzijonis situ magis ad meridiem spectabant. 3 *Virum*] Christum, informatorem & ædificatorem Ecclesiæ, hæredemque omnium a Patre constitutum. *Similis aspect.*] id est, lucidissimus, & splendissimus puritate & gloria: quæ duo comparatione chalybis tersi designantur, ut suprà 1.7. *Funiculo lin.*] ad dimetiendum majora spatia mensoribus percommodo. *Calamo mens.*] id est, pertica mensoris: quæ in illis regionibus ferè ex cannis sive calamis adhiberi solet; quia levitate sua, æquabilitate, & rebus aliis sunt ad metiendum aptissimæ, sic Apocalyp. 11. 1. & 21. 15. Hujus autem calami magnitudo exponitur vers. 5. 5 *Ecce autem*] tota hæc narratio quinque omnino membra structuræ minutatim explicat: primum est ambitus universus, qui delineatur hoc vers. & infrà 42. 15. & sequentibus; secundum est atrium extimum, quod atrium primum a situ, sive atrium ἐμπυγεῖον a usu ipsius appellatur: tertium, atrium interius sive medianum, quod σκευοθήκη a nobis sive armamentarium appellatur, ubi erant instrumenta Levitarum, & curabantur ea quæ anteire oportebat sacrificiis & oblationibus ex Lege: quartum, atrium intimum sive pronaum, ubi erat altare holocausti: quintum denique templum cum suo vestibulo, substructionibus, & duobus atriis. Ac de maximo quidem ambitu primùm hìc agitur, usque ad versum 17. de atrio extimo, inde ad versum 28. de mediano, inde ad versum 44. de intimo atrio, usque ad vers. 48. de templo verò capite 41. usque ad versum 15. capitis 42. In hoc porrò ambitu (cujus frons tantùm hoc capite sive pars anterior describitur, qua ibatur ad atria) partes ponuntur istæ; murus, hoc vers. porta, versu seq. procœtones ad latera portæ, vers. 7. vestibulum, vers. 8. & 9. & spatia, sequentibus. *Ex cubito*] id est, cubitorum regiorum, quos tribus pollicibus ampliores esse cubitis communibus apud veteres legimus: atque ita accipiendus est locus Herodoti libro 2. ubi digitos nominat, non autem pollices in descriptione Babyloniæ. *Palmo*] id est, tanto spatio quantum definiunt digiti quatuor, sive tres pollices. *Illius structuræ*] id est, muri ambientis, sive claustri, cujus amplitudo delineatur infrà 42. hìc verò crassitudo & altitudo unius calami, id est, cubitorum sex regiorum: quod non de hac modò parte, sed de cæteris omnibus in ambitum intelligendum est. 6 *Venitq;*] descriptio portæ ad Orientem spectantis: quæ comprehendit postibus dicitur fuisse cubitorum duodecim; ut contrà postibus seorsim consyderatis ostium sive lumen & apertura portæ dicitur esse cubitorum decem, vers. 11. erant enim cubitales postes. *Per gradus*] nam templum in cacumine montis situm erat; hic verò ambitus, & sequentes domus partes in declivi erant: vide infrà vers. 19. & 26. & 34. *Mensus est limen*] id est, porta erat duplex sive biforis; ac proinde duo habebat limina a poste suo utrimq; admedium ipsius antepagmentum concurrentia, ita ut porta tota cum suis postibus duodecim cubitorum regiorum esset, aut (si postes exceperis) cubitorum decem, ut modò diximus. *Limen portæ*] videlicet inferum in utroque parte ostio: nam superum contrahebatur in rotunditatem, infrà vers. 11. *Calamo*] prout definita est mensura illius supra vers. 5. 7 *Et procœtonem*] hi procœtones, qui intus istius muri erant appendices, tum ad decorem, tum ad ultimi & commoditatem loci pertinebant: ut apud Græcos ostiariis cellæ (quæ pyloria vocabant) itemque advenientibus aulæ attribuebantur, quæ poëtis veteribus dicta fuisse thalamos docet Eustathius. Hoc autem spatium inter deus januas situm, id est, inter portam muri portamque vestibuli, & ad latera septum procœtonibus, illud est quod Græcè θυρωρεῖον appellatur. Atque hoc quidem si in omnes partes spectaveris, ferè quadratum fuit; sex cubitorum in longitudinem secundum longitudinem procœtonum, vers. 8. decem verò in latitudinem secundum amplitudinem lumi- nis quod erat in porta. *Inter procœtonas*] videlicet qui ulteriùs secundum murum erant, ut exponitur vers. 10. & in utramque partem quasi observabant portam ingressus. Cùm autem terni essent procœtones isti, certum est suo tan- tùm spatia interveniisse quibus cingebatur medianus procœton, & ea spatia fuisse tantùm cubitorum duorum cum dimidio quodque. Quamobrem hìc inter procœtonas quinque cubiti dicuntur intercurrisse brevitatis ergò: hìc, vers. 9. & 41. 14. *Limen quoq;*] id est, limen interius portæ ingressus, quo omnino fuit opus propter denticulos mu- ri: quod ita accipiendum esse monstrat Propheta verbis sequentibus, cùm se notet agere de eo limine quod spectat vestibulum versus, & quod est intrinsecus, ut ab extero limine distinguatur. *Calami unius*] nempe unumquodque limen: nam duo erant limina æquè in hoc ac in extero limine, de quo proximè præcedente vers. 8 *Ita cum*] tum pro amplitudine procœtonum circumstantium: erant enim cubitorum sex, vers. 7. *Vestibulum*] id est, θυρωρεῖον ut antè diximus, quod Hhebræis quoque vestibulum portæ appellatur. 9 *Vestibulum*] videlicet interius, ut cæpit finis versus. *Octo cubitor.*] in longitudinem ejus. *Cum liminibus*] non comprehensis liminum spatiis in octo cubitorum numero: quorum liminum alterum ad portam & θυρωρεῖον spectabat, alterum verò introrsum spectabat, ingressum atrii: intercedente spatio hypæthro sive subdiali, de cujus amplitudine dicetur vers. 15. *Binum cubitor.*] id est, quorum quodque seorsim erat duûm cubitorum: conjunctim autem hic numerus brevitatis causa proponitur, ut suprà vers. 7. 10 *Procœtones autem*] quorum mensura & situs dictus est vers. 7. *Liminibus*] nimirum externis & internis portæ & vestibuli, quorum capacitas idcircò describitur seq. vers. 11 *Ostii*] id est, luminis (ut Vitruvius vocat) sive aperturæ quam circumscribunt limina; vide suprà in vers. 6. *Longitudinem*] id est, altitudinem: nihil enim est aliud altitudo, quàm stans & erecta longitudo portæ. Ita ostendit Propheta portam hanc in summo contractam fuisse rotundaram; rectia antepagmenti parte, quam symmetriâ Dorici (ut vocant) generis tradit Vitruvius lib. 4. de architectura, cap. 6. 12 *Terminus*] id est, procœtones ab omni parte loricati erant & armati suggrunda in cubitum quaquaversum projecta: quæ suggrunda hoc loco terminus appellatur, videlicet tecti, quod nominatur sequente vers. *Et quasi pro-* ut sup. vers. 7. 13 *Itaq; mensus*] id est, descripsit spatium ab extremi procœtonis suggrunda usque ad finem alius pro- cœtonis ad portam pertinentis & principium portæ, cubitos vigintiquinque. Nam suggrunda erat unius cubiti, vide 12. tres procœtones cubitorum senûm capiebant cubitos octodecim, & inter procœtonas erant quinque cubiti, vide suprà vers. 7. ac postremò limen sive antepagmentum portæ cubitale: quæ omnia conjuncta efficiunt cubitos viginti- quinque usque ad lumen portæ. *Illius*] nimirum portæ utrimque procœtonibus tanquâ alis circumdatæ. *Oppo- e regione*] id est, ad amussim, sive parallelogrammis lineis: nempe ita inter se respondentibus procœtonibus, ut ab extremo uno procœtone apertis foribus extremum alterum procœtonem intrinsecus potuisses pervidere, & cõspicer ter extrinsecus ab extremitate una ad alteram. 14 *Sexaginta*] nimirum ex decem cubitis portæ, & vicenis quinis ad latera illius, quos modò definivimus. *Sic Versus limen*] id est, eodem modo suggrundarum projectura circumdatum erat ab injuria cœli vestibulum, quà ibatur ad limen atrii templum versus. 15 *A fronte*] id est, ab ipso in- gressu hujus ambitus usque ad ingressum primani atrii erant omnino quinquaginta cubiti: e quibus vigintiquinque erant tecti, nimirum usque ad finem vestibuli; vigintiquinque verò subdiales, a vestibulo ad murum usque atrii. *Vestibuli* Ad cœtonibus verò subdiales erant triginta octo: ultra procœtones denique omnia in aperto erant. cepta significatione: nam est quidem propriè vestibulum quod trans portam situm est; sed Propheta hoc loco por- tam ipsam, θυρωρεῖον, vestibulumque propriè dictum accipit synecdochicè: quamobrem sequentes duæ voces adjun- tur exegeticè. 16 *Denique*] expositis membris structuræ quæ in ambitu erat, jam de lumine & ornamentis agitur, hoc vers. *Clausa*] ut 1. Reg. 6. 4. *Superliminaribus*] id est, supra ipsas portas etiam fenestræ erant, ut singulæ par- tes essent luminosæ. *Intrinsecus*] nam extrinsecus non comparebant fenestræ, eratq; murus perpetuus, & ubiq; æ- cus paries

eus præter aperturam portæ. *Ac ipsis*]id est,singulis muris vestibuli ab Occidente, Meridie, & Aquilone, ut tota structura ad portam usque amplius illustraretur istis vestibuli interioris luminibus. Hos autem muros in pronais & vestibulis Vitruvius appellat pteromata. *In fenestris*]id est, quacunque portæ aut fenestræ erant, ornata erant jugumenta & antepagmenta earum palmis,id est, encarpis,helicibus,& volutis:synecdochicè. *Limine*]id est, in uno quoque antepagmento portæ, sive in poste palma erat, qua tum ornabantur postes ipsi, tum etiam hyperthyrum sive superliminare, quasi ex coëuntibus palmis:vide infrà vers.26. 17 *Postea*] transitio ad secundum membrum loci sancti,quod atrium extimum antè appellari diximus in vers.5.id est, atrium populi,quod in templo Schelomonis, & secundo illo quod a captivitate exstructum est dicebatur maximum propter amplitudinem: in hac verò structura non amplius spatium capit quàm cætera. *Cellæ*]in quas se recipiebant quicunque purificabantur ex lege,ut sẽ & res suas componerent curarentque commodè, cùm vota eucharistica aut similia erant facienda. *Triginta cellæ*] sitæ erant in area pavimentata atrii,quindenæ in utramque partem. 18 *Atq; hoc pavim.*]id est, pavimentum convexum erat in speciem, & in latera atrii declive;ut quæcunque fundebantur, commodiùs everri & abluí possent; atriumque purum conservari. *E regione*]id est,secundum longitudinem atrii, quà ibatur a porta extima ad portam atrii mediani;quæ longitudo convexa erat,& declivia latera. 19 *Mensus etiam*]id est, hoc atrium populare in universum erat centum cubitorum longitudine. *Porta infimæ*]id est, Orientalis, quæ παραλλελογράμμως sita erat inter portã claustri sive ambitus,& portam atrii mediani;hæc autem infima dicitur, quia acclivis erat ascensus in domum Dei. *Orientem &*]id est,in longitudinem & latitudinem:ut vers.23.synecdoche,ac potius ellipsis, ut vers.seq. 20 *Portæ*]id est,spatii a porta Aquilonali ad meridianam: eclipsis relati:ut Levit.21.4. 21 *Procætones*] attributi janitoribus,ut cellæ(de quibus vers.17.)erant attributæ populo. *Quinquaginta*]excepto decem cubitorum spatio quod capiebat porta:ut sup.vers.11. *Vigintiquinq;*] nimirum a fronte portæ cujusque ad finem sui vestibuli:nam in portã claustri Propheta statuit sex cubitos portæ,lex θυρωρείου,octo vestibuli, binos liminum illius, & unum suggrundæ sive loricationis:quam mensuram æquè hîc fuisse servatam docet. 22 *Portæ*]id est, portæ claustri quam delineavit sup.vers.6.& sequentibus:vide vers.16. *Septem*]erat enim ambitus depressior atrio:sic in sequentib. 23 *Atrio interiori*]id est,mediano,quod velut armarium & repositorium erat,ut diximus sup.in vers.5. 25 *Fenestris illis*]de quib.sup.vers.16.& 22. 26 *Gradus*]iter aperientes in atrium medianum, de quib. vers.22. *Vestibulæ*]id est, θυρωρείον ac vestibulum;synecdochicè. 27 *Ad portam*]id est,cùm me eduxisset ex atrio populari per meridianam portam, secundum murum processit per clausttrum sive ambitum usque ad portam meridianam secundi atrii, quod scripturainterius vocat;lineaq; recta mensus est a porta una ad alteram spatium cubitorum centum; in quorum medio intrinsecus erat murus atria duo inter se dividens. Est itaque hic versus μεταβατικὸς ab explicatione primi atrii ad descriptionem secundi interioris sive mediani. 28 *Tum*] descriptio hæc interioris sive mediani atrii continet primùm delineationem illius,usque ad vers.38. deinde narrationem instrumentorum quæ continebantur eo, usque ad vers.44. *Illas*]quæ definitæ sunt suprà in porta ambitus,& atrii popularis. 29 *Circumquaq;*] excepto muro ad atrium intimũ pertinente Occidentem versus. 30 *Longitudine*]quod suprà latitudinem nominavit eam quæ hîc eadem longitudo dicitur,& contrà;non temerè factum est; sed pro ratione itineris quod faciebat Propheta. Hîc enim ingreditur per meridianam portam;itaque rectà ab eadem porta tendens ad finem usque vestibuli, spatium illud numerat in longitudine;structuram verò quæ ad latera portę utrimque erat ponit in latitudine:vide sup.vers.21. & 25. *Quinq; decadum*]ellipsis denarii numeri,qualem observavimus 2.Schem.8.4.& 10.17. quam quidem ellipsin hic statuendam esse omnino evincunt iidem versus,21.& 25.quos modò diximus. 31 *Secundum atrium*] id est, eadem planè symmetria & proportione quæ in atrio præcedente adumbrata est. 35 *Similiter*] ut de porta meridiana vers.28.& de Orientali,vers.32.dictum est. 38 *Cellæ*]id est, ad singulos ingressus areæ sitæ erant cellæ in atrio, quarum aditus obversus erat limini vestibulorum ad eum usum qui exponitur in fine versus; atque hic finis est μεταβατικὸς ad secundam hujus loci partem,de quo sup.in vers.28. *Abluebant*]vide 2.Chron.4.6.In hac autem parte exponuntur instrumenta atrii hujus ad ministerium pertinentia, usque ad vers. 44. ut monuimus in vers. 28. 39 *Hujus portæ*]id est, Aquilonalis, convenienter cum lege Levit.1.11. *Peccatum*] id est, hostiam pro peccato aut reatu,metonymicè:ut Levit.5.& sequentibus. 41 *Quatuor mensæ*] videlicet binæ cuique lateri intra vestibulum,& binæ extra. 43 *Lapides focarii*] vide in Psal. 68.14. *Palmi unius*] videlicet densitate, ut firmiores essent.Erant autem hi lapides dispositi ad commoditatem ministrantium, qui multa curare & multa comedere in loco sancto jubebantur lege. *Intus*]in atrio,ubi vacuus erat ambitus areæ. *In mensis*]id est,aderant mensæ in circuitu atrii ad lapides illos focarios,quæ insternebantur iis oblationibus aut oblationum partibus quas popularibus,Levitis,& sacerdotibus attribuit lex:nam superiores illæ de quibus vers.40.& sequentibus,ad ministerium Dei pertinebant; hæ verò ad Levitarum usum. 44 *Postea*] hic versus propter breviloquentiam Hhebræorum obscurus quidem est;sed tamen intelligi facilè potest ex præcedentium comparatione: nam cùm ex ipsis Prophetæ verbis constet evidentissimè Prophetam de atrio intimo sacrificiorum agere, videnda sunt duo:unũ, ut quæ communia sunt atriorum omnium huic accommodentur; alterum, ut quæ hoc versu propria hujus atrii exponuntur interpretationem suam habeant ex versibus sequentibus,ut minutatim ostendemus. *Ab exteriore*]id est,cùm Deus me ex atrio mediano porta Aquilonali eduxisset, & per spatium ambitus sive clausttri maximi secundum atrii murum ab eadem porta usque ad portam Aquilonalem atrii intimi provexisset: deinde verò ingressum in portam illam perduxisset ad finem usque vestibuli: sic accipiendum esse ostendit analogia quæ est sup. vers. 28. Nam quemadmodum illic Propheta ex primo atrio porta meridiana exeuntem abduxit Deus rectà in portam meridianam secundi atrii; sic etiã hoc loco intelligendus est Deus servum suum porta Aquilonali profectum ex atrio mediano ad portam Aquilonalem intimi atrii ὀρθογράμμως deduxisse. *Exteriore loco*]id est, area istius atrii, cum circuitu portæ atque vestibuli. *Intimæ*]id est,atrii intimi,proximè accedentis ad vestibulum templi Dei. *Cantorum*]id est,ubi Levitæ musici erãt, de quibus 1.Chron.25. 45 *Observantium*]id est,janitorum, præfectorum atriis, & apothecis, & purgationi loci sancti,1.Chron.23.27. de quibus 1. Chron.26. Hi autem dati erant a Deo & constituti ad manum sacerdotum, ut ministrarent ipsis: quapropter hic cellarum ordo sacerdotum esse dicitur, quia Levitæ dativi tantùm erant illorum administri:sic seq.vers.vide Num.3. 46 *Observationem altaris*]id est, attendentium ad omnem oblationem holocaustorum Jehovæ ad manum sacerdotum,& ipsis ministrantium:vide 1.Chroni.23.30.& 24.20.& sequentibus. *Filiorum Tsadoks*]id est,legitimorum sacerdotum sunt administri:vide infrà 44.10.& sequentibus. 47 *Cum altari*]videlicet holocausti, quod ante portam domus erat collocandum ex analogia legis Exod. 40. 6.& 29.id est præcisè in media hujus atrii latitudine, e regione aditus in domum Dei: vide rationem hujus altaris infrà 43.13.& sequentibus. Ex hoc autem versu & justa structurarum inter se analogia colligimus id quod antè a nobis observatũ est in vers. 44. nempe res multas quæ huic atrio fuerunt communes cum superioribus brevitatis ergô reticeri; ut de constitutione portæ, θυρωρείου,vestibuli,procœtonumque ubi janitores stabant,& si quid aliud fuit hujusmodi.

In Caput XLI.

1 *Deinde*]Ab hoc versu initium faciendum esse capitis quadragesimi primi declarat ipsius argumentũ. Nam quar-

tum atrium hinc demum incipi constat, in quo definiuntur ista, vestibulũ templi, duob. versib. templum ipsum cum appendicibus & ornamẽtis ipsius, usq; ad finem capitis; ac postremò sacerdotum cellæ, earumq; usus, usq; ad versus capitis quadragesimi secundi. *Vestibulum domus*]id est, quà ingressus patebat in templum sacerdotibus, ut forma illius exponitur versib. duob. *Limen*]id est, porta biforis duo habebat limina ab anta sua utrimq; ad medianum antepagmentum concurrentia in cubitorũ quinûm longitudinem: ut sup. 40.6. similiter interpretati sumus. *Portæ*]id est, ostii sive aperturæ, ita ut limen utrumq; cubito uno latitudinem ostii sui superaret. 2 *Longitudo*]id est, interius spatium a porta muri ad portam usq; templi: nam murus neuter hoc spatio comprehendendus est. Itaq; vestibulum cum porta sua erat cubitorum viginti sex longitudine. *Undecim cubitorum*]qua ratione interior area vestibuli utrimq; excedebat semicubito limina ipsius; & quà ad portam templi pertinebat, ejus limina obregebat dimidia ex parte: ut commonstrat sequentium versuum comparatio. *Gradibus*]ut dictum est in portis atriorum antecedentium. *Columnæ*]prout fuerant in Schelomonis templo, 1.Reg. 7.21. 3 *Posteà*] altera pars, descriptio templi cum substructionibus, appendicibus, & ornamentis ipsius. *Pro latitudine*]id est, prout latum fuerat tentorium imperatum lege, & curatum a Moscheː nam tentorio illi fuerunt in latitudinem asseres octo singuli lati sesquicubitum: ex quo conficitur justam tentorii totius latitudinem fuisse duodecim cubitorum, prout fuerunt hæc limina: vide Exod. 26.22. & sequentib. 4 *Ostii*]non habita ratione mediani antepagmenti, quo ostium efficiebatur biforum, inf. vers. 25. *Latera ostii*]id est, partes muri intrinsecus quinûm cubitorum erant: ita assurgunt viginti cubiti in latitudinem qui mox nominantur, decem nimirum ostii, decemq; muri adhærentis ostio: sic interius hoc templum duplo excedebat amplitudinem tentorii in longitudinem & latitudinem, cujus mentio facta est superiore vers. 5 *Intrinsecus*]id est, sanctuarium versus, ut dicitur vers. seq. *Duorum cubit.*]in densitatem sive crassitudinem erat enim sepimentum illud tenuius reliquo ædificio. *Ostium*]id est, aperturam quà ibatur in sanctuarium biforum, ut dicitur inf. vers. 25. quarũ utraq; ternûm cubitorum erat: atq; hi conjuncti efficiunt cubitos sex; quib. sit antepagmentum medianum quod cubitale erat adjunxeris, efficitur latitudo totius ostii cubitorum septem; ut explicat Propheta verbis sequentib. 6 *Ejus*]sanctuarii, quod quadratum erat. *Sanctum sanctor.*]id est, sanctuarium, & locus sanctissimus: ut Exod. 26.33. vide Genes. 9.25. 7 *Domus*]id est, totius templi. *Substructionis*] vide 1.Reg. 6.5. & 6. hæc autem substructio cubito fuit angustior quàm ea quæ a Schelomone exstructa est secundum diversam proportionem templi: quæ continentem quidem habebat speciem pteromatis & corium (ut Vitruvius appellat) muri, in longitudinem templi & latitudinẽ: sed in triginta conclavia inter se distincta dividebatur, ad quæ suis triginta januis patebat aditus. 8 *Ternæ erant*]id est, tria habebant sola sive contignationes, erantq; (ut Græci vocant) triplegæ. *Adparietem triginta*]id est, omnia illa conclavia, quæ triginta erant numero, ternas suas habebant contignationes. *Adparietem*] videlicet ab opis aut columbariis alæ ad parietem usq; templi: medianæ quidem, in cubitos quinq; ; reliquæ verò in cubitos sex; ut sequentib. exponitur. *Ut hærerent*]videlicet muro alæ, sive pteromatis, cujus mentio est vers. 10. Nam ab ea parte tigna & trabes ita erant inditæ in columbaria, ut nullam in partem dimoveri possent. *Non hærebant*]videlicet templum versus: ut 1.Reg. 6.6. 9 *Nam dilatabatur*]id est, in muro contracturæ inditæ erant domui circumquaq; extrinsecus, quibus incumberet substructionum istarum trabeatio: ut 1.Reg. 6.6. *Muri*] videlicet templi, qui per spatium primæ contignationis sex cubitorũ erat; per spatium vero medianæ inde a solo quinq; cubitorum erat, ut (exto muri cubito (velut denticulo) incumberet trabeatio; similiterq; per spatium summæ contignationis quatuor demum cubitorũ erat (prout etiam dictũ est 1.Reg. 6.) ad capiendas substructionis sive superæ contignationis trabes. *Pro substruct.*]id est, substructionum trabibus suscipiendis: synecdoche. *Latitudinus*]id est, latius in muro domus exhibebatur spatium, ut latiores sursum versus substructiones essent: quod declaratur exponitur, hoc & seq. vers. *Pro mediana*]id est, ut medianæ contignationis solum & spatium infimam contignationem cubito uno ad murum templi admorso excederet. 10 *Fundamenta*]id est, solum summæ substructionis, auctum cubito uno quà incumbebat muro templi. *Ad alam usq;*]id est, inde a muro domus usq; ad pteromata: de quib. vide 1.Reg. 6.5. & vers. sequente. 11 *Parietũ*]id est, alæ sive pteromatis. *Area pura*] quæ erat chors quædam libera ab omni ædificio inter substructiones de quibus antè egimus, & cellas, de quib. vers. sequente, & inceps. 12 *Inter quas*]sive (ut idem apertè dicatur) a substructionib. ad murum atrii erant cubiti viginti quinq; cellæ capiebant cubitos quinq; adhærentes muro. *Viginti cubitor.*] quorum decem in peristylia occupati erant, & decem in areas cubitorum quinûm, ut posteà videbimus. 13 *Substructionum*] videlicet cujusq; substructionis. *Ostia una*]nimirum earum substructionum quæ sitæ ab Aquilone erant: ut quæ ad meridiem erant, & quæ ad orientem, singulæ spectabant ad plagas suas ἀναλόγως. 14 *Structura verò*] hic locus ut planiùs possit intelligi, ita habendum est. Antehac ex universo ambitu (qui cubitorum quingentorũ in partes omnes fuisse dicitur inf. 42.16. & sequentib.) cubiti trecenti quinquaginta in pronao, id est in primo ambitus spatio, & in trib. atriis occupati erant. superfuit occupandi in templo & appendicib. ejus cubiti centũ quinquaginta. Hi autem centum quinquaginta cubiti occupati sunt hoc modo: templũ cum suo vestibulo antrorsum, & cum structuris suis retrorsum præcise cubitos centum occupavit, ut dicitur vers. sequente. Verùm anterior pars cubitos quinquaginta seorsim habuit versus partẽ anteriorem templi, qui certo quodam muro a centũ posteriorib. cubitis fuerunt distincti. Itaq; anterius septũ quod erat quinquaginta cubitorum longitudine, a Propheta dictum est Gizra, id est, dissepimentum sive segmentum, inf. 42.1. & sequentib. Atq; hic murus est interjectus, septũ ab atrio exteriore dividens, quem Propheta hoc loco structurã vocat. *Septum*]id est, anterius segmentum, ut modò diximus, sic propterea dictũ, quòd velut particula esset resecta e suo atrio. *Septuaginta cubit.*]id est, sub medium templi dividebat illud spatium longum 150. cubitos per cubitorũ septuaginta latitudinem. Nam protendebatur hæc structura a muro templi (in quem cubitus unus erat inditus ab unaquaq; parte) usq; ad murum extimum atrii in utrumq; latus illius, per tricenos quinos cubitos: qui numerus conjunctus efficit septuaginta. *Latitudine*]id est, spissus erat sive densus cubitos quinq;. *Nonaginta cubit.*]nimirum in longitudinem areæ: alioqui comprehenso muro quinûm cubitorum utrimq; atrium dicitur cubitorum centum, inf. vers. 17. 15 *Id est sept.*]exegesis præcedentis dicti: domum (inquit Propheta) cùm nomino, intelligi volo spatium inde a porta ubi est vestibulum, templum, & appendices ejus sive substructiones cum area usq; ad parietem ultimum quo area templi terminatur Occidentem versus. Hujus autem parietis loco siti ab Occidente, erant cellæ Aquilonem & Meridiem versus. 17 *Structuræ*]id est atrii, quod structura disparabatur a septo, ut diximus in vers. 14. *Peristylia*]id est, ambulationes columnatas ab aliis structuris sepositas, & templum ab atrio dirimentes. Nam Hhebræa vox significat habitationes avulsas & sepositas ab aliis. *Templo ipso*]id est, eo spatio posterioris in templo partis, quod in atrium hoc incurrebat per cubitos quadraginta quinq;. *Vestibulis*]quæ erant huic atrio, ut dictum est in atriis præcedentibus: ac propterea satis habuit Propheta unico verbo perstringere. 18 *Clausa*]ut 1.Reg. 6.4. *Trabes*]id est, septo, templo, & atrio extimo, quæ singillatim persequitur Propheta seq. vers. 21 *Facies humana*]videlicet testimonii, Exod. 1.10. 24 *Altare*]videlicet thymiaterium suffitus, quod Deus poni jusserat ante velum & arcam testimonii, ibidem 30.6. Hic autem mensura longè amplior traditur in omnes partes, quàm fuerit circumscripta a Mosche, ibidem. *Parietes*]id est, tabulata, ex quib. latera altaris confecta erant: κατάχρησις. *Dixitq;*]spectans videlicet Aquilonem versùs, &

versus, & quasi digito commonstrans mensam quæ panibus faciei instructa erat jugiter ante faciem Domini: de qua Exod. 25.23. & sequentib. 25 *Binæ*] vide sup. in vers. 4. 27 *Denso ligno*] ex quo scapi illius portæ, tympanaque (ut vocant artifices) & cætera constabant.

In Caput XLII.

1 *Deinde*] Hactenus delineato templo & membris adillud pertinentibus, nunc demum Propheta figurat atrium ultimum quod posteriorem templi partē circumplectebatur & septum illius terminabat (ut superiore capite diximus) usq; ad vers. 13. deinde jus utriusq; loci explicat, duob. versib. ac postremò ambitus totus circumscribitur, ad finē usq;. *Atrium exterius*] videlicet templi, quod extra septum erat Occidentem versus. *Structuræ*] id est, muri interjecti, ideptum ab atrio exteriore dividentis, sup. 41.14. 2 *In conspectum*] id est, quò ex cellarum loco patebat oculis meis aspectus tum in longitudinem atrii, quæ erat cubitorum centum; tum in latitudinē templi cum membris ipsius, quæ erat cubitorum quinquaginta, & longè procurrens intra hoc atrium denos cubitos utriq; parti atrii relinquebat to spatio suo. 3 *Viginti illor.*] de quibus sup. 41.12. *Atrio inter.* id est sepio: periphrasis. *Pavimenti*] id est, *lacrum*] in peristylio, cujus modò meminerat. *Via cubiti unius*] id est, in quod ambulacrū aditus patebat ex atrio portulis angustis, ut singuli tantùm per eas intrare possent. *Eorum*] videlicet ambulacrorum quæ erant ex adverso cellarum Aquilonalium. 5 *Superare deb.*] id est, quia hoc postulabat templi dignitas & decor, ut circumstantet atrii cellæ aut structuræ aliæ non haberent prospectum in templum aut membra ipsius; ideò effectum erat tum ac peristyliorum ambulatio superaret cellas altitudine, tum ut cellarum tertia contignatio inclinante tecto bona ex parte consumeretur. *Ædificium*] id est, commoda ædificiorum habitatio: nam tertia stega sive contignatio erat ad habitandum inepta. 6 *Columnæ*] id est, trabes arrectariæ sive columnæ earū loco, quibus tectum altius incumberet: sed incumbebat solo ipsi contignationis tertiæ. *Atriorum*] id est, ambulacrorū quæ in peristylio erant. 7 *Maceriæ*] quæ circumcludebat peristylium. 8 *Centum cubit.*] nempe quinquaginta cubitorum in septo sive interiore atrio, & quinquaginta in exteriore. De cellis autem interioris atrii vide sup. 41.12. 9 *A loco*] hac verborum congerie transitum Propheta explicat a cellis Aquilonalibus ad Meridianas. *Istarum*] videlicet Aquilonalium. *Is qui*] Deus per spiritum humana specie, sup. 40.3. *Ab Oriente*] id est, per tractum Orientalem atrii exterioris, propinquum templo. 10 *Per latitudinem*] id est, secundum maceriam illam transversam, quæ membra ultima templi ab exteriore atrio dividebat. 11 *Ante istā*] id est, septum & structuram, quæ modò nominavit. *Via*] id est, eadem erat omnino proportio viæ, ædificiorum, formæ, adituum, & si quæ sunt ejusmodi quæ antè dicta sunt de Aquilonali parte. 12 *Ostium*] quo terminabatur via atrii, & ad septum patebat aditus, quod ostium tam angustum erat quàm cujusq; cellæ. *Maceriam*] id est, structuram illam sive dissepimentum, cujus fit mentio sup. 41.14. 13 *In fronte septi*] sed inclusæ septo, sive intra septum: ut docet versus sequens. 14 *Cùm ingressi*] ex analogia legis Exo. 28.43. 15 *Cùm staq;*] postrema pars descriptionis: ut diximus sup. in vers. 1. *Via illius portæ*] primæ, qua Prophetam Deus introduxerat primùm intra ambitum maximum: ut ipse narravit sup. 40.6.

Caput XLIII.

Deus Prophetam typicis visionibus de instauratione Ecclesiæ & perpetua ipsius præsentia in Ecclesia confirmans, promissionem gratiæ & sanctificationis populi effectum iri prædicat; ac propterea renovat cæremonias, & delineato altari holocausti, formam expiandi & consecrandi ejus, usumq; quotidianum explicat: deinde proposita sacerdotis summi dignitate atq; officio, sacerdotes indignos exauthorat, resipiscentes ab extero cultu capite minuit, & fidos confirmat: ita postremò omnibus leges officiorum præscribit.

1 POSTEA cùm reduxisset me ad portā illam, ad portam quæ spectat versus Orientem:

2 Ecce gloria Dei Jisraëlis veniebat viâ Orientali; cujus sonus similis erat sono aquarum multarum, & a cujus gloria relucebat terra.

3 Similisq; erat aspectus hujus visionis quam videbam prorsus visioni illi quam videram veniens [a] ad *prænuntiandum* perdendam civitatem; visionesq; similes visioni illi quam videram ad flumen Cebaris: quapropter procidi in faciem meam.

[a] Heb. ad gendum nimirum verbo: ut Jirm. 1.10.

4 Gloria verò Jehovæ ingrediente domum, via portæ quæ spectat versus Orientem;

5 Tollens me spiritus deduxit me in atrium intimum: ecce autem plena erat gloriâ Jehovæ domus:

6 Et audivi sermocinantem mecum e domo, viro *illo* astante mihi.

7 Dicebat autē ad me, fili hominis, *neq;* locū solii mei & locū plantarū pedū meorū ubi habitatur [b] sum inter filios Jisraëlis in seculū; neq; nomē sanctitatis meæ cōtaminaturi sunt amplius domus Jisraëlis, ipsi, & reges ipsorū scortatiōe sua, & cadaverib. regū suorū, &

[b] Heb. in medio filiorū: sic deinceps.

8 "Apponendo limen ſuum limini meo, & poſtem ſuum ad poſtem meum, "parietemq; inter me & ipſos: cùm impurantes nomen ſanctitatis meæ abominationibus ſuis quas faciebant "conſumpſero ipſos ira mea.

9 "Nunc longè amovebunt ſcortationem ſuam, & cadavera regum ſuorum a me: & habitabo inter eos in ſeculum.

10 Tu fili hominis, indica domui Iſraëlis "domum iſtam, cùm pudore ſuffuſi fuerint propter iniquitates ſuas; "ut metiantur "universè:

[c] Heb. ſummam.

11 Cùm, inquam, pudore ſuffuſi fuerint propter omnia quæ fecerunt, formam domus & conſtitutionem ejus, exituſq; ejus cum aditibus ejus & omnibus formis ejus, omniaq; ſtatuta ejus cum omnibus formis ejus omnibuſq; legibus ejus notas fac eis, & deſcribe ante oculos eorũ; ut obſervantes totam formam ejus & omnia ſtatuta ejus faciant ea.

12 "Hæc *eſt* lex ipſius domus: "in vertice montis totus terminus ejus circumquaq; "ſanctus ſanctorum eſt, ecce hæc eſt lex iſtius domus.

13 "Hæ verò *ſunt* menſuræ altaris "iiſdem cubitis, cubito uno quoq; *ex* cubito & palmo: primùm [d]"baſis *altitudine* cubitali & cubitali "latitudine, cujus "crepido verſus labrum ejus circumquaq; "ſpithamæ unius; *ea* hujuſmodi eſt "*quæq;* [f] projectura altaris.

[d] Heb. ſinus.
[e] Heb. terminus: ſic deinceps.
[f] Heb. dorſum, ſive gibbus.
[g] Heb terrę.

14 Tum a baſi [g] ſolo juncta uſq; ad [h]" diazoma inferius duo cubiti, cujus latitudo cubiti unius: deinde a diazomate minore uſq; ad diazoma majus quatuor cubiti, cujus latitudo cubitalis eſt;

[h] Heb. adjumentum: ſic deinceps, ab uſu diazomatum.

15 Ita ipſum "Hareel quatuor cubitorũ eſt: ab ipſo deniq; Ariele ſurſum verſus cornua ſunt quatuor.

16 Eſt autẽ ipſum Ariel duodecim *cubitorum* longitudine, cum duodecim latitudine; quadratum in quatuor "partibus ſuis.

[i] Heb. quadraturis: ut ſuprà 18. & deinceps.

17 Diazoma vero *cubitorum* quatuordecim longitudine cũ quatuordecim latitudine in quatuor partibus ſuis, circa quod crepido *eſt* dimidii cubiti: & baſis ei cubitalis circumquaq;, cum gradibus ejus ſpectantibus Orientem.

18 "Tum dixit ad me, fili hominis, ſic ait Dominus Jehova, hæc ſunt ſtatuta hujus altaris, quo die factum fuerit; ut offeratur in eo holocauſtum, & ſpargatur in eo ſanguis.

19 "Dabis itaq; ſacerdotibus Leviticis "qui ſunt e ſemine Tzadoki qui appropinquant ad me, dictũ Domini Jehovæ, ut miniſtrent mihi; "juvencum [k] "ſubrumum pro peccato.

[k] Heb. filium bovis: ſic deinceps.

20 Et ſumens e ſanguine ejus, impones quatuor cornib. illius, & quatuor angulis "diazomatis, & crepidini circũquaq;: ita purgabis ipſum, & expiabis ipſum.

21 Deinde accipies juvencum illum pro peccato; ut comburat ipſum *ſacerdos* in loco deſtinato "domus, extra locum ſanctum.

22 Die quoq; ſecundo offeres "hircum caprarum integrum pro peccato; ut purgent altare, quemadmodum purgaverint juvenco.

23 Cùm

23 Cùm absolveris purgare; offerto juvencum subrumum integrum, & arietem e grege integrum:
24 Quos ubi obtuleris coram Jehova; sacerdotes injicient in eos "salem, & offerent eos holocaustum Jehovæ.
25 "Septem diebus parabis hircum peccati quolibet die; prout juvencum subrumum, & arietem e grege integros "parare debent.
26 Septem diebus expiabunt altare, & purgabunt ipsum; [f] consecrabuntq; ministerium *quisq;* suum.
27 "Cumq; absolverint istos dies; esto die octavo & deinceps, parent sacerdotes illi in ipso altari holocausta vestra, & eucharistica vestra, & acceptos habebo vos, dictum Domini Jehovæ.

[f] *Heb.* implebunt manus ipsius: ut Exodi 28. 41. & 29. 9. & sequentib.

Caput XLIIII.

1 "Tum reduxit me "viâ portæ "sanctuarii exterioris quæ spectat Orientem, eratq; clausa.
2 Et dixit ad me Jehova, porta hæc clausa esto, non aperitor, & "quisquam non ingreditor per eam, quia Jehova Deus Jisraëlis "ingressus est ea: esto igitur clausa.
3 "Penes principem *est*, princeps ipse "assidebit ei ut comedat panem coram Jehova: viâ vestibuli hujus portæ ingredietur, & viâ suâ egredietur.
4 "Quapropter duxit me viâ "portæ Aquilonalis "in conspectum domus; unde "vidi quòd ecce implebat gloria Jehovæ domum Jehovæ; & "procidi in faciem meam.
5 Edixitq; mihi Jehova, fili hominis, "adhibe animum tuum, & vide oculis tuis, auribusq; tuis audi, quæcunq; ego eloquor tibi de omnibus statutis domus Jehovæ & de omnibus legibus ejus; adhibe, inquam, animum tuum ad "*leges* aditus domus, cum omnibus *legibus* exituum [b] e sanctuario:
6 "Et indicito [c] rebelli, domui Jisraëlis, sic ait Dominus Jehova; satis esto vobis, discedite ab omnib. abominationib. vestris, ô dom⁹ Jisraëlis;
7 Qui introduxistis "alienigenas, præputiatos corde & præputiatos carne, ut essent in sanctuario meo, ut prophanarent ipsam domũ meã: qui obtulistis cibum meum, adipem & sanguinem, cùm illi irritum facerent fœdus meum, præter omnes abominationes vestras:
8 Neq; observastis observationem rerum sanctarũ mearum, sed [d] "substituistis observatores observationis meæ in sanctuario meo [e] arbitratu vestro.
9 Sic ait Dominus Jehova, "ullus alienigena, præputiatus corde & præputiatus carne, non venito ad sanctuarium meum; ullus, inquam, alienigena qui sit [f] inter filios Jisraëlis.
10 Sed Levitæ isti, qui longè recesserunt a me cùm errarent Jisraëlitę, qui errarunt a me [g] sequuti stercoreos deos illorum; etiam reportabunt iniquitatem suam.

[a] *Heb.* pone cor tuũ: sic deinceps. Sup. 40. 4.
[b] *Heb.* sanctuarii.
[c] *Heb.* rebelliõis *domui.*
[d] *Heb.* posuistis.
[e] *Heb.* vobis.
[f] *Heb.* in medio filiorũ.
[g] *Heb.* post stercor.

11 "Nam erunt in sanctuario meo ministri, præfecturarum ad portas domus, & ministrantes domui: ipsi jugulabunt holocaustum & sacrificium populo, & ipsi stabunt coram eis ad ministrandum eis:

12 Eò quòd ministrarunt eis coram stercoreis diis ipsorum, & fuerunt domui Jisraëlis offendiculo ad iniquitatem; idcircò sublata manu mea *juravi* contra eos, dictum Domini Jehovæ, reportaturos ipsos iniquitatem suam:

13 Et non accessuros ad me, ut sacerdotio fungantur mihi, & accedant ad ullas res sanctas meas, ad res sanctas sanctarum; sed reportaturos ignominiam & abominationes suas quas fecerunt.

14 Itaq; disponam eos observantes observationem domus; in toto ministerio ejus, & in omnibus quæ fiunt in ea.

15 "Sacerdotes verò Levitici, "filii Tzadoki, "qui observarunt observationem sanctuarii mei aberrantibus Jisraëlitis a me, ipsi "appropinquabunt ad me ut ministrent mihi; & stabunt coram me offerendo mihi "adipem & sanguinem, dictum Domini Jehovæ.

16 'Ipsi accedunto sanctuarium meum, & ipsi appropinquanto ad mensam meam ministrando mihi, ut observent observationem meam.

Exo.28.43. 17 Esto autem cùm accedent ad portas atrii intimi, ut vestes lineas
h Heb. ascendat super ipsos lana. induant; neq; [h] impositum esto ipsis *vestimentum* laneum, cùm ministrabunt in portis atrii intimi & intus:

Exo.28.40. 18 Tiaræ lineæ sunto in capite eorũ, & femoralia linea sunto ad lumbos eorum; non cingunto se [i] "ulla re sudatoria.
i Heb. ad sudorem.

Sup.42.14. 19 Exituri autem in atrium exterius, & in atrium extimum, ad populum, nudantes se vestimentis suis quibus ministrant deponunto illa in cellis sanctitatis; ut induant vestes alias, neq; "sanctificent populum vestimentis suis.

20 "Caput quoq; suum ne radunto, & cæsariem ne promissam habento; [k] omnino tondento capita sua.
k Heb. tondendo.

21 Item vinum ne bibunto ullus sacerdos, cùm erunt ingressuri in
Levit.10.9. atrium intimum:

22 Et viduam aut repudiatam non ducunto sibi uxores, sed virgines
Levi.21.14. e semine domus Jisraëlis; viduam quidem quæ sit vidua ex sacerdote ducent:

23 Et populum meum docento discrimen inter sanctum & prophanum; & inter immundum & mundum instituunto eos.
Levi.10.10. & 11. Deut.17.8.

24 In lite autem ipsi insistunto juri; secundum jura mea judicanto illam: leges; meas, & statuta mea cum omnibus solennitatibus meis observanto, & sabbatha mea sanctificanto.

Levit.21.1. & seq. 25 Et ad mortuum hominem non venito sacerdos ad impurandum se; sed de patre, & de matre, & de filio, ac filia, de fratre ac de sorore quæ non nupserit viro impurari poterunt.

26 Post

26 Post tempus autem purificationis ipsius, (*septem dies numerantor ei)

*Heb. numerent, impersonaliter.

27 Quo, inquam, die venturus est in sanctum, in atrium intimum, ut ministret in sancto; offerto *peccatum suum, dictum Domini Jehovæ:

28 *Quod esto ipsis in possessionem, ego sum possessio ipsorum; jus autem possessionis ne tradatis eis in Jisraële, ego sum jus possessionis ipsorum. Levit.6.30. & 7.25. & Num.18.

29 Ipsum munus, peccatumq;, & reatū ipsi comedent; & omne anathema in Jisraële ipsorum esto.

30 Item præcipuum omnium primitiarum ex omnibus, & omnis oblationis omnium ex omnibus oblationibus vestris, sacerdotum esto; etiam principium conspersionum vestrarum dabitis sacerdoti, ut stet tuas benedictionem in domo tua. Num.15.20.

31 Nullum morticinū aut discerptum, ex avibus aut jumentis comedunto sacerdotes. Levit.22.8.

ANNOTATIO IN CAPVT XLIII.

1 *Posteà*] Duo hæc capita eodem argumento esse de sacro ministerio & cultu ostendimus suprà 41. quapropter ea conjungimus. Sunt autem in hac descriptione tota partes duæ: prior, narratio typorum quibus suum Prophetam Deus de toto argumento confirmavit, sex primis versibus; posterior verò, propositio amplissimarum promissionum Dei, cæremoniarumque ad eas pertinentium, ad finem usque capitis sequentis. Ac typi quidem exponuntur duo: unus, quo Deus per visionem confirmat sequutura documenta, tribus versib. alter, quo præfigurat restituendam populo suo præsentiam suam tum majestate sua, tum etiam verbo, tribus alteris versib. *Reduxisset*] a plaga Occidentali, ad quam postremò diverterat, suprà 42.19. *Portam illam*] videlicet ambitus universi, de qua suprà 40.6. 2 *Gloria* id est, visio gloriæ, cujus exegesis habetur seq. vers. *Aquarum mult.*] vide sup. 1.24. *Relucebat*] ut splendor fuisse illi circumquaque dicitur, suprà 1.27. 3 *Visioni illi*] de qua suprà 10. sensus est, eadem planè majestas se le repræsentavit cùm rediret in domum suam, quæ priùs se le mihi ostenderat cùm abiret domo & domicilium suū abjiceret: quod me jusserat Deus verbis suis prophetare. *Visiones*] id est, singulæ visionis partes. *Quam vidi*] *vam* suprà 1. *Procidi*] vide suprà 1.28. 5 *Gloria Jehovæ*] id est, nube, quæ signum erat aspectabile præsentis majestatis Dei; syneccdoche, ut 1.Reg.8.10. 6 *Viro illo*] de quo suprà 40.3. 7 *Dicebat*] secunda hæc pars, propositio documentorum Dei locis duobus concluditur; nimirum promissionibus Dei, usque ad vers. 12. & umbris ac cæremoniis ad fœdus promissionesque pertinentibus. In promissionibus autem duo sunt membra, ut observavimus Genes.17.1. unum est sponsio promittentis Dei, tribus versib. alterum, restipulatio, vers. 10. & 11. *Neq; locum*] promissio remissionis peccatorum, justitiæ, & sanctificationis in Christo adumbrata typis: est autē in his verbis ζευγμα ellipsis, ut Psal. 9.19. *Locum solis*] id est, regiam, Jeruschalaima, urbem Regis magni, Psal. 48.3. & Jirm.3.12. *Locum plant.*] id est, scabellum, περιφρασικῶς: ut nominatur 1.Chron.28.2. & Lament.2.1. *Scortatione*] spiritali; ut sequentia verba indicant. *Cadaveribus*] id est, corporibus humanis, quæ idolis suis anteà sacrificarunt Jisraëlitæ; ut Jirm.16.18. idola autem regum appellatione nonnunquam in scriptura designantur, ex Hhammonitarum usu, de quo Levit.18.21. sic Hhamos 5.26. 8 *Apponendo*] id est, adhibendo traditiones suas ad præcepta mea, de quibus Jeschahh.29.13. & sequentibus. *Parietemq;*] elegans metaphora, pro eo quod est, iniquitatibus suis distermi nantes inter se & Deum suum, ut Jeschahh.59.2. *Consumpsero ipsos*] id est, postquàm judicavero ipsos, & minas explevero prænuntiatas lege, Levit.26. & Deut.28. vide promissionem hanc Deut.32.36. 9 *Nunc* id est, hoc ipso tempore: quod præsens erat quodammodo Prophetæ per visionem Dei. 10 *Domum istam*] id est, hanc visionem domus, qua figuratur ventura tum demum Ecclesiæ instauratio cùm Judæi resipiscent. *Ut metiantur*] id est, ut singulas quasque dimensiones præceptas & informatas in animo habeant, & Ecclesiam certò agnoscant a signis ipsius quæ Deus testificatur & instituit verbo: quod typicè hoc loco & generatim dictum, copiosiùs exponitur seq. versu. 11. *Hæc est lex*] secundus locus propositionis de umbris ac cæremoniis, ut diximus in vers. 7. tria in universum capita comprehendit: primum est de circumscriptione loci sancti, hoc versu; secundum de altari holocausti, reliquo capite. tertium de sacerdotibus domui, loco sancto, & altari ministrantibus, capite sequente. *In vertice*] nam ad eam gradibus ascendi Prophetæ ostendit, suprà 40. & 41. *Sanctius sanctor.*] id est, sanctissimus: vide Genes. 9.25. sensus est: tanta erit illius sanctitas, ut nemini extraneo liceat illûc appropinquare: ut Exodi 19.21. & sequentibus. 13 *Hæ verò*] secundum membrum umbratile, ut diximus præcedente versu: in quo exponuntur primùm forma altaris, usq; ad vers. 18. deinde officia in eo altari exhibenda, ad finem usque capitis. *Iisdem cubitis*] qui definiti sunt suprà 40. 1. ut sequentia docent ἐξηγητικῶς. *Basis*] id est, infima pars altaris solo juncta, ut dicitur seq. vers. *Latitudine*] id est, cujus projectura extuberabat justo cubito præter corpus altaris in latitudinem circumquaque, prout etiam dicitur de diazomatis seq. vers. Ex hoc autem membro eruitur præcedentis interpretatio, quia solent Hhebræi relatorum ellipsin usurpare in locis evidentibus, ut persæpè monuimus. Nullum enim corpus nisi mathematicum, habet latitudinem, quod non idem constet sua altitudine: longitudo verò definitur vers. 17. *Spithamæ*] id est, duodecim digitorum. Erat autem hic cubitus viginti octo cubitorum, ac proinde sexdecim in area pura sive pede plano & constraro basis, duodecim verò in crepidine sive ora artificiosa consumebantur. *Quæq; projectura*] id est, eadem proportio erant inter se basis & duo diazomata, de quibus sequente versu: tres enim projecturæ erant. 14 *Diazoma*] id est,

projecturam cingentem & circumplectentem murum altaris: quæ quidem inferior sive minor hoc versu dicitur per comparationem majoris sive superioris, in quo erant cornua altaris fixa, infrà vers. 15. Ex hoc autem & præcedente versu apparet altitudinem istius altaris esse cubitorum novem: quorum unus basi, duo spatio, unus diazomati inferiori, quatuor spatio intercurrenti inter diazomata, & unus deniq; superiori diazomati tribuitur. 15 *Harel*] id est, ἐσχάρα sive focus altaris holocausti, & spatium illud vacuum in quod indebantur ligna atq; holocausta imponebatur sive reticulo, ex analogia legis Exod. 27.4. vide Jeschahh. 29.1. 18 *Tum dixit* enarratio officiorum quæ ad altare holocausti fuerunt præstanda (ut diximus in vers. 13.) officia duo explicat: unum extra ordinem, de expiatione & consecratione altaris, usque ad vers. 27. alterum ordinarium, de jugi & quotidiano cultu, vers. ultimo. 19 *Levitis*] *bis itaq;* confer hæc omnia cum Exod. 29. & Levit. 28. *Qui sunt*] vide infrà 44. 10. & sequentibus. *Juvencum*] hircumque & arietem: quæ duo synecdochicè intelligenda esse docent sequentia. 20 *Diazomatis*] superioris, in quo erant cornua. 21 *Domus*] id est, structuræ maximæ sive ambitus: erat autem in eo destinatus locus ex analogia legis, Levit. 4.12. 22 *Hircum*] pro ariete altero qui imperabatur lege: quo indicio demonstrat Propheta ablatorias esse legis ceremonias & destituras in Christo. 24 *Salem*] ad significandum æternam & incorruptam fœderis, altaris, cultus, rerumque omnium sanctitatem. vide Levit. 2.13. 25 *Septem diebus*] id est, æque ac cæteris offerri hircum, ut tenentur sacerdotes offerre juvencum & arietem ex lege: sic inest his verbis occupatio, ne curiosus videretur hircum imperari a Propheta contrà quàm a lege fuerat mandatū. *Parare*] sacerdotes ex lege consecrationum, Exod. 29. 27 *Cumq;*] jam agit Propheta de ministerio ordinario, ut diximus in vers. 18. vide Exod. 29.38. & sequentibus.

In Caput XLIIII.

1 *Tum reduxit*] Hoc capite (ut diximus suprà 43.13.) describitur ministrorum ratio & constitutio, duobus medit- primùm enim ordines illorum exponuntur, usque ad vers. 17. deinde verò leges fetuntur illis; ad finem usque. Ordines autem tres ponuntur sacerdotum: primus est principis sive sacerdotis summi, tribus primis versib. secundus, posterorū Ithamaris, qui propter peccata sua capite minuti sunt & tanquā mediastini effecti in ministerio divino, usq; ad vers. 15. tertius verò, posterorum El-hhazaris & Tzadoki, sacerdotio honesto fungentiū, vers. 15. & 16. *Viam portæ*] id est, per vestibulū quod nominatur vers. 3. *Sanctuaris*] id est, anterioris partis tēpli: nā templi duo erant sanctuaria, sanctum ubi erat mensa cum thymiaterio, & sanctum sanctorū sive sanctuarium interius. 2 *Quisquam*] vide- cet popularium, ac ne ministrorum quidem meorum, convenienter cum lege Exod. 19.22. exceptis iis de quibus- vers. *Ingressus est*] ac proinde intus residet; noēma. 3 *Penes Principem*] id est, princeps sacerdotum sive- mus, sive secundarius vices illius gerens ipse ingreditor, & de aliis ex officio admittendis diligenter cognoscito. *Sedebit*] id est, manebit ad eam portam in loco sancto, ubi panem faciei sive propositionum comedet ex lege, Levit. 24.9. 4 *Quapropter*] videlicet quia non licebat ingredi porta templi, ut modò dictum est. *Perte Aquilonis*] ultimi quod junctum erat septo templi, ut expositum est sup. 41. *In conspectum*] id est, intra septum, quod ab aquilone divisum erat peristyliis. *Vidi*] id est, nubem quæ implebat templum percepi per fenestras templi: synecdoche. *Procidi*] ut sup. 1.28. hac autem narratione transitus comparatur ad alios sacerdotum ordines. 5 *Leges aditus*] pertinentes ad personas accessuras templum, & earum jura; quæ duo ad cognitionem quidē sacerdotis summi, nent, ut modò dictum est; sed non obscurè in sequentibus præscribuntur. 6 *Et indicito*] hac denuntiatione turus ordinem Ecclesiæ Deus primùm Jisraelem totum increpat impietatis nomine, tribus versibus; deinde maris posteros capite minuit, quia se se accommodaverant ad libidinem Jisraelitarum, vers. 9. & quinq; sequentibus; postremò Tzadoki posteros confirmat, ut meminimus in vers. 1. 7 *Alienigenas*] id est, constitutis inspectis cerdotes; & alienos a me sive infidelitate cordis, sive præputio carnis infidelitatis signo. Nam hæc duo sunt a Deo genera: quæ Jisraëlitæ quidem instituerant inde a temporibus Schelomonis & Jarobhhami; Judæi Achazi tempore, ut ex Chizkijæ & Joschijæ historia constat. 9 *Ullus alienigena*] hujus legis gradus clegendi mi sunt tres: primus, impios omnino arceri a sacris, hoc versu; secundus, ministros legitimos qui infirmitate traducti in communia peccata loco movendos esse, & quamvis resipiscant capite minuendos, usque ad vers. tius, integros & constantes in fide a Deo confirmari in suis officiis, vers. 15. & 16. vide 2. Reg. 23.8. & sequent. *Nam erunt*] id est, accensebuntur infimis Levitarum ministeriis, ex sacerdotibus effecti Levitæ popularium rum administri. 15 *Sacerdotes*] tertius gradus, ut diximus in vers. 9. *Filii Tzadoki*] quibus sacerdotium perpe- tuum fuerat promissum inde a Pinchaso, Num. 25.12. & 13. confirmatum, 1. Schem. 2.30. ex parte præstitit, 1. Reg. 2.26. & amplius effectum, 2. Reg. 23. *Qui observarunt*] convenienter cum benedictione Moschis, Deut. 33. sequentibus. *Appropinquabunt*] ut sup. 40.46. *Adipem & sang.*] id est, sacrificia justa ex ritu legitimo, quo sanguis cedebant Deo, Levit. 3.16. & sequente. 16 *Ipsi accedunto*] transitio ad alteram partem de legibus sacerdotii, quæ omnes cum lege Moschis comparandæ sunt. 18 *Ulla resudat.*] qualia sunt vestimenta lanea, quæ meminit præcedente vers. 19 *Sanctificent*] vide infrà 46.20. 20 *Caput quoq;*] id est, neque radunto penitus, neque studiosè alunto cæsariem; sed modestiam colunto, & mediocritatem præ se ferunto. 26 *Septem dies*] bus habebitur impurus ex mortuo, secundum analogiam Nazaræorum, Num. 6.9. 27 *Peccatum*] id est, collatio nem pro peccato. 28 *Quod esto*] videlicet sacrificium pro peccato cujus modò meminit, aliaque sacrificia. *Δοχικῶς*, ut exegesis demonstrat sequentium versuum.

Caput XLV.

Deus constituto templo suo & cultu sacro, in eadem visione pergens novam Reipublicæ & Ecclesiæ totius formam per Christum instituendam figurat primùm generali distributione terræ, deinde publicis & privatis principum popularium q; officiis ordinariis & extraordinariis erga Deum & homines; & certis prærogativis tum in Ecclesia tum in sortitione terræ tributis Principi, æquitatem ipsi imperat: ritum & locum sacrificiorum abluendorum instituit, præstantiam terræ adumbrat rivo benedictionum suarum fœcundante ipsam; terminos ejus circumscribit; sortes tribubus assignat, & statuit civitatis formam.

1 Cùm

1 Cùm autem [a]sortiemini terram [b]in possessionem, [b]offertote oblationem Jehovæ [b]sanctã ex ipsa terra, [c]longam vicies quinquies mille *cubitorum* longitudine, & latitudine decies mille; sancta esto in toto termino suo
2 circumquaq;.

[a] *Heb.* facietis ut accidat terra.
[b] *Heb.* sanctitatē: sic deinceps.
[c] *Heb.* longitudinem.

Esto ex hoc *spatio* [b]in locum sanctum, [b]quingentorum *cubitorum* per quingentos *cubitos* quadratus *locus* circumquaque; & quinquaginta cubitorum [b]suburbium esto eis circumquaq;:
3 Ita ut de mensura hac *quam* mensus fueris, *id est*, longitudine vicies quinquies mille, & latitudine decies mille *cubitorum*; in eo inquam *spatio* sit [b]sanctuarium & sanctum sanctorum.
4 Sanctum e terra illud est, sacerdotum administrorũ sanctuarii esto qui appropinquant ad ministrandum Jehovæ: [b]ut sit eis locus pro domibus, & sanctus locus pro sanctuario.
5 Quinquies verò & vicies mille cubitorum longitudo & decies mille latitudo; [b]similiter esto Levitis in jus possessionis, [b]ipsis ministris domus [b]*ministrantibus in* viginti [d]cellarum ordinibus.

[d] *Heb.* cellis.

6 In justam autem possessionem [b]civitatis datote quinquies mille cubitos latitudine, & longitudine vicies quinquies mille ex adverso [b]oblationis [e]sanctæ [b]pro tota domo Jisraëlis esto.
7 [b]Ipsi autem Principi [b]ab hac & ab illa *parte* [b]oblationis sanctę & justæ possessionis civitatis [f]ante oblationem sanctam & ante justam possessionem civitatis a latere Occidentis *portio* Occidentẽ versus, & a latere Orientis *portio* Orientem versus; prout [b]longitudo ex adverso unius cujusq; [b]istarum partium *porrigetur* a [b]termino Occidentis ad terminum Orientem versus;
8 Ipsi, *inquam*, *portio* hujus terræ esto in jus possessionis apud Jisraëlẽ; ut non opprimant ampliùs principes mei populum meum, sed terram [b]reddant domui Jisraëlis per tribus ipsorum.
9 [b]Sic ait Dominus Jehova, [b]satis esto vobis principes Jisraëlis, violentiam & vastationem amovete, justq; & justitiam exercete; tollite [b]depulsiones vestras a populo meo, dictum Domini Jehovæ.
10 Lances [g]justæ; & Epha justum, & Bath justum esto vobis.
11 [b]Epha & Bath summæ unius esto, ut capiat decimam [b]Chomeris Bath; & decimã Chomeris Epha *capito*, ad ipsum Chomerem esto summa cujusq;.
12 [b]Similiter *ad* siclum viginti obolorum; vicenûm siclorum *numi*, vicenûm quinûm siclorum *numi*, quindenûm siclorum *numi*, [b]ipsius minæ *summa* esto vobis.
13 [b]Hæc oblatio *esto* quam offeretis; sextam Ephæ e Chomere tritici, similiter sextam offeretis Ephæ e Chomere hordei:
14 Statutũ autem de oleo (Bathus *enim est* mensura olei) decimã Bathi e [b]Coro *vel* Chomere decem Bathorũ; nam decẽ Bathorũ *est* Chomer:

[f] *Heb.* in cõspectu.
[g] *Heb.* justitię: Levi. 19. 35. & seq.

15 Parvam verò pecudem e grege, unam de ducentenis, [e] ex irriguis *pascuis* Jisraëlitarum in munus & in holocaustum, & in eucharistica; ad expiationem faciendam pro ipsis, dictum Domini Jehovæ.

[b] Heb. sunto. 16 Totus populus terræ [b] censentor in [e] oblatione hac, [e] cum Principe in Jisraële.

[i] Heb. super Principem erit. 17 Nam [i] Principi incumbet *dare* holocausta cum munere & libamine diebus festis, noviluniisq;, & sabbathis, in omnibus solennitatibus domus Jisraëlis: ipse parato peccatum cum munere, & holocaustū atq; eucharistica, ad expiationem faciendam pro domo Jisraëlis.

[k] Heb. accipito: ut Exo. 25.2. [l] Heb. filium bovis. [m] Heb. peccati. 18 Sic ait Dominus Jehova, primo *mense*, primo *die* mensis [k] accipiens offerto juvencum [l] subrumum integrum; quo purges sanctuarium:

19 Accipiensq; sacerdos de sanguine [m] catharmatis hujus, inde posti domus & quatuor angulis [e] diazomatis, altari; atque posti, portæq; atrii intimi.

20 Similiter quoq; facito septimo die ejusdem mensis, nomine cujusvis errore peccantis, & nomine fatui; ut expietis domum.

Exod. 23. 15. [n] Heb. comeditor: impersonaliter. 21 Primo *mense*, quarto decimo *die* mensis esto vobis Pascha: festo septem dierum azymi [n] comeduntor.

22 [e] Et parato Princeps ipse die illo pro se & pro toto populo terræ, juvencum peccati.

23 Et septem diebus ipsius festi parato holocaustum Jehovæ septenûm juvencorum, & septenûm arietum integrorum in diem, septem diebus illis; hostiamq; pro peccato hircum caprarum in diem:

24 Munus verò Epham in juvencum, & Epham in arietem parato, ac olei hinem in Epham.

Numer. 29. 12. & sequentibus. 25 Septimo *mense*, decimo quinto *die* mensis in festo illius parato hujusmodi septem illis diebus: æquè peccatum, æquè holocaustum, & æquè munus, ac æquè oleum.

Caput XLVI.

1 [e] Sic ait Dominus Jehova, porta [e] atrii interioris quæ spectat Orientē esto clausa sex diebus [a] profestis; [e] die verò sabbathi aperitor, & die noviluniі aperitor:

[a] Heb. operis. 2 Ut adveniens Princeps viâ vestibuli ipsius portæ foris consistat ad postem ipsius portæ, dum parabunt sacerdotes holocaustum ipsius, & eucharistica ipsius; & postquam incurvaverit se in limine ipsius portæ abeat: porta verò nō clauditor usq; ad vesperam;

3 Ut incurvent se populus terræ *ad* ostium portæ illius, sabbathis & noviluniis coram Jehova.

[b] Heb. donatio manus ipsius: ut Deu. 16. 17. & inf. 46. 11. 4 [e] Holocaustum autem quod oblaturus est Princeps Jehovæ; esto die sabbathi sex agnorum integrorum, & arietis integri:

5 Munus verò Ephæ in arietem, & in agnos munus [b] prout donatum fuerit

fuerit manui ipsius; & oleum hinis in Epham.

6 "Die autem novilunii, juvencum [c] subrumum quemq; integrum; & sex agnos ac arietem, integri sunto:

[c] Heb. filium bovis.

7 Ephæ quoq; in juvencum, & Ephæ in arietem parato munus, & in agnos prout assequuta fuerit manus ejus; & oleum hinis in Epham.

8 "Veniens autem Princeps, viâ vestibuli ejusdem portæ venito; & eâdem viâ suâ abito.

9 Sed cùm veniet populus terræ ante Jehovam in solennitatibus; qui venerit viâ portæ Aquilonalis ad incurvandum se, abito via portæ meridianæ, & qui venerit via portæ meridianæ, abito via portæ Aquilonem versus: non revertitor via portæ qua venerit; sed e regione illius abeunto.

10 "At Princeps inter eos, cùm advenient, advenito; & cùm abibunt, [d] abeat ipse cum comitatu suo.

[d] Heb. abesto, nempe ipse & comites.

11 Denique in festis & in solennitatibus esto munus Epha in juvencum, Ephaq; in arietem; in agnos autem prout donatum fuerit manui ejus, oleumq; hinis in Epham.

12 Quòd si parabit Princeps "voluntarium, holocaustum aut eucharistica, voluntariè Jehovæ; tum aperiet ei *sacerdos* portam quæ spectat Orientem, ut faciat holocaustū suum, & eucharistica sua quemadmodum facit die sabbathi: posteà abibit, & claudet sacerdos portam post abitum ejus.

13 Præterea agnum [e] anniculum integrum parato holocaustum in diem Jehovæ; [f] unoquoq; manè parato illum:

[e] Heb. filium anni sui. [f] Heb. manè manè: sic deinceps.

14 Et munus adhibeto ipsi unoquoq; manè sextam Ephæ, & olei tertiam Hinis ad conspergendum similam; munus Jehovæ statutis [g] perpetuis jugiter.

[g] Heb. seculi.

15 Ita parabunt agnum, & munus, & oleum unoquoq; manè; holocaustum juge.

16 "Sic ait Dominus Jehova, si dederit Princeps donum alicui e filiis suis, possessio ejus est, filiorum ipsius esto: juris ipsorum est possessione.

17 Sin autem dederit donum de possessione sua ulli e servis suis, "erit quidem illius usq; ad "annum libertatis, quamvis cesset *servire* ipsi Principi: verumtamen "possessio ipsius est, ipsorum filiorum ejus esto.

18 Ut non accipiat Princeps de possessione populi, oppressione deturbando eos de jure possessionis ipsorū: de jure suo possessionē tradet filiis suis, ut nō dispergātur populus meus, ullus de jure possessionis suę.

19 "Posteà duxit me per "aditum qui est in latere portæ, ad sacerdotes, in cellas [h] sanctas spectantes Aquilonem versus: ubi ecce "locus erat in duobus lateribus ejus Occidentem versus:

[h] Heb. sanctitatis.

20 Et dixit ad me, hic *est* locus ubi elixant sacerdotes reatum & peccatum: ubi coquunt munus, ut non efferant in "atrium exterius "ad sanctificandum populum.

21 "Tum educens me ad atriũ exterius fecit ut transirem in quatuor angulos atrii: ecce autem [f] atrium in unoquoq; angulo ipsius atrii.

22 In quatuor angulis istius atrii atria erant [k] caminata, quadraginta cubitorũ longitudine, & triginta latitudine: mensura eadem ipsis quatuor angularibus.

23 In quibus quatuor [l] popina erat circumquaque; quæ quidem [m] fo-cis instructa erat sub ipsis popinis circumquaq;:

24 Et dixit ad me, *in* his est locus [n] poparum; ubi elixant ministri domus sacrificium populi.

[f] Heb. atriũ in angulo ipsius atrii, atrium in angulo ipsius atrii.
[k] Heb. fumaria, sive vaporaria.
[l] Heb. ordo.
[m] Heb. elixantibus facta.
[n] Heb. elixãtium, id est, victimariorum: συνεκδοχικῶς.

CAPUT XLVII.

1 [o] POSTEA reduxit me ad ostium [a] domus, ubi ecce [a] aquas exeuntes [a] ex inferiore parte liminis domus Orientem versus; nam frons domus Orientalis erat: & aquæ descendebant infernè a latere domus dextero, ab Australi parte altaris.

[o] Heb. & a. [a] Heb. de sub limine.

2 Inde educens me via portæ Aquilonem versus, circumduxit me via extima ad portam [a] extimam, viâ quæ spectat Orientem: ubi ecce aquæ [b] manabant tanquam e phiala a latere dextro.

[a] Heb. extimam, viâ quæ spectat Orientem.
[b] Heb. phialabãt, ut ita dicamus.

3 Cumq; progressus vir ille ad Orientẽ cum linea in manu sua, mensus esset mille cubitos; traduxit me per aquas illas, [a] aquas [c] talares.

4 Posteà mensus iterum mille; traduxit me per aquas illas, aquas [d] genua pertingentes: rursus mensus mille, traduxit me aquis [e] lumbos pertingentibus.

[a] Heb. aquas. [c] Heb. plantarum. [d] Heb. aquas genuum. [e] Heb. lumborum.

5 Eo deniq; mensō mille, torrens fuit quem non potui transire; quia altæ erant aquæ, aquæ enatandæ, torrens qui transiri non posset.

6 "Cùm itaq; dixisset ad me, vidistíne, fili hominis? deducens me collocavit me in ripa ipsius fluminis.

7 Me autem reverso, ecce in ripa fluminis arbores magnas valde hinc & inde:

8 Et dixit ad me, aquæ istæ "procedunt in Galilæam primam, & descendunt in campestria: tum veniunt "ad mare, & in ipsum mare exeneratis eis "curantur aquæ ipsius.

9 Ita fit *ut* omnis [f] animans quæ repit; quocunq; perveniunt "flumina, vivat, & sit multitudo piscium ampla valde: nam venientibus illuc aquis istis curantur & vivunt, quocunq; pervenit hoc flumen:

10 Fitq; ut stent juxta illud "piscatores a "Hhengedi usq; ad fontem "Hheglajimorum, [g] locus sunt expandendis plagis: in speciem suam est multitudo piscium eorum par multitudini piscium maris magni, copiosa valde:

11 "Cœnosorum ejus, *inquam*, & palustrium *locorum* ejus; quæ non curabantur, sali attributa erant.

12 Ad flumen autem assurgunt in ripa ejus hinc & inde omnes arbores [h] esculenti fructus, quarum folia non decidunt, & quarum fructus

[f] Heb. anima vivens.
[g] Heb. expansio: ut suprà 26.5.
[h] Heb. escæ.

fructus non consumuntur, mensib. suis [i] præstantissimos fructus edunt; quia aquæ earum e sanctuario prodeunt, ideò sunt fructus earum cibo, & folia earum curationi.

13 "Sic ait Dominus Jehova, hic terminus *est* quo possessores constituetis vos hujus terræ per duodecim tribus Jisraëlis; Josepho "funiculis *duobus attributis*:

14 Ut possideatis eam [k] unus æquè ac alter, quam sublata manu mea *juravi* me daturum majoribus vestris; prout acciderit terra hæc vobis in possessionem.

15 Hic ergo terminus *est* terræ in latere Aquilonali; a "mari magno via Chethlonis [l] Tzedadum usq;:

16 "Chamath, "Berotha, "Sibrajima, "quæ sunt" [m] inclusa termino Damasci, & inclusa termino Chamathæ; pagi "mediani qui adjacent termino Chavramis.

17 Ita est terminus a mari "Chatzar-hhenon terminus Damasci, & "qui maximè Aquilonalis est, terminus Chamathæ: atque hoc latus Aquilonale.

18 Latus autem Orientis [o] a "Chavrane & a Damasco, & a Gilhhade, & a terra Jisraëlis, "*terrâ* Jardenis, a termino *hoc* ad "mare Orientale metiemini: atq; hoc latus Orientem versus.

19 Latus verò Australe meridiem versus a "Tamare usq; ad "aquas contentionum Kadeschi *latus* possessionis ad mare magnum; atq; hoc latus meridianum Austrum versus.

20 Deniq; latus [p] Occidentis, mare magnum a termino *hoc* usq; ex adverso "aditus Chamathæ: hoc latus est Occidentis.

21 "Partiemini autem terram hanc vobis per tribus Jisraëlis.

22 Esto autem ut sortiamini eam in possessionem vobis & peregrinis qui peregrinantur [q] inter vos, qui genuerunt filios inter vos: & "sunto vobis ut indigena in filiis Jisraëlis, vobiscum accidant in possessionem inter tribus Jisraëlis.

23 Quamobrem esto in ea tribu qua cum peregrinatur peregrinus; ut ibi tribuatis possessionem ejus, dictum Domini Jehovæ.

Caput XLVIII.

1 HÆc autem *sunt* nomina tribuum: "ab extremitate versus Aquilonem [a] secundum viam Chethlonis, aditus Chamathæ, Chatzar-hhenanis termini Damasci, Aquilonem versus, secundum Chamatham, (hæc enim sunt "ei latus Orientale & Occidentale) Danis *tribus* una:

2 Juxta terminum autem Danis, a latere Orientali usq; ad latus [b] Occidentis; Ascheris una:

3 Et juxta terminum Ascheris, a latere Orientem versus usq; ad latus Occidentis; Naphtali una:

[i] Heb. primogenita proferunt: vide Ijobi 18.13. & Jeschahh. 15.3.

[k] Heb. vir ut frater suus.

[l] Heb. ad ingressū Tzedadi.

[m] Heb. inter terminū Damasci & inter terminū.

[n] Heb. Aquilonis ad Aquilonem.

[o] Heb. de inter Chavranē, & de inter Damascum, & sic deinceps.

[p] Heb. maris.

[q] Heb. in medio vestri: sic deinceps.

[a] Heb. ad manum sive latus: sic deinde eodem versu.

[b] Heb. ad mare: sic deinceps.

4 Et juxta terminum Naphtali, a latere Orientem versus usq; ad latus Occidentis; Menaschis una:

5 Et juxta terminum Menaschis, a latere Orientem versus usq; ad latus Occidentis; Ephrajimi una:

6 Et juxta terminum Ephrajimi, a latere Orientis usq; ad latus Occidentis; Rëubenis una:

7 Et juxta terminum Rëubenis, a latere Orientis usq; ad latus Occidentis; Jehudæ una:

8 Juxta terminum verò Jehudæ, a latere Orientis usq; ad latus Occidentis; esto [a] oblatio illa quam oblaturi estis vicies quinquies mille *cubitorum* latitudinis, [a] longitudinis verò ut una [a] reliquarum portionum a latere Orientem versus usq; ad latus Occidentis, in cujus medio sit [a] locus sanctus.

9 Oblatio illa quam oblaturi estis Jehovæ, longitudine vicies quinquies mille & latitudine decies mille *cubitorum*.

Suprà 45.

c *Heb.* sanctitatis: sic deinceps.

10 Horum autem erit hæc oblatio [c] sancta, nempe sacerdotum, *ampla* [a] Aquilonem versus vicies quinquies mille, & Occidentem versus latitudine decies mille cubitorum; & Orientem versus latitudine decies mille, versus Meridiem verò longitudine vicies quinquies mille cubitorum, in cujus medio erit sanctuarium Jehovæ.

11 Sacerdotum, quisquis sanctificatus fuerit e [a] filiis Tzadoki, qui observarunt observationem meam; qui non errarunt errantibus [d] Jisraëlitis, quemadmodum errarunt alii Levitæ:

d *Heb.* filiis Jisraëlis.

12 Erit, inquam, istorum collativa ex oblatione terræ, res sancta sanctarum; adjacens termino Levitarum.

13 Levitarum autem ex adverso termini sacerdotum vicies quinquies mille cubiti longitudine, & latitudine decies mille; omnis longitudo vicies quinquies mille, latitudo verò decies mille *cubitorum*.

Levi. 25. 34.

e *Heb.* sanctitas.

14 ([e] Non autem vendent ex eo, neq; permutabit *quisquam*, neq; transferet primitias terræ; quia [e] sancta est Jehovæ)

15 Quinquies verò mille *cubitorum spatium* reliquum in latitudine, in fronte vicies quinquies mille *cubitorum* [f] commune est [a] civitati ad habitationem & ad suburbia; in cujus medio erit ipsa civitas:

f *Heb.* prophanum: vide Deut. 20. 6.

16 Cujus hæ sunt dimensiones, latus Aquilonis quater mille quingentorum, & latus Austri quater mille quingentorum; & a latere Orientis quater mille quingentorum, latus verò Occidentis quater mille quingentorum *cubitorum*.

17 Sic erit [a] suburbium civitati, Aquilonem versus ducentorum quinquaginta, & Meridiem versus ducentorũ quinquaginta; & Orientem versus ducentorum quinquaginta, ac Occidentem versus ducentorum quinquaginta cubitorum.

18 Et quod reliquum erit in longitudine ex adverso oblationis sanctæ, *id est*, decies mille *cubiti* Orientem versus, & decies mille Occidentem ver-

tem versus, quod erit ex adverso oblationis sanctæ; ejus proventus sit in cibum "ministris civitatis:
19 Ut ministet quisq; civitatis, ex omnibus tribubus Jisraëlis, ministrent "ei.
20 Totam hanc oblationem "vicies quinquies mille *cubitorum* per vicies quinquies mille *cubitos*, quadratam; offeretis oblationem sanctam cum justa possessione civitatis.
21 Quod autem reliquum erit Principi ab hac & ab illa *parte* oblationis sanctæ & justæ possessionis civitatis, "in fronte vicies quinquies mille *cubitorum* oblationis usq; ad terminũ Orientem versus, & ab Occidente in fronte vicies quinquies mille secundum terminũ Occidentis ex adverso *harum* portionum, Principis esto; ita erit oblatio sancta & sanctuarium domus in medio illius:
22 "Et inde a justa possessione "Levitarum, justaq; possessione civitatis, interjecta *possessioni* quæ Principis erit: id quod inter terminum Jehudæ & terminum Binjaminis *erit*, Principis esto.
23 Residuũ verò tribuum; a latere Orientem versus usq; ad latus Occidentis, *tribus* Binjaminis una:
24 Et juxta terminum Binjaminis, a latere Orientem versus usq; ad latus Occidentis; Schimhhonis una:
25 Et juxta terminũ Schimhhonis, a latere Orientem versus usq; ad latus Occidentis; Jissascaris una:
26 Et juxta terminum Jissascaris, a latere Orientem versus usq; ad latus Occidentis; Zebulunis una:
27 Et juxta terminum Zebulunis, a latere Orientem versus usq; ad latus Occidentis; Gadis una:
28 Et juxta terminum Gadis, ad latus Australe meridiem versus; ibi erit terminus "a Tamare, *ad* aquas contentionis Kadeschi, ad "torrentẽ, ad mare magnum.
29 Ista *est* terra quam sortiemini inde a torrente, pro tribubus Jisraëlis; & istæ sunt distributiones earum, dictum Domini Jehovæ.
30 "Hi autẽ *sunt* exitus civitatis; a latere Aquilonis, quater mille quingentorum cubitorum mensura.
31 Portæ verò civitatis de nominibus tribuum Jisraëlis *erunt*, portæ tres Aquilonem versus; porta Rëubenis una, porta Jehudæ una, porta Levi una;
32 Et in latere Orientem versus *cubitorum* quater mille quingentorũ, similiter portæ tres; nempe porta "Josephi una, porta Binjaminis una, porta Danis una:
33 Et lateris Austrum versus, quater mille quingentorum *cubitorum* mensura, & portæ tres; porta Schimhhonis una, porta Jissascaris una, porta Zebulunis una:
34 Lateris Occidentem versus quater mille quingenti *cubiti*, quorum

portæ tres: porta Gadis una, porta Aſcheris una, porta Naphtali unâ.

35 Ambitus decies octies mille cubitorum: nomen verò civitatis g de-
g Heb. ab eo die. inceps *futurum eſt*, ibi Jehova.

ANNOTATIO IN CAPVT XLV.

1 *Cùm autem*] Altera hæc pars viſionis, adumbrans perfectiſſimam Eccleſiæ inſtaurationem & conſtitutionem per Chriſtum, ut diximus ſup. 40.1. in duas partes universè diſtribuenda eſt: quarum una eſt ἔκθεσις ſive propoſitio generalis & ſumma diſtributionis terræ, uſque ad verſ. 9. altera, ἐξήγησις ſive explicatio ſingularis rerum comprehenſarum propoſitione ſumma, inde ad finem prophetiæ. Summa itaque propoſitio primùm ſortes tribuum ſingularum perſtringit, ſtatim in principio; deinde nominatim excipit certam agri portionem in partes quatuor dividendam: itaut pars ejus ad domum Jehovæ & ſacerdotes pertineat, quatuor primis verſib. pars ad Levitas, verſ. 5. pars ad populum totum communiter, verſ. 6. pars ad Principem, verſ. 7. & 8. quæ omnia deinde ſuis locis explicantur. Atque hæc quidem diſtributio tota planè differt ab ea quæ priùs partim per Moſchen, partimq; per Jehoſchuhham effecta fuerat, denique totus ordo & civilis & Eccleſiaſticus novus inſtituitur; tum ut Propheta populares ſuos doceret veterem illam formam interituram eſſe, & fuiſſe tantùm introductionem ſpei melioris; tum verò ut oſtendat omnia in Chriſto nova effecta eſſe, etſi propter ruditatem populi & communem hominum infirmitatem auguſta illa inſtauratio typis Eccleſiæ priſcæ adumbratur. *In poſſeſſionem*] ſingulis videlicet tribubus aſſignandam: ut fit inf. 48. *Offerte oblat.*] id eſt, conſecrate, prout oblationes conſecrabantur Domino: κατάχρησις. 2 *In locum*] id eſt, pro ſtructura loci ſancti, quidelineatus eſt ſup. 40. & 41. & circumſcriptus, ſup. 42.15. & ſequentib. *Quingentorum*] in longitudinem videlicet per quingentos latitudinis: ſimilem loquutionem vide inf. 48.20. *Suburbium*] id eſt, area circumjacens, pura & vacua omni ædificio & cultura: ſic inf. 48.17. 3 *Sanctuarium*] id eſt, locus ſanctus, qui deſignitus eſt præcedente verſ. 4 *Ut ſit eis*] id eſt, ut ſpatium illud totum conſervetur integrum domicilio Dei & ſacerdotum ejus. 5 *Similiter*] ut eadem menſura modò attributa eſt ſacerdotibus. *Ipſis miniſtriis*] emphatica diſtinctio Levitarum, qui inſtaurationis tempore judicio Eccleſiæ comprobati fuerint & in miniſterijũ recepti, eos hac ſorte uſuros eſſe. Nam alii etiam poſt reverſionem Babylonicam recuſati ſunt, Hhezræ 2. & alii exautorati propter ſceleratas ſua, ut Nechem. 13. quam puritatem multo ampliùs deſyderari in Eccleſia Chriſti his verbis Propheta docet. *Miniſtrantibus*] id eſt, janitores, cantores, & adminiſtros ſacrorum agentibus in domo Dei ad ſacerdotum mandationibus, ubicunque legitimè præſtare officia ſua poterant in domo Dei. Fuerunt autem harum ſtationum ordines Hæc enim tria fuerunt officia Levitarum, ut monuimus ſup. 40.44. *Viginti cell.*] id eſt, in omnibus ipſorum ſtationibus viginti, ut facile eſt cuivis hac ratione colligere: in domo Dei ambitus maximus unicam habebat portam, atqui verò populi & Levitarũ communia (quæ tria erant numero) portas ternas: ſic ad Levitas in univerſum per decem portas miniſterium pertinebat. Singulæ autem portæ ſua habebant veſtibula, quorum interventu bini cellarum ordines efficiebantur: ſic ergo portis decem fuerunt viginti cellarum ordines, in quibus Levitæ muſici, janitores, & miniſtri conſiſtebant ad ſua officia comparati. 6 *Civitatis*] id eſt, urbis metropolitanæ, quæ deſcribitur inf. 48. 15. & quinque ſequentibus, & in fine ejuſdem capitis. *Oblationis*] ut ſup. verſ. 1. *Pro tota domo*] id eſt, quia hæc regia futura eſt, communis omnium tribuum eſto. Propterea etiam in vicos duodecim dividitur, & ſingulæ portæ ſingulis tribui aſſignantur, inf. 48.31. & ſequentibus. 7 *Ipſi autem*] deſcriptio portionis ad Principem pertinentis, ut diximus ſup. in verſ. 1. *Ab hac*] id eſt, utrimque ab Occaſu & Ortu, ut ſequentia verba explicant. *Oblationis*] id eſt, illorum vicies quinquies mille cubitorum, qui ſacerdotibus, Levitis, & communi ſuprà fuerunt aſſignati. *Longitudo*] videlicet duplicis illius portionis attributæ Principi. quaſi dicat, alas duas circumjacentes quadratum illud ſpatium (quod oblationem Propheta nominavit) ſive duos illos tractus ab Ortu & Occaſu ſitos quàm longè & latè patebunt obtinebit. Ac latitudo quidem certa & definita eſt vicies quinquies mille cubitorum, prout erat latitudo oblationis quam ſacerdotes Levitæ & communitas obtinebant, a tribu Jehudæ ad tribum Binjaminis uſque: longitudo verò indefinita relinquitur, quia Propheta oſtendit eam utrimque ab extremitate oblationis illius ad extremos terræ terminos per eamdem latitudinem vicies quinquies mille cubitorum pervenire: hoc eſt (ut Geometricè loquamur) aream vicies quinquies mille cubitos latam ab extremitate Orientali terræ ad Occidentalem ὀρθογράμμως regionem totam dividere inter tribum Jehudæ & Binjaminis: qua in media area rectum quadrũ vicies quinquies mille cubitorum ad oblationem & poſſeſſionem civitatis exceptum eſt; latera verò utrimque adjudicantur Principi, quacunque fuerint longitudine. *Iſtarum part.*] trium comprehenſarum in oblatione. *Termino Occid.*] qui in lacere quidem Occidentali portionis principalis pertinet a mari magno ad finem Occidentalem quadri, in Orientali verò percurrit a fine Orientali quadri uſque ad extremum terræ. 8 *Ut non opprim.*] ætiologia novæ iſtius diſtributionis, μεταβατική ad ſequentem locum de civilibus officiis. *Reddant*] id eſt, ademptam popularibus reſtituant, & reſtitutam ſervent, ut ſequens verſus explicat. 9 *Sic ait*] ſecunda hæc pars (ut antè in verſ. 1. diximus) propoſitionem ſummam ſigillatim explicat ὑστερον πρότερον. Primùm enim juſtum & legitimum uſum tum civilem, tum Eccleſiaſticum hujus diſtributionis exponit, uſque ad caput 47. deinde verò præſtantiam terræ demonſtrans, minutatim ejus planat ſingularem omnium ſortem, ad finem uſque Prophetiæ. Ac in juſto quidem legitimoque uſu ponuntur duo, civilis adminiſtratio, uſque ad verſ. 13. & Eccleſiaſtica, ad finem uſque ſequentis capitis. *Satis eſto*] id eſt, contenti eſtote hac portione dupla quæ attribuitur vobis. *Depulſiones*] quibus populum meum depuliſtis ex hæreditate ipſius & tyrannica violentia, & fraude, qua æquè Principi ac popularibus omnibus interdicitur, verſib. ſequent. 11 *Epha*] id eſt, ne ullo pacto menſuras juſtas minuitote. De Epha autem vide Exodi 16.37. de Batho verò 1. Reg. 7.26. *Chomeris*] tantundem aridorum capientis, quantum liquoris capit Corus: vide Levit. 27.16. 12 *Similiter*] id eſt, una pariter eſto lex nomiſmatis & ponderum, æquè ac menſurarum; ut omnia nomiſmata pendantur ad juſtam rationem ſicli, quæ hîc præſcribitur: ut Exod. 30.13. Hunc autem locum (utcunque interpretentur Hhebræi) ſic omnino accipiendum eſſe ut fecimus, reſ ipſa loquitur: maximè cùm illi minã conſtare dicant ex ſexagenis ſiclis, abutentes hoc loco imperitiſſimè, & ignorantes ipſam ſcripturæ interpretationem quam demonſtravimus 1. Reg. 10.17. *Ipſius minæ*] ſive pondo, ut ibidem interpretati ſumus ex ſecundi Chron. 9.16. 13 *Hæc oblatio*] hac deſcriptione juris Eccleſiaſtici (ut diximus in verſ. 9.) exponuntur officia primùm ordinariarum oblationum pro Eccleſia exhibendarum a populo & a Principe diebus profeſtis, feſtis, & ſolennitatibus, uſque ad verſ. 16. capitis ſeq. deinde verò ſingulares humanorum munerum, uſque ad verſ. 19. ac poſtremò ritus & locus parandis eis attributus, ad finem uſque capitis 46. ſenſus eſt, cautum quidem fuerat lege Num. 28. & 29. ut populus offerret quod ad juge ſacrificium pertinebat, & ordinaria omnia; ſed quia rebus præcisè minimè taxatis multa inordinatè ſolent evenire; propterea placuit Deo pro modo facultatum oblationes ſingulis imperare, ut his verſib. definitur: nempe ut rei triticeæ ſexagenam, oleariæ &

oleariæ & vinariæ centesima, pecuariæ ducentesima offerretur Deo. 14 *Coro*] de quo 1. Reg. 4. 21. 15 *Exirriguis*] id est, bene pastam, ac nullo vitio laborantem, Levit. 22. 18. & sequentibus. Hæc autem duo membra ἀναλόγως ad alia genera pertinere liquidorum & animantium aptarum sacrificiis docet versus decimi tertii comparatio. 16 *Oblatione hac*] muneris, holocausti, & eucharisticorum, quæ dicta sunt præcedente vers. *Cum Principe*] cujus oblatio definitur universè primùm, sequente vers. deinde speciatim illustratur, ad finem usque capitis: ac postremò offerendi ratio Principi populoque præscribitur, usque ad vers. 16. capitis seq. 18 *Accipiens offer.*] apostrophe ad Principem. 19 *Catharmatis*] id est, sacrificii oblati ad purgandum sive purificandum. *Diazomatis*] vide suprà 43. 14. Hæc autem ceremonia tota singularis est, neque docetur lege: ut sequentia multa. 22 *Et parato*] confer Num. 28. 19. & sequentibus.

In Caput XLVI.

1 *Sic ait*] Jam exponit Deus rationes & ritus in offerendis superioribus sacrificiis a Principe populoque observandos, ut diximus suprà 45. 16. *Atrii interioris*] id est intimi, ubi erat altare holocausti: vide suprà 40. 44. *Die Sabbati*] id est, diebus festis, synecdochicè. 4 *Holocaustum*] longè amplius quàm imperabatur lege, Num. 28. 9. 6 *Die autem*] oblatio minor quàm imperabatur lege, Num. 28. 11. 8 *Veniens autem*] ritus accedentium domum Dei: quo porta Orientalis atriorum Principi tantùm cum sacerdotibus & Levitis conceditur; popularibus verò tribuuntur laterales portæ. 10 *At princeps*] id est, eodem tempore adorato quo populus totus, & totum tempus in actione sacra consumito. 12 *Voluntarium*] quod synecdochicè significatum fuerat eucharisticorum nomine, sup. 45. 17. & vers. 2. hujus capitis. 16 *Si cui ait*] leges in hunc locum obiter inseruntur de donariis Principis tum erga liberos, tum erga eos qui nihil ipsum attinent necessitudine: ut notavimus suprà 45. 13. 17 *Erit quidem*] videlicet usus fructus dominium que utile ejus possessionis quam Princeps donaverit, ex communi jure possessionū quę lege mancipii alienari non poterant, Levit. 25. 23. *Annum libert.*] id est, jubilæi, quo libertas promulgabatur in terra, Levit. 25. 10. *Possessio*] id est, jus possessionis proprietarium, quamvis usum fructum percipiat donatarius. 19 *Posteà*] jam venit Propheta ad explicationem locorum in quibus parabantur sacrificia a sacerdotibus & Levitis; utrimque projectorum extra illos centum cubitos quibus definita erant atria, ad finem usque capitis. *Aditum*] tertiani illius atrii, quò Principi & populo ingredi nefas erat; sed Levitis solùm patebat & sacerdotibus: de quo suprà 41. 44. & sequentibus. *Locus*] id est, atriola duo sacerdotum a duabus partibus templo propinquioribus, ut accipiendum est demonstrat sequentium versuum comparatio. 20 *Atrium exterius*] populo attributum, & commune omnium: ut suprà 42. 14. & 44. 17. sic vers. sequente. *Ad sanctificandum*] id est, quod si facerent, populum (cujus nomine sanctificati sunt ad ministerium Dei) eadem religione sui ministerii obstringerent, ac proinde omnem ordinem perturbarent, ut suprà 44. 19. de vestibus & instrumentis dicitur ea sanctificari Deo, id est, a communi usu ministerio ipsius vindicari: sic Exod. 29. 37. & 30. 29. 21 *Tum educens me*] sequuntur jam quatuor Levitarum atriola ipsis attributa ad ministerium populi. 23 *Popina*] id est, ambitus effectus coquendis sacrificiis: cujusmodi loca veteribus popinæ dicebantur.

In Caput XLVII.

1 *Posteà*] Hic secundus ἐξηγήσεως locus (ut diximus suprà 45. 9.) exponit primùm præstantiam terræ profectā ex Dei benedictione in templo suo habitantis, usq; ad vers. 13. secundò terminos totius terræ, usque ad vers. 21. tertiò rationem illius dividundæ, usque ad vers. 30. capitis seq. ac postremò formam civitatis sanctæ, in fine prophetiæ. In præstantiæ autem declaratione observanda sunt hæc, primùm ortus & progressus benedictionum Dei, quæ cum rivo fructus dominium que utile ejus possessionis quam Princeps donaverit, ex communi jure possessionū quę lege mancipii alienari non poterant, Levit. 25. 23. *Annum libert.*] id est, jubilæi, quo libertas promulgabatur in terra, Levit. 25. 10. *Possessio*] id est, jus possessionis proprietarium, quamvis usum fructum percipiat donatarius. 19 *Posteà*] jam venit Propheta ad explicationem locorum in quibus parabantur sacrificia a sacerdotibus & Levitis; utrimque projectorum extra illos centum cubitos quibus definita erant atria, ad finem usque capitis. *Aditum*] tertiani illius atrii, quò Principi & populo ingredi nefas erat; sed Levitis solùm patebat & sacerdotibus: de quo suprà 41. 44. & sequentibus. *Locus*] id est, atriola duo sacerdotum a duabus partibus templo propinquioribus, ut accipiendum est demonstrat sequentium versuum comparatio. 20 *Atrium exterius*] populo attributum, & commune omnium: ut suprà 42. 14. & 44. 17. sic vers. sequente. *Ad sanctificandum*] id est, quod si facerent, populum (cujus nomine sanctificati sunt ad ministerium Dei) eadem religione sui ministerii obstringerent, ac proinde omnem ordinem perturbarent, ut suprà 44. 19. de vestibus & instrumentis dicitur ea sanctificari Deo, id est, a communi usu ministerio ipsius vindicari: sic Exod. 29. 37. & 30. 29. 21 *Tum educens me*] sequuntur jam quatuor Levitarum atriola ipsis attributa ad ministerium populi. 23 *Popina*] id est, ambitus effectus coquendis sacrificiis: cujusmodi loca veteribus popinæ dicebantur.

In Caput XLVII.

1 *Posteà*] Hic secundus ἐξηγήσεως locus (ut diximus suprà 45. 9.) exponit primùm præstantiam terræ profectā ex Dei benedictione in templo suo habitantis, usq; ad vers. 13. secundò terminos totius terræ, usque ad vers. 21. tertiò rationem illius dividundæ, usque ad vers. 30. capitis seq. ac postremò formam civitatis sanctæ, in fine prophetiæ. In præstantiæ autem declaratione observanda sunt hæc, primùm ortus & progressus benedictionum Dei, quæ cum rivo comparantur, usque ad vers. 6. deinde verò effecta, usque ad 13. *Domus*] id est, templi. *Aquas*] figurantes spiritum Dei & dona illius in Ecclesiam, quæ prima quidem specie lenissima sunt & tenuissima; sed paulo momento invalescunt maximè: ut de aquis gradatim ostendit Propheta, sequentibus. 2 *Extimam*] id est, claustri sive ambitus exterioris ad explicationem effectorum ex benedictione Dei consequentium, per interrogationem. Sunt autem effecta duo: unum, quòd bona omnia exoriuntur, augescunt, & perficiuntur in Ecclesia virtute Dei; alterum, quòd curantur malaque synecdochicè ostenditur ab exemplo Asphaltitis lacus. 8 *Procedunt*] id est, totam terram irrigant. Nam Galilæa summa est pars Judææ; campestria definiunt mediam, ubi erat Jericho; infima pars terminabatur Asphaltite lacu. *Ad mare*] mortuum (ut vocant) quod nulla alit animalia, nec ullum corpus animalium recipit importatum, ut omnes uno ore testantur historici. Quamobrem scriptura mare salis & Sedomi vocat, historici Asphaltiten lacū, eo quòd nihil præter bitumen gignit. *Curantur*] id est, utiles & salubres fiunt, quod commonstrat exegesis sequens duorum versuum. 9 *Flumina*] id est, aquæ maximæ istius fluminis. 10 *Piscatores*] qui priùs nunquam dederant operā Asphaltiti. *Hhengedi*] de quo vide Gen. 14. 7. *Hheglajimorum*] qui locus est in ipso principio Asphaltitis lacus, ubi Jarden in eum influit, teste Hieronymo. Sensus est, piscatores totum illum tractum Asphaltitis lacus colunt studiosissimè, & amplissima ex eo percipiunt commoda. 11 *Cænosorum*] id est, omnium locorum quæ nequę fructuosa erant, neque piscosa, neque ulla arte effici poterant talia, eorum fructus est amplissimus, & multitudo piscium copiosissima. 13 *Sic ait*] secundum membrum de universo termino terræ sanctæ, ut diximus in vers. 1. *Funiculis*] vide Deut. 32. 9. De Josephi autem jure vide Genes. 48. 5. & 49. 22. & 1. Chron. 5. 1. & sequentib. 15 *Magno*] id est, mediterraneo: vide Num. 34. 7. sic infrà 19. & 20. *Via Chethlonis*] id est, ab extremitate una regni Damasci ad alteram, quarum una est Chethlon Occidentem versus, cujus mentio fit inf. 48. 1. altera Tzedad, de quo Numer. 34. 8. ab Orientali regni Damasceni parte. 16 *Chamath*] de qua Num. 13. 21. & 34. 8. & 1. Reg. 8. 65. *Berothæ*] sive Berothai, 2. Schem. 8. 8. Barathena Ptolemæo, quam in fine statuit Arabiæ desertæ. *Sibraimæ*] altenum oppidum, a Geographis Arabiæ desertæ attributum, ut adjuncta docent. *Quæ sunt incl.*] id est, totus ille tractus qui ad duo hæc regna pertinet. *Mediani*] id est, inter Chamatham & Chavranem interjectus: est enim Chavran Arabiæ desertæ oppidum, quod Ptolemæus Auranam appellat. 17 *Chatzar-hhenon*] oppidum regna Judææ, Damasci, & Chamathæ disterminans in parte Aquilonali maximè; quod etiam dicitur Chatzar-hhenan, Num. 34. 9. & 20. & infrà 48. 1. 18 *Chaśrane*] de quo vers. 16. *Terra Jardenis*] id est, trans Jardenem sita, ἀλλαττικῶς, ut Psalmo ultimo Judææ sub En-gadda sive Hhen-gedi ad Asphaltitem lacum, quod Ptolemæo dicitur Tamaro. *Aquas*] de quib. Num. 20. sic Num. 27. 14. 20 *Aditus Cham.*] id est, itineris quo a mari mediterraneo Chamatham pergitur. 11 *Partiemini*] tertium membrum (ut diximus sup. in vers. 1.) de ratione dividendæ terræ: quæ ratio bifariā exponitur; primùm quidem universè, quomodo & quibus distribuenda sit, hoc capite reliquo; deinde verò singilla-

tim, quæ ſedes quibus aſſignandæ, uſque ad verſ. 30. ſequentis capitis. 22 *Sunto vobis*] id eſt, accenſentor vobis, & habentor pro tribulibus veſtris, ut ſit unum ovile & unus paſtor.

In Caput XLVIII.

1 *Hæc autem*] Explicatio ſingularis partium tribubus aſſignatarũ: ut diximus ſup. 47. 21. qua ſortes ſuæ ſingulis tribubus ex ordine aſſignantur, initio facto ab Aquilonali tractu. *Ab extremit.*] quæ ſequentibus verbis per congeriem exponitur, quia copioſiùs fuerat explanata ſup. 47. 15. & ſequentib. *Et*] nimirum extremitati verſus Aquilonem, quam totam longitudinem terræ hæc tribus per ſuos tractus obtinebat; quemadmodum cæteræ ſequentes ex æquo habere dicuntur in ſua ſorte totam regionis longitudinem: eſt autem longitudo ab Orientali ad Occidentalem terminum, ex conſtante Geographorum uſu: ſic inf. 8. & ſequentib. 8 *Oblatio illa*] de qua ſup. 45. 1. & ſequentibus: cujus pars (ut ibi diximus) Jehovæ & ſacerdotum eſſe dicitur, uſque ad verſ. 13. pars, Levitarum, verſ. 13. & 14. pars civium, uſque ad verſ. 20. pars denique conſtans ex duabus aliis ſive extremitatibus ad Orientem & Occidentem ſpectantibus attribuitur Principi, uſque ad verſ. 23. *Longitudinis*] vide ſup. in verſ. 1. *Reliquarum portion.*] videlicet quæ ſingulis tribubus aſſignatæ ſunt per totam longitudinem ab Oriente ad Occidentem. *Locus ſanctus*] id eſt, ſanctificatus Jehovæ pro ſanctuario ipſius & ſacerdotum habitatione, ut ſequentes verſus oſtendunt. ἡγεμικῶς. 10 *Aquilonem*] id eſt, in termino ſuo Aquilonali, qui porrigitur ab Ortu ad Occaſum in longitudinem vicies quinquies mille cubitorum: ſic ſequentia. 11 *Filiis Tzadoki*] vide ſup. 44. 15. & ſequentib. 14 *Non autem*] lex per occaſionem huic loco inſerta, de jure poſſeſſionis ſanctæ: quamobrem placuit eam parentheſi includere. 15 *Civitati*] regiæ & metropoli, cujus menſura verſ. ſeq. conſtitutio verò verſ. 30. & ſequentibus exponitur. 17 *Suburbium*] ut ſup. 45. 2. 18 *Miniſtris civit.*] id eſt, incolis civitatis, qui omnes fratribus tribulibuſque ſuis ad conventus Eccleſiaſticos aut civiles accedentibus miniſtrare tenebuntur, & illorum procuratores eſſe: quod apertè docet exegeſis ſequentis verſus. 19 *Et*] nempe Iſraëli: quamobrem, ut locus evidentior eſſet, Hhebræam verborum ὑς ἑρμοιν mutavimus. 20 *Vicies*] de hac ſoquutione vide ſup. 45. 2. 21 *In fronte*] id eſt, præcisè ex adverſo totius latitudinis, quam tripertitus eſt Deus in ſacerdotes, Levitas, & cives. 22 *Et inde*] id eſt, quicquid utrinque ſupererit in longitudine, ſubducta oblatione ſancta, per integrum illud ſpatium vicies quinquies mille cubitorum quod intercurret inter duas tribus Jehudæ & Binjaminis, id totum erit Principis: ſic comparatur tranſitus ad ſortes reliquas. *Levitarum*] tam ſacerdotum, quàm aliorum ex poſteris Levi, ut vocati ſunt ſup. 44. 15. 28 *A Thamare*] vide ſup. 47. 19. *Torrentem*] Schichorem, de quo Jehoſchuhh. 13. 3. 30 *Hi autem*] quartum membrum, de conſtitutione urbis ſanctæ: ut dictum eſt ſup. 47. 1. 32 *Joſephi*] id eſt, Ephrajimi & Menaſchis conjunctim. Nam Levi portam unam obtinere dicitur verſ. 31. ut conventuum quoque Eccleſiaſticorum & conſilii ibidem eſſet commoditas.

DANIIEL.

ARGUMENTUM.

LIBER *Danijelis ex parte rerum gestarum historias continet usq; ad caput 7. ex parte verò gerendarum rerum prophetias. Ac in rebus quidem gestis habentur singularia tum pietatis ipsius sociorumq; documenta, tum verò fidei in Deum constantissimæ & infractæ a malis omnibus, donorumq; mirabilium, ex quibus Danijel somnia oblivioni tradita in memoriam revocavit, obscura explicavit, & scripta ignota legit atq; interpretatus est. In prophetia verò illustria exstant monimenta & certissimæ circumscriptiones temporum, quibus Christus Deus in carne patefactus est & consummatum mysterium redemptionis nostræ: in cujus boni exspectatione Danijel, ne Ecclesia Dei malis obsessa fatisceret, historiam singularem & accuratissimam prædicit rerum in Ecclesia gerendarum ad Christi adventum usq;: & persessiones gravissimas Ecclesiæ non tantùm prædictione, præmonitionibusq; levat; sed etiam consolationibus ex certa fiducia promissionum Dei cùm ad temporariam, tum ad æternam liberationem in Christo pertinentium.*

CAPUT I.

Danijel cum sociis deportatus in Babyloniam cibario quod Rex attribuerat recusat vesci, ne contra legem Dei & conscientiam animi sui impuretur: itaq; parcè leguminibus per triennium educatus a Deo benedicitur tum corporis elegantia, tum donis spiritalibus atq; prophetia: quamobrem ipse cum sociis a Nebucad-netZare in ministerium aulicum ascisitur.

1 ANNO tertio regni Jehojakimi Regis Jehudæ; "venerat "Nebucad-netzar Rex Babyloniæ Jeruschalaima, & obsederat ea:

2 Cumq; tradidisset Dominus in manum ejus Jehojakimum Regem Jehudæ, & "partem instrumentorum domus Dei, exportaverat ea in terram "Schinhharis in domũ "Dei sui: nempe instrumenta illa exportaverat in thesaurũ Dei sui.

3 Edixerat etiam Rex Aschpenazo præfecto aulicorum suorũ; ut exportaret e filiis Jisraëlis tum ex semine regio, tum ex proceribus,

4 Pueros quibus nullum inesset vitium, & [a] elegantes aspectu, & in-

[a] Heb. bonos.

telligentes [b] omnis sapientiæ, præditosq; notitia, & valentes cognitione, id est, quibus inesset facultas, constituros in palatio Regis; utq; doceret eos literas & linguam Chaldæorum;

5 Et prout constituerat Rex [c] demensum diei cujusq; in diem quemq; de portione cibi regii & ex vino potionum ejus, educaret eos annis tribus: ut [d] exactis illis consisterent coram Rege.

6 Fuit autem inter hos e filiis Jehudæ; Danijel, Chananja, Mischaël, & Hhazarja:

7 Quibus imposuit princeps aulicorũ nomina: imposuit enim Danijeli *nomen* Belteschatzaris, & Chananjæ Schadraci, & Mischaëli Meschaci, ac Hhazarjæ Hhabednegonis.

8 Sed [e] statuens Danijel cum animo suo, ut non contaminaret se portione cibi regii & vino potionum ejus; requisivit a principe aulicorum ut non contaminaret se:

9 Et [f] conciliavit Deus Danijeli benignitatem & misericordiam coram principe aulicorum.

10 Dixit enim princeps aulicorum Danijeli, timeo Dominũ meum regem, qui constituit cibum vestrum & potiones vestras: nam quare videret facies vestras mœstiores quàm puerorum [g] qui similiter ut vos ad tempus alendi sunt, & efficeretis me reum capitis apud Regem?

11 Dicente itaq; Danijele ipsi promo; quem præfecerat princeps aulicorum Danijeli, Chananjæ, Mischaëli, & Hhazarjæ,

12 Proba quæso servos tuos diebus decem; [h] denturq; nobis de leguminibus quæ comedamus, & aquæ quas bibamus,

13 Deinde inspiciantur coram te [i] vultus nostri, & vultus puerorum qui comedunt portionẽ cibi regii; & prout videris, age cum servis tuis:

14 Auscultans eis in re hac, probavit eos diebus decem.

15 Exactis autem diebus decem apparuit vultus eorum elegans, ut pinguium carne; præ omnibus pueris qui comedebant portionem cibi regii.

16 Itaq; [k] perrexit promus ipse tollere portionem cibi ipsorũ vinumq; potionum ipsorum, & dare ipsis legumina.

17 Interea pueris istis quatuor dedit Deus notitiam & intelligentiam in omnibus literis & sapientia: Danijelem verò peritum reddidit in omni visione & somniis.

18 Quapropter exactis diebus illis quibus edixerat Rex ut adduceret eos, cùm adduxisset eos Princeps aulicorum coram Nebucad-nezare,

19 Et alloqueretur eos Rex; nõ est inventus ex omnib. his par Danijeli, Chananjæ, Mischaëli, & Hhazarjæ: steteruntq; coram Rege:

20 Omnibusq; *in* [l] rebus ad peritiam intelligendi pertinentibus quas requirebat ab eis Rex, inveniebat eos [m] decuplo superiores omnibus Magis & Astrologis qui in toto regno ipsius erant.

21 Sic fuit Danijel usq; ad annum primum Cyri regis.

ANNO.

[b] *Heb.* in omni intelligentia, & noscẽtes notitiã, & intelligentes cognitionem.
[c] *Heb.* rem diei die suo: ut Exod. 5. 13.
[d] *Heb.* a fine illorum: sic infrà vers. 15. & 18.
[e] *Heb.* ponẽs Danijel in corde suo.
[f] *Heb.* dedit Deus Danijelem benignitati & misericordiæ: hypallage; ut Psal. 106. 46.
[g] *Heb.* qui secundum revolutionem vestrã *sunt*, id est, pariter ut vos educãdi sunt triennio, & eo evoluto sistendi coram Rege.
[h] *Heb.* dent: impersonaliter.
[i] *Heb.* aspectus.
[k] *Heb.* fuit tollens, &c. & dans, &c.
[l] *Heb.* rebus sapiẽtiæ intelligentiæ.
[m] *Heb.* decẽ partibus: ut 2. Schem. 19. 44.

ANNOTATIO.

1 *Anno tertio*] Desinente videlicet tertio, & ineunte quarto, ut monuimus Jirmejæ 25.1. *Venerat*] id est, expeditionem in Babyloniā instituens anno tertio desinēte, anno demum quarto (prout Jirmeja prophetaverat) obsederat Jerusalaima. *Nebucad-netzar*] Magnus historicis dictus, prioris Nebucad-netzaris filius, qui à Parhhone Necone lacessitus, Jirmejæ 46.2. Syriam pervasit, & Judæam (quam Parhho tributariam fecerat) occupavit. 2 *Partem*] nō altera pars providentia Dei conservata est in domo ipsius; quæ partim ad tēpora usque Jeconjæ deportati, partim ad eversionem usque oppidi penes Judæos mansit: vide Jirmejæ 27.18. & sequentib. *Schinhharū*] vide Genes. 10.10. *Dei sui*] Beli (ut probabile est) maximi Dei Babyloniorum: de quo vide Jeschahh. 46.1. 4 *Id est*] exegesis vocum præcedentium. q.d. non quidem omnia illa jām eo tempore adeptos; sed qui ingenio valerent, & apti ad ea capienda & continenda animo viderentur; denique optima indole essent & valere putarētur industria. *Constituros*] id est, ministraturos Regi, ut seq. versu; quod prædixerat Jeschahhja 39.7. 7 *Quibus imposuit*] ex usu tyrannorum, quem à Parhhone primùm fuisse observatum legimus Genes. 41.45. tum ut dissimularēt nomina captivorum, exteras, & exosarum gentium, tum ut abductos à Dei sui & populi recordatione diis suis & sibi, quātum in ipsis erat, administros principio ex mutatis nominibus, nihil aliud tentari per Babylonios, quàm ut agnitionem Dei veri & populi sui abjicerent, & malorum consuetudine occallescentes in omnem impietatem delaberētur; injuriam quidem mutati nominis pertulit quam non poterat corrigere: sed quātum in ipso fuit, sanctè & liberè professus est se ex animo abhorrere a rebus impuris & earum specie, ac proinde opere ab eis abstenturum esse. *Contaminaret se*] quod fuisset facturus si comedisset de cibario ipsis attributo: cùm quia multa comedebant Babylonii interdicta ex lege, Levit. 11. & Deut. 14. tum quia ne illa quidem quorum usus permittitur lege integra erant apud Babylonios aut ab impuritate aliqua & vitio quod vetuerat lex, aut à superstitione & idololatria: prout Babylonii ac reges maximè ante cibum sacrificabant prothymata, & laudabant deos suos, infrà 5.4. aut denique sine offensa infirmiorum gustari poterant: quam religionem Cæcilius apud Minutiū Christianis exprobrans, præcerptos, inquit, cibos & delibatos altaribus, pœnis abhorretis. *Requisivit*] id est, modesta & legitima ratione cum præfecto agens prospexit conscientiæ suæ. 5 *Conciliavit*] id est, quamvis Deus animum præfecti eò nō adduxit ut ipse apertè cōcederet & præstaret illud quod à Danjele petebatur; flexit tamen animum illius, ut ita ad factum conniveret quasi clàm & imprudente ipso geretur. Ac propterea non negat quidem, sequente versu; sed periculum à se graviter metui ostendit; proinde verò se iniquo animo minimè laturum esse, modò fiat sine suo periculo. 10 *Timeo*] q.d. annuerem, nisi me deterreret metus: quamobrem per me licebit, modò me ab hoc metu liberum præstetis. *Mœstiores*] id est deformiores, ut sunt hominum indignantium & mœstorum vultus: ut Genes. 40.6. 11 *Dicente ea que*] cùm videlicet Danijel perciperet rem non esse curæ præfecto, modò ne periculum crearetur ipsi. 15 *Elegans*] id est, vivo colore præditus, ac minimè omnium macilentus; sed ita constitutus planè ut si curati fuissent optimè, ex promissione Exod. 23.25. 17 *Visione*] id est, omni prophetiarum genere; vide Numeror. 12.6. 19 *Steterunt*] id est, delecti fuerunt qui Regi in aula ipsius ministrarent: ut suprà ver. 4. quo in ministerio fuisse acceptissimos docetur versu seq. 21 *Sic fuit*] id est, in existimatione & dignitate ministravit regibus Babyloniæ usque ad illud tempus, de quo infrà capite 6.

CAPUT II.

Nebucad-netzar oblitus somnii quod sibi Deus obtulerat, Chaldæorum consilium advocat, a quibus somnium suum cum interpretatione sibi proferri jubet: quod cùm illi non possent, & se humanæ infirmitatis comparatæ cum sorte divina rationibus excusarent, Rex eos trucidari jubet; Danijel verò cùm judicatum cæpisset fieri causam rei cognoscens, dilationem à Rege impetrat: Deum cum sociis & Ecclesia orans somnium interpretationemq; cognoscit, Regem de consilio Dei certiorem facit, & ostendit quatuor tempora regnorum ex ordine eventura esse, a quibus populus Dei infestetur usque dum Christus advenerit Rex sempiternus. his cognitis, Rex divinis honoribus Danjelem prosequuturus ab ipso reprehenditur, & ipsum cum sociis ornat dignitatibus amplissimis.

1 ANNO autem secūdo, *nempe* in regno Nebucad-netzaris, somniavit Nebucad-netzar somnia; quibus cōsternavit se spiritus ejus, *a* cùm adhuc somnum caperet.

a Hebr. cùm somn⁹ ejus fieret in ipso.

2 Quapropter edixit Rex, vocari magos, astrologósque, & prestigiatores, Chaldęos denique ad indicandum Regi somnia ipsius; qui venientes steterunt coram Rege.

3 Et dixit eis Rex, somnium somniavi; & cōsternavit se spiritus meus sollicitūs de cognoscendo somnio.

4 Dixerunt autem Chaldæi regi Syrè, ô Rex in secula vive; dic somnium servis tuis, tum interpretationem indicabimus.

5 Respondens verò Rex dixit Chaldæis, verbum à me abiit: nisi notū fecerītis mihi somnium & interpretationem ejus, *b* in membra laniabimini, & domus vestræ *c* in sterquilinium redigentur:

b Chald. mēbra efficiemini.

c Chald. sterquiliniū disponētur.

6 Sin autem ſomnium & interpretationem ejus indicaveritis, dona
d Chald. à coram me: ſic deinceps. "cum honorario & gloriam multam recepturi eſtis[d] à me: itaq; ſomniũ & interpretationem ejus indicate mihi."

7 Reſpondentibus ſecundò ac dicentibus; rex ſomnium dicat ſervis ſuis, tum interpretationem indicabimus:

e Chald. ex firmo. 8 Reſpondit Rex dicens, "verè agnoſco vos "tempus redimere; quandoquidem videtis abiviſſe a me verbum.

9 "Quia ſi ipſum ſomnium notum non fecerîtis mihi, una hęc eſt ſententia veſtri; ideò verbum mẽdax ac corruptum comparatis vos ad dicendum coram me, uſque dum tempus mutetur: itaque ſomnium dicite mihi, ut cognoſcam vos interpretationẽ ejus indicaturos eſſe mihi.

f Chald. coram Rege: ſic deinceps. 10 Reſponderunt Chaldæi[f] Regi, dicẽtes, "non eſt quiſquam in terra qui verbum regis poſſit indicare; propterea nullus rex, princeps, aut
g Chald. arida. dominator verbum hujuſmodi petiit ab ullo mago, aſtrologóve, aut Chaldæo.

11 Nam verbum quod Rex petit tam pretioſum eſt; ut alius nó ſit qui indicare ipſum poſſit Regi, niſi dii "quorũ habitatio cum carne non eſt.

h Chald. perdere. 12 "Propter hoc Rex in ira & fervore magno, edixit[h] perdi omnes ſapientes Babyloniæ.

13 Cumq; ſententiâ profectâ ſapientes interficerentur; quærebant etiam Danijelem & ſocios ejus ut interficerentur.

14 Tunc Danijel" retulit conſilium & cauſam Arjoco prçfecto ſatellitum regis, qui profectus erat ad interficiendum ſapientes Babyloniæ:

15 "Reſpondénſque dixit Arjoco dominatori regio; "quare ſententia
i Chald. accelerat à coram rege. iſta[i] acceleraret exſequutionem à rege? tunc "verbum hoc notum fecit Arjoc Danijeli.

16 Itaque Danijel ingreſſus petiit à Rege, ut tempus daret ſibi; & interpretationem ſe indicaturum Regi.

17 Tunc Danijel domũ ſuam profectus eſt; "& Chananjæ, Miſchaëli, & Hhazarjæ ſociis ſuis verbum notum fecit:

18 Et miſericordiã petendam eſſe à Deo cœli ſuper arcano iſto; ut nó perirent Danijel & ſocii ipſius cum reliquis ſapientibus Babyloniæ.

k Chald. noctis. 19 Tunc Danijeli viſione[k] nocturna arcano revelato; tunc, inquam, Danijel benedixit Deo cœli.

20 Reſpondens Danijel dixit, "ſit nomen Dei benedictum à ſeculo uſque in ſeculum: "nam ſapientia & potentia ejus eſt:

21 Et ipſe" mutat tempora & tempeſtates, transfert reges & cõſtituit
l Chald. ſciẽtibus intelligentiæ. Reges: dat ſapientiam ſapientibus, & ſciẽtiam[l] ſcitis & intelligentibus:

22 Ipſe revelat profunda & abſcondita: novit quod in tenebris eſt, & lux cum eo habitat.

23 Tibi, ô Deus patrum meorum, gratias ago, & laudo ego; qui ſapientiam & "potentiam dediſti mihi: jam enim notum feciſti mihi quod quærebamus à te, cùm" verbum Regis notum feciſti "nobis.

Pro ptẽr

24

24 Propter hoc Danijel ingressus ad Arjocum, quẽ constituerat Rex ad perdendum sapientes Babyloniæ, venit & ita dixit ei; sapientes Babyloniæ ne perdas, introduc me coram rege, ut interpretationem regi indicem.

25 Tunc Arjoc[m] festinantissimè introduxit Danijelem coram Rege, & ita dixit ei, "invéni" virum ex [n] deportatis Judææ, qui interpretationẽ Regi notam facturus est.

26 Respondens Rex dixit Danijeli, cujus nomen erat Belteschatzar; es'ne præditus facultate ut notum facias mihi somnium quod vidi, & interpretationem ejus?

27 Respondens Danijel Regi dixit; "arcanum quod Rex petit non sapientes, astrologi, magi, "haruspices possunt indicare regi:

28 Sed est Deus in cœlo revelans arcana, qui notum facit regi Nebucad-netzari id quod futurum est[p] consequentibus temporibus: somnium tuum cum visionibus capitis tui incumbentis cubili tuo "illud est.

29 Tibi, ô Rex, cogitationes tuæ incumbenti cubili tuo [q] obvenerãt quid futurum sit posthac: & revelans arcana ostendit tibi id quod futurum est.

30 De me autem, "non per sapientiam quæ sit in me præ omnibus viventibus arcanum istud revelatum est mihi; sed propter causam" *eorum* qui interpretationem Regi notam facturi sunt, "ut cogitationes cordis tui recognoscas.

31 "Tu, ô Rex, "[r] vidisti, quòd ecce "imago una magna, imago ista "ampla, & splendore excellente stabat ex adverso tui; cujus [s] forma terribilis erat.

32 Istius imaginis caput erat ex auro [t] præstãte, pectus ejus & brachia ejus ex argento; venter ejus & latus ejus ex ære:

33 Crura ejus ex ferro, pedes ejus "partim ex ferro & partim ex luto.

34 "Vidisti, usque dum "excisus est lapis qui non est in *ullis* manibus, & percussit imaginẽ ad pedes ipsius ferreos & luteos; adeò ut comminueret eos.

35 Tunc comminuta sunt pariter ferrum, lutum, æs, argentum, & aurum, fueruntq; ut gluma ex areis æstivis, ita abstulit ea ventus, & nullus locus invẽtus est eis: lapis autem qui percusserat imaginem effectus est mons magnus, adeò ut impleret totam terram.

36 "Hoc *est* somnium illud, jam interpretationem ejus "dicemus corã Rege.

37 "Tu, ô rex, "Rex regum: cùm Deus cœli regnum potentiam firmitatemq; & gloriam "det tibi,

38 Et "quibuscunque *locis* habitant filii hominum, bestiæ agri & aves cœli, *ea* det in manum tuam, & dominatorem constituat te in omnibus illis; "tu *inquam* es "caput illud "aureum.

m Chald. in festinatione, sive conturbatione.
n Chald. & inveni: pleonasmus.
o Chald. filiis deportationis.
p Chald. in consequẽtia dierum.
q Chald. ascẽderant.
r Chald. videns fuisti: sic ver. 34.
s Chald. aspectus.
t Chald. bono.
u Chald. ex ipsis ferri, & ex ipsis luti: sic infrà 41.

39 Posteà autem exsurget ᵉ regnum alterum ᵉ humilius tuo; & ᵉ regnū tertium aliud æneum quod dominabitur in tota terra.

40 ᵉ Denique regnum quartum erit ᵉ durum ut ferrum: quandoquidem ferrum comminuit & debilitat omnia; ᵉ etiam sicut ferrum quod confringit ᵉ omnia ista, comminuet & confringet.

41 ᵉ Quod autem vidisti ᵉ pedes & digitos partim ex luto figuli & partim ex ferro, regna ˣ ᵉ diversa erunt in quibus de firmitate ferri futurum est: quandoquidem vidisti ferrum mixtum cum luto cœnoso.

ˣ *Chald.* divisum.

42 Et digiti pedū partim sunt ex ferro & partim ex luto: *quia* ex parte regnum futurum est ᵉ durum, & ex parte futurum est fragile.

43 Quod verò vidisti ferrum mixtum luto cœnoso, ᵉ commiscebuntur quidem inter se semine humano, sed non cohærebunt ʸ aliud cum alio: perinde ac ferrum non hæret commixtum cum luto.

ʸ *Chald.* hic cum illo.

44 ᵉ Temporibus autem ᵉ regum istorum suscitabit Deus cœli ᵉ regnū, quod in secula non destruetur, & regnum ipsum ᵉ populo alieno nō relinquetur; ᵉ comminuturum & consumpturum omnia illa regna, ipsum autem staturum in secula.

45 Quandoquidem vidisti ᵉ è monte ᵉ excisi ᵉ lapidem ᵉ qui non *est* in *ullis* manibus, & comminuere ᵉ ferrum, æs, lutum, argentum, & aurū; Deus maximus notum facit Regi id quod futurum est ᵉ posthac: ac verum *quidem* est somnium, & fidelis interpretatio ejus.

46 Tunc Rex Nebucad-netzar ᵉ procidebat in faciem suā, ut Danielem adoraret: & munere ac odoribus gratis edicebat libari ei.

47 Deinde ᵉ respondens Rex Danijeli dixit, ex veritate *est* quod Deus vester *est* Deus deorum & Dominus regum ac revelans arcana; cùm potueris revelare arcanum hoc.

48 Tūc Rex Danijelem magnificavit, & dona amplissima multa dedit ei; dominatorémque constituit eum in tota provincia Babyloniæ, & præfectum antistitum super omnes sapientes Babyloniæ.

49 Denique Danijele petente à Rege, cōstituit super negotium provinciæ Babyloniæ Schadracum, Meschacum, & Hhabed-negonem: Danijel verò præerat ᵉ portæ Regis.

ANNOTATIO.

1 *Secundo*] Unde hic numerus sit incipiendus, plurimùm ambigitur: nā alii principium numeri istius ducunt à tempore illo primo cujus facta est mentio capite præcedente, & statuunt somnium hoc contigisse, postquàm Nebucadnetzar superato Necone & Jehojakimo recepto in fidem suā reversus est in Babyloniam; atque ita fine distinctione has voces conjungendas putāt, *anno secundo regni Nebucad-netzaris*: quod interpretationis genus tum Hebræi contextus distinctionibus confutatur, tum etiam ratione temporis quod in pueris instituendis imperatorum & consumptum fuisse dicitur suprà 1. 5. & 18. alii secundum annum ex eo tempore numerari putant, quo Nebucadnetzar magnus merum imperium obtinuit: historiam verò prioris capitis gestam fuisse tradunt, cùm vivo Nebucad-netzare patre filius vices illius in regno sustineret. Ac Josephus quidem Berosi verbis ostendit libro primo contra Apionem, Nebucad-netzarem patrem vita defunctum esse cùm Nebucad-netzar filius expeditionem in Ægyptum suscepisset, quam expeditionem fuisse omnium ultimam demonstravimus Jechezk. 30. 1. & inde audito patris obitu & constituta Ægypto filium Babyloniam repetiviſſe, ut iniret regnum: quæ sententia etsi in speciem videtur discrepare, re ipsa tamen est eadem cum Josephi interpretatione, qui libro Antiquitatum Judaicarum 10. capite 11. scribit exacto biennio post Ægypti populationem hoc somnium Nebucad-netzari oblatum esse. Nam si ad rem penitiùs attendamus, constabit planè eundem fuisse annum quo Nebucad-netzar expeditiones terminavit & suscepit regnum: nos itaque posteriorem quidē interpretationē hanc priori omnibus modis anteponimus, quia tolerabilis est, & cum ratione temporum conveniens: sed tamen certa sunt capita quæ in hac interpretatione cogimur

cogimur desyderare. Primùm enim negligitur distinctionum Hhebraicarum ratio, ut in altera interpretatione: deinde verò non dubitamus quin ante reversionem illam ultimam Nebucad-netzaris & glorioſam monarchiæ cõſtitutionem per multos annos celeberrima fuerit Danijelis fama tũ propter dignitatem precum ejus, tum propter ſapientiam admirabilem. Nam dignitatem ſanctarum orationum ejus & precũ quas fudit coram Deo pro ſalute aliorum, celebrari a Jechezkele Propheta legimus capite 14.14. & ſequentib. quod caput ante everſa Jeruſchalaima fuit prophetatum: gloriam verò apud omnes exteros ſapientiæ nomine fuiſſe ampliſſimam oſtẽdit idem Jechezkel 28. 3. quam prophetiam Jechezkel conſcripſit ante annos minimùm ſexdecim quàm Nebucad-netzar ab expeditionibus diſcedens in Babyloniam reverteret: hos verò locos de Danijele à Propheta dictos non fuiſſe per prædictionẽ, ſed in exemplum rei jam antè geſtæ & pervulgatæ adductos judicabunt facillimè quicunque argumentũ Prophetæ & adjuncta exempla perpenderint. Quamobrem nos Hhebraicam diſtinctionem confirmamus retinẽdam hoc loco, & annum ſecundum ex eo tempore numerandum quo pueri quatuor adducti ad Regem ſteterunt coram eo, ſuprà 1.18. & 19. quia verſus ultimus nihil eſt aliud quàm προλῆψις παρόντος: & hiſtoriam hanc ad confirmationem verſus 20. præcedentis capitis adhibitam fuiſſe judicamus: nam hoc exemplum peritiam primùm Danijelis, precẽſque & gloriam demonſtrat; ſequẽtis verò capitis exemplum peritiam, & pietatem trium ſociorum ejus: quæ omnia κατὰ πρόληψιν dicta ſuprà 1.17. & ſequentib. ſingularibus exemplis comprobãtur. atque hoc quidem genus confirmandi propoſitiones ab exemplo aliquo ſingulari in ſcriptura petitum frequentiſſimè obſervavimus. *Nempe*] hęc verba διακριτικῶς fuerunt adjecta ad præcavendam amphiboliam, ut oſtendat Propheta non eſſe hũc numerum ſecundarium jungendum cum primo proximè præcedentis verſus (quem verſum per prolepſin diximus eſſe προθεραπεύτικον capitum ſequentium) ſed cum aliis antecedentibus. q. d. ſecundum annũ hunc non à tempore Cyri, qui proximè nominatus eſt, numerari volo; ſed ab eo tempore quo pueri coram Rege miniſtrarunt, cùm Nebucad-netzar filius regnaret unà cum patre, & quietè in Babylonia degeret, nondum ſecundò defectione Jojakimi provocatus ad capeſſendum bellum. *Somnia*] id eſt, ſomnium unũ multiplex, quod deinceps enarratur ver. 31. & ſequentib. *Qui-buſconſter.*] vide Geneſ. 40.6. *Cum adhuc*] id eſt, etiam tum inceſſit animũ ejus conſternatio tãta, ut ne ipſius quidem ſomnus tranquillus eſſet. 2 *Magos*] id eſt, doctores & peritos damnabilium diſciplinarum, qui Chaldæis & Ægyptiis denotantur hac voce ex appellatione ſtyli; ut Hhebræi doctores appellãt ſcribas. *Aſtrologos*] quos Hhebræi ex eo nominant quòd cœlum crepuſculi tempore obſervarent: veteres corrupta voce Græciophantas pro Ræciophantis, id eſt expanſi obſervatores nominarunt: ſic enim legendum apud Plinium lib. 6. natur. hiſtor. cap. 26. *Chaldæos* id eſt, divinos omnes: nam diſciplina Chaldæorũ vocatur divinatio, teſte Cicer. in libris de divinat. quamobrem poſteà Chaldæi nominantur generatim omnes, ver. 4. & ſequentib. 4 *Syrè*] id eſt, ſermone Babylonico: nã Babyloniam fuiſſe olim comprehenſam Syria teſtantur Strabo & Plinius. *In ſecula*] precationis formula, qua divini omnes blandè & impiè id exoptant Regi quod Dei unius eſt, & hac ratione captant benevolentiam ejus: ſic infrà 3.9. & 5.10. aut certè lõgævam vitam precantur ipſi, ut fecit Danijel. 6.22. 5 *Verbum*] id eſt, excidit mihi è memoria ſomnium. 6 *Cum honorario*] id eſt, ſportula & præmio divinorum ordinario, quod ipſis tribuitur divinationis cauſã. Hũc enim ſpectat Chaldaicæ vocis notatio. 8 *Tempus redim.*] id eſt, diem diffindere, ut conſumatur tẽpus & vobis detur effugiendi occaſio. 9 *Quia*] exegeſis præcedentis verſus: videtis, inquit Rex, ſtatam eſſe ſententiã meam de vobis; idcircò laboratis in protrahendo & fallendo tempore: ſed agite, jam non eſt tergiverſandi locus, dicite ſomnium, &c. 10 *Non eſt quiſq.*] excuſatio hæc tribus argumentis nititur: primum eſt ἐκ τοῦ ἀδυνάτου, non eſſe hoc penes hominem: ſecundum, ab exemplo, nunquam viſum vel auditum eſſe exemplum Regis qui hoc à divinis poſtulaverit: tertium præcedentium duorum ætiologicum, à natura Dei, quod hoc ad divinam tantùm naturam fatentur pertinere. 11 *Quorum habitatio*] id eſt, qui ſunt puri ſpiritus, ab omni carnis involucro & infirmitate liberi. 12 *Propter hoc*] quia Regis poſtulato non ſatisfaciebant & exſpectationi ipſorum, & quia regem non obſcurè tyrannicæ novitatis reprehendebant, qui res inauditas & planè divinas ab ipſis exigeret. 14 *Retulit conſilium*] id eſt, communicavit placidè conſilium, cauſis expoſitis quibus differri erat neceſſe exſequutionem ſententiæ. Videtur autem ex hoc loco Danijel cum ſociis à conventu illo abfuiſſe, neque vocatus fuiſſe duabus de cauſis; tum quia hic juvenis erat, & tanquam prolyta aliorum comparatione, qui jam diu magiſterium in ſchola Babylonica fecerant & pro exercitatiſſimis ac peritiſſimis doctoribus jam olim habebantur; tum etiam quia non dubium eſt quin Chaldæi indigenæ hunc honorem accedendi Regis hominibus exteris inviderint. 15 *Reſpondens*] ad ſermonem Arjoki, indicantis ſententiam à Rege latam de Magophonia. *Quare*] id eſt, nónne poſſet differri & rejici in aliquod tempus eruenda hæc exſequutio, ſi ſpes fieret Regi exponendi ſomnium & interpretationem illius? nam quod Rex mãdavit, ideò mandatum eſt quòd alii ſe neutrum poſſe confitentur: nos verò ſi Regi placuerit, intra certum tempus ſomniũ & interpretationem prolaturos eſſe confidimus. *Verbum hoc*] id eſt, conſilium de adeundo Rege, quod Danijel fecerat. 17 *Et Chananja*] nam horum preces ſanctè adhibuit Danijel, & fructum earum agnoſcit, poſteà ver. 23. & 36. 20 *Sit nomen*] breve hoc canticum eſt euchariſticum, quo primùm laudatio nominis divini proponitur, hoc ver. deinde narrantur laudationis cauſæ duæ, ſapientia & potentia ejus, duobus verſib. ac poſtremò concluſio ponitur à ſingulari & præſente beneficio per apoſtrophen ad Deum, ver. 23. *Nam ſapientia*] propoſitio cauſarum proleptica, quæ duobus verſib. deinde exponitur ὕστερον πρότερον. 21 *Mutat tempora*] his verbis reſpicit Danijel ad argumẽtum ſomnii de temporibus regnorum & mutationibus, & ad donum ſomniorum viſionúmque propheticum. 23 *Potentiam*] id eſt, facultatem & prærogativam cognoſcendæ hujus admirabilis ſapientiæ. *Verbum*] id eſt negotium. *Nobis*] id eſt meis, & ſociorum meorũ, ac Eccleſiæ precibus: vide ſuprà in verſum 17. 25 *Virum*] id eſt Danijelem. Ex his autem Arjoci verbis & ſequentibus Nebucad-netzaris apparet Danijelem adhuc fuiſſe hominem novum, cui nondum magna conciliata eſſet authoritas: ac proinde his verbis noſtram interpretationẽ confirmari quam in verſum 1. adduximus. 27 *Arcanum*] hoc Danijelis reſponſum duo in univerſum continet, ordium, verſibus quatuor, & narrationẽ, à ver. 31. ad 46. Exordii autem partes duæ ſunt: primùm enim universè affirmat Danijel non humanas eſſe, ſed divinas revelationes hujuſmodi; quas neque ſapientes arte divinare, neq; Rex ipſe cogitationibus conſequi potuerit, ſed Deus ſolus gratioſè communicet, tribus verſibus: deinde verò eodem argumento facultatem divinationis iſtius ſibi abjudicans, & Deo gloriam cedens, finem revelationis iſtius oſtendit, ver. 30. *Haruſpices*] id eſt, agones & victimarii, qui ex harugis, id eſt arietibus & victimis ſectis, futura prædicebãt; unde Chaldæis ſectores appellantur: vide Jechezk. 21.26. 28 *Illud eſt*] id eſt, eo argumẽto eſt, & illud ipſum ſignificat quod futurum eſt conſequentibus temporibus, prout tu ipſe cogitationibus tuis anticipaveras, & Deus ſuggeſſit tibi, verſu ſeq. 30 *Non per ſapient.*] id eſt, non propter me aut ullam dignitatem quæ inſit mihi, ſed propter populum & Eccleſiam ſuam quam habes in imperio tuo. *Eorum*] id eſt, Judæorum & totius Eccleſiæ Dei, cujus precibus tradita eſt ſomnii & interpretationis revelatio: qua etiam ratione Dominus ſuis in Ægypto conſuluerat, Geneſ. 41. *Ut cogitat.*] id eſt, ut animadvertas ſollicitè quid cogitandum, ſtatuẽdum, faciendúmque tibi ſit in poſterum erga Eccleſiam Dei. 31 *Tu ô Rex*] narratio bimembris exponens ſomnium, verſibus quinque, & ſomnii interpretationẽ, uſque ad verſum 46. *Vidiſti*] per ſomnium, ut apparet ex verſu 1. & ſequentibus. *Imago una*] typus mundanæ adminiſtrationis, quæ perduravit, etſi per membra varians, uſque ad adventum Chriſti. *Ampla*] omnia hæc imaginis

istius epitheta pertinent ad ostendendam amplitudinem, gloriam, & majestatem tyrannicam regnorum quæ per membra illius adumbrata sunt. 34 *Vidisti*]nimirũ stante imaginem. *Excisus est*]è monte, infrà ver. 45. 36 *Hoc est somnium*]transitio ad interpretationem, ut diximus in versum 31. *Dicemus*]non ego solùm, sed socii mei & tota Ecclesia verbis meis: vide suprà 17. & 30. 37 *Tu ô Rex*]præterfilit quidem hoc loco Danijel interpretationem versus 31. quia satis visum est membra singularia explicari: sed tamen hoc & seq. versu paulo copiosiùs declaratam plitudinem, splendorem, & terribilem constitutionem regni Babylonici, ut idem de regnis sequentibus intelligatur ἀναλόγως. Exponit igitur his duobus versibus primam partem somnii, quæ habetur in principio versus 32. *Regnum*]vide Genes. 9. 25. *Det tibi*]hoc verbum & sequẽtia placuit præsente potius reddere quàm præterito, quia certum est in hac quoque parte demonstrasse Deum id quod futurũ erat; quasi dicat Danijel, jam his paucis annis Deus te secundavit plurimùm, qui Ægyptium cæcidisti, Syriam occupasti, Judæam tributariam effecisti, & imperiũ pergnum obtines: sed tamen adhuc versatur Dominus in eadem cogitatione conservandi & ampliandi regni tui, & ita eventurum est; quemadmodum prędixerat Jirmeja 25. & 27. ac proinde dignitas tua Deo authore cum aureo capite comparatur. 38 *Quibuscunque locis*]videlicet regionum istarum & finitimarum: quo modo universales particulas in scriptura synecdochicôs accipi omnibus notum est; ut Genes. 41. 54. *Tu*]cum tuis successoribus, per synecdochen: nam in singulari hac membrorum interpretatione non unus tantùm Rex, sed continens Regum in uno regno series intelligẽda est appellatione regni: sic seq. versu. *Caput*]id est, regnum primum temporum ordine, ut caput in statua primas obtinet. *Aureum*]id est, felix & tolerabile, si cum aliis comparetur. 39 *Regnum alterum*]iuguratum pectore & brachiis argenteis, suprà 32. Est autem hoc Persarum regnum, cujus duo fuerunt summi popali, tanquam brachia illius regni, nimirum Medi & Persæ, prout nominantur Jeschahh. 21. 2. *Humilius*]id est durius, & deterius, ac minus tolerabile, quàm sit hoc tuum regnum: quamobrem ex argento futurũ dicitur, suprà ver. 32. *Regnum tertium*]id est, imperium Græcorum, quod Alexander magnus Dario victo comparavit, adumbratum ventre & latere ex ære. 40 *Denique*]quartum hoc genus imperii quàm variè interpretentur multi, nemo est qui neciat. Alii enim ad quatuor monarchias duraturas ad consummationem usque seculi locum hunc putarunt pertinere: alii ad monarchias quidem illas retulerunt, sed usque in priorem adventum Christi, & in earũ numero Romanã rẽpubl. cum imperatoria majestate conjunxerunt. Ac priorem quidem sententiã patres ferè omnes sequuti sunt, addecti, (ut probabile est) verbis Prophetæ suprà ver. 28. ubi non animadverterunt quid sibi vellent ea verba quæ nos interpretati sumus ex versu 29. quia vox Hhebręa nõ tantùm significat id quod postremum est; sed etiam posterius sive posventurum & consequuturum, quamvis non postremum illud sit. Posteriorem verò sententiam quicunque amplexi, bene quidem illud viderunt consilium Dei fuisse ut per Danijelem obsignaretur prophetia usque ad priorem adventum Christi & declarationem Evangelii, de quo versu 44. & seq. verùm hoc quoque illis fuerat animadvertendum non declarari à Deo universè statum totius orbis, sed tantùm de eo statu perstringere quantum ad populum Judæorum, id est Ecclesiam, pertinebat. Quamobrem illud judicio nostro minimè probandum est quod regnũ hoc quartũ dicitur esse imperium Romanorum. Nam primùm ut hic versus accommodetur cum sequẽtibus, oportet illos popularem statum cum imperio unius de quo hîc agitur confundere: deinde verò certum est neque à Republ. Romana Judæam quidquam tentatum esse, nisi iis ipsis authoribus qui Judææ dominatum sibi arrogabant usque ad Cleopatrę Herodisque tempora; a monarchia autem cœpta usque in adventum Christi nihil prorsus innovarũ (quod enim Pompeius & Crassus fecerunt, ipsorum Judæorum nomine regúmque auspiciis de regno cõcertantium; quod Marcus Antonius, nomine Cleopatræ tanquam hæredis ex Ptolemæo factum est) postremò constituta monarchia sub Augusto nihilo fuit Judæa graviùs pressa tyrannide antequam exhiberetur Christus quàm sub Antiochis: quod tamen hoc loco apertè confirmaretur. Quamobrem nos animadvertentes ad consilium, finem, verba, & eventa hujus prophetiæ, planè statuimus hanc eandem prophetiam deinceps procedente tempore Danijeli à Deo explicatam esse clariùs magis ac magis, inde à capite 7. ac proinde hujus loci interpretationem genuinam petimus ex ipso Danjele infrà 11. 4. & sequentibus, ubi apertè ostendit monarchiam Alexãdri Macedonis mox perituram esse, & regna alia exstitura quæ Judæam torqueant, divexent & affligant omnium durissimè, prout etiam prophetavit Jechezkiel 38. & 39. Neque obstat quòd regnum singulari numero appellatur, quod ἀναλόγως cum præcedentibus accipiendi est de Seleucidarum regno: Nam difficultas hæc ab ipso Propheta tollitur, cùm crura ejus ferrea dicuntur pedibus & digitis fuisse partim ferreis, partímque luteis, ver. 33. regna diversa, versu seq. & reges varii fuisse intelligatur vello 43. nominentúrque ver. 44. Est igitur hoc regnum dominatus in Judæam, quẽ everla Alexandri magni monarchia Reges Asiæ minoris, Syriæ, & Ægypti obtinuerunt durante Seleucidarum regno, quibus præmium pervicax Judæa victoribus. Jam itaque ad singularũ partium demonstrationem veniemus. *Durum*]i. fævissimum, & omnium maximè tyrannicũ: ut explicatur capite 8. & 11. *Etiam sicut*]auxesis, pro eo quod est, non quidem ut vulgare ferrum, sed ut chalybs induratissimus: quam malorum vehementiam & atrocitatẽ vide infrà 11. & tribus Macabæorũ libris. *Omnia ista*]id est, res omnes istas aspectabiles. 41 *Quod autem*]typũ qui positus est suprà versu 33. quia maximè ad institutum pertinet ut confirmaretur Ecclesia adversus perpessiones eventuras, exponit Propheta accuratissimè tribus versib. Primùm itaque docet ex comparatione typi non fore stabilia regna, sed variaturos illorum regnorum successus, modò ad hos modò ad illos perveniẽte victoria, hoc versu: deinde ne semper quidem Judæis imperaturos, sed interdum ipsorum potentiam à Deo & Judæis ipsis refractum iri, versu sequente: postremò providẽtia Dei effectum iri ut nulla conspiratione, nullis pactis, nulla sanguinis conjunctione, & affinitate inter se firmè coalescãt, versu 43. *Pedes &*]prolepsis: nam pedum typus exponitur hoc versu; digitorum, sequente. *Diversa*]nã pedes duogna Ægypti Syriæque adumbrarunt; digiti verò adjunctas illis provincias, & singulares toparchias. 42 *Durum*] ut suprà ver. 40. pro eo quod est, modò Judæam infestabit gravissimè, modò à Judæis infestabitur: vide Jechezk. 38. & 21. & sequentib. 43 *Commiscebuntur*]id est, fœdera inibunt & sanciẽt matrimoniis: ut dicitur infrà 11. sed frustra. 44 *Temporibus autem*]explicatio versuum 34. & 35. *Regum istorum*]id est, cùm adhuc ex isto regulorũ genere tinebunt quidam, qui Judææ regnum tyrannicè sibi arrogabunt: sic enim fuit Herodes genere Arabs, quãvis Judæa simularet studiosissimè: quo regnante nascebatur Christus. *Regnum*]spiritale Christi, positum in doctrina spiritus, ac comparatum prædicatione Evangelii. *Populo alieno*]id est, penes Christum in æternum erit. *Communicaturum*]id est, cujus regni infinita potentia futurum est ut singula regna (de quibus antè diximus) suo tempore pereant: ut dantur: ut Jeschahh. 60. 12. Atque hûc spectabat Danijel suprà ver. 20. & 21. cùm divinæ majestatis potentia ostenderet regna constitui & dejici: quod opus Christo vero Deo & homini, Regi & servatori nostro hoc & seq. versu tribuitur. 45 *E monte*]id est, è cœlis, & loco Dei altissimi. *Excindi*]id est, repẽte atque ex insperato mitti hominibus nihil tale cogitantibus, & in tenebris umbráque mortis residentibus. *Lapidem*]angularem & summum totius ædificii, nempe Christum: qui etsi in speciem usus est adventu abjectissimo, tamen lapis est allisionis & rupes offensionis quo confringuntur cadentes & irretiti capiuntur quicunque offendunt ipsum, Jeschahh. 8. 14. & 15. *Qui non* hæc verba, ut suprà ver. 34. interpretes ad cæsuram sive resectionem lapidis referre solent, quę nos potius ad cautionem efficientem & formam administrationis referimus. q. d. Propheta, nulla humana arte vel autoritate Christũ impedi, in administrationem regni sui, aut ratione humana agi, sed tantùm pro voluntate Dei Patris ac sua per operationem spiritus. *Ferrum*]id est, statuam antè oblatã Regi per visionem: nam Christus manu sua potentissima labefactavit regna omnia quæ statua adumbraverat his verbis dicitur: ut suprà versu 35. Sunt enim hæc omnia statuæ illius in-

mata-

niniatæ membra, quæ statua his verbis denotatur à materia περιφραστικῶς. *Posthac*] ut suprà ver. 28. 46 *Procidebat*] id est, ignarus veri & legitimi cultus Dei, & oblitus moniti quod diligenter inculcaverat Danijel suprà 27. & sequentibus, denique raptus in admirationem & opinionem divinitatis alicujus in Danijele (prout fieri ab idololatris exemplo docent Actor. 14. 11. & 28. 6.) divinum honorem Danijeli impiè exhibebat, & exhiberi à suis mandabat, nisi Danijel pio & forti animo obstitisset. Obstitisse autem duobus argumentis facile est confirmare: primùm Danijelis pietate, qui multo minùs ferre potuit sacrilegam sui adorationem quàm contaminationem ex cibario Regis, suprà 1. 8. deinde verò responsione Nebucad-netzaris in versu sequente: quam responsionem nunquam fuisset Rex enuntiaturus ad gloriã Dei, nisi Danijel sanctissimis monitis revocasset ipsum ad resipiscentiã, idque repetitis eildẽ argumẽtis quæ præmiserat statim à principio Danijel suprà 27. & sequentib. 47 *Respondens*] Danijeli videlicet monenti, sanctèque à tam gravi idololatria revocanti. 49 *Portæ regis*] id est, erat summus præfectus prætorio, & admissionalis (ut Imperatores in Codice vocant) maximus: nam mos erat Chaldæis & Persis ut certis tantùm satrapis pateret ad Regem aditus; neque id promiscuè, sed per aliquem eorum unum summa autoritate præditum apud Regem.

CAPUT III.

Nebucad-netzare statuæ amplissimæ, quã curaverat, divinos honores jubente exhiberi, tres Danijelis socii qui conventui isti intererant recusant pollui idololatria: quamobrẽ apud Regem accusati & ab eo accepti minaciter fidem suam in Deum testãtur, quem neque vitæ pretio abnegare velint, neque metu mortis: deinde conjecti in fornacem mandato Regis, servãtur à Deo incolumes, & à Rege coram suis omnibus revocãtur: qui postremò hoc signo edoctus divinitus, Deo gloriam cedit, cavet ne ipsius nomen blasphemetur, & illos evehit.

1 NEBUCAD-NETZAR Rex [a] facta imagine aurea, altitudine cubitorum sexaginta, latitudine cubitorũ sex; erexit eam in [a] cõvalle Duræ in provincia Babylonica.

2 Deinde Nebucad-netzar Rex misit [a] qui congregarent satrapas, antistites, & duces, senatores, præfectos thesauris, legisperitos, exactores, omnesq; dominatores provinciarum; ut venirent ad dedicationem imaginis quam erexerat Nebucad-netzar Rex.

3 Tunc congregati satrapæ, antistites, & duces, senatores, thesauris præfecti, legisperiti, exactores, omnésque dominatores provinciarum ad dedicationem imaginis quam erexerat Nebucad-netzar Rex; stabãt coram imagine quam erexerat Nebucad-netzar:

4 Et præco proclamavit [b] strenuè; vobis [c] edicitur, ô populi, nationes, & linguæ:

5 Quo tempore audietis sonum cornu, fistulæ, citharæ, sambucæ, psalteriorum, symphoniæ, & omnium generum musices; prociditote, & adorate imaginem auream quam erexit Nebucad-netzar Rex:

6 Nam is qui non prociderit & adoraverit, eadem hora projicietur [d] in mediam fornacem ignis accensam.

7 Propterea à eodem tempore cùm audirent omnes populi sonum cornu, fistulæ, citharæ, sambucæ, psalteriorum, omniumq; generum musices; procidentes omnes populi, nationes, & linguæ adorarunt imaginẽ auream quam erexerat Nebucad-netzar Rex.

8 Propterea à eodẽ tẽpore appropinquantes viri Chaldæi, [e] accusarunt Judæos:

9 Et ploquẽtes dixerũt Nebucad-netzari Regi, ô Rex, in secula vive.

10 Tu Rex proposuisti ed ictũ, ut quisquis audiret sonũ cornu, fistulę, citharæ, sambucæ, psalteriorum, & symphoniæ, omniumq; generum musices; procidens adoraret imaginem auream:

11 Is autem qui non procidens adoraret, projiceretur in mediam fornacem ignis accensam.

[a] *Chald.* ad cõgregãdũ.

[b] *Chald.* cũ robore.

[c] *Chald.* dicunt, impersonaliter.

[d] *Chald.* in mediũ fornacis ignis accensæ: sic deinceps.

[e] *Chald.* p-clamaverũt accusationes Judæorum, sive obtrectationes.

12 Sunt viri Judæi, quos præfeciſti negotio provinciæ Babyloniæ, Schadrac, Meſchac, & Hhabed-nego; viri iſti [f] nō habuerūt tui, ô Rex, rationem: deos tuos non colunt, & imaginem auream quam erexiſti non adorant.

[f] *Chald.* nō poſuerunt ſuper te, ô Rex, rationem.

13 Tunc Nebucad-netzare per iram & æſtum edicēte [g] adduci Schadracum, Meſchacum, & Hhabed-negonem; tūc inquam viros iſtos adduxerunt coram Rege,

[g] *Chald.* adducere.

14 Quibus proloquutus Nebucad-netzar dixit, "an [b] certo conſilio, Schadrac, Meſchac, & Hhabed-nego, deos meos non colitis, & imaginem auream quam erexi non adoratis?

[b] *Chald.* an quæſtio eſt.

15 Nunc ſi parati eſtis ut quo tempore audierîtis ſonum cornu, fiſtulæ, citharæ, ſambucæ, pſalteriorum, & ſymphoniæ, omniumq; generū muſices procidatis & adoretis imaginem quam feci, "*bene eſt*; ſin autem non adoraveritis, eadem hora projiciemini in mediam fornacem ignis accenſam: quis verò eſt Deus qui eripere poſſit vos è manibus meis?

16 Reſponderunt Schadrac, Meſchac, & Hhabed-nego, ac dixerunt Regi: Nebucad-netzar, " ut reſpondeamus tibi, non ſumus ſolliciti de hoc negotio:

17 "Sive futurum eſt *ut* Deus noſter quem nos colimus, *qui* potens eſt ad eripiendum nos; à fornace ignis accenſa & à manu tua, ô Rex, eripiat *nos*,

18 Sive non; notum ſit tibi, Rex, deos tuos nos non eſſe culturos, & imaginem auream quam erexiſti non adoraturos.

19 Tunc Nebucad-netzar adeò repletus fuit æſtu, ut imago vultus ipſius immutaretur cōtra Schadracum, Meſchacum, & Hhabed-negonem; reſpondenſq; edixit ut accēderent fornacē [i] ſeptuplo magis quàm ſolebat accendi:

[i] *Chald.* ſemel ſepties ſuprà quàm.

20 Et viris valentibus robore qui erant " in copiis ipſius edixit ut vincirent Schadracum, Meſchacum, & Hhabed-negonem; projiciēdos in fornacem ignis accenſam.

21 Tunc viros iſtos vinxerunt " cum ſuis chlamydibus, ſubligaculis ſuis, paludamentíſque ſuis & veſtimentis ſuis: & projecerūt in mediam fornacem ignis accenſam.

22 Propterea eo quòd verbum Regis accelerabat, & fornax accenſa erat valde; viros iſtos qui intrudebant Schadracum, Meſchacū, & Hhabed-negonem interfecerunt ſcintillæ ignis.

23 Cùm autem viri illi tres, Schadrac, Meſchac, & Hhabed-nego, "ceciderunt in mediam fornacem ignis accenſam vincti:

24 Tunc Nebucad-netzar rex trepidus ſurrexit cum perturbatione, & proloquutus dixit gubernatoribus ſuis, an nō viros tres projecimus in medium ignis vinctos? *quibus* reſpōdentibus & dicentibus Regi, verum *eſt*, Rex;

25 Reſpondit & dixit, ecce video viros quatuor ſolutos ambulantes in medio

in medio ignis, in quibus non est corruptio; forma autem quarti ᵉ similis est filio Dei.

26 Tunc appropinquans Nebucad-netzar ad portam fornacis ignis accensæ proloquutus est & dixit, Schadrac, Meschac, & Hhabed-nego servi Dei excelsi, egredimini & venite: tunc egressi sunt Schadrac, Meschac & Hhabed-nego è medio ignis.

27 Et congregati satrapæ, antistites, ducésque, & gubernatores regis cùm inspicerent viros istos, non esse dominatum ignem in corpus eorum, & pilum capitis eorum non esse adustum; neque eorum chlamydes mutatas, denique odorem ignis non pervasisse eos:

28 Proloquutus Nebucad-netzar dixit, benedictus sit Deus horum, Schadraci, Meschaci, & Hhabed-negonis, qui mittens angelum suum eripuit servos suos qui confisi sunt in ipso; cùm verbum Regis mutantes exposuerunt corpus suum, ut non colerent neque adorarent ullum Deum præterquàm Deum suum.

29 Quamobrem à me proponitur edictum, ut omnis populus, natio, aut lingua, quæ ᵏ dictis erraverit contra Deum horum, Schadraci, Meschaci, & Hhabed-negonis, ˡ in mẽbra lanietur, & domus ejus ᵐ in sterquilinium redigatur; propterea quòd ᵉ non est Deus alius qui possit eripere hoc modo.

30 Tunc Rex ᵉ prosperari jussit Schadracum, Meschacum, & Hhabed-negonem; in provincia Babyloniæ.

ᵏ *Chald.* dixerit errorem.

ˡ *Chald.* mẽbra efficiatur.

ᵐ *Chald.* sterquilinium disponatur: ut suprà 2.5.

ANNOTATIO.

1 *Nebucad-netzar*] Hujus historiæ tempus etsi minimè definitur, non dubium est tamen ex ver. 12. quin historiam superioris capitis subsequuta sit: quàm longo intervallo ignoratur: atque hoc quidem loco ponitur commodè ad probandum alterũ mẽbrũ propositionis quæ enuntiata fuerat προλαπτικῶς, suprà 1.17. *Facta imagine*] quamquàm faciendæ erigendæque hujus statuæ occasio non satis ex verbis textus confirmari potest, tamen probabile videtur nobis ex comparatione sexti capitis Chaldæos invidia Judæorum summis honoribus à Rege affectorum abreptos occasionem quæsivisse ut eos miserè de fastigio (quò erant evecti) deturbarent in perniciem ipsorum. Quod quidem videtur historia duobus modis innuere: quorum unus est, quòd dicuntur Chaldæi non hos tantùm, sed Judæos in universum accusasse, versu 8. & 12. alter, quòd Nebucad-netzar observata & explorata cõservatione illorum omnes alios qui in autoritate erant apud ipsum, ad observandum idem miraculum cõvocavit de industria, vetuítque ipsis ac omnibus, ne quod dictum, ne per errorem quidem, indignum Deo profunderent, versu 27. & 29. *Convalle Dura*] id est, in cãpo Deera sito inter Chaltapitida & Cissiam in Susianę agro, teste Ptolemæo libro Geographicorũ sexto.

3 *Accusarunt Judæos*] id est, cupidè arrepta hac occasione tum gentem ipsam, hoc versũ, tum prefectos illos tres, versu 12. calumniis & obtrectationibus inter accusandum obruerunt apud Regem. 9 *In secula vive*] ut suprà 2.4.

14 *An certo consilio*] id est, certúmne & deliberatum fuit cum animis vestris ita vos gerere? sic enim accipitur hæc vox apud Hebræos quoque, ut Exod. 21.13. 15 *Bene est*] sermo ἀναντιῤῥήτως per ἀλλαγὴν contrarii, quod genus sermonis in omnibus fere linguis receptum est. 16 *Ut respondeamus*] id est, ut paucis habeas responsum tuum, sic habeto nos non laborare de effugiendo hoc præsente periculo, quod minaris nobis. 17 *Sive futurum est*] responsum dilemmaticum: in utrumque eventum (inquiunt) cõparati sumus: nobis satis est sive vivere, sive mori nos oporteat, ut vivamus moriamúrque in Domino. 20 *In copiis*] id est, cohortibus prætoriis & comitatu suo. 21 *Cum suis chlamyd.*] id est, non detractis neque positis vestibus ipsorum pretiosis, adeò festinabãt satellites obsequio mandato Regis: ut ostenditur seq. versu. 23 *Cecidissent*] & soluti ambularent in igne sine ulla noxa, cum filio Dei, versu 25. 25 *Similis est filio*] id est, venustissima & quasi divina: ut Homerus ἀντιθέους, θεοφιλέους, & διογενεῖς nominat; vide versu 28. 29 *Non est Deus*] hunc sermonem statuit Nebucad-netzar ab experientia, quòd Deus optimus maximus servos suos in ignem injectos liberasset; satellites verò ipsius, non obsistente Belo aut ullo Babyloniorum Deo, igni tradidisset: qua severitate judicii animus Nebucad-netzaris ad tẽpus aliquod refractus est. 30 *Prosperari*] id est, restituit honoribus, & vetuit suis omnibus ne illis porrò malefacerent.

CAPUT IIII.

Nebucad-netzar in amplissimum gloriæ fastigium evectus atque insolescens, somnio divinitus immisso percellitur: cujus interpretationem non à Chaldæis, sed à Danïele accipit, forro ut

re ut de ſumma gloria in ſortem brutorum abjectiſſimam detrudatur, donec agnito Deo reſtituatur per beneficentiam ejus: cujus rei præſignificatæ, prænuntiatæ, & ſuo tempore perfectæ nomine Nebucad-netzar promulgat beneficium erga ſe, & gloriam Dei apud omnes gentes.

1 NEBUCAD-NETZAR Rex omnibus populis, nationibus, ac linguis, quæ habitant in tota terra; pax veſtra multiplicetur.

2 Signa & miracula quæ fecit erga me Deus excelſus, decet [a] me indicare:

3 Signa ejus quàm magna ſint, & miracula ejus quàm fortia: regnum ejus regnum [b] æternum, & dominium ejus [c] in omnes generationes *eſſe*.

4 Ego Nebucad-netzar tranquillus eram domi meæ, & virēs in palatio meo:

5 Cùm ſomnium viderem quod exterruit me; ita ut cogitationes in cubili meo, & viſiones capitis mei conturbarent me.

6 Quamobrem à me propoſitum eſt edictum, [e] ut adducerentur coram me omnes ſapientes Babyloniæ; qui interpretationem ſomnii notam facerent mihi.

7 Tunc acceſſerunt magi, aſtrologi, Chaldæi, & haruſpices; cumq; ſomnium dixiſſem coram eis, interpretationem ejus notam non faciebant mihi:

8 Tandem autem acceſſit coram me Danijel, cujus nomen *eſt* Beltaſchatzar ſecundum nomen Dei mei, in quo *eſt* ſpiritus deorum ſanctorum; & ſomnium coram eo dixi:

9 Beltaſchatzar, *inquam*, prǽfecte magorum, quia novi ſpiritum deorum ſanctorum ineſſe tibi, & ullum arcanum non premere te; viſiones ſomnii mei quod vidi, id eſt interpretationem ejus, dic.

10 Viſionibus igitur capitis mei in cubili meo: videbam cùm ecce arbor in medio terræ eſſet altitudine magna,

11 Creviſſe arborem, & roboratam eſſe; & altitudine ſua perveniſſe ad cœlum, aſpectuq; ſuo ad finem totius terræ:

12 Ramos ejus pulchros, & fructus ejus multos, cibumq; pro omnibus ineſſe ei: ſub ea umbram captare beſtias agri, & in ramis ejus habitare aves cœli; denique ex ea cibum percipere omnem carnem.

13 Videbam in viſionibus capitis mei ſuper cubile meum; cùm ecce vigil & ſanctus è cœlo deſcenderet,

14 Clamans [d] ſtrenuè, & ita edicens; exſcindite iſtam arborem, & amputare ramos ejus, dejicite folia ejus, & ſpargite fructus ejus: vagentur beſtiæ [e] ne ſubſint ei, & aves à ramis ejus.

15 Verùm ſtirpem radicum ejus in terra relinquite, & cum vinculo ferreo chalybeoq; apud teneram herbam agri: ut rore cœli intingatur, & cum beſtiis ſit portio ejus in herba terræ:

16 Animus

[a] *Chald.* coram me.

[b] *Chald.* ſeculi: ſic infrà ver. 33.

[c] *Chald.* cũ generatione & generatione: ſic infrà ver. 33.

[e] *Chald.* adducere.

[d] *Chald.* cũ robore.

[e] *Chald.* de ſub ea.

16 [f]Animus ejus ab humano mutetur, & cor bestię detur ei; septemq; tempora prætereant eum.

17 Ex decreto vigilum verbum hoc, & ex sermone sanctorum hoc postulatum est: [g]usque dum adducatur, ut agnoscant viventes, dominari excelsum in regno hominum, adeò ut cui vult tradat illud, & abjectissimum hominum constituat in illo.

18 Hoc somnium vidi ego Rex Nebucad-netzar, jam tu Belteschatzar interpretationem dic: propterea quòd nulli sapiētes regni mei possunt interpretationem notam facere mihi; tu autem potes, quia spiritus deorum sanctorum inest tibi.

19 Tunc Danijel cujus nomen est Belteschatzar, cùm obstupuisset quasi horam unam, & cogitationes ejus conturbassent eum: proloquēti Regi ac dicenti, ô Belteschatzar somnium & interpretatio ne perturbet te, respondens Belteschatzar dixit, Domine mi, somnium hoc *eveniat* osoribus tuis, & interpretatio ejus inimicis tuis.

20 Arbor illa quam vidisti, quæ crevit & roborata est; cujus altitudo pervenit ad cœlum & aspectus in totam terram,

21 Cujus rami pulchri, & fructus multi, & cui cibus pro omnibus infuit; sub qua habitabant bestiæ agri, & in cujus ramis sidebant aves cœli.

22 Tu es, ô Rex, qui crevisti & roboratus es: nam amplitudo tua ita crevit ut pervenerit ad cœlum, ac dominium tuum ad finem terræ.

23 Quod autem vidit Rex vigilem & sanctum descendētem de cœlo ac dicentem, excindite arborem istam ac perdite eam, verùm stirpem radicum ejus in terra relinquite, & cum vinculo ferreo chalybeóque sit apud teneram herbam agri: ut rore cœli intingatur, & cum bestiis agri sit portio ejus, usque dum septem tempora transeant super eum;

24 Hæc interpretatio est Regis; & decretum excelsi est quod superventurum est Domino meo Regi.

25 Nam te depellent [h]homines à se, & cum bestiis agri futura est habitatio tua, herbamq; ut bobus tibi gustandam dabunt, & rore cœli te intingent, septémque tempora efficient ut prætereant te: usque dum noscas dominari excelsum in regno hominum, & cui vult dare illud.

26 Quod autem dicebant relinquendam stirpem radicum illius arboris; regnum tuum tibi stabile erit, ex quo agnoveris cœlos dominari.

27 Quapropter, ô Rex, consilium meum placeat tibi, & peccata tua justitia abrupe & iniquitates tuas gratia [i]erga afflictos: si *fortè* erit prorogatio tranquillitati tuæ.

28 Totum hoc supervenit Nebucad-netzari Regi.

29 Exactis mensibus duodecim, in palatio regni Babyloniæ obambulabat,

30 Et

[f] *Chald.* cor ejus ab hominibus mutent.

[g] *Chald.* ad adductionē usque.

[h] *Chald.* ab hominibus: sic ver. 32.

[i] *Chald.* afflictorum.

30 Et proloquens Rex dicebat, an non hæc *est* Babylon illa magna quam ego ædificavi; ut esset regia & ornamentum decoris mei robore potentiæ meæ?

31 Adhuc sermone illo *versante* in ore Regis; vox è cœlo accidit dicens, tibi indicitur Nebucad-netzar Rex, regnum hoc discedere à te:

32 Et homines te depulsuros à se, ut cum bestiis agri sit habitatio tua; herbam sicut bobus gustandam tibi daturos esse, & facturos ut septem tempora prætereant te usque dum agnoscas dominari excelsum in regno hominum, & cui vult dare illud.

33 Eadem hora verbum illud completum est in Nebucad-nezzar: nã ab hominibus depulsus herbam ut boves comedit, & rore cœli corpus ejus intinctum est, usque dum pili ejus ut Aquilarum *plumæ* crevissent, & ungues ejus ut avium.

34 Exactis verò temporibus illis, ego Nebucad-netzar oculos meos ad cœlum sustuli, & mente mea ad me reversa Excelso benedixi, & vivențem in perpetuum laudavi ac glorificavi: quòd dominatus ejus *sit* dominatus æternus, & regnum ejus in omnes generationes:

k Chald. seculi.

35 Omnes verò habitatores terræ ut nihili reputentur, & pro voluntate sua faciat in exercitu cœli, & habitatoribus terræ: neque est qui *possit* prohibeat manum ejus, aut dicat ei, quid facis?

36 Eo tempore mente mea reversa in me, & ad gloriam regni mei *possendam* decore meo, & splendore meo reverso in me, tum me gubernatores mei & proceres mei requisiverunt: & in regno meo ita cõfirmatus sum ut amplitudo major addita sit mihi.

37 Nũc ego Nebucad-netzar laudo, extollóque, & glorifico Regẽ cœli: cujus omnia opera *opera* veritatis, & cujus viæ *sunt viæ* judicii, qui deniquè ambulantes in superbia potest dejicere.

ANNOTATIO.

1 *Nebucad-netzar*] Hujus programmatis quod à Rege Nebucad-nezzare emanavit summa est, Deum admirabiliter egisse cum Nebucad-netzare ut fastum ipsius intolerandum deprimeret, & ad officium revocaret: finis verò, ut omnis gloria concedatur Deo. Suntitaque hujus programmatis tres omnino partes: exordium, tribus primis versibus: narratio, usque ad versum 37. & conclusio, versu ultimo. Exordio continentur salutatio versu 1. & propositio summa, duobus sequentibus. Quod autem ad tempus quo programma hoc fuit promulgatum, etsi diserris verbis scriptura minimè ponitur; non dubium est tamen quin totum hoc argumentum & gestum & promulgatum fuerit, postquàm devictis aliis regnis, ex Ægypto (quam postremò expugnavit) recurrit in Babyloniam. Cùm autẽ à reditu bellaveram. *Palatio*] quod erat Babylone: ut apparet infrà ver. 29. & 30. vide Herodotum de palatio Babylonico. 7 *Magi*] vide suprà 2. 27. 8 *Secundum nomen*] etymon illius nominis quod Danijeli inditũ est à Babylonijs: quæ idem 1. 7. his verbis perstringitur. Est enim Belteschatzar Babylonica vox, composita ex tribus dictionibus: quæ idem natat ac si dicas, Beli abdita thesaurizans sive cõservans; erat enim Bel summus Babyloniorum Deus, Jechabih. 4. 9. 9 *Non premere*] id est, non facessere negotium tibi; sed promptam esse atque expositam intelligentiam ejus. 13 *Vigil*] id est, angelus sanctus, & diligenter excubias agens ad cognoscendam, prædicandam, & perficiendam voluntatem Dei: quo nomine plures oculi ipsis tribuuntur Jechezk. 1. Atque hoc quidem elogium historiæ est convenientissimum, quia adhuc versante sermone in ore Regis vox angeli è cœlis accidisse dicitur infrà versu 31. 16 *Abhumano*] id est obbrutescat, nihil humanum sapiat is qui adumbratur arbore. *Tempora*] id est anni synecdochicè, ut Propheta ipse interpretatur infrà 11. 13. sic deinceps. 17 *Ex decreto*] confirmatio præcedentis mandati à consilio angelorum omnium, decretum Dei contra arborem tum judicio suo, tum postulato apud homines comprobandi. q. d. quod vos jubeo operam consumere ut exscindatis arborem, &c. stirpem radicum ejus relinquatis, &c. denique eum tempora septem sinatis cum brutis degere; hæc non mea unius sententia putanda est, quam ego solus ad vos à Deo

Deo perferam; sed totus cœlestium angelorum consessus unà id ipsum prædicat, & fieri à vobis postulat; ut hoc judicio cùm Nebucad-netzar ipse potentiam Dei cogatur agnoscere, tum alii omnes promulgatam ab illo discere. *Vigilum*] vide suprà 13. *Usque dum adducti*] hoc membrum sic reddendum esse ostendit Danijel infrà versu 25. & Angelus versu 32. *Ut agnoscant*] prædicatione Nebucad-netzaris: ut ipse ait versu 2. & 37. 18 *Deorum sanct.*] ethnici hominis verba. 19 *Obstupuisset*] perculsus gravitate somnii & novitate judicii in tantum Regem; cujus pax cùm ipsi Danijeli, tum toti Judæorum populo erat utilis, & commendata per Jirmejam 29.7. *Domine mi*] hoc responsum Danijelis tribus membris comprehenditur: primum est precatio, his verbis; secundum, enarratio somnii, septem versibus seq. tertium, hortatio ad resipiscẽtiam, versu 27. Atque hæc causa est cur Danijel precatione in principio utitur, quia sentiebat Dei minis & promissionibus hærere conditiones suas: quamobrem primùm orat Deum ut melius Nebucad-netzari consulat, & tantum judicium avertat misericordia sua; deinde viam misericordiæ hujus consequendæ Nebucad-netzari aperit. *Eveniat*] id est, absit tibi. 20 *Arbor*] explicatio primæ partis somnii, quæ habetur suprà 10. & 11. 22 *Ut perven.*] id est, omnia impleverit: hyperbole accommodata ad verba somnii, ver. 11. 23 *Quod autem*] explicatio secundæ partis somnii, quæ habetur suprà 13. & sequentib. 24 *Regis*] id est, spectans ad Regẽ, ut sequentia exponũt. 26 *Quod autem*] tertia pars somnii posita versu 15. & repetita ver. 23. de restitutione Regis. *Cœlos dominari*] id est, Deum cœlorum, μετωνυμικῶς: ut Matth. 21.25. 27 *Quapropter*] tertius locus responsi, ut diximus in versum 19. *Peccata tua*] id est, plus satis hactenus peccasti injustitia & inhumanitate, ut ostenditur infrà 5.19. nunc verò cùm Deus te præmoneat gratiosissimè, anticipa judicium ejus vera resipiscentia, injustitiam & inhumanitatem abrumpe, & te ipsum confer ad colendam justitiam & exercendam gratiam erga populum Dei, & omnes afflictos duritia dominatus tui. *Si forte*] ut Jehoschuhh. 14.12. & 1. Schem. 14.7. 30 *Ædificavi*] id est, maximis operibus, ædificiisque exornavi: vide Josephum lib. 10. antiquitatũ Judaicarũ cap. 11. 31 *Regnum*] id est, te mox desiturum regem esse: ut ostenditur versu 33. 37 *Nunc ego*] conclusio ὑπαινετικὴ, ut diximus suprà in versum 1.

Caput V.

Belschatzar epulo magnificentissimo proceres excepturus vasa domus Dei in ostentationẽ traducit, ut Deum verum contumelia, falsos laudibus prosequatur: quamobrem Deus immissa manu impendens judicium describit ante oculos omnium; quod judicium Chaldæis nescientibus legere, Danijel arcessitur, qui exemplo superbiæ & casus Nebucad-netzaris adducto Belschatzarem ejusdem criminis redarguit, & scripturam exponens judicium Dei explicat, quod fuit proxima nocte consequutum.

1 BELSCHATZAR Rex facturus cõvivium magnum proceribus suis mille, & coram mille his vinum bibiturus,

2 Belschatzar edixit ad gustandum vinũ afferri vasa aurea & argentea, quæ exportaverat Nebucad-netzar avus suus ex tẽplo quod fuerat Jeruschalaimis: ut biberẽt in eis Rex ipse, procereſq; ejus, uxores ejus, & cõcubinæ ejus.

3 Tunc allatis vasis aureis quæ exportaverant è templo domus Dei quæ fuerat Jeruschalaimis; bibebant in eis Rex ipse, procereſq; ejus, uxores ejus, & concubinæ ejus:

4 Bibentes vinum; etiam laudabant deos aureos, & argẽteos, æreos, ferreos, ligneos, & lapideos.

5 Eadẽ hora egressi digiti manus humanæ scripserũt è regione lychnuchi, in tectorio, parietis palatii Regii; Rege videte partem manus quæ scribebat.

6 Tunc toto Regis splendore immutato, & cogitationibus ejus cõturbantibus ipsum; cùm cingula lumborũ ejus dissoluta essent, genuáque ejus colliderent alterum alteri,

7 Inclamavit Rex strenuè, ut adducerentur astrologi, Chaldæi & haruspices, & proloquens Rex dixit sapientibus Babylonis; quisquis legerit scripturam hanc, & interpretationem ejus indicaverit mihi, purpura induetur cũ torque aureo ad collum ipsi, ac tertius in hoc regno dominabitur.

a Chald. ad gustu vini afferre.

b Chald. pater, 2. Reg. 24. & 25.

c Chald. super calcem, μετωνυμικῶς.

d Chald. Regis splendoribus immutatis ipsi: sic ver. 9.

e Chald. cũ robore, adducere astrologos, &c.

8 Tunc accedentes omnes ſapientes regis, cùm non poſſent ſcripturã illam legere & interpretationem notam facere Regi,

9 Tunc, inquam, Rege Bel-ſchatzare valde cõturbato, adeò ut totus ſplendor ejus mutatus eſſet in eo; & proceribus ejus attonitis,

10 "Regina propter verba Regis & procerum ejus ad domum convivii acceſſit; proloquutaq; Regina dixit, Rex" in ſecula vive, ne conturbent te cogitationes tuæ, & ſplendores tui ne mutentur.

ſuprà 4. 3. & 9. 11 Eſt vir in regno tuo cui ſpiritus deorum ſanctorum ineſt, & in quo temporibus avi tui lux, intelligentiaq;, ac ſapientia par ſapientiæ Deo-

ſuprà 2. 48. rum inventa eſt: quapropter Rex Nebucad-netzar avus tuus præfectũ magorum, aſtrologorum, Chaldæorum haruſpicum conſtituit eum, avus tuus Rex.

12 Quandoquidem ſpiritus excellẽs, ac cognitio, & intelligentia, in-

f *Chald.* nodorum: ſic infrà ver. 16. terpretatio ſomniorum, & indicatio ænigmatũ, ac ſolutio f rerum implexarum inventa eſt in ipſo Danijele, cui Rex impoſuerat nomen Beltheſchatzar; nunc Danijel vocetur," & interpretationem indicabit.

13 Tunc Danijele adducto coram Rege, proloquutus Rex dixit Da-

g *Chald.* qui é filiis deportationis. nijeli; es tu ille Danijel, g ex deportatis Jehudęæ, quos adduxit Rex avus meus è Jehudæa?

14 Et tu de quo audivi ſpiritum Deorum ineſſe tibi, & lucem, intelligentiámque, & ſapientiam excellentem inveniri in te?

15 Nunc ergo adducti ſunt coram me ſapientes aſtrologi, ut ſcripturam iſtam legerent & interpretationem ejus notam facerent mihi: ſed non poſſunt interpretationem verbi iſtius indicare.

h *Chald.* interpretari. 16 Ego autẽ audivi de te, poſſe te interpretationes h afferre, & res implexas ſolvere: nũc ſi poteris ſcripturam iſtam legere, & interpretationem ejus indicare mihi, purpura induêris cum torque aureo ad collum tuum, & tertius in hoc regno dominaberis.

17 Tunc reſpondens Danijel dixit coram Rege, dona tua tibi ſint, & "honoraria tua alii da: verùm ſcripturam iſtam legam Regi, & interpretationem notam faciam ei.

ſuprà 4. 18 Tu ô Rex, ("Deus excelſus regnum, & amplitudinem, gloriámque, & decorem dederat Nebucad-netzari avo tuo;

19 Et ob amplitudinem quam dederat ei, omnes populi, nationes, & linguæ tremebant ac timebant a conſpectu ejus: quem volebat occidebat, & quẽ volebat percutiebat, & quem volebat extollebat, & quẽ volebat deprimebat:

i *Chald.* cor: ſcedeinceps. 20 Sed cùm elatus eſſet i animus ejus, & ſpiritus ipſius obduratus eſſet ad ſuperbè agendum; depoſitus eſt è ſolio regni ſui, & gloriam amoverunt ab eo.

k *Chald.* filiis hominũ. l *Chald.* cũ beſtiis poſuit. 21 Nam ab k hominibus depulſus animum ſuum l ad beſtias applicuit, & cum onagris habitationem ſuam; herbam ut bobus guſtãdam dederunt ei, & rore cœli corpus ejus intinctum eſt: donec agnovit, dominari

minari Deum excelsum in regno hominum, & quem vult constituere in eo)

22 "Tu igitur fili ejus Belschatzar, nõ depressisti animum tuũ; quamvis totum hoc cognosceres:

23 Imò contra Dominum cœli adeò extulisti te, ut vasa domus illius attulerint coram te, in quibus tu, procereſq; tui, uxores tuæ, & concubinæ tuæ vinum bibatis; deósque argenteos, & aureos, æreos, ferreos, ligneos, & lapideos, qui non vident, neque audiunt, neque cognoscunt laudavisti: Deum verò in cujus manu *est* anima tua, & penes quem totũ iter tuum *est*, non glorificasti.

24 Tunc à cõspectu ejus missa est" pars illa manus, unde scriptura ista exarata est.

25 Atque hęc scriptura illa quæ exarata est, Mene mene, tekel, uphar-sin, *id est numeravit, numeravit, appendit, dividuntq;*.

26 Hæc interpretatio verborum, NUMERAVIT;' numeravit Deus regnum tuum, &[m]" perfectissimè numeravit illud.

27 APPENDIT; appensus fuisti lancibus, & inventus es[n]" minore pondere.

28 DIVISIT: divisum est regnum tuum, traditumq; Medis ac Persis.

29 Tunc edicente Belschatzare induerunt Danijelem purpura cum torque aureo ad collum ejus; & proclamaverunt de eo, ipsum futurum dominatorem tertium in eo regno.

30 Eadem nocte" interfectus est Belschatzar Rex Chaldæorum.

m Chald. perfecit *numerare.*

n Chald. deficiens.

ANNOTATIO.

1 *Belschatzar*] Nepos Nebucad-netzaris magni, filius Evil-merodaci, quem historici corrupte Labonidum sive Labynitum vocant pro Naboniddocho, ut vocat Alphæus apud Eusebium lib. 9. de præparatione Evangelica. *Convivium magnum*] de quo Herodotus lib. 1. & Xenophon lib. 7. vide in Jirmej. 25. 26. *Coram mille*] ut convivas meos acciperet: nam alioqui cum proceribus cibum nõ capiebat Rex, & paucissimis ad ipsum patebat aditus. 2 *Ad bibendum*] id est, ad faciendum delicias translatis contumeliosè vasis Jehovæ ad insolens istud & intempestivum convivium: quod reprehendit Danijel infrà 23. 4 *Laudabant*] tum tribuentes ipsis laudes victoriæ spoliorúmque domus Dei quibus abutebantur, tum etiam libantes ipsis epuli suti prothymata, ut diximus suprà 1. 8. 5 *Digiti*] acnon manus integra: quamobrem pars vel portio manus in sequentibus appellatur, hoc versu, & 24. *Lychnuchi*] videlicet pensilis, qui propterea comparatus erat ut in eo lucernæ accenderentur protracto in noctem convivio. Nã alioqui non fuisse hoc convivium de nocte cœptum ex eo apparet, quòd Danijel purpuratus & torquatus tertius à Rege in regno promulgatus est; infrà ver. 29. quod factum diurnum, non autem nocturnum esse nemo est qui neſciat. 6 *Toto Regis splend.*] id est, tota illa festivitate & hilaritate quam præ se ferebat in excipiendis convivis. *Cingula lumbor.* id est, solutæ essent ipsius zonæ, ut fit hominibus quos ex gravi aliqua corporis aut animi ægritudine invadit Ἀφροδυσία. 10 *Regina*] non uxor quidem Belschatzaris Regis (nam uxores illius dicuntur adfuisse suprà 2. & 3.) sed Regis mater aut avia, nomine (ut credibile est) Nitocris dicta, Herodoto lib. 1. *In secula vive*] vide suprà 2. 4. 12 *Et interpretationem*] q.d. confirmo illum indicaturum esse: adeò explorata est illius certâque sapientia. 17 *Honoraria*] vide suprà 2. 6. hujus autem responsi partes sunt hæ: exordium munera honestè recusantis & spondẽtis interpretationem, hoc ver. propositio sive narratio rerum gestarum à Nebucad-netzare & Belschatzare καὶ σύγκρισιν, usque ad versum 24. & scripturæ explicatio, sequentib. 18 *Deus excelsus*] hoc membrum ad priorem partem συγκρίσεως pertinens, quia hyperbaticum est, placuit parẽthesεos nota includere. 22 *Tu igitur*] altera pars συγκρίσεως, nimirum ἀπόδοσις ad prius exemplum præsentia accommodans. 24 *Pars illa*] de qua suprà ver. 5. 26 *Numeravit*] id est, annos quibus duraturum fuit regnum Babylonicum, & Judaici populi captivitas, in numerato hãbet. *Perfectissimè*] sic redditur ratio geminati verbi. 27 *Minore*] id est, abjiciendus, ut nũmus reprobus, justóque longè levior. 30 *Interfectus*] a Gobrya & Gadata satrapis Cyri, teste Xenophonte libro 7.

Caput VI.

Danijel à Dario Medo in dignitatem ampliſsimam evectus ampliusq́, evehendus conſilio Regis, à proceribus aliis obſervatur; qui fruſtra occaſione captata illius obruendi, cõminiſcuntur novum edictum ut ſoli Regi ad tempus ſupplicetur: Huic edicto cùm non paruiſſet Danijel, urgentibus proceribus in foveam leonibus obtruditur, & ſervatur à Deo: quamobrem Darius educto Danijele accuſatores leonibus objicit, & promulgat edictum de reverentia Dei.

1 Cùm Darîus Medus accepiſſet regnum ipſum, fermè
a Chald. filiꝰ annorum. natus annos ſexaginta duos,

2 Placuit coram Dario præficere ipſi regno ſatrapas
b Chald. eſſent in toto regno. centum viginti, qui præeſſent toti regno:

3 Supra iſtos autem Eparchos tres, quorum Danijel primus eſſet; quibꝰ eſſent ſatrapæ illi reddituri rationem, ne Rex damno afficeretur.

c Chald. exiſtente præfecto. 4 Tunc Danijele iſto pergente præeſſe Eparchis atque ſatrapis; & propterea quòd ſpiritus excellens ineſſet ipſi, Rege cogitante præficere ipſum toti regno ſuo:

d Chald. a latere regni. 5 Tũc Eparchi & ſatrapæ quærebant ut occaſionem invenirent ab adminiſtratione regni; ſed nullam occaſionem aut vitiũ potuerũt invenire, propterea quòd fidus eſſet, & nullus error aut vitium inveniretur in eo.

6 Tunc viri illi dicentes, non ſumus inventuri contra Danijelem iſtũ ullam occaſionem; niſi inveniamus cõtra eum *occaſionem* de lege Dei ipſius:

7 Tunc, *inquam*, Eparchi & ſatrapæ illi convenientes ad Regem, ita dixerunt ei, Darîe Rex, in ſecula vive:

8 Conſilium iniverunt omnes Eparchi regni, præſides, & ſatrapæ, gubernatores, ac duces, de ſtatuendo ſtatuto regio, & firmãdo interdicto: ut quiſquis petierit petitionem ab ullo Deo aut homine per dies triginta, præterquàm a te Rege, projiciatur in foveam leonum.

9 Nunc, ô Rex, ſtatue hoc interdictum, & exara ſcripturam; ut non
e Chald. tranſit: ſic ver. 13. mutetur, ſecundum jus Medorum & Perſarum quod non intercidit.

10 Quamobrem Rex Darîus exaravit ſcriptum & interdictum.

11 Danijel autem cùm cognoviſſet exaratum eſſe ſcriptum illud, ingreſſus eſt domum ſuam, cui feneſtræ apertę erant in cœnaculo ejus ex
f Chald. ingeniculans. adverſo Jeruſchalaimorum: & temporibus tribus de die ipſe procumbens in genua ſua orabat & confitebatur coram Deo ſuo, quemadmo-
g Chald. ab ante hoc. dum fecerat anteà.

12 Tunc viri illi convenientes, poſtquam inveniſſent Danijelem orantem & ſupplicantem coram Deo ſuo:

13 Tunc, *inquam*, appropinquarunt & dixerunt coram Rege de interdicto Regis, nónne interdictum exaraſti ut quiſquis petierit ab ullo Deo

Deo aut homine per dies triginta nisi à te Rege, projiciatur in foveam leonum? respondit Rex dicens, verum est verbum hoc, secundum jus Medorum & Persarum quod non intercidit.

14 Tunc responderunt dicentes coram Rege,[h] Danijel qui est ex[i] deportatis Jehudęæ[k] non habuit tui, ô Rex, rationem, aut interdicti quod exarasti: nam temporibus tribus de die petit petitionem suam.

15 Tunc Rex simulac verbum hoc audivit, multùm tristatus est apud se, & pro Danijele adhibuit" cogitationem ut liberaret eum; & usque ad occasum solis conabatur eripere eum.

16 Tunc viri illi convenerunt ad Regem, & dixerunt Regi; scias, ô Rex, jus Medis & Persis esse, ut ullum interdictum aut statutum quod Rex statuerit non mutetur.

17 Tunc Rege" dicente adduxerunt Danijelem, projeceruntq; in foveam leonum: & proloquutus Rex dixit Danijeli, Deus tuus quem tu colis" jugiter, ipse liberet te.

18 Et allato" lapide uno ac imposito super os foveæ; obsignavit eum Rex" annulo suo & annulo procerum suorum, ne mutaretur" voluntas de Danijele:

19 Tunc profectus Rex in palatium suum & pernoctavit jejunus, & exhilarantium nihil jussit afferri coram se; somnúsque ejus recessit ab eo.

20 Tunc Rex summa aurora surgens cum luce,[l] festinātissimè ad foveam leonum profectus est:

21 Et appropinquando ad foveam Danijelem voce tristi inclamavit: proloquutus Rex dixit Danijeli, ô Danijel serve Dei vivētis, Deus tuus quem tu colis jugiter, potuerítne liberare te à leonibus?

22 Tunc Danijel cum Rege loquens, *dixit:* Rex in secula vive.

23 Deus meus misit Angelum suum, qui occlusit os leonum ut non lædérent me:" propterea coram eo puritas invenitur in me, etiamq; coram te, ô Rex,[m] maleficium non commisisse me.

24 Tunc Rex multùm lætatus de eo, Danijelem jussit[n] educi è fovea illa: eductoq; Danijele è fovea illa, nulla lęsio inventa est in eo, quia credidérat in Deum suum.

25 Deinde edicente Rege *satellites* adduxerunt viros illos qui[o] accusaverant Danijelem, & in foveam leonum projecerunt eos," filios eorū, & uxores eorum; neque pervenerant ad[p] imum foveæ, cùm dominium exercuerunt in ipsis leones, & omnia ossa ipsorum comminuerunt.

26 Tunc Darius Rex scripsit omnibus populis, nationibus, ac linguis habitantibus in terra; pax vestra multiplicetur.

27 [q] A me proponitur decretum, ut in toto dominatu regni mei tremant & timeant *omnes* à conspectu Dei Danijelis; quia ipse *est* Deus vivens & stabilis in secula, & regnum ejus incorruptum, ac dominatus ejus ad finem usque.

h Chald. ℣ Danijel: pleonasmus.
i Chald. filiis deportationis.
k Chald. nō posuit super te, ô Rex, rationem.
l Chald. cū perturbatione,
m Chald. lęsionem non fecisse.
n Chald. educere.
o Chald. ℣ clamaverāt accusationes, sive obtrectationes ipsius: ut suprà 3. 8.
p Chald. solum.
q Chald. a coram me.

28 Liberat, & eripit, facitq; signa ac miracula in cœlo & in terra; qui
z *Chald.* manu leonum: ut Gen. 9.5. liberavit Danijelem à z leonibus.
29 Itaque Danijel iste prosperè egit in regno Darii, & in regno Cyri Persæ.

ANNOTATIO.

1 *Darius*] Versum hunc (qui ferè cum præcedentibus conjungitur) quia magis ad sequētia pertinet, visum est huic capiti connectere. Est autem hic Darius Medus socer Cyri Regis, qui operam generi sui adhibuit ad occupandā Babylonem; ut observavimus 2. Chron. 36. 23. 3 *Primus*] id est summus, ut exponitur seq. versu. 4 *Tunc Danjele*] duæ hîc causæ explicantur quibus satrapæ ad procurandum Danijelis exitium adducti sunt: una, quòd jam præsentem hominis exteri sibi imperantis dignitatem ferrent indignissimè; altera, quòd consilium Regis cognoscerent de Danijele amplius evehēdo in universam administrationem regni. 5 *Ab administratione*] id est, si fortè deprehenderetur peccasse in rationibus regni, quas ab ipsis satrapis ex autoritate Regis exigebat. 8 *Consilium*] hujus consilii finis quidem apertissimis verbis ostenditur; verùm species qua Darius ad illud probandum adductus est & ferendam legem, paulò est obscurior: nobis videtur illud probabile, Darium hac ratione voluisse novo suo regno gratā & autoritatem maximam conciliare ab omnibus, & munificentiam non regalem modò, sed quasi divinā supplicantibus ostendere. 9 *Secundum jus*] vide Ester 2. 1. & 8. 8. 11 *Ex adverso Jerusch.*] secundum postulatū Schelomonis, 1. Reg. 8. 48. *Temporibus tribus*] id est, quoties commodum est ipsi versari domi suæ per occupationes publicas: videlicet matutino tempore, antequam prodeat ad negotiorum procurationem; meridiano, cùm ad cibum capiendum revertitur, ut de Josepho legimus Genes. 43. 16. & vespertino, cùm se à negotiis recipit: quò non dubium est quin respexerit David Psal. 55. 18. 15 *Cogitationem*] Chaldaicam vocem (quam variè interpretantur multi) visum est ex affini sermone Arabico sic interpretari. 17 *Dicente*] id est, annuente & concedente illud quod honestè non putabat à se impediri posse. *Jupiter*] id est, constantissimè & infracto animo: sic prædicat & admiratur Darius fidem constantiāmque Danijelis, qua admiratione adducitur ut commendet salutem ipsius Deo. 18 *Lapide*] ad obthurandū os foveæ; ne fortè Danijel ipse exeundi facultatem consequeretur, aut aliorū operā extraheretur: quod homines isti tum à Rege, tum ab amicis, tum ab administris, tū à gentilibus Danijelis metuebant, quia Danijel maximam fidem apud omnes prophetia & interpretationibus, gratiam & autoritatem sanctissima administratione sibi comparaverat. Atque hoc quidem ex loco & ex comparatione versus 25. videntur illi animadvertisse, ut leonesà Danijele in foveam injecto abstinerēt; propterea lapidem & signaculum ad cautionem majorem adhibuisse. *Annulo suo &*] id est, annulo (ut vocant) maximo regni, quod diplomatis ex autoritate Regis & summi totius consilii descriptis apponi solet. *Voluntas*] id est, decretum communi voluntate & autoritate factum. 19 *Exhilaratus*] id est, abstinuit ab omnibus rebus quæ ipsum a dolore suo avocare, aut tristitiam lenire potuissent: adeò afficiebatur Danijelis cura. 23 *Propterea*] hanc vocem sic interpretandam esse confirmat distinctio. Sensus est, eo quòd visum est Deo angelum mittere ad salutem meam & me integrum à leonibus cōservare, planè comperta est mea integritas: cujus tum Deus ipse hac mirifica cōservatione testis est apud omnes, tum verò testem appello tuam ipsius conscientiam. 25 *Filios eorum*] tum propter detestationem sceleris in Deum & in Regem commissi, adeóque in regnū totum quod à Danijele tranquillè administrabatur; tum propter exemplum: nam tanti sceleris familiæ ipsæ tenebantur, & exemplo aliæ deterrebantur à similibus maleficiis. 29 *In regno Cyri*] ut dictum est suprà 1. 21. nam hactenus historica illa prolepsis à Propheta fuit explicata, ut ibi diximus.

CAPUT VII.

Danijel visione quatuor bestiarum ex ordine succedentium oblata, & Dei tradentis omne imperium filio hominis, interpretationem visorum postulat: ac propterea docetur de quatuor regnis in Iudæam dominaturis, maximè verò de postremo, in quo populus Iudæorum per Antiochum Epiphanem fuit gravissimè infestatus, cultus Dei eversus, & cōturbata omnia: donec per Dei providentiam inclinavit Seleucidarum regnum, ac postremò deletū est, ut omne imperium Christo in Ecclesia traderetur.

1 In anno primo Belschatzaris Regis Babyloniæ, Danijel somnium vidit, & visiones capitis sui incumbens cubili suo: tunc somnium scripsit, a summam verborū exponens.

a *Chald.* caput verborū dicens.

2 Proloquutus Danijel dixit; videbā in visione mea per noctem, quòd ecce quatuor venti cœli irrumpebant in mari magno:

b *Chald.* hæc ab illa. 3 Et quatuor bestiæ magnæ ascendebant è mari, b diversæ una ab altera.

4 Prima similis leoni, cui erant alæ aquilæ; *hanc* vidi, usque dum avulsis

vulsis alis ejus quib⁹ ″efferebatur è terra,″ in pedes velut homo ſtare coacta eſt,&″ cor humanum inditum eſt ei.

5 Deinde ecce″ beſtia altera ſecunda,″ ſimilis urſo,″ quæ dominatum unum erexit,″ habens tres″ coſtas in ore ſuo inter dentes ſuos: cui ita ᶜ dicitur, ſurge, comede carnem multam.

6 Poſteà vidente me,″ ecce alia″ ſimilis pardo, cui″ alæ quatuor volucris erant in dorſo ipſius:&″ quatuor capita beſtiæ iſti, cui poteſtas″ data eſt.

7 ″Poſtea videbam viſionibus nocturnis quòd ecce″ beſtia quarta″ timenda, terribilíſque, ac dura valde, cui erant″ dentes ferrei magni, comedebat & comminuebat, ac″ reliquum pedibus ſuis conculcabat:″ eratq; diverſa ab omnibus beſtiis antegreſſis, & erant″ cornua decem ei.

8 ″Animum advertebam ad cornua, cùm ecce cornu″ ultimum parvũ ſuccreſceret″ inter illa, adeò ut tria ex cornibus illis prioribus eradicarentur à conſpectu ejus:″ & ecce oculi ſimiles oculis ᵈ humanis erant in cornu iſto, ſed os loquebatur grandia.

9 ″Videbam, donec″ ſolia ᵉ abjecta ſunt,&″ antiquus dierum ſedit:″ cujus veſtimẽtum ut nix album erat, & pili capitis ut lana munda, ſolium ut ſcintillæ ignis, rotæ *ut* ignis ardens,

10 A cujus conſpectu″ fluvius ignis manabat prodiens, cui″ millies mille miniſtrabant,& coram quo myrias myriadum ſtabant: *donec* judicio conſidente″ libri aperti ſunt.

11 ″Videbam, tunc ᶠ″ ex quo cœpit vox verborum grãdium quæ cornu illud loquebatur; videbam inquam, uſque dum″ occiſa eſt beſtia illa, ″perditumq; corpus ejus, ac traditum incendio ignis:

12 Etiam″ reſidui beſtiarum ᵍ ablatus eſt dominatus;″ quia ſpatium in vita datum fuerat eis uſque ad tempus &″ conſtitutum tempus.

13 Videbam viſionibus nocturnis, quòd ecce cum nubibus cœli″ ſimilis filio hominis″ veniebat:″ deinde uſque ad antiquum dierum pervenit,″ ut ʰ aſſiſteretur ante eum:

14 Et huic datus eſt dominatus, gloriaq; ac regnum, ut omnes populi nationes & linguę ei ſerviant: cujus dominatus dominatus eſt ⁱ perpetuus qui non præterit, & regnum ejus *regnum* quod non corrumpitur.

15 ″Transfixus eſt ſpiritus meus mihi Danijeli intra ᵏ corpus, & viſiones capitis mei conturbaverunt me.

16 Appropinquavi ad unum ex″ aſtantibus, & veritatem quæſivi ab eo de tota re hac: qui alloquẽs me interpretationem verborum notam fecit mihi.

17 Hæ beſtiæ magnę quæ ſunt quatuor, quatuor ſunt″ reges ſurrecturi è terra.

18 ″Qui accipient regnum hoc, regnum ſanctorum excelſorum;″ qui poſſeſſuri ſunt regnum ipſum uſque in ſeculum, & uſque in ſeculum ſeculorum.

ᶜ *Chald.* dicunt.

ᵈ *Chald.* hominis.

ᵉ *Chald.* abjecerunt.

ᶠ *Chald.* a voce verborum.

ᵍ *Chald.* abſtulerunt dominatũ: ſic verſu 26.

ʰ *Chald.* ſiſterent eũ.

ⁱ *Chald.* ſeculi.

ᵏ *Chald.* vagina: quam metaphorã ſervavit in Hermotimi Clazomenii hiſtoria Plinius lib. 7. natur. hiſt. cap. 52.

19 "Tunc optavi veritatem cognoscere de" bestia illa quarta, quę erat diversa ab omnibus illis; timenda valde dentibus ferreis, & " unguibus chalybeis, comedente, comminuente, & reliquum pedibus suis conculcante:

20 Similiter de cornibus decem quæ *erant* in capite ejus, & ultimo "quod succrevit cadentibus a conspectu ejus tribus: de cornu, inquam, ejusmodi cui erant oculi & os loquens grādia," cujus denique aspectus major fuit quàm sociorum ejus.

21 "Videram cornu ejusmodi gerere bellum cum sanctis, & prævalere eis:

22 Usque dum veniret antiquus dierum, & judicium" daretur sanctis excelsorum; & tempus perveniret quo regnum illud possiderent sancti.

23 Ita dixit, bestia illa quarta "regnum quartum erit in terra, quod" diversum erit ab omnibus illis regnis; consumet enim totam" terram, conteretq; eam, & comminuet eam:

24 Et cornua decem ex illo regno," decem Reges exsurgēt; post quos exsurget" postremus, qui erit" diversus à prioribus, & " tres reges deprimet:

25 "Et verba adversus excelsum loquetur, ac sanctos excelsorum deteret" adeò ut cogitet se mutaturum tempora & jus; " tradantúrque per manum ejus, " usque ad tempus & tempora particulámque temporis:

26 "Sed judicium considebit; & dominatus ejus auferetur profligando & perdendo usque in finem.

suprà ver. 14. 27 Regnum autem, dominatúsque & amplitudo regnorum sub toto cœlo dabitur populo sanctorum excelsorum: cujus regnum regnú erit perpetuum, & omnes dominatores ei servient, & auscultabunt.

28 Hucusque finis *est* sermonis illius: ego Danijel cùm valde cogitationes meæ conturbavissent me, & [l] totus splendor meus mutatus fuisset in me, verbum hoc apud [m] animum meum servavi.

[l] *Chald.* splēdores mei mutati fuissent.
[m] *Chald.* cor.

ANNOTATIO.

1 *Anno*] Hactenus explicatis narrationibus historicis eorum quæ Danijeli obvenerunt, deinceps exponit Danijel narrationes propheticas earum rerum quæ Ecclesiæ Dei eventuræ erāt usque ad adventum Christi & promulgationem Evangelii. Hoc autem capite continetur prophetia de quatuor illis administrationibus quas Ecclesia Judæorū erat perpessura; ut diversa quidem visione, sed eodem argumento fuerat demonstratum Nebucad-nezzari, & à Danijele expositum suprà 2. tantùm illud observandum est, quòd regna illa quatuor crassiùs tum fuerant adumbrata; succedente verò tempore singulares circumstantiæ regnorum & administrationum magis ac magis explicantur, ut in hac prophetia primùm, deinde in sequentibus juvante Deo ostendemus. *Belsehazzarī*] de quo suprà 5. 2 *Proloquutus*] posita inscriptione versu præcedēte, jam narrationem ingreditur Danijel, primùm quidem visionum, usque ad ver. 15. deinde verò petitæ exoratæque interpretationis, usque ad versum 28. quo versu prophetia hæc concluditur. *Quatuor ventī*] id est, administri procellarum sequentium, ac velut angeli nominatim à Deo immissi ad excitandas procellas & motus maximos, quibuscum bestiæ, seq. versu, id est, regna illa quatuor excitata sunt. Volunt enim hoc pacto Dominus ostendere, non consilio humano aut casu omnia hæc fuisse orbi terrarum evēnura, & Ecclesiæ suæ; sed certissima ipsius providentia & singulari œconomia. *In mari magno*] id est in terra, ut ostēdit legentis versus cum versu 17. comparatio. Nam terram ferè cum mari scriptura comparat propter æstuantes & recipirantes mutationum fluctus, quibus infesta est totius terræ administratio. 3 *Quatuor bestiæ*] quarum interpretationem vide ver. 17. & suprà 2. 37. & sequentib. bestiis autem comparantur regna, quia ex bellu arum more acquisita & admini-

administrata sunt. Quamobrem cùm franguntur & tunduntur regna, ex contrario dicuntur tanquam homines restituti pedibus insistere, & cor humanum possidere, quia desinunt agere belluas, seq. versu. 4 *Prima*] typus regni Babylonici. *Leoni*] typus præstantiæ quæ fuit in regno Babylonico, ut figurata est auro suprà 2.32. *Cui erant alæ*] id est, velocissima celeritate cum aquilis comparanda: vide Jirmej. 4.13. & 48.40. & Jechezk. 17.3. & sequētib. *Avulsis alis*] id est, detractis regionibus, facultatibus, & ornamentis imperii per Darium & Cyrum: ut factum esse narrant historici, & prædicit Jirmeja 50.21. & seq. *Efferebatur*] id est, extollebat se supra communem hominum aliorum sortem, & tanquam bestia sæviebat. *In pedes*] id est, deplumis effecta in communem sortem reducta est. *Cor humanum*] id est abjectum, trepidum, & fractum, loco illius ingentis animi quo antè efferebatur ut leo. 5 *Bestia*] typus regni Persici. *Similis urso*] typus barbaricæ crudelitatis & ferinæ, quæ in regibus Persarum exstitit. Quamobrem illorum administratio minoris quàm Babyloniorum æstimatur, & comparatur cum argento suprà 2.32. *Quæ dominatum*] id est, quæ bestia alias secum dominātes ferre non potuit; sed domino suo arrogavit illas, nec potuit quiescere donec illas imperio suo adunasset: sic exponuntur principia Persarum monarchiæ, quibus primùm Medorum regnum, deinde Babylonicum adjunxit sibi. Non sumus nescii plerosque hanc vocem aliter interpretari, quia litera Schin modò in dextera sui parte, modò in sinistra puncto afficitur, & Hhebraica exempla hoc loco variāt: sed nos fidem librorum emendatissimorum sequuti maluimus hoc modo reddere, quem argumēto & rei ipsius veritati conveniētiorem esse putavimus. *Habens tres costas*] id est, ampliùs etiam exedens & rodens in tres plagas orbis habitabilis, quæ disertè nominantur infrà 8.4. & suo loco exponentur. *Costas*] id est, reliquias exesarum gentium, & a Persarum tyrannide absumptarum. *Cui ita dicitur*] id est, cui mandatur divinitus ut propaget imperiū suum, & sub jugum mittat nationes quàm plurimas, eásque ut fera bestia devoret. 6 *Ecce alia*] typus regni Macedonici. *Similis pardo*] id est, fraudulentissima & rapidissima: nā his duobus nominibus in scriptura celebratur pardus Jirmej. 5.6. & Ghabakuk. 1.8. Novimus quidem non ita fuisse vafrum & subdolum Alexādrum, ut fuerat Philippus ipsius pater: sed recordandum est semper his locis non tam respici unicam personam Regis, quàm regnum consiliúmque & administrationem ejus. Erat quidem Alexander Magnus homo furibūdus, ebriosus, & circumfluēs vitiis omnibus, qui quocunque aspirabat, temeritate potius quàm certo consilio judicióque ferebatur; sed usus est consiliariis patris, qui assiduè versati in technis illius solebant antevertere temeritatem Alexandri sapiētissimis consiliis. Quamobrem dolus & rapiditas velocitásque maxima, administrationis Macedonicæ hoc typo adumbratur. *Alæ quatuor*] indices pernicitatis summæ, quocunque illa se verteret. *Quatuor capitæ*] id est, quatuor satrapię ejusdem regni, quod ad Alexandrum & Herculem filios Alexandri Magni fuerat pervēturum jure hæreditario; sed post ingentes motus ad Aridæum fratrem Alexandri delatum & per satrapas administratum est: qui primùm ab Aridæo præfecti, deinde ab Antipatro regum tutore dato commutati, postremò mutuis inter se cōspirationibus reges effecti sunt, & domini hæreditatis alienæ; interfectis Alexandro & Hercule per Cassandrū, qui Aridęo succesit in regno Macedonico: vide infrà 11.4. *Data est*] judicio Dei, ut suprà ver. 5. 7 *Posteà*] typus regni Asiatici, quod regnum Seleucidarum dixerunt historici. Nam etsi Seleucus Nicanor inde ab Alexandri morte fuit inter satrapas numeratus, tamen exstincto in universum Alexandri genere Babylonem occupavit, & novum regnum instituit, à quo Judæi suprà 2. & sequentia omnia commonstrabunt evidentissimè. *Bestia quarta*] sed quæ propter infinitas varietates non potuit cum certa animantis specie comparari. *Timenda*] populo Dei, ad quem Danijel propriè respicit: ut suprà 2.40. *Dentes ferreī*] id est, duces & copiæ, tanquam instrumenta commolendis & minuendis Judæis accommoda. *Reliquum*] id est, quos non consumebat, eos calcabat indignissimè & quasi terebat pedibus, omnibus malis atrocissimis afficiens eorum mentes & corpora, ut deinceps planiùs exponetur. *Eratq; diversa*] præ tyrannidis gravitate, id est, non poterat aut cum superiorum ulla, aut cum alia specie comparāri: ut antè diximus. *Cornua decem*] id est Reges: ut exponitur infrà versu 20. 8 *Animum advertebam*] expositio singularis rerū quæ spectabantur in ea bestia, ut exponuntur infrà ver. 20. & sequentibus. *Ultimum*] videlicet illorum decem, ut ibidem demōstrabimus. *Inter illa*] id est, in eorum numero. *Et ecce*] id est, quamvis humani aliquid præ se ferret, tamen specie tenus erat in eo humanitas: nam sermone Deum & factis homines pios proscindebat, ut deinceps ostēdemus. 9 *Videbam*] altera pars visionis de ratione quam observavit Deus in tollenda bestia, cujus duo sunt gradus: unus, quòd maxima patientia & longanimitate usus est antequàm bestiam pessumdaret, usque ad versum 13. alter, quòd filium hominis æternum, hæredem cōstitutum rerum omnium, misit in possessionem regni sui, ver. 13. & 14. Videbam ergo, id est, observabam stantem hanc bestiam. *Solia*] id est, regnum & dominatus regum istorum, infrà versu 26. *Antiquus dierum*] id est, Deus sempiternus: περίφρασις. *Cujus vestimentum*] id est, qui justitia integerrima & potentia absolutissima instructus est ad perficiendum judicia sua: quò spectant typi omnes positi hoc & seq. versu. 10 *Fluvius igneus*] typus judiciorum Dei constantissimorum, perlustrantium, pervadentiúmque omnia, & adversa quæque consumentium. *Millies*] id est, infiniti angeli. *Libri aperti sunt*] id est, acta rerum ab hac bestia & cornu gestarum in judicium producta, & a Deo cognita: humanitus dictum; ut Apocalyps. 20.12. 11 *Videbam*] nempe Deum in judicio considentem, ut omne regnum traderet filio, vèr. 13. & 14. *Ex quo cœpit*] nam inde a tempore Antiochi Epiphanis cœpit Deus quatere & labefactare Seleucidarum regnum externis & internis motibus. *Occisa est*] id est, regnū Seleucidarum ad Tigranem translatum, teste Justino libro 40. *Perditum*] id est, deleta regni species, capto Tigrane, & Syria in provinciam redacta per Pompeium. 12 *Residui bestiar.*] id est, reliquiæ antecedentium regnorum cum hoc interciderunt, & à Romanis funditus sublatæ sunt. *Quia spatium*] id est, quia hæc omnia regna temporaria sunt, non autem æterna, quemadmodum illud est quod pater tradit filio, versibus duobus seq. *Constitutum tempus*] id est, certum & definitum providentia Dei, cujus fines nulla vi aut arte transilire potuerunt. 13 *Similis filio hominis*] id est, figura Christi Dei & hominis veri, in persona una: nam Deitas illius figuratur adventu è nubibus, humanitas verò nomine ipso confirmatur. *Veniebat*] perfecturus in terris mysterium redemptionis nostræ. *Deinde*] id est, redemptione consummata ascendit in cœlos ad Patrem. *Ut sisteretur*] id est, ut sistens se ipsum Deo ac Patri sederet ad dexteram illius, & omnem dominatum gloriámque ac regnum acciperet, seq. versu. 15 *Transfixus est*] altera pars narrationis, ut diximus in versum 2. qua Propheta primùm petit, hoc & seq. versu; deinde accipit visionis interpretationem, ad finem usque. 16 *Astantibus*] angelis, de quibus versu 10. 17 *Reges*] id est regna, de quibus suprà ver. 3. & sequentib. 18 *Qui accipient*] id est, quæ regna dominabuntur in Judæos, qui περιφρασικῶς vocantur sancti excellorum, hìc & infrà 21. & 22. quia penes illos fuit Ecclesia Dei usque in adventum Christi. Est autē hæc verissima Ecclesiæ definitio, ut dicatur esse cœtus sanctorum ad excelsa, hoc est, ad cœlestem vitam pertinentiū. *Quæ possessuri*] videlicet sancti excelsorum in Christo: sic perstringit Angelus totius visionis summam, indignitatemque belluinæ hominum administrationis in Ecclesiam amplificat per comparationem futuræ sanctorum gloriæ. 19 *Tunc*] id est, cùm non satis mihi fuisset factum hoc breviore responso. *Bestia illa*] de qua suprà ver. 7. & 8. *Quibus figuratur*] quibus primùm minimum fuerat, suprà versu 8. nam Antiochum Epiphanem, de quo hęc dicuntur, nullo jure fuisse Regis demonstrabimus in versum 24. & hominem fuisse impurissimum ostendit ipsa nominis antiphrasis. *Cujus denique*

denique]id est,qui tandem Seleucidas alios omnes amplitudine superavit. 21 *Viderum*]his duobus versibus eam exponit Danijel, cur tam sollicitè verum de hac bestia, singularibúsque illius partibus & factis voluerit cognoscere; nempe quòd ab eo tempore Judæorum populus erat infestandus atrocissimè, donec liberaretur Ecclesia ab inimicis suis adventu Christi. 22 *Daretur*]in Christo. 23 *Regnum quart.*]Seleucidarum,ut antè diximus. *Diversum*]crudeli administratione,quam exponunt sequentia. *Terram*]populi Dei sive Jehudæam, ut planè accipiendum est ex ver.21. 24 *Decem Reges*]a cœpto Seleucidarum regno usque ad Antiochum Epiphanem decem Reges numerantur:Seleucus Nicanor primus,Antiochus Soter secundus,Antiochus Theos tertius,Seleucus Callinicus quartus, hoc expulso Ptolemæus Evergetes quintus, ejecto Ptolemæo Seleucus Ceraunus sextus, Antiochus Magnus sive Hierax,id est accipiter, pater Seleuci Philopatoris & Antiochi Epiphanis,septimus, magno Antiocho ejecto & aliis rebus occupato Ptolemæus Philopator octavus, Ptolemæo depulso per Antiochum magnum & filiorum Seleucus Philopator nonus, & Seleuco occiso frater minor Antiochus Epiphanes decimus. *Postremus*]filiorum decem quos numeravimus. *Diversus a prior.*]ut præcedente versu. Nam & in gentem suam,& in exteras suit pessimus. *Tres Reges*]nimirum Ptolemæum Philopatora,quem collatis cum patre & fratre viribus Syria depulit; deinde Seleucum fratrem suum majorem, qui Demetrium filium Romam mittebat ut ipsum Epiphanem liberaret;ac postremò ipsum Demetrium obsidem,ad quem jus regni pertinebat. 25 *Et verba*]id est, blasphemus erit in Deum, & contumeliosissimus atrocissimúsque tyrannus in populum ejus: quod amplissimè enarrat Daniel infrà 11. *Adeò ut cogiter*]id est,tam blasphemus & importunus erit,ut ipsam Dei autoritatem sibi in populum ejus arroget,tempora sabbathorum, festorum,& circumcisionis abolendo, & legem ipsam Dei juráque omnia nefandè convellendo. *Tradanturq;*]id est, novæ leges & ceremoniæ ab ipso imperentur, & instituantur in populum ejus arbitratu ejus. *Usque ad tempus*]id est,per spatium annorum trium, & dierum decem:nam die decimo quinto mensis Cisslevi anno centesimo quadragesimo quinto regni Seleucidarũ hoc effectũ est, 1. Macab.1.57. deinde rursus vigesimo quinto mensis Cisslevi anno centesimo quadragesimo octavo legitimus Dei cultus instauratus est, 1. Macab.4.52. Quamobrem prima vox, tempus, annum significat corruptum sive constantem ex duobus diversorum annorum partibus; tempora biennium justum; particula temporis dies decem: vide suprà 4.16. 26 *Sed judicium*]id est,sed Deus justus judex ex eo tempore non desinet judicia exercere in Seleucidas, ut diximus suprà in versum 3. & 11.

CAPUT VIII.

Deus Danijeli tum visionibus figurat, tum verbis per angelum suum explicat constitutionem futuram primùm regni Persici, deinde Macedonici, ac postremò Seleucidarum; & calamitates obventuras Ecclesiæ Iudæorum per Antiochum Epiphanem: quarum tempus circumscribit apertissimè ad piorum consolationem.

1 ANNO tertio regni Belschatzaris Regis visio apparuit mihi, mihi Danijeli; post illam quæ apparuerat mihi principio.

2 Respiciens igitur ad visionem illam(erat autẽ cùm viderem, ut essem Schuschane in palatio quod est in Hhelami provincia) respiciens inquam, ad illam visionem,cùm essem ad fluentum Ulaii,

3 Sustuli oculos meos, & vidi quòd ecce aries unus stabat ante fluentum illud, bicornis:duo autem illius cornua erant alta;sed unum altius altero,& quod altius erat assurrexit posterius.

4 Videbam istum arietem cornu petentem Occidentem, Aquilónemque,& meridiem versus, cui nullæ bestiæ obsistebant, neque ullus eripiebat è manu ejus; sed faciebat pro volũtate sua & quidem res magnificas.

5 Me autem consyderante, ecce hircus è capris veniebat ab occasu in superficiem totius terræ, quẽ nemo attingebat in terra: & hirco isti cornu conspicuum erat inter oculos ipsius.

6 Veniens itaque ad illum usque arietem bicornem,quem videram stantem ante ipsum fluentum; incurrit in eum æstuantibus viribus suis.

7 Cùm autem vidissem eum pervenientem ad illum arietem, exacerbans se contra illum ferivit arietem adeò ut frangeret ambo cornua illius,nec esset vis in ariete obsistendi ei;& dejiciens illum in terram conculcavit

a Heb.cui cornua duo.
b Heb.secundo.
c Heb. ascẽdit:sic deinceps.
d Heb.mare.
e Heb. & magnificabat.
f Heb.caprarum.
g Heb.visionis:sic deinceps.
h Heb.dominũ duorũ cornuum: sic versu 20.
i Heb.æstu vitium suarum.

culcavit illum, nec fuit qui eriperet arietem ex manu ipsius.
8 Hircus verò è capris, magnus evasit [k] admodum: sed cùm roborat[q] esset, fractum est cornu illud magnum, & assurrexerũt conspicua *cornua* quatuor loco ejus in quatuor ventos cœli:
9 Et ab uno ex ipsis prodiit cornu unum perparvum; quod magnificavit se excellenter versus Meridiem & versus Orientem, & versus decus ipsum:
10 Ubi magnificavit se contra exercitum cœli; adeò ut dejiciens in terram de exercitu illo & de stellis ipsis, conculcaret eas.
11 Etiam usque ad Principem illius exercitus magnificavit se: nam ab ipso sublatus est jugis *cultus*, & abjectum habitaculum sanctuarii illius,
12 Exercitusq; expositus est defectioni cõtra jugem *cultum*: cùm deject[a] veritate in terram faceret & prosperaretur.
13 Tunc audivi quendam sanctum loquentem: dixit enim quidam sanctus illi qui occulta in numerato habet loquẽti, quousque ista visio erit de jugi *cultu*, de defectione desolante? *quousque* exponetur & sanctitas, & exercitus conculcationi?
14 Dixitq; ad me, usque [l] ad vespertina matutinaq; tempora bis mille trecenta: tum [m] justè restituetur sanctitas.
15 Fuit autem cùm viderem ego Danijel istam visionem; ut requirente me intelligentiam, ecce staret coram me quasi aspectus viri:
16 Et audirem vocem humanam inter Ulajum; quæ inclamans dixit, Gabriel declara huic visionem istam.
17 Itaque venit ad stationem meam: quo adveniente conturbatus procidi in faciem meam; sed dixit ad me, animadverte fili hominis, nã tempore [n] definito hæc visio *futura est*.
18 Cùm autem loquente eo mecum sopore obrutus jacerem pronus in terra, tangens me fecit ut starem in statione mea.
19 Et dixit, ecce ego notum facturus sum tibi id quod futurum est usque ad extremitatem istius indignationis; nam constituto tempore finis erit.
20 Aries, quem vidisti, bicornis; est regum Mediæ & Persidis:
21 Hircus autem ille villosus, est regis Græciæ: cornu autem magnũ interjectum oculis ejus, est rex primus.
22 Atque hoc effracto quòd consurgent quatuor pro illo; quatuor regna ex *sua* gente [o] assurrectura, sed non cum robore illius.
23 Procedente autem regno istorum, cùm *defectionem* cõsummabunt defectores isti; exsurget Rex [p] impudens & [q] cautus:
24 Cujus robur ita invalescet, etsi non robore ipsius, ut [r] mirificẽtissimè perdat, prosperetur; & efficiat; perdet enim validos, populumq; sanctorum:
25 Et incumbens intelligẽtiæ suæ prosperabit dolum [s] actionum suarum, &

[k] *Heb.* usque valde.
[l] *Heb.* usque ad vesperã manè.
[m] *Heb.* justificabitur.
[n] *Heb.* finis.
[o] *Heb.* stabũt: sic versu seq.
[p] *Heb.* in cõsequẽtia autem regni istorum.
[q] *Heb.* durus facie; ut Deut. 28. 50.
[r] *Heb.* intelligens ænigmata.
[s] *Heb.* mirabilibus.
[t] *Heb.* in manu sua.

u *Heb.* in corde suo.

rum, & u cum animo suo magnificabit se, & in tranquillitate perdet multos: denique principi principum obsistet, & absque manu frangetur.

x *Heb.* veritas.

26 Visio autem illius vespertini & matutini temporis quæ dicta fuit x verissima est: quare tu occlude hãc visionem, quia dierum multorum est.

y *Hebr.* affectus fui & ęgrotavi.

27 Tunc ego Danijel y affectus ægritudine *aliquot* dies, assurgens feci officium regis; quamvis obstupescerem super visione hac, nemo tamẽ animadvertebat.

ANNOTATIO.

1 *Anno tertio*] Hujus prophetiæ præter inscriptionem comprehensam versu 1. partes duæ sunt: visio, ad versum usque 15. & visionis interpretatio ex optato Danijelis, inde ad versum ultimum. Continet autem pars utraque tertiam descriptionem regnorum, de quibus suprà capite 2. & 7. hoc tantùm interest, quòd in superioribus mentionem fecerit regni Babylonici; hìc verò trium duntaxat consequentium, quia regnum Babylonicum erat triennio ruiturum: quam eandem rationem servavit Danijel in prophetiis sequentibus, quia tum jacebat Babyloniorum regnum, cùm oblatæ sunt ei visiones illæ, & exaratæ prophetiæ. *Principio*] id est, anno primo, suprà 7. 1. 2 *Schusthane*] id est Susis, ut Geographi vocant, quod oppidum circumluitur Eulæo fluvio, & nomen Susianes indidit regioni toti. *Elami*] vide Genes. 10. 22. Nam Susiane olim pars fuit Hhelamitidos, Persiam interiùs ab Oriente habẽs dilectam fluvio Oroatide. *Ulai*] id est, Eulæum fluvium, ut à Geographis appellatur. 3 *Aries*] typus regni Medorum Persarúmque, ut exponitur versu 20. *Posterius*] tempore: nam prius erat Medorum quàm Persarum regnum. 4 *Occidentem*] vide suprà 7. 5. 5 *Hircus*] typus regni Macedonici, ut exponitur infrà 21. *Quem nemo*] id est, qui solo adventu victor erat, tantùm abest ut quisquam obsisteret, donec venit ad arietem. *Conspicuum*] præ magnitudine, ut exponitur infrà ver. 8. & 21. 8 *Fractum est*] typus mortis Alexandri Macedonis, ut infrà ver. 22. 9 *Abunde*] id est, à Seleuco Nicanore. *Perparvum*] ut suprà 7. 8. hæc autẽ de Antiocho Epiphane dicta sunt, ut suprà cap. 7. *Versus Meridiem*] id est Ægyptum, quam cepit & obtinuit Antiochus Epiphanes sive Illustris, donec à Romanis per Caium Popilium decedere coactus est. *Orientem*] nam pervasit etiam Persida, & regni fines Ptolemaida usque amplavit. *Decus ipsum*] id est Judæam, terram populi Dei: nam his elogiis celebratur regio illa in scripturis, ut *Ptal.* 48. 3. & Jechezk. 20. 6. 10 *Exercitum cœli*] id est, populum Dei, sive Ecclesiam in Judæa olim circumscriptam: cujus singula membra nominãtur sancti excelsorum, suprà 7. 18. & sequentib. quamobrem populus sanctorum communiter appellantur, infrà versu 24. *De stellis*] id est, viris principibus & illustribus inter cæteros, qui administratione sua tum in Republica tum in Ecclesia aliis præluxerint. 11 *Principem*] id est, Deum in populo suo singulari modo imperantem: quapropter princeps principum nominatur infrà 25. *Ab ipso*] Antiocho, quem figurat cornu. 12 *Exercitus*] id est, populus Dei vi, dolo, & modis omnibus sollicitatus est, multíque adducti ut deficerent à legitimo Dei cultu, & ad gentium nefarios ritus transfugerent. *Veritate*] id est lege, & doctrina veritatis. 13 *Sanctum*] Angelũ videlicet: ut desyderant angeli introspicere in mysteria Dei, 1. Petri 1. 12. *Illi*] id est Christo, sapientiæ æternæ & internoni Patris: nam hæc duo sunt propria personæ Christi epitheta; unum, quòd sapientia est Dei Patris, & arcana illius omnia ab illo apud se habet, tanquam numerata & perfectissimè cognita; alterum, quòd sermo est Dei Patris, & arcana illius prout commodum & tempestivum est angelis suis hominibúsque eloquitur in Ecclesia: quamobrem hic ab Angelo ut inferiore consulitur. Novimus quidem Hhebræam vocem à Judæis aliter accipi, compositionem dirissimam duarum vocum effingentibus, ut deludant verã hujus nominis interpretationem: sed nos rationem habemus tum ipsius veritatis, tum etiam punctorum in hac nostra interpretatione. 14 *Ad me*] non autem ad scitandum Angelum: quia Angelus non sua, sed Danijelis & Ecclesiæ causa rogaverat: ut antè diximus ex 1. Petri 1. 12. *Usque ad vesperum*] id est, futura est funesta hæc calamitas annos sex tres menses & dies fermè octodecim, si in hoc spatio annorum spatio bis intercalaveris. Hoc autem quomodo & quando gestum sit, colligẽdum est ex 1. Machab. 1. 10. nam evenit primùm desolans illa defectio anno cẽtesimo quadragesimo primo Seleucidarum, 1. Machab. 1. 11. in defectione perseveratum est sequente anno, cùm Antiochus Ægyptum occuparet; tertio verò reversus Jerosolyma devastavit, ibidem ver. 21. & suam impietatem produxit usque ad annum cẽtesimum quadragesimum quartum, cujus mense nono die vigesimo quinto repurgatum est templum & cultus instauratus, 1. Machab. 4. 52. *Post vespertinum matutinum*] id est, dies bis mille trecentos, qui περιφρασικῶς à suis partibus nominantur: ut infrà 26. *Tum justificabitur*] id est, præcisè hoc elapso tempore cultus Dei instaurabitur: ut ex 1. Machab. 4. modò ostendimus. 15 *Fuit autem*] id est, angelus stitio ad secundam partem, nempe interpretationem visi: ut diximus in versum 1. *Quasi aspectus viri*] id est, angelus humana specie, qui propterea dicitur Gabriel, id est, vir Dei fortis, versu seq. & infrà 9. 21. 16 *Humanam*] illius videlicet qui occulta in numerato habet, id est, Christi, de quo versu 13. Nam idem Angelis imperat, & interpres est jussorum Dei & promissionũ in Ecclesia. *Inter Ulajum*] id est, inter duas ripas illius fluvii, de quo suprà 2. 17 *Conturbatus*] ut Jechezk. 1. 28. 18 *Tangens me*] id est, recreavit & confirmavit me ab infirmitate mea: ut 1. Reg. 19. 5. & 7. 19 *Ecce ego*] exordium explicationis ad visum superius pertinentis habetur hoc versu; explicatio autem, ceptem sequentibus. 20 *Aries*] de quo ver. 3. & 4. 21 *Hircus*] de quo versu 5. 6. & 7. *Villosus*] id est horribilis, à signo. *Regis Græc.*] id est regnorum, quæ poste à distribuit Propheta. *Rex primus*] Alexander Magnus, qui primus Græcorum Judæam comparavit. 22 *Effracto*] ut suprà versu 8. *Quatuor regna*] Macedoniæ, Asiæ, Syriæ, & Ægypti. Fuit autem regnum illud Syriæ, quod Seleucidarum historici appellant, de quo deinceps Propheta actum est. *Ex sua gente*] id est, non è gente Alexandri (nam totum illius genus duodecim annis intercidit) sed ex lus gentibus singula. *Illius*] Alexandri, quasi dicat viribus imparia. 23 *Procedente autem*] nimirum anno cẽtesimo trigesimo septimo Seleucidarum, ut antè diximus ex 1. Machab. 1. *Istorum*] ac Seleucidarum maximè, à quibus Rex iste ortus est. *Cum defectionem*] de qua 1. Machab. 1. 12. ut versu 14. notavimus. *Rex impud.*] Antiochus Epiphanes, sive Illustris per antiphrasim dictus, quem propterea (Polybio teste) alii vocarunt petulantiæ nomine

bruamini, quasi furiosum dicas. 24 *Non robore ipsius*] id est, non strenuè, sed tantùm impurissima fraude, ut dicitur seq. vers. *Validos*] id est, summos cum infimis: vide 1. Machab. 1. 25. & sequentib. 25 *In tranquillitate*] id est, neque lacessitus, neque lacessens armis: sed pacem simulans tyrannicas cædes exercebit. *Principi principum.*] vide sup. in vers. 11. *Absq; manu*] id est, languore & morbo conficietur ex animi cruciatu, divina vindicta illum persequente, 1. Machab. 6. & 2. Machab. 9. 26 *Visio*] de qua sup. vers. 14. *Occlude*] id est, quasi obseratam & obsignatam recondite in animo tuo, & piis tantùm omnibus confirma; apud istos verò dissimula: ut ostenditur seq. vers. sic Jeschahh. 8. 16. & inf. 12. 4. *Dierum multorum*] nempe ducentorum nonaginta duorum annorum, ab ineunte Persarum dominatu in Babyloniam ad Antiochi Illustris exitium. 27 *Officium Regis*] id est, mihi a Rege imperatum atque impositum. *Quamvis obstupesc.*] id est, dissimulabam optimè affectionem animi mei, atq; ita occlusam in animo meo visionem continebam, prout me facere Deus mandaverat præcedente versu.

CAPUT IX.

Danielem anno liberationis promissæ cogitantem cum animo suo & precibus flagitantem a Deo remissionem peccatorum suorum & popularium, gratiam, misericordiã, liberationem, & restitutionem Ecclesiæ, Deus per Angelum confirmat de proxima liberatione, & eo tandem quam vestigio perducit ad spiritualem liberationem quam Christus per Evangelium abolitis ceremoniis effecit in adventu suo: ac propterea tempora definiens accuratissimè, exponit salutem Ecclesiæ, & Iudæorum contumacium ruinam.

1 ANNO [a] primo [a] Darii filii Assueri ex semine Medorũ, quo factus est Rex in regno Chaldæorum: [a] *Heb.* uno Darjaveschi filii Achasch veroschi.

2 Anno primo regni ejus, ego Danijel consyderans [a] ex libris; numerum annorum quibus fuerat verbum Jehovæ ad Jirmejam Prophetam [b] completas fore vastitates Jeruschalaimorũ, septuagesimum annũ *adesse*, Jirm. 25. 29. [b] *Heb.* completurum vastitatibus.

3 Adhibui faciem meam ad Dominum Deum, quærendo oratione & deprecationibus; cum jejunio, cilicioq;, & cinere:

4 [a] Et orans Jehovam Deum meum, confessus sum; ac dixi, [a] obsecro, Domine Deus fortissime, maxime, & summè reverende, servans fœdus & benignitatem amantibus ipsum & observantibus præcepta ipsius: Deut. 7. 9. & 21.

5 Peccavimus, & perversè egimus, improbeq; fecimus, ac rebellavimus; & quidem recedendo a præceptis tuis & a juribus tuis.

6 Non enim auscultavimus servis tuis Prophetis, qui alloquebantur nomine tuo reges nostros, principes nostros, & patres nostros; ac totũ populum terræ.

7 Penes te, ô Domine, est justitia ipsa, at penes nos pudor faciei, quales est die hoc; penes viros Jehudæ, & penes habitatores Jeruschalaimorum; & penes omnes Jisraëlitas, propinquos & longinquos in omnibus regionibus quò depulisti eos, propter prævaricationem ipsorum qua prævaricati sunt in te.

8 Jehova, penes nos est pudor vultus, penes Reges nostros, penes principes nostros, & penes patres nostros; quia peccavimus in te.

9 Penes Dominum Deum nostrum sunt miserationes & condonationes, [a] quia rebellavimus contra ipsum,

10 Ac non auscultavimus voci Jehovæ Dei nostri; ut ambularemus in legibus ejus quas proposuerat nobis per servos suos prophetas:

11 Sed omnes Jisraëlitæ transgressi sunt legem tuam, idq; recedendo

Levit. 26. & Deut. 28. ut non auscultarent voci tuæ: quapropter effusa est super nos illa execratio & illa adjuratio quæ scripta est in lege Moschis servi Dei, quia peccavimus in eum.

12 Itaq; præstitit unum quodq; verborum suorum quæ loquutus fuerat contra nos & contra judices nostros qui judicabant nos, inducendo super nos malum "magnum: non enim factum fuit *malum* sub toto cœlo quemadmodum factum est contra Jeruschalaima.

13 Quemadmodum scriptum est in lege Moschis, totum hoc malum supervenit nobis; nec tamen deprecati sumus faciem iratam Jehovæ Dei nostri, revertendo ab iniquitatibus nostris, & animum adverterndo ad veritatem tuam.

14 Ideò sedulus fuit Jehova in illo malo quod adduxit super nos: nàm justus est Jehova Deus noster in omnibus factis suis quæ fecit, cùm non auscultaverimus voci ipsius.

15 "Nunc ergo, Domine Deus noster, qui eduxisti populum tuum e terra Ægypti manu forti, & comparasti tibi nomen quale est hoc die: peccavimus, improbè egimus.

e Heb. totas justitias tuas. 16 Domine secundum "totam justitiam tuam summã, avertatur se jam ira tua & æstus tuus a civitate tua Jeruschalaimis, monte sanctitatis tuæ: nam propter peccata nostra & propter iniquitates patrum nostrorum Jeruschalaima, populusque tuus opprobrio *sunt* omnibus circumstantibus nos.

17 Nunc inquam ausculta, Deus noster, orationi servi tui & deprecationibus ejus, & fac ut luceat facies tua super sanctuarium tuum quod desolatum est; "propter Dominum.

18 Inclina, Deus mi, aurem tuã & audi, aperi oculos tuos & vide desolationes nostras, & civitatis "quæ vocata est de nomine tuo: non enim propter "ullam justitiam nostram nos "procidentes deprecamur te, sed propter miserationes tuas amplissimas.

d Heb. super quam vocatur nomen tuum: sic vers. 19.
e Heb. justitias nostras.
f Heb. projicimus deprecationes nostras coram te: sic vers. 20.

19 Domine exaudi, Domine condona, Domine attende & effice, ne tardato: propter te, Deus mi, quia de nomine tuo vocatur civitas tua & populus tuus.

20 "Me autem adhuc loquente, & orante, ac confitente peccatum meum & peccatum populi mei Jisraëlis; & prono deprecante iratam faciem Jehovæ Dei mei pro monte "sancto Dei mei,

g Heb. sanctitatis. 21 Adhuc, inquam, me loquente in oratione, "vir ille Gabriel quem videram in illa visione principiò; jussus advolare "contentissimè, "tetigit me "sub tempus muneris vespertini:

h Heb. cum lassitudine: hyperbole. 22 "Et "informans me loquutus est mecum; ac dixit, ô Danijel, nunc prodii ut "imbuam te intelligentia.

i Heb. faciés intelligere. k Heb. faciã ut percipias intelligentiam. l Heb. Vir desyderiorum: ut inf. 10. 11. 23 "In principio deprecationum tuarum prodiit verbũ, ad quod indicandum venio, quia "desyderatissimus es: quapropter animadverte ipsum verbum, & intellige visionem istam.

24 "Septi-

24 "Septimanæ ſeptuaginta" deciſæ ſunt ſuper populum tuum, & ſu- *m Heb.* deciſum eſt: impersonaliter.
per civitatem "ſanctam tuam "ad cohibendum defectionem illam & ad obſignandum peccata, & ad expiandum iniquitatem,& "ad adducendum juſtitiam ° perpetuam: "idq; obſignando viſionem ac Prophetam,& ungendo ſanctum ſanctorum. *n Heb.* ſanctitatis tuæ. *o Heb.* ſeculorum.

25 "Igitur cognoſcito & intelligito "ab [p] enuntiatione verbi, "de reducendo *populo*, & "de ædificandis Jeruſchalaimis uſque ad Chriſtum "anteceſſorem *fore* "ſeptimanas ſeptem: deinde "ſeptimanas ſexaginta duas [q] rurſus "ædificatâ "platea & foſſa, quæ tempora *erunt* "in anguſtia. *p Heb.* eductione. *q Heb.* revertetur & ædificabitur.

26 "Poſt ſeptimanas autem illas ſexaginta duas "excidetur Chriſtus, ſed "nihil ad illum: nam civitatem ipſam & ipſum ſanctum perdet, "populum anteceſſoris "venturum, "adeò ut finis ei ſit cum inundatione, deniq; uſq; ad finem belli [r] præciſè *bellum* erit deſolationis maximæ. *r Heb.* præciſum deſolationum erit.

27 "Corroborabit verò fœdus multis ſeptimana "una: "in medio autem ſeptimanæ ipſius "abolebit ſacrificium & munus; deinde "per [s] legiones deteſtationũ deſolantes uſq; ad conſummationem eamq; præciſam,per "deſolantes,*inquam*,effundetur deſolatio. *s Heb.* alam deteſtationũ deſolantem: ala pro copiis,metaphoricè: ut Jeſchahh. 8.8.

ANNOTATIO.

1 *Anno primo*] Hujus capitis tres ſunt in univerſum partes: prima eſt, narratio occaſionis qua adductus eſt Propheta ad requirendam & exorandam revelationem propheticam, tribus verſib. ſecunda eſt oratio, uſque ad verſ. 20. tertia denique prophetica revelatio de tempore adventus Chriſti & effectis illius. *Darii*] de quo ſuprà 6. 1. 2 *Ex libris*] tum prophetiarum Jirmejæ quibus annorum numerus fuerat præfinitus, tum hiſtoriis temporum quæ a deportationis initio effluxerant. 4 *Et orans*] hujus orationis quam Danijel adhibet coram Deo ſuo & populatorum ſuorum nomine, duo ſunt præcipua in univerſum capita; prius eſt confeſſio peccatorum, & juſtitiæ Dei peccatores caſtigantis, uſque ad verſ. 14. poſterius, petitio liberationis & gratiæ, uſque ad verſ. 20. quæ duo præpoſtero ordine proponuntur hoc verſ. *Obſecro*] tota hæc confeſſio duobus argumentis nititur; natura Dei, qui gratioſè fœdus ire, miſericordiamque & judicium exercere dicitur: & hominum imbecillitate, quam de ſe & populatoribus Danijel prædicat, ad gloriam Dei confuſione ipſorum illuſtrandam. 9 *Quia rebellavi.*] ἀπιστον hoc oſtendit aut penes Dominum dicantur miſerationes & condonationes eſſe, & ab illo tantùm ſalus exſpectari: nempe quòd homines quamvis ſanctiſſimi ſuæ rebellionis in Deum ſunt conſcii, ac proinde a ſe nihil niſi perditionem ſuam proficiſci agnoſcunt, ſalutem verò contrà ab unica Dei miſericordia; ut inf. verſ. 18. 12 *Magnum*] videlicet quantum non fuerat auditum uſquam, viſum, aut effectum anteà: quod ſignificatur verbis ſequentibus, & confirmatur Lamentationibus Jirm. 15 *Nunc ergo*] tranſitio ad ſecundam orationis partem, per comparationem anteactæ Dei beneficentiæ & præcedentis confeſſionis anacephalæoſin, hoc verſ. 17 *Propter Dominum*] id eſt, Chriſtum mediatorem, qui hæres & Dominus conſtitutus eſt omnium. 20 *Me autem*] tranſitio ad narrationem propheticæ reveleſionis, quæ facta fuit Danijeli, verſ. 22. & ſequentib. 21 *Vir ille Gabr.*] de quo ſup. 8. 16. *Tetigit me*] ut ſup. 8. 18. *Sub tempus*] vide 1. Reg. 18. 29. 22 *Et informans*] hujus revelationis exordium continetur hoc & ſequenti verſ. propoſitio, quatuor ſequentibus. Tota autem eò pertinet ut Danijel intelligat minimè ſibi hærendum eſſe in temporali hac reſtitutione; ſed eam cognoſcat potiùs typum fuiſſe & particulam quamdam æternæ liberationis in Chriſto. Quamobrem pro ſeptuaginta annis captivitatis prædicit ſeptuaginta ſeptimanas annorum commorationis in terra, & regnum Chriſti explicat evidentiſſimè. 23 *In principio*] id eſt, cum primùm cœpiſti orare, mandatum accepi a Deo ut reſponderem tibi. *Deſyderatiſs.*] id eſt, Deo acceptiſſimus. 24 *Septimanæ*] videlicet annorũ, quæ univerſè efficiunt annos quadringentos nonaginta. Eſt aũt hic numerus integer ſive rotundatus pro corrupto poſitus, cùm poſtremæ hebdomadis pars tantùm cõprehendenda fuerit; ut ipſe Danijel temporib. minutatim expoſitis docet verſu ultimo. Quamobrẽ ſi de annis quadringentis nonaginta partem demas hebdomadis ultimæ, comperies annos quadringentos octoginta ſeptem, quos facilè aperteque hac ratione ſupputaveris: Hhezræ hiſtoria ab edicto Cyri eſt annorum quadraginta novem: liber Nechemjæ continet Chronicon annorum ſeptuaginta: Daius ultimus regnavit annos ſex: Alexander Magnus ſex, cuius mors incidit in annũ primũ centeſimæ decimæ quartæ Olympiadis, Arriano teſte & cæteris; Chriſti verò mors anno ultimo ducenteſimæ ſecundæ Olympiadis: quaſi octoginta novem Olympiadum annos ſingulos numerando aſſurgunt anni trecenti quinquaginta ſex. Atq; hos quidem omnes annos ſi in ſummam unicã contraxeris, conſtabunt anni quadringenti octoginta ſeptem, id eſt, hebdomades ſeptuaginta dimidia minus: quam dimidiam conſulto ab Angelo fuiſſe prætermiſſam nõ tantùm brevitatis ergò ſtatuimus, verùm etiam ut eo meliùs per æqualitatem numeri annorum ſeptuaginta qui in deportationẽ conſumptiſſent, numerum quoque ſeptuaginta ſeptimanarum annorum animis piorum commendaret. *Ad cohibendum*] id eſt, ad continendum & confirmandum bonos prædicatione Evangelii ne deficiant a Deo (prout graviſſima, & univerſalis ferè defectio invaſit inde a temporibus Antiochi Illuſtris, de quo ſuprà 8. 13. & ſequentibus) & ad obſignandum, id eſt, tegendum peccata, & ad tollendum expiatione iniquitates electorum: quæ tria gradatim prædicẽtur de Chriſto forenſi quadam ratione: quia ille unus eſt agnus Dei, & propitiatio pro peccatis noſtris. *Ad addu-cendum*] altera pars beneficiorum Chriſti, qui non tantùm peccata adimit; ſed æternam quoque juſtitiam confert omnibus credentibus in ſe. *Idq;*] id eſt, quæ quidem beneficia duo ampliſſima, abolitionis peccatorum, & ju-

ſtitiæ æternæ Chriſtus tunc duobus modis præſtiturus eſt: nimirum prophetia Evangelica, qua viſio, prophetiaque, & miniſterium literæ, mortis, & condemnationis aboletur, ut copiosè explicat Apoſtolus 2. Corinth. 3. & ſacerdotio, quo Chriſtus pontifex noſter, ſanctuarii miniſter, ac veri illius tabernaculi quod fixit Dominus & non homo, per proprium ſanguinem ingreſſus ſemel in ſacrarium æternam redemptionem nobis comparavit, antiquata legali illa & aſpectabili unctione, Hebr. 8. & 9. & 10. 25 *Igitur cognoſces*] ἐργασία & ſingularis explicatio dicti præcedentis, qua Angelus ſeptuaginta hebdomadas diſtribuit in tria tempora, nimirum in ſeptem, in ſexaginta duas, & in unam, quæ fuit ultima. *Ab exitu verbi*] id eſt, ab edicto Cyri, de quo 2. Chron. 36. 22. & Hhezræ 1. quo eodem anno de his rebus omnibus præmonebatur Danijel. *De reducendo*] ex edicto Cyri, cujus modò meminimus. *De ædificandis*] ex mandato Artaxerxis, de quo Nechem. 2. *Anteceſſorem*] id eſt, principem & caput Eccleſiæ, qui regnat in domo Davidis in æternum. *Septimanas ſept.*] id eſt, annos quadraginta novem, in quibus Judæi reduces templum quidem ædificarunt & reſtituerunt cultum Dei; ſed urbem minimè: quapropter hæ ſeptimanæ ſeptem diferendæ ſequentibus ſeponuntur, quemadmodum etiã diſtinguit hiſtoria in libro Hhezræ. *Septimanas ſexag.*] id eſt, quadringentos triginta quatuor annos; qui incipiunt ex quo tempore mandatum Nechemiæ traditum eſt de ædificandis Jeruſchalaimis, & deſinunt ineunte ultima hebdomade qua cœpit prædicare Chriſtus. Horum verò annorum ſupputationem oſtendimus in præcedentem verſum. *Ædificata*] de qua inſtauratione vide Nechem. 3. & ſequentib. *Platea & foſſa*] id eſt, urbe Jeruſchalaimorum intus & foris; periphraſis. *In anguſtia*] quam prædixerant Jechezkel 38. & 39. & Danijel præcedentibus ac ſequentibus capitibus: & obtigiſſe narrant libri Hhezræ, Nechemiæ, & Machabæorum. 26 *Poſt ſeptimanas*] id eſt, ſeptimana ſeptuageſima. *Excidetur Chriſtus*] id eſt, crucifigetur & tradetur morti: ſed tempus magis circumſcribitur ſeq. verſ. *Nihil ad illum*] id eſt, mors ei propterea non dominabitur; ſed perficiet judicia ſua in populum rebellem & contradicentem, in civitatem, & templum: ut ſequenti docent. *Populum anteceſſor.*] id eſt, populum Judææ, qui ſecundum electionem & ſecundum carnem populus erat Chriſti. *Venturum*] id eſt, qui tum futurus eſt, & Chriſtum popularem ſuum in propria ſua venientem minimè omnium recepturus. *Adeò ut finis*] id eſt, adeò ut exundet in eum populum ſeveriſſimum diluvium judiciorum Dei uſque ad internecionem ejus, quod ſequentia verba declarant optimè. 27 *Corroborabit*] id eſt, multos in fidelitate Dei prophetia ſua, ac ſacerdotio, regnoque confirmabit, faciens ut gratia Dei & donum per gratiam quæ eſt unius hominis Jeſu Chriſti, in multos redundet, Rom. 5. 15. *Una*] id eſt, ſeptuageſima (ut antè diximus) qua meuit prædicare. *In medio autem ſeptimanæ*] id eſt, ineunte quarto anno hebdomadis ultimæ. *Abolebit*] unicum unica oblatione ſui ipſius per ſpiritum æternum facta, qua conſecravit in perpetuum eos qui ſanctificantur, Heb. 10. 14. *Per legiones*] id eſt, per copias Romanorum: quæ propterea quòd idolis ſerviebant, dicuntur legiones deteſtationum, hic, & deteſtatio, infrà 12. 11. & quia populum Judæorum multoties cæciderunt ac poſtremò perdiderunt, copiæ deſolantes ſive vaſtatrices appellantur. Atque hunc quidem germanum eſſe utriuſque loci ſenſum oſtendit comparatio locorum novi Teſtamenti, Lucæ 21. 20. cum Matth. 24. 15. & Marci 13. 14. Nam quod apud hos dicit Chriſtus fore ut videant Judæi abominationem deſolationis quæ dicta eſt a Danijele Propheta ſtantem in loco ſancto, ubi non oportet; ſic interpretatur Lucas; cùm autem videritis circumdari ab exercitibus Jeruſchalaim, tunc ſcitote imminere deſolationem ejus, &c. *Deſolantes*] Romanorum copias: ut ſuprà.

Caput X.

Danijel deflens popularium ſuorum in Judæa verſantium calamitates & impeditum Dei cultum, viſione a Deo monetur atque confirmatur bis, antequam futurus Judæorum ſtatus explicetur: deinde verò informatur de conditione Eccleſiæ Judæorum ſub Perſarum, Græcorumq; regno, maximè verò Seleucidarum: quorum tractata ſerie ad Antiochum uſque Epiphanem prædicit illius dolos, maleficia, impietatem, tyrannidemq; maximam; & res ab illo gerendas narrat accuratiſſimè, oſtendens Chriſtum Eccleſiæ præfuturum in mediis calamitatibus, & tandem liberaturum potentia ſua: ac poſtremò Danijele & Angelo poſtulante tempora & momenta rerum prædictarum circumſcribit apertiſſimè.

1 ″ANNO tertio Cyri Regis Perſarum verbum revelatum eſt Danijeli, qui vocabatur nomine ſuo ″Beltſchatzar: ″veritaſque ipſius verbi ac conſtituti temporis magni, & [a] intellectus illius verbi ac intelligentia ipſi *obvenit* eadem viſione.

[a] *Heb.* intelligere ipſum verbum: infinitivus pro nomine.

2 ″Diebus illis; ego Danijel ″fueram [b] in luctu trium ſeptimanarum diebus:

[b] *Heb.* lugẽs.

3 ″Cibum rerum deſyderabilium non comederam, nec caro aut vinum intraverat os meum, nec [c] unguento unxeram me; donec complerentur trium ſeptimanarum dies.

[c] *Heb.* ungendo.

4 Die autem vigeſimoquarto menſis primi; cùm eſſem ad [d] ripam fluminis magni, qui eſt ″Chiddekel:

[d] *Heb.* manum, ſive latus.

5 Sublatis oculis meis vidi, quòd ecce ″vir unus indutus ″veſtibus lineis

neis *aderat*; cujus lumbi accincti erant ᵛ insigni auro Uphazi:
6 Corpus ejus ᵛ simile beryllo thalassio, & ᵛ vultus ejus similis aspectui fulguris, oculique ejus similes tædis [e] ardentibus, & brachia ejus ac pedes ejus ᵛ similes colori æris tersi: sonus autem verborũ ejus similis *erat* ᵛ sono multitudinis.
7 Videbam verò ego Daniel ᵛ solus visionem istam, homines autem qui erant mecum non videbant visionem ipsam: sed trepidatione magna accidente eis, fugerunt [f] ut absconderent se.
8 Cùm itaque relictus essem solus, & viderem visionem maximam istam, ᵛ nõ fuerunt reliquæ in me vires: sed ᵛ decor meus [g] mutatione corruptus est in me, adeò ut non obtinerem vires.
9 Tunc audivi sonum verborum illius; & cùm audirem sonum verborum illius, ego fui oppressus sopore [h] pronus, & facie dejecta in terram.
10 Ecce autẽ ᵛ manus tetigit me; & ᵛ commovit me super genua mea, & palmas manuum mearum.
11 ᵛ Edixitq; mihi, Daniel, vir [i] desyderatissime, consydera verba quæ ego eloquuturus sum tibi, & sta [k] rectus, nam nunc missus sum ad te: cumque loquutus esset mecum verbum istud, constiti tremens.
12 ᵛ Quamobrem dixit ad me, ne timeto Daniel, nam inde a die primo quo applicuisti animum tuum ad ᵛ consyderandum & ad ᵛ affligendum te, coram Deo tuo exaudita sunt verba tua: & ego veni propter verba tua.
13 ᵛ Sed ᵛ Princeps regni Persici ᵛ stetit coram me ᵛ uno & viginti diebus, cùm ecce ᵛ Micaël [l] ᵛ primus e principibus primariis venisset ᵛ ad adjuvandum me: ego ᵛ relictus sum ibi apud ᵛ Reges Persiæ.
14 Jam venio ut edoceam te id quod obventurum est populo tuo ᵛ consequentibus temporibus: nam adhuc visio est de illis diebus.
15 Cùm autem colloqueretur mecum verbis hujusmodi, [n] ᵛ demisi faciem meam in terram obmutescens.
16 Sed ecce ᵛ quasi similitudo [o] humana ᵛ attigit labia mea: tunc aperiens os meum loquutus sum, dicens ad eum qui stabat e regione mei, ᵛ Domine mi hac visione [p] irruerunt dolores mei in me, adeò ut non obtinerem vires:
17 Quomodo ergo poterit servus Domini mei ᵛ hic loqui cum Domino meo illo; cùm in me ᵛ ex hoc tempore, in me, inquam, non constiterint vires, & anima non reliqua sit in me?
18 Pergens itaque tetigit me quasi aspectus hominis, ᵛ & confirmavit me:
19 Ac dixit, ne timeto, vir desyderatissime, pax tibi; confirmare, confirmare inquam: cumq; eo loquente mecum confirmatus essem, dixi, loquatur Dominus meus, quia confirmasti me.
20 Qui dixit, ᵛ nostíne quamobrem venerim ad te? nunc enim ᵛ rever-

[e] *Heb.* ignis.
[f] *Heb.* pro abscondi.
[g] *Heb.* mutavit se in me ad corruptionem.
[h] *Heb.* super faciem meam.
[i] *Heb.* desyderiorũ: sic vers. 19.
[k] *Heb.* in statione tua.
[l] *Heb.* unus: ut sup. 9. 1.
[m] *Heb.* in cõsequentia dierum.
[n] *Heb.* posui.
[o] *Heb.* filiorũ hominis.
[p] *Heb.* obverterunt se.

tor ad pugnandum contra Principem Perſiæ, donec ″me egreſſo ecce Princeps Græciæ adveniat.

21 ″Sed indicabo tibi id quod exaratum eſt in ſcripto [q] veriſſimo: quia ″ne unus quidem eſt qui ſe confirmet mecum ad iſta, niſi ″Micaël princeps ″veſter.

[q] *Heb.* veritatis.

Caput XI.

1 ″Ego ″igitur ″anno primo Darii Medi, ſteti ut ei eſſem confirmationi & robori.

2 ″Jam verò ″veritatem indicabo tibi: ecce ″adhuc tres reges ſtabunt Perſidi, deinde ″quartus ″ditabitur divitiis maximis omnium; & ubi confirmaverit ſe in divitiis ſuis, excitabit ″omnes contra regnum Græciæ.

3 Sed ″obſiſtet ″rex potens; qui dominabitur dominatione ampla, & ageté; pro voluntate ſua:

4 ″Et cùm obſtiterit, ″frangetur regnum ejus, & dividetur ″in quatuor ventos cœli; ″ſed non poſteritati ejus, neque ″ſecundum dominatum ejus quo dominatus fuerit: nam ″evelletur regnum ejus, ut aliis præter ″illos *cedat*.

5 Itaque confirmabit ſe ″Rex ″Auſtri, & alter ex principibus ejus; qui ″confirmabit ſe ſupra illum & dominabitur, dominium amplum *erit* dominium ejus.

6 Et [a] exactis aliquot annis ″conſociabunt ſe; nam ″filia Regis Auſtri ″veniet ad Regem Aquilonis, ad faciendum [b] æquis conditionibus pacem: ſed ″non obtinebit illa vires brachii, ″neq; ipſe conſiſtet cum brachio ſuo; ″ſed tradetur ipſa, & qui adduxerint eam, & qui natus ejus fuerit, & qui confirmaverit eam illis temporibus.

7 ″Poſtea exiſtet e ſurculo ″radicum ejus in ſtatu illius; qui veniens cum copiis ſuis aggredietur munitiones ″regis Aquilonis, ageté; contra eas ita ut occupet:

8 ″Atque etiam deos horum cum ″toparchis ipſorum, cum inſtrumentis [c] deſyderatiſſimis ipſorum, argento, & auro, in captivitatem abducet in Ægyptum: & ipſe annis *multis* ſtabit [d] valentior Rege Aquilonis:

9 Ita veniet in regnum rex Auſtri, ac revertetur in terram ſuam.

10 Sed ″filii illius ″miſcebunt bellum, & poſtquàm collegerint multitudinem, copias amplas, ″veniet [e] ſubinde ″exundabitq; & ″tranſibit: & ″reverſus miſcebit bellum uſq; ad ″munitionem illius.

11 Unde exacerbatus ″Rex Auſtri ″prodibit, pugnabitq; contra illum, contra ″Regem Aquilonis; opponetq; multitudinem magnam, adeò ut tradatur ″multitudo illa in manum ipſius.

12 Itaque ſublata illa multitudine ″extollet animum ſuum; & quamvis ″de-

[a] *Heb.* ſub finem annorum.
[b] *Heb.* rectitudines: ſed nos periphraſi ad evidentiam utimur.
[c] *Heb.* deſyderii ipſorũ.
[d] *Heb.* præ Rege.
[e] *Heb.* veniendo: ſic ℣ſ. 13.

vis dejiciat myriadas, non corroborabitur.
13 Nam reversus Rex Aquilonis constituet multitudinem majorem priore; deinde [f] exactis illis temporibus, id est, annis, veniet subinde cũ copiis magnis & cum facultatibus amplis:
14 Quibus temporibus multi obsistent Regi Austri; filii verò effractores populi tui tollentur stabiliendo visionem, & corruent.
15 Etenim veniens Rex Aquilonis diffundet [g] missilia catapultaria, & capiet civitates munitionum: & brachia Austri non constabunt, nec populus delectuum ejus, nullæ denique erunt vires ad consistendum.
16 Cumq; fecerit qui aggredietur eum pro voluntate sua, nullo obsistente ipsi; stabit etiam in terra decoris, quam consumet manu sua:
17 Deinde disponet faciem suam ut ingrediatur cum robore totius regni sui, & rectis adjunctis [h] sibi, efficietq;: & [i] virginem dabit ei corrumpendo illam, sed non perstabit illa, neq; pro eo erit.
18 Posteà convertet faciem suam ad insulas, capietque multas; cujus reprimens ductor opprobrium, vacuus opprobrio illius regeret in illum.
19 Ita convertet faciem suam ad munitiones terræ suæ; & impingens corruet, ac non invenietur.
20 Et stabit in statu hujus traductor exactoris, *in* decore [k] regio; qui diebus [l] paucis frangetur, quamvis neq; [m] ira, neq; bello.
21 In hujus statu stabit despectus, quamvis non imposuerint ei decorem regium: sed veniens [n] tranquillè usurpabit regnum blanditiis;
22 Et brachiis [o] inundantibus inundabũtur a conspectu ejus, & frangentur; etiamq; antecessor fœderis.
23 Nam ex consociatione sua, cum illo faciet dolum; nã ascendens roborabit se cum parva gente.
24 Tranquillè etiam opima loca provinciæ invadet, facietq; quod non fecerant patres ejus & [p] majores ejus; prædam, spoliumq;, & facultates illis dispergeт, & contra munitiones cogitabit cogitationes suas, eaq; ad tempus usq;.
25 Posteà excitabit vires suas [q] animumq; suum contra Regem Austri, qui miscebit se bello copiis magnis & validis admodum; sed non consistet, quia cogitaverint contra eum cogitationes.
26 Nam comedentes portionem cibi ejus frangent eum, cùm exercitus illius exundabit; & concident confossi multi.
27 Tunc utrorumq; regum istorum animus erit malefaciendi, & in mensa eadem mendaciũ loquentur: sed non prosperabitur illud, quia adhuc *supererit* terminus constituto tempori.
28 Itaque redibit in terram suam cum facultatibus magnis, & animo suo contra fœdus [r] sanctum; quod cùm fecerit, revertetur in terram suam.

[f] *Heb.* sub finem illorũ temporũ.
[g] *Heb.* catapultam: metonymia.
[h] *Heb.* secũ.
[i] *Heb.* filiam mulierum.
[k] *Heb.* regni.
[l] *Heb.* unis.
[m] *Heb.* iris.
[n] *Heb.* in trãquillitate: sic vers. 24.
[o] *Heb.* inundationis.
[p] *Heb.* patres patrum.
[q] *Heb.* cor: sic deinceps.
1. Machab. 1. 19.
[r] *Heb.* sanctitatis: sic deinceps.

29 "Constituto tempore 'rursus invadet "Austrum: sed "non erit ut

s Heb. revertetur & invadet.

prior *expeditio*, aut ut posterior.

30 Venientibus enim contra eum navibus "Cittæis "dolore afficietur, 'rursusq; indignabitur contra fœdus sanctum atq; efficiet; reversus

t Heb. & revertetur & indignabitur.

enim "animum adhibebit ad eos qui dereliquerint fœdus sanctum:

31 "Et brachia ab ipso stabunt; prophanabuntque "sanctuarium, "& munitionem, & amovebunt "jugem cultum, imponentque "detestationem desolantem.

32 "Ut improbè agentes in fœdus "contaminet blanditiis: & populũ cognoscentium Deum suum prehendant, sicut facient.

33 Ita erudientes populum, instruentes multos; corruent gladio, & flamma, captivitate, & direptione diebus multis:

34 Et corruendo "adjuvabuntur adjumento parvo, quia adjungent se ipsis multi blanditiis.

35 "Ex ipsis autem erudientibus corruent, ad conflandum eos, & ad purificandum, & ad dealbandum, usq; ad tempus "determinatum: quia

u Heb. termini.

adhuc *supererit terminus* constituto tempori.

36 "Nam faciet pro voluntate sua iste Rex, & extollet se, ac magnificabit se supra omnem Deum fortem, etiam supra [x] Deum fortissimum

x Heb. Deũ fortem deorum fortũ.

omnium, loquens mirabilia: & prosperabitur, usq; dum "consummetur indignationem, dum id quod fuerat "præcisum efficiatur.

37 "Ne ad deos quidem majorum suorum attendet, neq; ad desyderium fœminarum, neq; ad ullum Deum attendet; sed supra omnes magnificabit se:

38 Et quod ad "Deum [y] summi roboris, in sede ejus honorabit; honorabit, inquam, "Deum quem non agnoverint majores ejus auro, & argento, & lapidibus pretiosis, ac rebus desyderatissimis.

y Heb. roborum: sic ver. 39.

39 [z] Cõmittensq; "munitiones *Dei* summi roboris Deo alieno; "quos agnoverit, *hos* augebit gloria & dominatores faciet in multos, ac terrã partietur pretii loco.

z Heb. faciens munitionib. roborũ cum Deo alieno.

40 "Sub tempus autem finis, confliget contra eum "Rex Austri, "irruetq; ut turbo in illum "Rex Aquilonis curribus, equitibusq;, & classibus amplis; & ingressus regiones "inundabit & transibit.

41 "Deinde regredietur in regionem decoris, cùm multæ corruerint: hæ autem "eripient se e manu ejus, Edomæa & Moabitis, ac "præcipua

a Heb. principiũ filiorũ Hhammonis.

Hhammonitarum.

42 "Cùm autem extendet manum suam in regiones, etiam terra Ægypti non [b] evadet:

b Heb. erit evasioni.

43 Sed dominabitur in recondita auri, & argenti, & in omnia desyderatissima Ægypti: "Libyesq; & Æthiopes [c] comitabuntur gressus ejus.

c Heb. ad gressus ejus *erunt.*

44 Sed rumores conturbabunt eum "ab Oriente, & "ab Aquilone: quamobrem "exibit cum æstu iræ magno, ad perdendum & ad internecionem devovendum multos:

45 "Et

45 "Et[d] figet tentoria palatii sui inter "maria in monte decoris[e] sancti: cumq; venerit "ad finem suum, nullus erit auxilio ei.

d *Heb.* plantabit.
e *Heb.* sanctitatis.

CAPUT XII.

1 "TEMPORE autem illo, "astante Micaële principe illo maximo qui stat pro [a] "populatibus tuis, cùm fuerit tempus angustiæ qualis nō exstiterit ex quo fuit gens usq; ad tempus istud; tempore *inquam* illo "eripietur populus tuus, "quisquis inventus fuerit scriptus in libro illo.

a *Heb.* filiis populi tui.

2 Tandemque "multi ex dormientibus [b] in pulverulenta terra expergiscentur; hi ad vitam [c] æternam, illi ad opprobria & contemptum æternum:

b *Heb.* terræ pulveris.
c *Heb.* seculi; sic deinceps.

3 Et erudientes splendebunt quasi splendore expansi; & justificantes multos, ut stellæ in sempiterna secula erunt.

4 "Tu verò Danijel occlude hæc verba, & obsigna hunc librum ad tempus [d] determinatum usq;: "percurrent multi & augebitur cognitio.

d *Heb.* termi nis: sic vers. 9.

5 "Tum videbā ego Danijel, quòd ecce duo "alii adstabant; unus hinc ad ripam rivi, & alter inde ad ripam ejusdem rivi.

6 Quo dicente ad "virū indutum vestibus lineis, qui erat supra aquas ipsius rivi: "quousq; terminus erit horum mirabilium?

7 Audivi virum indutum *vestibus* lineis qui erat supra aquas ipsius rivi, qui extulerat dexteram suam & sinistram suam versus cœlos, juratem per viventem in æternum; "post constitutum tempus, constituta tempora, partēq; *temporis*, & cùm "absolvet dissipare [e] "vires populi [f] sancti, fore ut absolvantur omnia ista.

e *Heb.* manū: ut Deu. 32. 36.
f *Heb.* sanctitatis.

8 Cumq; ego audiens non intelligerem; dixi, Domine mi, quis finis futurus istorum?

9 Qui dixit, "abi Danijel; nam occlusæ sunt & obsignatæ hæ res usq; ad tempus determinatum.

10 "Purgabuntur, dealbabuntur, & conflabuntur "multi; "improbè quidem agent improbi, nec animadvertent ulli improbi: sed eruditi animadversuri sunt.

11 A tempore autem quo ablatus fuerit "jugis *cultus*, & posita "detestatio desolans; "dies erunt mille ducenti nonaginta.

12 "Beatus qui præstolabitur & perveniet, ad dies mille trecentos triginta quinq;.

13 Tu autem "abi ad terminum ipsum; id est, quiesce ac persta in sorte tua ad terminum usq; dierum.

ANNOTATIO IN CAPVT X.

1 *Anno tertio*] Cùm tria hæc capita sint communi argumento, ut res ipsa docet evidentissimè; idcircò placuit ea simul conjungere. In hac igitur prophetia continentur ista: primùm inscriptio prolepticè omnes partes prophetiæ ipsius explicans, hoc vers. deinde narratio quî se comparaverit Danijel, & Deus visionem illi obtulerit, hoc capite

reliquo; tertium, propositio verbi verissimi, & longi illius temporis ad probationem Ecclesiæ constituti, rerumque singularium quæ per illud tempus fuerant eventuræ, capite 11. & quatuor primis versib. capitis 12. quarum, explicatio intelligentiaque illius verbi & temporis constituti, inde ad finem usq; prophetiæ: quæ omnia (ut diximus) paucissimis verbis in hac inscriptione ponuntur. Quod autem anno tertio Cyri revelatio hæc facta est Danijeli, non temere factum est: cùm enim anno secundo ex quo venerant Judæi Jerusalaima ad domum Dei, secundo mense cœpissent curare ædificationem templi Dei, Hhezræ 3. 8. non dubium est quin eodem anno adversarii intercesserint ne opus illud Dei promoveretur. Quamobrem oportuit tum ætatem illam, tum pòst venturas generationes adversus illud malũ præeuntibus visionibus, revelationibus, signis, & monitis sanctissimè confirmari, & adversus alia quoq; incommoda, periculaque Judæis eventura armari Ecclesiam per spiritum Dei & prædictiones hujusmodi, velut certissimas futuras testes infinitæ illius & ineluctabilis providentiæ, paternæque Dei benevolentiæ erga Ecclesiam. *Belteschatzar*] vide sup. 1.7. & 4.8. *Veritas*] id est, verbum, & revelatio verissima factorum & temporum quibus Deus suum opus erat effecturus ab eo tempore in longinquum. 2 *Diebus illis*] videlicet anno tertio ineunte, ut apparet ex vers. quarto. Hujus autem narrationis partes sunt hæ: occasio visionis a Deo oblatæ, nempe sollicitus Danijelis animus, vers. 2. & 3. visionis genus, versu quarto & duobus sequentibus; audientium, & videntis Danijelis consternatio, vers. 7. & duobus seq. ac postremò confirmatio signis, verbis, & opere Danijeli facta atque repetita; reliquo capite. *Fueram in luctu*] propterea quòd ne Judæis quidem reducibus fausta erant & secunda omnia; sed opus templi mandato Cyri inchoatum per Cambysen emissarios què ipsius aulicos Judæis infensos interrumpebatur, & jamque planè desierat. 3 *Cibum*] id est, corpori non indulgebam; sed macerabam ipsum jejunio, ut hac ratione corpus communicaret afflictionibus cum fratribus meis, & animus eo liberior & promptior ad Deum accedendum esset. 4 *Chiddekel*] id est, Tigris: ut Genes. 2. 14. 5 *Vir unus*] id est, Christus specie viri, ut apparet ex Danijelis verbis infrà 12. 6. & 7. *Vestibus lineis*] id est, splendidissimis; quales a regibus, potentioribus, sacerdotibusque sere- bantur. *Insigni auro*] id est, cingula ex auro præstantissimo: metonymia: vide Jirm. 10. 9. 6 *Simile beryllo*] id est, cœlesti colore atque cœruleo. *Vultus ejus*] rutilans & coruscus, ut Jechezk. 1. 27. *Similes colori*] id est, scintillantes purissimè: ut Jechezk. 1. 7. *Sono multitud.*] vide Jechezk. 1. 24. 7 *Solus*] ut cui soli Deus aperiret oculos ad visum percipiendum, quemadmodum Paulo Actor. 9. 8 *Non fuerunt reliquæ*] id est, penè exanimatus sum præ visionis amplitudine, & tenuitate mea. *Decor meus*] id est, ita expallui & formam hominis viventis amisi, ut cadaver magis viderer esse quàm homo vivens. 10 *Manus tetigit*] ut sup. 8. 18. *Commovit me*] id est, aliqua expavi te erexit me perculsum & prostratum metu. Atque hic primus confirmationis gradus. 11 *Edixit*] secundus confirmationis gradus. 12 *Quamobrem*] tertius confirmationis gradus, cùm erecto corpore animus erigitur. *Consyderandum*] id est, animadvertendum mala præsentia, quibus populus Dei prægravatur. *Affligendum*] vide Levit. 16. 29. 13 *Sed princeps*] Cambyses qui Cyro in expeditionem exteram profecto tenebat regni gubernacula. Est autẽ hoc & sequente versu præcedentis explicatio per occupationẽ: miraberis fortasse, inquit Angelus, quid sibi hoc velit, te inde ab eo tempore exauditũ esse, & tamen responsum accipere post tantum dierũ numerũ: sed (inquit) duo sunt quæ ad tui exauditionem pertinent; unum, ut ex consilio Dei prospiciatur de impedimentis quæ ab hostibus Ecclesiæ offeruntur; alterum, ut consilium Dei quo rebus Ecclesiæ adversantibus prospexerit tibi exponatur ad ædificationem illius. Ac consilium quidem Dei in Christo his diebus omnibus prospexit impedimentis quæ a Persarum Regibus afferuntur, eumque velut in jus perduxit me administro, ut de consiliis & factis ejus præsentibus ac futuris cognoscerem, hoc versu. Nunc demum verò cognitis & curatis rebus huc mittor ad consilium totum Dei tibi explicandum, prout fit deinceps. *Princeps*] id est, Cambyses filius Cyri. *Stetit coram*] id est, quasi in jure, aut judicatu fo- ro comparuit, ut de consiliis & factis ipsius cognoscerem & statuerem autore Christo. *Uno & viginti*] id est, tribus illis hebdomadibus, de quibus sup. 2. & 3. *Micael*] Christus, sic appellatus voce composita, quasi dicas, qui pareat aut æqualis ipsi Deo forti, quemadmodum loquitur Apostolus scribens ad Philippenses. *Primus*] id est, princeps angelorum; qui cum principibus humanis comparati optimè dicuntur principes primarii, quemadmodum etiam appellantur imperia ac potestates in cœlis, Ephes. 3. 10. *Ad adjuvandum me*] id est, informandum, confirmandumque ad perficiendam hanc administrationem meam. *Relictus sum*] videlicet illis uno & viginti diebus. *Reges Persiæ*] id est, Cambysem cum primoribus & consiliariis regni. 15 *Demisi faciem*] vide sup. 8. & 9. Est autem inde ab hoc versu narratio occasionis ex qua Danijelem a Deo oportuit de integro confirmari, ad finem usque. 16 *Quasi similitudo*] id est, Angelus Gabriel, qui nominatus est sup. 9. 21. *Attigit*] ut sup. vers. 10. *Dominemi*] exculatio est Prophetæ a minore: si sola hac, inquit, visione oblata tam graviter affectus sum, sup. vers. 8. & 9. quanto magis afficerer colloquio hoc quod instituis mecum? 17 *Hic*] emphasis. quasi dicat, qui tantulus sum & tam imbecillis: ut contrà Dominum vocat illum, id est, tantum, tam præstantem, & admirabilem. *Ex hoc tempore*] ex quo mecum cœpisti colloquium instituere. 18 *Et confirmavit*] adeò ut non starem tremens, ut factum fuerat in priore confirmatione, sup. 11. 20 *Nosti'ne*] prolepsis sive propositio summa totius prophetiæ, primùm universè de regnis, hoc versu; deinde verò de singulari illorum administratione, seq. vers. quæ omnia seq. capite (ut diximus) suo ordine exponuntur. *Revertor*] id est, discedam a te; ut quemadmodum antè cognovi de constitutione regni Persidis & curavi eam, sic in posterum contrà faciam, & oppugnem reges Persidis. *Me egresso*] ad adducendum Alexandrum Macedonem, qui princeps Græciæ appellatur. 21 *Sed indicabo*] id est, jam verò tranſibo ad singularem aliquam explicationem eorum quæ modò dicta sunt, prout relata est in consilium Dei: quod cum scripto verissimo comparatur ex usu forensi. *Ne unus quid.*] id est, solus Christus stat ab Ecclesia sua; quam totus mundus infestat, sed ab eo ut justo principe adversus omnes etiam inferorum portas defenditur. *Micael* ut sup. vers. 13. *Vester*] id est, Judæorum tuorum popularium: quo sensu dicitur alibi servator corporis sui & caput Ecclesiæ.

In Caput XI.

1 *Ego igitur*] Tertia pars prophetiæ, ut diximus sup. 10. 1. qua exponit Angelus primùm quid sibi faciendum & decendum fuerit mandatum de regno Persico, duobus versibus; secundò de Macedonico, duobus alteris; tertiò de Seleucidarum regno & perpessionibus Ecclesiæ, usque ad caput duodecimum: ac postremò de confirmatione priorum in perpessionibus per prophetiam & promissiones Dei; quatuor primis versibus capitis duodecimi. *Igitur*] id est, ut intelligas quod modò perstrinxi paucis, vers. 20. & 21. præcedentis capitis, hæc quæ geruntur & in posterum gerenda sunt, ita se habere planè ex voluntate consilioque Dei, & meo ac angelorum ejus ministerio. *Anno primo*] id est, inde ab eo tempore quo monarchia Babylonica fuit a Medis & Persis occupata, versor in monarchiæ Persicæ administratione, ipsam protegens & regens ex decreto Dei, prout ex usu est Ecclesiæ. 2 *Jam verò*] nimirum cùm non modò administrationis curandæ munus accepi a Domino; sed etiam recens ad verba tua explicanda & ipsorum mandata Ecclesiam missus sum, sup. 10. 11. & sequentibus. *Veritatem*] eam videlicet quæ exarata est tanquam scripto in consilio Dei, sup. 10. 21. *Adhuc tres reges*] videlicet a Dario Medo qui nominatus est præcedente versu. Sed autem illo

autem illi, Cyrus, Cambyſes Cyri filius, & Darius Hyſtaſpis. *Quartus*]nempe Xerxes, qui primùm terror fuit appellatus Græciæ, poſteà verò ludibrium. *Ditabitur*]tum illis quas Darius pater congerebat ex tributis provinciarum, qui propterea caupo regni ſui dicebatur, ut annotavimus Eſter 10.1.tũ illis quas ipſe Xerxes provinciis ad quas progrediebatur imperabat, cùm in expeditione eſſet. *Omnes*]tum populos Orientis, tum verò poſteros ipſius; qui hæredes fuerunt ejuſdem belli, & ruinam ſibi ex eo accerſiverunt, ut explicant duo ſequentes verſus. 3 *Obſiſtet*] id eſt, hic ſtabit, & proſternet Perſas. *Rexpotens*]Alexander Macedo, cognominatus Magnus. 4 *Et cùm obſtit.*]id *eſt, fractis Perſis, per ſeptennium monarcha vixerit. Frangetur*]ut prædictum fuerat, ſup.2.44. & 7.6. *In quatuor ventos*]id eſt, ſecundum quatuor plagas ſeu regiones cœli dirimetur in regna quatuor. Nam Seleucus Nicanor obtinuit primùm Babyloniam ab Oriente, Caſſander Macedoniam ab Occidente, Antigonus Aſiam minorem a Septentrione, & Ptolemæus Lagi filius Ægyptum a Meridie. *Sed non*]nam Alexander & Hercules filii Alexandri Magni brevi tempore ſine liberis extincti ſunt: ut diximus ſup. 7.6. *Secundum domin.*]id eſt, longè impari ac minimè comparanda dominatione. *Evelletur*]id eſt, tolletur funditus, ſive radicitus. *Illos*]videlicet poſteros & neceſſarios Alexandri Magni. 5 *Rex Auſtri*]id eſt, Ptolemæus Lagi filius: nam tantùm eos reges perſtringit Prophe-ta, quorum tyrannide populus Dei afflictus eſt; e quibus hic fuit primus ab Alexandro Magno, qui Jeruſchalaima do-lo cepiſſe, & captivos quamplurimos abduxiſſe legitur apud Joſephum lib. 12. Antiquitat. Judaic. cap. 1. *Auſtri*]id eſt, Ægypti, quæ ratione Judææ ad Auſtrum ſita eſt, ut diximus verſ. 4. *Et alter*]id eſt, Ptolemæus Philadelphus, ſe-cundus Rex Ægypti ex ſerie hac. *Confirmabit ſe*]id eſt, amplius dominium obtinebit quàm pater. 6 *Conſociabunt ſe*]id eſt, fœdus inibunt ſancientque matrimonio Rex Ægypti Ptolemæus Philadelphus, & Rex Syriæ Antiochus Theos Antiochi Soteris filius, & nepos Seleuci Nicanoris, a quo dictum eſt Seleucidarum regnum. *Filia Regis*]Bernice (quam alii ad euphoniam Berenicen, & Beronicen vocant) Ptolemæi Philadelphi filia. *Veniet ad regem*]id eſt, nubet Antiocho Theo regi Syriæ; qui ad hanc ducendam, & conſtituendam (ut ſibi videbatur) pacem, juſtam uxorem Laodicen repudiavit, ex qua binos liberos ſuſtulerat. *Non obtinebit*]id eſt, non poterit Bernice efficere ut fœdus initum & matrimonio ſuo confirmatum permaneat integrum & inviolatum: vide ſup. 2.43. *Neq; ipſe conſ.*]id eſt, neque Antiochus Theos (qui Bernicen duxerit quaſi brachium ad firmandam & continendam pacem cum Ptolemæo initam) conſtabit ſibi, & hoc velut brachium retinebit; ſed Laodicen repudiatã recipiet: quam ob cauſam Antiocho Theo adhuc ſuperſtite Ptolemæus Evergetes filius Philadelphi bellum inſtauraturus eſt. *Sed tradetur*]Bernice videlicet in poteſtatẽ hoſtium; adeò ut a Seleuco Callinico privigno ſuo occidatur cum toto comitatu, cum filio, & cum aſſeclis omnibus ipſius. 7 *Poſteà*]id eſt, in ſtatum Ptolemæi Philadelphi ſuccedet Ptolemæus Evergetes Bernices frater. *Regis Aquilon.*]id eſt, Seleuci Callinici, qui Rex erat Syriæ. 8 *Aræ ſtiam*]id eſt, Syriam totam opibus ſpoliabit, quas in Ægyptum deportet; unde comparatum eſt ei Evergetæ nomen. *Toparchis*]qui obſides dati ſunt & accepti, ut caveretur de obſequio & fide totius Syriæ. 10 *Filii illius*]Seleuci Callinici, quem antè nominavimus: quorũ nomina ſunt Seleucus Ceraunus, & Antiochus Magnus. *Miſcebunt bellum*]id eſt, inſtituent bellum contra Evergeten, ut debellent duces ab eo in Syria conſtitutos: qua in expeditione Seleucus Ceraunus anno tertio regni occiſus eſt. Hæc quia variè ab hiſtoricis tradita ſunt, maluimus Polybium autorem ſequi: apud quem libro ſecundo legimus per idem tempus Ptolemæum Evergeten & Seleucum Ceraunum vita defunctos eſſe. *Veniet ſubinde*]videlicet Antiochus Magnus, poſtquam occubuerit Seleucus Ceraunus frater. *Exundabit q;*]id eſt, ſummo impetu, ſummaque vi, & frequentiſſimis incurſionibus occupabit Syriam & Judæam. *Tranſibit*]videlicet Raphiam uſque, in fines Ægypti. *Reverſus*]in poſſeſſionem ademptam a Rege Ægypti. *Munitionem*]Raphiã, quam modò nominavimus. 11 *Rex Auſtri*]Ptolemæus Philopator filius Evergetæ, quem hiſtorici per antiphraſin amantem patris dictum fuiſſe docent, eo quòd parentes necaverit: etſi Polybius Evergeten hujus patrem morbo ſcribit conſumptum eſſe. *Prodibit*]anno quarto Antiochi Magni. *Regem Aquil.*]videlicet Antiochum Magnum, cujus copiæ a Philopatore fuſæ, & Syria recepta eſt. *Multitudo illa*]id eſt, exercitus Antiochi in manũ Philopatoris. 12 *Extollet*]Ptolemæus Philopator ſecundis rebus diffluens. *Dejiciat*]id eſt, homines infinitos ex populo Dei cruentiſſima morte afficiat inſolentiſſimè: vide librum tertium Machabæorum, & Joſephum lib. 12. Antiquit. Judaic. cap. 3. 13 *Rex Aquilon.*]idem Antiochus Magnus reſtitutus in poſſeſſionem Syriæ. *Exactis illis*]id eſt, mortuo Philopatore, cui ſucceſſit puer Ptolemæus Epiphanes. 14 *Multi obſ.*]id eſt, bona pars Judæorum, qui a lioqui toto hoc bellorum tempore erant in multas factiones ſciſſi, teſte Joſepho libro 12. Antiq. Judaic. cap. 3. *Obſiſtent*]adjungentes ſe Antiocho contra Philopatorem. *Filii verò*]id eſt, præfracti contemptores Dei, qui ab obſequio Dei per Philopatoris artes fuerint abrepti: de quibus vide Machab. 3. *Tollentur*]a vindice Antiocho Ægyptum occupaturo, ut dicitur ſeq. verſ. *Stabiliendo viſ.*]cùm Deus hanc viſionem præſtabit atque efficiet, quæ his verbis exponitur. 15 *Diffundet*]id eſt, obſidebit, expugnabit, occupabitque Ægyptum. *Brachia Auſtri*]id eſt, duces & copiæ Ægyptiorum: ut Jechezkel. 31.2. & ſequentib. 16 *Qui aggredietur*]Antiochus Magnus, ut antè dictum eſt. *In terra decoris*]vide ſup. 8.9. Hæc autem intelligenda ſunt de calamitatibus quibus affecta eſt Judæa propter ambitionem & avaritiam ſacerdotum inter ſe concertantium. 17 *Deinde*]id eſt, poſtquàm Judæa malè affecta eſt, maximaque conſilium redintegraverit de repetenda Ægypto, partim copias maximas adhibebit, partimque fraudes. *Et recti*]id eſt, maximarecti æqui & boni ſpecie, qua circumveniret Ptolemæum Epiphanem. Fuit autem ſpecies illa conſociatio matrimonii, de quo verbis ſequentib. *Efficietq;*]nempe militare aliquid, Ægyptum callidè tentans & aliquò uſque occupans: ſed re non ita feliciter ſuccedente conſilium inibit matrimonii. *Virginem*]Cleopatram filiam Antiochi Magni; quam non ſuccedentibus technis Antiochus Ptolemæo Epiphani elocavit, ut circumveniret eum. *Corrumpendo illam*]id eſt, corruptiſſimis ac perditiſſimis conſiliis illam imbuendo, ut maritum illius futurum perderet. *Non perſtabit*]videlicet in conſilio primùm cum patre inito, id eſt, non ſtabit a partibus patris, ſed adjunget ſe viro: ut ſequentia verba explicant. 18 *Ad inſulas*]id eſt, regiones longinquas & diſſitas mari, tam inſulas quàm continentes regiones, ut Cyprum, Phoceam, Samum, Rhodum, Colophonem, Eubœam, &c. *Ductor*]id eſt, dux. 19 Rex aliquis ſingularis, ſed adminiſter Romanæ Reipub. Marcus Acilius conſul, Livius prætor, & Lucius Scipio. *Opprobrium*]id eſt, dedecus illatum Romanorum reipub. tum multarum urbium in Aſia minore, mari Mediterraneo, Græciaque occupatione, tum contumeliis in Romanos importatis. *Vacuus op.*]hoc eſt, cùm reſarciverit antiquum opprobrium, recuperatis rebus, & vindicatis probris. *Regeret*]id eſt, multabit illum probroſa amiſſione patris alicujus regni: nam ultra Taurum montem ſe recipere coactus eſt ignominiosè. 19 *Ita convertet*]id eſt, reflectet ſe in regnum ſuum, & tanquam imbellis munitionibus ſe ſe continebit. *Impingens*]tumultuariè a ſuis inductus ad defenſionem templi concurſantibus, quod ſpoliaturus erat Antiochus. 20 *Traductor*]id eſt, Seleucus, qui Philopator & Soter dictus eſt: periphraſticè autem nominatur traductor exactoris, tum propter infamẽ illius avaritiam qua totum ditionis ſuæ agrum infeſtabat atrociſſimè, tum verò propter ablegationem Heliodori Jeruſchalaima, de qua 2. Machab. 3. *Paucis*]videlicet poſtquàm contra Judæos a Simone exacerbatus Heliodorum tranſmiſerit, prout apparet ex 2. Machab. 4. *Neq; ira*]id eſt, non apertis odiis, aut aperto marte; ſed veneno per Heliodorum quæſito in gratiam fratris Antiochi, de quo ſeq. verſ. 21 *Deſpectus*]id eſt, Antiochus Epiphanes, ſive Il-

lustris & nobilis per antiphrasin dictus: quamobrem hîc ex rei veritate despectus sive contemptus appellatur, ut Graeci annominantes vocarunt Epimanem, id est, furiosum. *Quamvis non imp.*] id est, qui ipse invadet & occupabit regnum Seleuco fratre occiso, filiolo ejus dejecto, & Demetrio quamvis majore natu circumvento. *Blandimentis*] id est, blandis & Demetrium Seleuci fratris filium hæredem justum fallebat, & populi simplicitate abutebatur, tanquam ipsi Regem se ipsum, sed pro Rege haberi vellet administratione tutelæ. 22 *Brachiis inundantibus*] id est, repentinis illius copiis opprimentur, tanquam aquis exundantibus, ii qui noluerint ipsi imponere decorem regium. *Antecessor*] id est, Seleucus Philopator frater ipsius, qui novas res cogitans fœdus cum Antiocho Epiphane fratre iniverat, cùm adhuc obses Romæ detineretur: Seleucus enim ad Romanos obsidem misit Demetrium filium suum ut Antiochum fratrem liberaret; quem sibi novi fœderis necessitudine conjunxerat, ut in Ægyptum communi consilio involarent, specie adjuvandi Physconem contra Ptolemæum Philometora. 23 *Ex consociatione*] id est, specie illius necessitudinis quam modò diximus, dolos nectet contra fratrem Seleucum Philopatora, & per Heliodorum eum tollet dolo, antequàm in Syriam veniat. *Ascendens*] in Syriam. *Roborabit se*] id est, primùm confirmabit se ciliatis amicis, clientibus, & oppidis dolosè in regno Syriæ, quasi tutorem ageret, & Demetrio fratris filio (qui obses apud Romanos erat) consuleret. *Parva gente*] id est, exiguo comitatu. 24 *Tranquillè*] exegesis præcedentis versus. *Faciet*] id est, militem stationarium in munitionibus collocabit, quem corrumpet muneribus & obsequiis ut sibi. *Cogitabit*] id est, jam tum consilia inibit de occupanda firmandaque sibi Syria: quæ consilia per annum integrum cum animo suo fabricata perficiet, ut Demetrium hæredem justum regni hæreditate spolietur: fuit autem hic anno primo quo regnavit Antiochus, id est, 137 anno Seleucidarum, 1. Machab. 1. 11. 25 *Postea*] quàm fuerit firmata Syria, id est, anno secundo regni sui, ut modò diximus. *Regem Austri*] Ptolemæum Philometora. *Movebit se bello*] autoribus & consulentibus potissimum Eulaio & Lenæo, qui studebant partibus Philometoris. *Non stabit*] id est, fundetur inter Pelusium & Casium montem. *Cogitaverunt*] id est, consiliis proditoriè cum Antiocho initis. Nam & ipsi Ægyptiorum proceres communicaverint, ut exponitur seq. vers. 26 *Comedentes port.*] id est, intimi, qui ordinariè a consiliis erunt Philometori. *Illius*] videlicet Antiochi irruentis in copias Philometoris. 27 *Tunc mirabitur*] videlicet cùm fuso Ptolemæo Philometore, & bona Ægypti parte occupata, ad instituendam pacem conveniente. *Illud*] videlicet quòd uterque illorum dolosè in focium suum machinabitur, quia aliter videbitur Deo antiquo populorum, & tempora occasionesque singulas dispensanti arbitratu suo. *Constituto tempori*] de quo inf. vers. 29. *Rediit*] vide 1. Machab. 1. 21. & 2. Machab. 5. 11. *Contra fœdus*] id est, exacerbato contra Deum, contra populum ipsius, contra fœdus tabulasque fœderis, contra legem, & contra cultum universum Dei. *Quod cùm*] id est, quamvis animi sui libidinem cùm perfecerit atrocissimè in Ecclesia Dei, &c. vide 1. Machab. 1. 17. 29 *Constituto tempore*] id est, post biennium, cùm Ptolemæus Philometor cum Physcone fratre reconciliatus auxiliares Romanorum copias postulasset. *Austrum*] id est, Ægyptum. *Non erit*] id est, non ita succedet ut priore expeditione, de qua vers. 25. aut posteriore, de qua vers. 40. 30 *Cittæi*] Cilicibus, ac potius Romanis, quæ in Ciliciæ portubus ferè servabantur: ut mari Mediterraneo omnibus ex partibus imperarent: vide Genes. 10. 4. *Dolore affic.*] per Caium Popillium Lænatem, qui a Romanis in Ægyptum legatus missus est. *Animum adhib.*] id est, attendet ad consilia Jasonis, Menelai, & aliorum apostatarum, ut populum Dei infestet. 31 *Et brachia*] id est, copias maximas habebit, per quas vim, dædæ afferet inhumanissimè; ut exponitur novem versib. *Sanctuarium*] ingrediendo, contrectando, exportando, & distribuendo res sacras illius, 1. Machab. 1. 23. & 2. Machab. 5. 15. *Et munitionem*] id est, Jerusalaima cædib, fortificationibus, & præsidiis Judæorum, ac nefando, ibidem. *Jugem cult.*] vide sup. 8. 11. *Detestationem*] id est, militem detestandum, qui delectet magis ac magis cultū Dei, in stativis collocabunt: vide sup. 9. 27. 32 *Ut improbe*] id est, stationarium illum militem propterea Jerusalaimis & per Judæam collocabunt, ut malos apostatas foveant, & bonos crudelissimè persequantur. *Examinet*] id est, in hypocrisi ipsorum confirmet, obduretque magis ac magis. 34 *Adjuvabuntur*] id est, perpaucos habebunt adjutores, & plerosque ex iis hypocritas, qui linguâ tenus ac nō opere miseros Dei servos adjuvabunt: quorum rerum exempla in libris Machabæorum exstant quamplurima. 35 *Ex ipsis*] occupatio, quam Angelus adhibet ad confirmandum Ecclesiam contra tam acerbas tentationes: quid causæ est (inquies) cur istos sinat Deus corrumpi impiorum manibus? respondet spectari in hac Dei administratione duo oportere: finem, ut probentur, purificentur, & dealbentur; & deinde tempus, nempe momentaneas fore has afflictiones. *Quia adhuc*] vide sup. vers. 27. 36 *Nam facier*] hunc versum & sequentes quàm variè plerique omnes explicent, nihil attinet dicere. Nos ex antecedentium & sequentium comparatione, adeoque ex historiæ fide statuimus hæc omnia de Antiocho Epiphane esse intelligenda, cujus impietas primùm quidem κατὰ πρόλαψιν, hoc vers. deinde verò κατὰ μέρη & particulatim exponitur, tribus sequentibus. Ac prolepseos quidem partes duæ sunt; una, fore ut Antiochus nullius Dei reverentia ducatur: altera, ne summi quidem Dei metu abductum iri ab impietate & maleficiis; sed illum ultrò adversus Deum potentissimum magis ac magis exarsurum: quæ duæ res deinceps exponuntur. *Consummet*] videlicet Deus, perficiens severissimum judicium suum in sceleratum Antiochum, & alios improbos. *Præcisum*] videlicet decreto Dei. 37 *Ad deos*] id est, planè impius & inhumanus erit, vacuus tum omni numinis reverentia (quæ eo altiùs animis ingenitis, & quæ a majoribus accepta est) tum omni naturali studio & amore erga suos, qui amor in mulieribus solet esse intensissimus: ut 2. Schem. 1. 26. Atque hæc in Antiocho ita se habuisse res ipsius gestæ ostendunt, cùm nihil unquam fecisse legatur nisi suo ipsius erga se studio, nulla Dei, nulla naturæ & sanguinis, nulla fœderis ratione habita, ut jam superioribus exemplis demonstravimus. 38 *Deum summi*] id est, Deū Israëlis. *Deum quem non*] id est, Jovem Olympium, de quo vide 2. Machab. 6. quamobrem Deus alienus vocatur seq. vers. 39 *Munitiones Dei*] id est, Judæam totam, synecdochicè. *Quos agnoverit*] id est, viros obscuros, ignotos, terra natos evehet arbitratu suo: cujus rei exemplum est de illo veteratore 2. Machab. 6. His autem amplificatur tyrannidis indignitas, quòd Antiochus traneos impurissimos præfecturus erat populo, & hæreditatem Dei pro libidine distributurus: quæ duo maximè detestabantur lege. 40 *Sub tempus*] id est, biennio post institutam idololatriam, & quasi biennio altero ante mortem Antiochi, qui Physconis partibus semper studuit contra Ptolemæum Philometora, ut antè diximus. *Rex Austri*] Ptolemæus Philometor. *Irruet*] id est, nomine Physconis Ptolemæum e regno pellet, & Ægyptū pervadet: quod ut factum esse a Physcone minore fratre legimus apud Florum in Liviana epitome libri 46. & colligimus ex Zonara tomo annalium secundo. *Rex Aquilon.*] Antiochus, agens Physconis partes. *Inundabit*] id est, lummo impetu & celeritate percurret. 41 *Deinde regred.*] ut vers. ultimo. *Multæ*] de quib. 42. & 43. *Eripient se*] id est, pertes erunt cladis istius, quia ipsis optimè conveniet cum Antiocho. 42 *Cum autem*] exegesis præcedentis versus, qua ostendit Daniel primùm quàm valde Antiochus Ægyptum aliasque regiones infestaturus sit, duobus verbis deinde quàm trepidè celeriterque dimissurus, duobus alteris. 43 *Libyes*] id est, populi Aphricæ Ægypto contermini, qui priùs auxiliares fuerant Ptolemæi Philometoris, ipsi ministrabunt & ipsum sequentur ducem. 44 *Ab Oriente*] id est, a Rege Parthorum Antiochi fines invadente, ut meminit Zonaras. *Ab Aquilone*] id est, a Romanis, quorum navalia erant in Cilicia & Cypro, ut antè diximus. *Exibit*] ex Ægypto. 45 *Et figet*] id est, hoc furore perductus duo sibi proponet consilia: unum, ut regiam suam in Judæa stabiliret ad Judæos edomandos: quamobrem Antiochum filium commisit Lysiæ, quem negotiis regni præfecerat ab Euphrate ad fluvium Ægypti, 1. Machab. 3. altero

alterum, ut in Persarum regionem excurreret, & Parthos coërceret. *Maria*] Mediterraneum & Mortuum, qui fines sunt Judææ. *Ad finem suum*] id est, ad Elymaida nobile Persarum oppidum, qui finis erat ditionis ejus; ubi conscita multitudine fugatus est, & ab omnibus destitutus: vide 1. Machab. 6. & 2. Machab. 9.

In Caput XII.

1 *Tempore autem*] nempe quo Antiochus rei summam Lysiæ commiserit, ut petat Elymaida: nam sub idem tempus recuperata sunt Jerusalaima, & cultus Dei restitutus, 2. Machab. 10. *Astante Michaele*] id est, administrante & regente omnia Christo: vide sup. 10. 13. *Eripietur*] id est, incipiet eripi, & salus Dei demonstrari, per suos temporum gradus promovenda, tandemque perficienda secundo adventu Christi. *Quisquis inventus*] id est, quemcunque virum fuerit Deo ex decreto suo irrevocabili conservare. 2 *Multi*] id est, omnes quidem resurgent; sed multi resurgentium ad vitam, & multi ad mortem æternam per Christum, qui factus est primitiæ dormientium. 4 *Tu verò Dan.*] vide sup. 8. 26. *Percurrent*] id est, quamvis jam sint perpauci qui tecum laborent de futuro Ecclesiæ statu; veniet tamen illud tempus cùm plurimi ad Ecclesiam concurrentes operam dabunt huic cognitioni sanctæ, & scientia augebuntur. 5 *Tum videbam*] ultima pars hujus prophetiæ, explicationem continens illius verbi & temporis constituti, cujus mentio plurimùm facta est, ut diximus sup. 10. 1. Fit autem explicatio hæc ex postulato angelorũ, versf. 5. & 6. per Christum, versu 7. quæ postea ampliùs illustratur postulante Danijele, ad finem usque capitis. *Alii*] id est, ecquando tandem desinent ista, quæ summè nobis videntur & sunt admirabilia? 7 *Post constitutum tempus*] sancti angeli, qui in res istas desyderant introspicere 1. Petri 1. 12. 6 *Virum*] de quo sup. 10. 5. *Quousq; terminus*] id est, post spatium illud annorum trium dierumque decem, de quo sup. 7. 25. *Absolvet dispip*] id est, cùm inclinantes percellens res Seleucidarum, dissipabit eorum vires potentia sua: ut diximus sup. 7. 26. *Vires pop.*] id est, vires populum sanctum infestantes, & a quibus populus sanctus maxima accipiet incommoda. Constructio enim passiva est, ut Genes. 16. 5. 9 *Abi Dan.*] id est, quiesce, tibi satis esto, ut exponitur versf. 13. 10 *Purgabuntur*] anacephalæosis præcedentis prophetiæ, de malis ab Antiocho importandis, quæ attigerat Angelus sup. 11. 35. *Multi*] id est, omnes quidem Judæi, sed multi boni, & multi improbi: similis loquutio, ut sup, versf. 2. *Improbè quid.*] id est, reprobi ex Judæis tentationi cedent ab Antiocho, neque sibi proderunt, neque animadvertent prædicta mea: sed quicunque sanctè vivent, studio erudiendi fratres suos, illi animadvertent & prædictiones colent ex animo. 11 *Jugis cultus*] de quo sup. 8. 11. & sequentibus, & 9. 27. & 11. 31. *Detestatio desol.*] vide sup. 9. 27. & 11. 31. Hoc autem & sequente versf. categoricè respondet Christus quæstioni Danijelis, & præter illud tempus quo Judas Macabæus vi armata cultũ Dei Jerusalaimis instauravit, indictum sup. versf. 7. duo alia tempora adjicit: unum, quo Antiochus coactus est Judæis permittere ut in legitimis suis ritibus ambularent, 2. Machab. 11. 33. alterum, quo Antiochus e vita sublatus est, 1. Machab. 6. 16. *Dies erunt*] id est, a tempore istius desolationis per Antiochum factæ præterlabentur anni tres menses, trecenti & dies quasi tredecim, usque ad illud tempus quo cultum a Juda instauratum Antiochus permittet confirmabitque diplomate: quod factum est die decimo quinto mensis Xanthici, id est, penultimi; anno centesimo quadragesimo octavo Seleucidarum, 2. Machab. 11. 33. 12 *Beatus qui*] id est, sed multo adhuc melior conditio futura est, post dies quadraginta quinque, quibus exactis populus Judæorum plenè a tyranno isto liberabitur. Hoc autem factum est morte Antiochi Epiphanis, qui decessit de vita ineunte anno centesimo quadragesimo nono Seleucidarum 1. Machab. 6. 16. Nam etsi nominatim mensis dies que minimè in historiis exprimitur, non dubium est tamen quin sub principium anni exstinctus sit: ut evidentissimè constat ex iis rebus, quas gessit filius Antiochus Eupator eodem anno. 13 *Abi ad term.*] id est, vide ut pergas in cutriculo quod supereſt vitæ tuæ, contentus hac revelatione mea: sic interpretatur hæc verba Christus exegeticè in sequente membro.

HOSCHEAHH.

ARGUMENTUM.

LIBER *Hoschehhæ Prophetæ versatur totus in prophetico documentorum genere. Primùm enim duobus typis publicam privatamq; Jisraelitarum apud quos prophetabat depravationem præfigurat, judicium depravationis nomine ipsis superventurum, & gratiam quam Deus erat facturus ipsorum reliquiis: deinde verò tria eadem capita apertis verbis copiosiùs explicat, de peccatis gravissimè objurgans populares suos, severissima Dei judicia fortiter prænuntians, & resipiscentibus reliquiis, quas Deus ex communi velut incendio conservaverit in Christo filio suo, gratiam pacem & salutem æternam prædicens.*

CAPUT I.

Deus Prophetæ imperat ut certum typum pronuntiet Ecclesiæ Isræelitarum, quo Isræelitarum impietatis evincatur, et severissima judicia perhorrescat propediem in totum corpus eventura: itaq; pios hortatur ut sollicitè Ecclesiam moneant, omnes judiciorum acerbitate malo revocat; castigationibusq; tandem promittit effecturum ut ad ipsum revertantur, & reconciliati Deo per Christum vindicentur ab omni malo, obtineant omne bonum, & interessin communione æterna gratuiti cum Deo fœderis gratulentur.

1 VERBUM Jehovæ quod fuit ad Hoschehham filium Beeri, [a] temporibus Hhuzzijæ, Jothami, Achazi, Jechizkijæ regum Jehudæ; & temporib. Jarobhhami filii Joaschi regis Jisraëlis.

2 Cùm [b] primò alloquutus est Jehova Hoschehham; edixit Jehova Hoschehhæ, abi, [c] sume tibi uxorem [d] scortum & natos scorti, cùm [d] omnino scortetur hæc terra [e] aversata Jehovam.

3 Abiens itaq; assumpsit Gomeram [f] Diblajimanam, quæ concepit & peperit ei filium.

4 Tunc edixit Jehova ei, voca nomen ejus Jizrehhelem; nam adhuc pauliſper, & animadvertam [g] cædes Jizrehhelis in domum Jehu, faciamq; ut cesset regnum *in* domo Jisraëlis.

5 Eritq;

a Heb. dieb. sic deinceps.

b Heb. principio.

c Heb. scortationum: & sic deinceps.

d Heb. scortando.

e Hebr. de post Jehovam.

f Heb. filiam Diblajimorum.

g Heb. sanguines.

5 "Eritque die illo, ut frangam "arcum Jisraëlis "propter vallem Jizrehhelis.

6 Deinde concipiens iterum peperit "filiam, edixitq; *Jehova* ipsi *Hoschehhæ*, voca nomen ejus "Lo-ruchamam: nam non pergam ampliùs misereri domus Jisraëlis, ut [h] ullo pacto "condonem istis.

7 "Domus autem Jehudæ miserebor, servaboque eos "per Jehovam Deum ipsorum: ac non servabo eos "arcu, gladióve, aut bello, equis, aut equitibus.

8 Cumq; a lacte depulisset Lo-ruchamam, rursus concepit peperitq; "filium:

9 Et edixit *Jehova*, voca nomen ejus "Lo-hhammin: quia vos non estis populus meus, nec ego sum futurus vester.

10 "Quanquam futurus est numerus [i] Jisraëlitarum par arenæ maris, quæ neque mensurari neque numerari potest: eritque [k] pro eo quod dicitur istis, non populus meus estis, *ut* dicatur illis, filii Dei fortis viventis *estis*:

11 Quando congregantes se [l] Jehudæi & Jisraëlitæ unà, & præponentes sibi caput unum "ascendent e terra hac: "ut ut magnus fuerit dies Jizrehhelis.

[h] *Heb.* condonando.

[i] *Heb.* filiorum Jisraëlis: sic vers. sequente.

[k] *Heb.* loco ejus.

[l] *Heb.* filii Jehudæ.

Caput II.

1 2 DICITE fratribus vestris, "ô populo mi; & sororibus vestris, ô misericordiam consequuta;

"Contendite cum matre vestra, contendite ipsam non esse uxorem meam, & me non esse virum ipsius: ut amoveat scortationes suas a conspectu suo, & "adulteria sua e medio uberum suorum:

3 "Ne denudem eam [a] planè, & statuam eam ut "die *quo* genita fuit; disponensq; eam velut "*in* deserto, & redigens eam velut *in* terra siticulosa, [b] exstinguam eam "siti:

4 Et filiorum ejus non miserear, eo quòd filii [c] scorti sint.

5 "Nam "scortatur mater ipsorum, scelus pudendum committit genitrix ipsorum; nam dicit, [d] prosequar amatores meos dantes cibum meum, & aquas meas, lanam meam, ac linum meum, oleum meum, & potiones meas.

6 "Idcircò ecce ego obsepiam viam tuam spinis; & [e] obducam maceriam, "ut semitas suas non inveniat:

7 Et sectata amatores suos non assequatur eos, & quærens eos non inveniat; tandem dicat, [f] age, revertar "ad virum meum priorem illum, nam melius mihi tum erat quàm nunc.

8 "Etenim ipsa non agnoscit me dare sibi frumentum, mustumq;, & oleum; etiam argentum copiosè suppeditare ipsi & aurum, [g] *quo* conficiunt Bahhalem.

[a] *Heb.* nudã.

[b] *Heb.* morte afficiam.

[c] *Heb.* scortationum.

[d] *Heb.* ibo post: sic inf. vers. 13.

[e] *Heb.* maceriabo: ut ita dicamus.

[f] *Heb.* eam & revertar.

[g] *Heb.* quod faciunt in Bahhalem.

9 Idcircò reversus recipiam frumentum meum tempore suo, & mustum meum tempestate sua; eripiamq; lanam meam & linum meum tecturum nuditatem ipsius:

10 Ut nunc retegam fœditatem ejus in oculis amatorum ejus, nemine erepturo eam e manu mea.

11 Et abolebo omne gaudium ejus, festivitatē ejus, novilunium ejus, & sabbatum ejus; deniq; omnem solennitatem ejus:

12 Et desolabo vites ejus & ficus ejus, *de* quibus dicit, "merces hæ sunt mihi quas dederūt mihi amatores mei;" redigamq; eas in sylvā, ut comedant eas bestiæ agri.

b Heb. visitabo super illam.

13 Ita[b] animadvertam in illam dies Bahhalimorum, quibus suffitum facit eis, & ornans se inaure sua & monili suo prosequitur amatores suos: mei verò oblivisci tur, dictum Jehovæ.

14 "Idcircò ecce ego pellecturus sum eam," cùm deduxero eam *in* desertum; & eloquuturus sum[i] quæ sint ei cordi:

i Heb. secundū cor ejus: ut Gen. 34. 3.

15 Et daturus ei vineas ipsius "inde ab eo loco, & "vallem Hhacoris "pro foribus spei; ut canat illic sicut diebus pueritiæ suæ, id est, ut quo die ascendit e terra Ægypti.

16 Eritq; die illo, dictum Jehovæ, ut "voces me, vir mi; ac non voces me amplius, "mi Bahhal.

17 "Amovebo enim nomina Bahhalimorū ab ore ejus, ut non commemorentur amplius nomine suo:

Ijobi 5. 23. Jeschahh. 2. 4.

18 Et pangam pro ipsis fœdus die illo cum bestiis agri, & cum avibus cœli, reptilibusq; terræ: & arcum, gladiumq;, ac bellum confringens e terra, faciam ut jaceant securè:

19 Et desponsabo te mihi in seculū; desponsabo te, inquam, mihi, justitia, judicioq;, & benignitate, ac misericordia:

20 Et desponsabo te mihi "fide, ut agnoscas Jehovam.

21 "Erit etiam die illo, ut "exaudiam, dictum Jehovæ; "exaudiam cœlos, & ipsi exaudiant terram;

22 Et terra exaudiat frumentum, & mustum & oleum; & ista exaudiant "Jizrehhelem.

23 Nam conseram "eam mihi in terra, & miserebor "Lo-ruchamæ; & dicam ad Lo-hhammin, populus meus es, & ipse dicet, Deus mi.

ANNOTATIO IN CAPVT I.

1 *Verbum Jehovæ*] Duo hæc capita inter se conjungenda esse nemo dubitabit, qui typum cum sua anagoge statuerit comparandum. Sunt itaque hujus prophetiæ tres omnino partes: inscriptio καθολικὴ, sive universalis, vel ut ita dicam, typus propheticus, reliquo capite primo; & anagoge sive accommodatio typi, capite 2. *Hhuzzijæ*] et ii exactis regum appellationibus tempus quo prophetavit Hoscheahh planè circumscribi non potest, si tamen vel inde ab ultimo Jarobhhami anno placeat numerare (qui fuit Hhuzzijæ regis trigesimus nonus) usq; ad principium regni Jechizkijæ, comperies Propheram hunc nostrum minimùm annis tribus & quadraginta prophetasse; ut ex Chronica lucupletione promptum est cognoscere. *Jarobhhami*] & cæterorum, qui in Israele regnarunt: nàm ultimus Rex Israelitarum anno sexto Jechizkijæ sublatus est, ad cujus tempora hic noster prophetasse dicitur: synecdoche. Videtur autem consultò Jarobhhami duabus de causis meminisse: una, ut demonstraret apertiùs, sub quæ tempora Hhuzzijæ cœperit prophetare; altera, ut majorem fidem & autoritatem conciliaret prophetiæ, cùm florentissimo Israelitarum regno, nec dum inclinante, funestam ejus ruinam tam longo intervallo prædixerit, nempe (ut minimum ipsi tribuamus) ante annos quadraginta novem. 2 *Cùm primò*] typus hic a Deo imperatus non aliter a Prophera ejus-

ctus est, quàm prophetica prædicatione. Nam quæcunque hoc modo prophetis imperantur, si contra naturam, bonos mores, aut fidem veniunt, ea non propriè effecta, sed figuratè imperata & propheticè denuntiata fuisse, permultis scripturæ locis exemplisque confirmari potest. Cùm autem futura fuisset contra bonos mores lege Dei præscriptos istius typi executio, non est credibile rem quæ hîc scribitur fuisse a Propheta opere præstitam, sed typum Ecclesiæ pronuntiatum. Est autem hîc typus primùm imperatus a Deo, versu 2. deinde verò pronuntiatus, reliquo capite: & duas partes in universum continet: unam de uxore, quæ typus fuit totius regni & Ecclesiæ Israëlitarum, vers. 3. alteram de liberis, quibus figuravit Propheta certas partes & tempora regni Israëlitarum, ut suis locis commonstrabimus. *Assume*] videlicet prophetia, id est, prophetato hunc typum, te similem esse homini, qui assumserit sibi uxorem & liberos hujusmodi. Sic accipiendam esse vocem hanc infinitis scripturæ locis firmari potest; vide Deut. 13.1. *Et natos*] hæc verba evincunt manifestò rem non gestam, sed prædicatam esse; cùm non potuerint iidem liberi a Propheta & assumi cum matre, & ex ea gigni, quod dicitur sequentibus. *Cùm omnino*] summa interpretatio typi, qua ostendit Deus se Israëlem totum tanquam uxorem & liberos impurissimos pertulisse. 3 *Abiens*] Propheta in Ecclesiam sive cœtum Israëlitarum. *Assumpsit*] id est, prophetavit typum hoc argumento, ut diximus proximè præcedente versu. *Gomeram*] fictis argumentis ficta nomina, sed accommodata tribuuntur. Totum enim Israëlis regnum typicè cum muliebri corpore comparatum vocatur Gomer, id est, integritas: ut doceat Deus a se totum Israelem sine exceptione in conjugium sacrum ascitum fuisse. Ex Diblajimis autem fuisse dicitur, id est, ex deserto immani & horrendo, de quo Jechezkel. 6.14. ut demonstret Deus se gratiosè Israëlitas ad dignitatem illam evexisse sine ullo ipsorum merito, ut idem Jechezkel. 16. narrat copiosissimè. *Filium*] nunc demum transitio fit ad alteram typi partem, de liberis quos Propheta dicitur sustulisse. Hi autem liberi tres ætates Israëlitarum designant: primus enim ætatem illam significat, quæ gravissimis & periculosissimis motibus exagitata est, quando Schallum posteros Jehu sustulit, 2. Reg. 15. secundus ætatem illam, quæ a Tiglath-pilesere vastata, capta, & deportata est, 1. Chron. 5.26. tertius deniq; ætatem illã, quæ tota eversa est per Schalmanasarem, cùm regnum Israëlis totum intercidit, 2. Reg. 17. 4 *Et*] Prophetæ, tanquam parenti. *Jizrehhel*] de nomine oppidi & regiæ Israëlitarum, ubi Joram rex Israëlis per Jehu interfectus est, & regnum ab ipso occupatum, 2. Reg. 9. & 10. *Adhuc paulisper*] nam Zecarja filius Jarobhhami sex mensibus tantùm regnavit, & per Schallumum sublatus est, regnumque posteris Jehu ademptum, 2. Reg. 15.10. *Cædes*] id est, stragem horrendam a Jehu in Jizrehhele editam, 2. Reg. 9. & 10. *Regnum*] domus Jehu, quæ modò nominata est. 5 *Eritq;*] id est, & ex eo tempore quo sublata fuerit domus Jehu, non desinam tum intestinis malis, tum etiam exteris quatere & labefactare vires Israëlitarum. *Arcum*] id est, robur, synecdochicè: ut interpretatur Channa 1. Schem. 2.4. *Propter vallem*] id est, propter cædes in ea valle factas, ut dictum est præcedente versu. 6 *Filiam*] secundus hic partus (ut diximus in versum 3.) secundam ætatem denotat, qua Pekach filius Remaljæ a Tiglath-pilesere spoliatus est, & Gilhhaditæ deportati, 1. Chron. 5.26. Quamobrem etsi permagnum damnum Israëlitæ acceperunt multati regione trans Jardenem sita; cùm tamen adhuc longè amplior regni pars penes Pekachum remanserit, hæc ætas cum filia comparatur, sequens verò cum filio, versu 8. *Lo-ruchamam*] id est, non adeptam, sive non consequutam misericordiam, vel (ut interpretatur Paulus Rom. 9.25.) non dilectam ex misericordia. Sic nominatur ætas & pars illa populi quæ cladem illam tempore Pekachi ab Assyrio pertulit. *Condonem istis*] Israëlitis, ac proinde istos semel deportatos gratiosè restituam. 7 *Domus autem*] id est, regni Jehudæ, quod vos Israëlitę, consociatis vobiscum Syris, tentatis & conamini occupare, ut narrat Jeschahh. 7.5. & sequentibus. *Per Jehovam*] id est, per Jesum Christum filium virginis, Deum æternum cum Patre & Spiritu sancto, & verum hominem nobiscum; qui signum æternum est, fundamentumque fœderis & omnium promissionum Dei: vide Jeschahh. 7.14. *Arcu*] id est, domesticis ipsorum, aut extraneis viribus. 8 *Filium*] tertius hic partus ætatem denotat, cùm Israëlitæ reliqui fuerunt per Schalmanasarem deportati: quorum corpus cum filia comparatur (ut diximus in versum 6.) quia adhuc potentior erat, quàm unquam tribus illæ trans Jardenem sitæ. 9 *Lo-hhammin*] id est, non populum meum, ut Propheta interpretatur sequente vers. 10 *Quanquam*] hi duo versus correctione quadam acerbitatem superioris typi temperantes sunt parascevastici ad sequentis capitis documenta. Docet enim Deus universum quidem Israëlitarum corpus a se profligatum iri; sed reliquias aliquas servandas esse secundum electionem gratiæ in adventu Christi, quando omnes in unum populum sub uno rege & pastore in unum ovile coalescent, ut ait Jirmeja 3.18. & Jechezkel 34. & 37. 11 *Ascendent*] videlicet Jeruschalaima, pro eo quod est, redeuntes ad Ecclesiam Dei instaurabunt cultum ejus. Sic enim Prophetæ typis Ecclesiæ veteris spiritualem Dei cultum adumbrarunt. *Ut ut*] id est, quantumcunque gravis, acerba, & ampla fuerit vindicta mea, quam adhibiturus sum contra Israëlitas inde a primo impetu, qui Jizrehhelis nomine designatur: occupatio.

In Caput II.

1 *Dicite*] Hæc præcedentis typi anagoge sive enarratio (ut diximus suprà 1.1.) est ἀναγωγική, & tribus omnino partibus concluditur: prima est adhortatio piorum ut fratres suos Ecclesiamque Israëlitarum revocent ad resipiscentiam, versibus quatuor: secunda est ætiologia, a narratione maleficiorum quibus Israëlitæ tenebantur, & futuræ administrationis Dei, vers. 5. & duobus seq. tertia est superiorum concionis partium exornatio, ad finem usque capitis. *O populemi*] id est, vos qui nondum planè reprobati & rejecti estis decreto Dei; sed adhuc in spe estis retinendæ gratiæ Dei, si resipiscitis. Idem judicium de altero membro faciendum. 2 *Contendite*] id est, liberè indesinenterque nos fucos quibus ad inescandos amatores faciem exornant scorta: quamobrem etiam priscis Latinis schœnicolę dicebantur. 3 *Ne denudem*] ut copiosè exponit infrà versu 9. & sequentibus. *Die quo gen.*] vide Jechezk. 16.4. *In deserto*] cujus allegoriam posuerat suprà 1.3. & reponit infrà vers. 14. *Sitt*] id est, omni calamitosorum judiciorum genere: synecdoche. 5 *Nam scort.*] ætiologia, ut diximus in versum 1. exponit causas superioris hortamenti ad resipiscentiam, tum a maleficiis præteritis præsentibusque, & scelesta in futurum obfirmatione, tum ab administratione Dei consequutura, castigandis maleficiis, vers. 6. & frangenda tandem obfirmatione, ut ineatur resipiscentia, versu 7. *Scortatur*] cum diis & gentibus exteris, neglecto conjugali fœdere cum Deo: itaque illi dicuntur amatores, sequente membro. 6 *Idcircò*] denuntiatio consequuturæ Dei administrationis allegorica, per apostrophen Israël ad indicem. *Ut semita suas*] ut cum illis scortari ampliùs nequeat, prout amplificatur seq. versu. 7 *Ad virum meum*] id est, Deum, justum conjugem a quo defeceram. 8 *Etenim*] tranfitio ad exornationem, per brevem anacephalæosin maleficiorum quæ Israëlitæ perpetrabant, hoc versu. Hujus exornationis partes sunt hæ; explicatio castigationum Dei quæ indictæ fuerant suprà vers. 3. & 4. & copiosiùs exponuntur usque ad versum 14. & revocatio per spiritum, verbum, beneficia quę Dei, ad utenda fruendaque mutua Dei & Ecclesiæ inter se officia, ad finem usque capitis. 12 *Merces*] id est, pretia meritoria. *Redigamq;*] vide Jeschahh. 5.5. 14 *Idcircò*] altera pars exor-

nationis, de administratione Dei revocantis suos a maleficiis: ut diximus in versum 8. *Cùm deduxero*] id est, ita afflixero ut fueram interminatus suprà vers. 3. Ponuntur autem primùm in hoc versu & sequente, tria Dei erga electos officia; vis spiritus pelliciens, verbum Dei permovens, & beneficia ejus quæ ad spiritum & verbum accedentis spem & lætitiam animis piorum ingenerant; deinde verò reciprocum Ecclesiæ officium erga Deum, versu 16. *Inde ab eo loco*] id est, ab ipso deserto trans Jardenem, cujus meminit præcedente versu. *Vallem Hhacoræ*] seu Jardenem, ad quam trajecto Jardene appulerunt Jisraëlitæ, cùm in possessionem terræ primùm mitterentur. *Prospectibus*] id est, pro accessu primo speratæ atque exoptatæ hæreditatis & benedictionum Dei; quemadmodum Jisraëlitis Judæam petentibus hæ primæ fuerunt tanquam fores quibus in suam possessionem ingressi sunt: allegoria ex veteris Ecclesiæ typo. 16 *Voces me*] id est, me pro justo conjuge habeas, colas, & profitearis. *Mi Bahhal*] id est, mi Domine, quasi dicat, hæc vox etsi per se justa atque honesta est, jam tamen mihi est odio & horrori propter communicationem hujus appellationis cum idolis tuis. 17 *Amovebo enim*] ex lege Exodi 23. 13. Hoc autem versu & sequentibus exponit Deus sua & Ecclesiæ officia inter se mutua: quorum prius est liberatio ab omni malo, tum spirituali, hoc versu, tum corporali, seq. versu, ex fide & constantia fœderis mutui, versu 19. & 20. posterius verò, communicatio omnis boni, sive corporalis quoad opus futurum esse Deus cognoverit, versu 21. & 22. sive spiritualis, versu 23. 19 *Justitia*] id est, conferens in te dona justitiæ, &c. 20 *Fide*] id est, ita te adjungam mihi, ut donis a me proficiscentia percipias fide augescente in omnem cognitionem mei. 21 *Erit etiam*] posterius officiorum genus, ut diximus in versum 17. *Exaudiam*] humanitus dictum; pro eo quod est, res omnes creatas in cœlo & in terra studentes & cooperantes in Ecclesiæ bonum, ac suo modo procurantes coram me ut subministrare possint Ecclesiæ quicquid debent; res, inquam, creatas (tanquam si invocarent me) benedictionibus cumulabo ad ultimum Ecclesiæ meæ. *Exaudiam cæl.*] id est, ipsis velut exorantibus suppeditabo quæ fuerint opus, & ipsi vicissim terræ: sic deinceps. 22 *Jizrehhelem*] id est, partus Ecclesiæ & reliquias Jizrehhelis illius de quo suprà 1. 4. quas illa mihi pepererit in Christo, & quibus Ecclesiam consevero, sequente versu. Sic ostenditur etymon illius nominis quod priùs ad significationem judicii spectabat, suprà 1. 4. hic verò ad significationem gratiæ a Deo percipiendæ pertinet. 23 *Eam*] Ecclesiam, matrem germani Jisraëlis. *Lo-ruchamæ*] cujus miserturum se negaverat suprà 1. 6. hic verò reliquias se excepturum promittit, quemadmodum etiam judicandum est de tertio nomine.

CAPUT III.

Deus Iisraelitis proponit typo diuturnam labefactationem Ecclesiæ & regni ipsorum: deinde verò restitutionem promittit gratia ipsius obventuram in Christo.

1 DEINDE edixit Jehova mihi, iterum abi, ama mulierem, amatam[a] ab amico, & adulterantem: qualis est amor Jehovæ erga[b] Jisraëlitas, cùm ipsi respiciant ad deos alienos, & amant lagenas[c] vini.

2 Cùm itaque comparassem eam mihi quindecim *siclis* argenti, & sesquichomere hordei:

3 Edixi ei, diebus multis desidetos mea causa, ne scortator neq; nubito cuiquam; vicissim etiam ego[g] tua causa.

4 Nam diebus multis desidebunt Jisraëlitæ, nullo rege, nulloque principe, & nullo sacrificio, ac nulla statua; nullo denique amiculo, aut imaginibus:

5 Posteà reversi Jisraëlitæ quærent Jehovam Deum suum, & Davidem regem suum; & pavidi[h] accedent Jehovam & bonitatem ejus ultimis temporibus.

[a] *Heb.* amici.
[b] *Heb.* filios Jisraëlis.
[c] *Heb.* uvarũ: metonymia.
[d] *Heb.* chomere hordei, & lecteco hordei.
[e] *Heb.* mihi.
[f] *Heb.* esto viri.
[g] *Heb.* ad te.
[h] *Heb.* pavebunt ad Jehovam.

ANNOTATIO.

1 *Deinde*] Secunda hæc prophetia continet typum non admodum priori absimilem, tribus versibus: & explicationem illius, versu 4. & 5. *Respiciant*] id est, explorantes attenta observatione sequantur animum suum & oculos ad scortandum, ut loquitur Moschè Numer. 15. 39. *Ament lagen.*] id est, perditè vivant: synecdoche. 2 *Comparassem*] sic ostendit Propheta populum Jisraëlitarum (qui hac muliere adumbratus est) servitutem servitutem, de Chomere vide Levit. 27. 16. & Jechezk. 45. 11. Letec autem Hhebraicum non aliud est quàm semichomer. Quamobrem conjunctim pro Chomere & Leteco sesquichomerem diximus. 3 *Diebus multis*] hìc Propheta nostèr prosequitur ritum legis qui imperatus est Deuter. 21. 13. *Mea causa*] id est, ut te justo tempore confecto uxorem ducam. *Ego tua causa*] supple desidebo, neque me conjungam alteri. 4 *Diebus multis*] nam ea quo Jisraëlitæ in Assyriam fuerunt deportati per Schalmanasarem, id est, ab anno sexto Chizkijæ usque ad redemptionem comparatam in Christo & restitutionem Jisraëlis, fuerunt anni sexcenti octoginta. Est autem hìc typi[illegible] comme-

commodatio, ut diximus vers. 1. *Nullo rege*] id est, sine ulla forma reipub. & Ecclesiæ, ac ne illius quidem depravatissimæ quæ tum apud Israëlitas erat, & circumfluebat idololatria. 5 *Posteà*] nimirum quàm dies multi quos præfinivit Deus effluxerint, id est, cùm Christus Deus fiet manifestus in carne, qui idem est Jehova & David, ac proinde unica Israëlitarum salus. *Quærent Jehovam*] id est, dedent se Ecclesiæ, & regno Christi Jehovæ & Davidis nostri. *Davidi*] ex documento Davidis Psal. 2. 11. *Ultimis temporibus*] quibus Deus nos per filium suum compellat prædicatione Evangelii, Hebr. 1. 1.

CAPUT IIII.

Deus Israelem totum vanitatis summæ, inhumanitatis, & impietatis redarguit; & a præsente regni administratione confirmat reprehensionem suam: postremò verò Iehudam a participandis Israelitarum factis dehortatur tum horrore injustitiæ, tum suppliciorum quæ Israeli comparata sunt metu.

1 AUDITE verbum Jehovæ, ô "Jisraëlitæ: nam contentio est Jehovæ cum habitatoribus hujus terræ, quòd nulla sit fides, nullaque benignitas, & nulla agnitio Dei in hac terra.

2 "Pejerando, & mentiendo, & occidendo, furandoq;, & adulterando; [b] erumpunt *in multitudinem*" cædes, ita ut aliæ aliis sint contiguæ:

3 Propterea "lugebit hæc terra, & languebit quicquid habitat in ea, [c] tum bestiæ agri, tum aves cœli: quin etiam pisces maris [d] interibunt.

4 "Verumtamen quisquam "ne contendito, & ne increpato quisquam: nam [e] populares tui "similes sunt contendentibus cum sacerdote.

5 Itaq; "corrues interdiu, corruetq; etiam Propheta tecum noctu; & exscindam "matrem tuam.

6 Exscindentur populus meus, [f] eò quòd vacet "scientia: "quia tu "scientiam spreviſti, spernam quoque te, ne sacerdotio fungaris mihi; quia oblitus es legis Dei tui, "obliviscar filiorum tuorum ego quoque.

7 "Prout aucti sunt, ita peccant in me; gloriam eorũ in ignominiam commutabo.

8 "Peccatum populi mei comedunt; ideò ad iniquitatem eorum "attollunt animum suum quisq;.

9 "Quapropter erit ut populus, ita sacerdos; cùm [g] animadvertens in eum vias ejus, actiones ejus retribuam ei.

10 Nam comedentes "non saturabuntur, scortantes non erumpent *in multitudinem*; quia Jehovam desierunt observare.

11 "Scortatio, vinumq;, & mustum; intercipit [h] mentem.

12 "Populus meus "lignum suum consulit, ut baculus ejus indicet ipsi; nam spiritus "scortationum in errorem agit, ut scortentur aversi [i] a Deo suo.

13 "In verticibus montium sacrificant, & in collibus suffitum faciunt

a Heb. filii Jisraëlis.

b Heb. erumpunt ita ut sanguines sanguinib. sint contigui.

c Heb. in bestia agri, & in ave.

d Heb. recipientur.

e Heb. populus tuus.

f Heb. ex nõ scientia.

g Heb. visitabo super eũ: sic vers. 14.

h Heb. cor.

i Heb. de sub Deum suũ.

sub quercu, populoq;, & robore, eo quòd bona sit umbra ejus: idcircò scortantur filiæ vestræ, & sponsæ vestræ adulterantur.

14 "Non animadverterem in filias vestras quòd scortentur? & in sponsas vestras quòd adulterentur? quòd isti cum scortis "seperent quæ cum meretricibus sacrificent? imò populus "non intelligens conturbabitur.

15 "Si scortaris tu Jisraël, ne reatum obeat Jehuda: & "ne accedatis Gilgalem, neque ascendatis Beth-avenem, neque juretis, vivit Jehova.

16 "Nam ut juvenca refractaria, refractarius est Jisraël; "nunc pasturus est eos Jehova tanquam agnum in loco spatioso.

17 "Conjunctus est "terriculis Ephrajim: "sine illum.

k Heb. scortando. l Heb. clypei.

18 "Refractarium est merum eorũ, [k]continenter scortantur; "amant, date, "ignominia ipsa sunt [l]protectores ejus.

19 "Ligabit ventus "istam alis suis; & erubescent propter "sacrificationes suas.

ANNOTATIO.

1 *Audite*] Hujus concionis partes in universum duæ sunt: una ἐπιτιμητική, qua Jisraëlitæ increpantur, & gravissimis minis proteruntur judiciorum Dei impendentium, usque ad versum 15. altera διδασκαλική, qua Jehudæi ab Jisraëlitarum exemplo officii sui admonentur, ad finem usque. Increpationis autem prolepsis, sive propositio summa contentionis Dei cum Jisraëlitis & causarum ejus ponitur versu 1. deinde verò prolepseos exornatio ex causarum ordine, versibus seq. *Nulla sit fides*] tres causæ litigandi his verbis exponuntur, quas deinceps Propheta illustrat tum rerũ gestarum narratione, tum judiciorum comparatione quæ Deus erat immissurus, ἀναλόγως sive convenienter malefactis. 2 *Pejerando*] primus exornationis locus ostendit primùm nullam esse fidem, hoc versu; deinde propter perfidiam Jisraëlitarum iudicium Dei exponit, seq. versu; non esse cur Jisraëlitæ confidant terræ suæ & bonis illius, eo quòd Deus in omnia luctuosissimam calamitatem immissurus est. *Cædes*] ex his & sequentibus verbis videtur probabile hanc prophetiam post Jarobhhami mortem & Zecarjæ filii, quam prædixerat supra 1. 4. pronuntiatam esse. 3 *Lugebit*] id est, horrebunt, & vasta erunt omnia: prosopopœia hyperbolica. 4 *Verumtamen*] secundus exornationis locus, nullam esse benignitatem in terra; ac potius feritatem & barbariem tantam, ut ne monenteis quidem benignè ferre possint, nedum peccantes benignè admonere: cui secundæ contentionis causæ hoc versu positæ cõparatur judiciũ suũ seq. versu; nolunt erigi, inquit, ac propterea singuli corruent. *Ne contendite*] id est, ne operam ludito quisquam in reprehendendis obfirmatis istorum animis: omnes reprehensiones in ventos abituræ sunt. *Similes sunt*] id est, voluntariè peccant, & superbè committunt quicquid committunt; ac proindè tam rei sunt quàm qui non auscultant sacerdoti Dei, Deut. 17. 12. ut exemplum habetur Numer. 16. 5 *Corruet*] apostrophe ad populum, quem indesinenter prædicit esse deinceps ruiturum: ut gestum esse historiæ testantur. *Matrem tuam*] id est, regnum totum; vide supra 1. 3. 6 *Excindentur*] tertius exornationis locus, nullam esse agnitionem Dei tum in populo, tum in sacerdotibus; quorum crimina suppliciaque universè posita hoc versu, sequentibus explicantur. *Scientia*] id est, agnitione Dei, cujus meminit versu 1. *Quia tu*] apostrophe ad sacerdotes. *Obliviscar filiorum tuorum*] quam colere & tueri debent ex officio sacerdotes, Deut. 33. 9. & 10. & Maleaci 2. 7. id est, non modò te spernam, sed etiam filios tuos. 7 *Prout aucti*] id est, in honorem evecti nomine meo. Hoc autem & sequente versu exaggerat Propheta indignum sacerdotum facinus, tum ab honoribus & beneficiis quæ ipsis paratim contulerat in sacerdotum ordinem, tum ab arrogantissima iplorum confidentia indulgentium peccatis populi, ut gulæ, ambitioni, & avaritiæ suæ inservirent: deinde verò simul populi & sacerdotum pœnas prænuntiat versu 9. 8 *Peccatum pop.*] id est, oblationes & sacrificia pro peccatis, quasi dicat, peccare populum non indignè ferunt, sed potiùs maximam peccandi licentiam invehunt, quia ex sacrificiis habent unde vitæ suæ ac voluptatibus indulgeant. *Attollunt*] vide in Deuter. 24. 15. 9 *Quapropter*] denuntiatio pœnæ, ut diximus in versum 7. qua primùm vitæ & voluptati suæ consulentibus inopia victus voluptatumque prædicitur, usque ad versum 12. deinde scortantibus cum idolis prænuntiantur domestica adulteria familias ipsorum impunè conturbatura, inde ad versum 14. ac postremò καθόλου sententia a Deo fertur, vers. 14. 10 *Non saturabuntur*] id est, tantum abest ut saturentur, propagenturque, ut contrà fame & tabe conficiantur ipsi; ut in Schomronis obsidione factum est: μείωσιν. *Scortatio*] γνώμη, qua ostendit Propheta adeò obrutos & sepultos esse Jisraëlitas in adulteriis & ingurgitationibus, ut ad nullas minas & pœnas quamvis præsentes animum advertant. 12 *Populus*] altera denuntiatio, ut diximus in versum 9. *Lignum*] id est, imaginem ligneam, metonymicè. *Scortationum*] id est, idololatriæ, quæ scortatio spiritualis est. 13 *In verticibus*] vide Jeschahh. 57. 9. & sequentibus. 14 *Non animadvertam*] conclusio sententiæ Dei in omnes Jisraëlitarum ordines & sexus, propter repudiatam cognitionem Dei, ut diximus in versum 9. *Separent*] id est, res opimas domi suæ eligant, quas palàm Deo hominibusque testantibus consumant cum scortis, religionis specie. *Non intelligens*] eo quòd non intelligit, neque animum adhibet ad cognitionem Dei. 15 *Si scortaris*] secunda pars concionis, ut diximus in versum 1. qua Propheta Judæos primùm dehortatur a communicandis operibus Jisraelitarum, hoc versu; deinde causas dehortationis explicat, reliquis. *Ne accedatis*] apostrophe ad Jehudam, quasi dicat, cavete, ô Jehudæi, ne vel terminum ipsum Jisraelitarum communicandæ idololatriæ causa attingatis: nam terminus erat Gilgal Jardenem versus. Deinde verò per gra-

dationem

dationem alia duo interdicta subjiciuntur: unum, ne cum idolo Beth-elis communicent; alterum, ne blasphement Deum suum obstringentes se idololatriæ. *Beth-avenem* id est, Beth-elem, quo in oppido Jarobhham instituerat idololatriam, 1. Reg. 12. 29. Dicitur autem Beth-aven, id est, domus vanitatis, hic & infra 10. 5. pro eo quod antè fuerat dicta Beth-el, id est, domus Dei fortis, Genes. 28. 16 *Nam ut juvenca*] propositio summa causarum ad dehortationem pertinentium. Sunt autem duæ hoc versu positæ; una, Jisraëlitas turpis rebellionis, & contumaciæ, adeoque transfugii reos esse, quod exponitur versu 17. & 18. altera, impendere ipsis a Deo judicium severissimum, quod exponitur versu ultimo. *Nunc*] id est, jam jam incipit, & porrò hoc effecturus est, ut perinde expositus sit Jisrael prædæ, ut miselius agnus solitarius in patente campo. 17 *Conjunctus*] id est, transfugit a Deo vero ad falsos. *Terræulis*] vide 1. Schem. 31. 9. *Sine illum*] id est, tibi, ô Jehuda, nihil cum illo commune esto. 18 *Refractarium*] id est, merum quo se obruunt, istos efficit refractarios: quo nomine Ephrajim perpètè a Prophetis reprehenditur: ut Jesaiahh. 28. 1. metonymia, cui planè similis habetur Proverb. 20. 1. Hanc autem interpretationem aliis anteponimus ex versu 16. *Amant*] elegans ethopœia, qua exprimitur continens virorum principum desyderium & labor in coacervandis muneribus: cui similis est Proverb. 30. 15. *Ignominia*] id est, denique vitium in loco virtutis ponunt, & quicquid sibi re ipsa ignominiosum est id tanquam honorificum prosequuntur: ac proinde tam leves & contemnendi sunt quàm ipsa ignominia. 19 *Ligabit*] altera causa, ut diximus in versum 16. levissimi, inquit, & ignominiosissimi principes isti, tanquam vento paleæ, abripientur judicio Dei; quamobrem meritò Jehuda ab istis abstinere debet: allegoria in scripturis frequens. *Istam*] ignominiosam Ephrajimi gentem, regnumque Jisraëlis totum. *Sacrificationes*] id est, impios cultus ab ipsis exercitos: synecdoche.

Caput V.

Deus Iisraelitas & Iudæos scortationis aversionisq; obstinatæ nomine reprehendens certissimam ruinam ipsis prænuntiat: ac propterea à criminibus ex ordine exprobratis, obsequio traditionum humanarum, extraneorum auxiliorum advocatione, verbi divini contemptu, fœderis cum Deo abdicatione, maleficiisq; certatim perpetratis, concludit sermonem gravissima denuntiatione futuri judicii, & hypocriseos exprobratione.

1 AUDITE istud, "ô sacerdotes, & attendite "domus Jisraëlis, & "domus Regis aurem præbete, nam ad vos "judiciũ hoc *pertinet*: qui *velut* laqueus estis "in Mitzpa, & rete expansum super "Tabore.

2 "Qui *ad* jugulandum declinantes [a] profunda petunt, iis ego castigationi sum omnibus.

3 "Ego novi Ephrajimum, & Jisraël non est celatus [b] mihi: nunc "scortaris te, Ephrajim; impurum esse, ô Jisraël.

4 "Non [c] adhibent actiones suas ut revertantur ad Deum suum: nam spiritus "scortationum [d] in ipsis est, & Jehovam non agnoscunt.

5 "Etiam testificatur fastus Jisraëlis in faciem ipsius: quamobrem Jisraël Ephrajimque corruent iniquitate sua, corruet etiam Jehuda "cum illis.

6 "Ut cum "gregibus suis, & cum armentis suis eant ad quærendum Jehovam, non invenient: "eruit se ab eis.

7 In Jehovam "perfidè egerunt; nã filios extraneos pepererunt: nunc "consument eos menses, partes eorum.

8 "Clangite buccina "Gibhhæ, tuba Ramæ; vociferamini "Beth-avene, "posteriorte, ô Binjamin, *clangat*.

9 Ephrajim desolationi futurus est die correctionis; *quo* in tribubus Jisraëlis notum fecero "*illam* certam *esse*.

10 Sunt Principes Jehudæ "similes iis qui movent terminũ; super eos effundam "velut aquam excandescentiam meam.

11 "Opprimitur Ephrajim, conteritur "judicio; "quia placet, [f] sequitur mandatum.

[a] *Heb.* profundant: ut ita dicamus.

[b] *Heb.* a me.

[c] *Heb.* dant.

[d] *Heb.* in medio ipsorũ.

[e] *Heb.* post te.

[f] *Heb.* it post mand.

12 "Quapropter ego "tanquã tinea fui Ephrajimo, & quasi "putredo domui Jehudæ.

13 Sed videns "Ephrajim "morbum suum, & "Jehuda ulcus suum, abiit Ephrajim ad Assyrium, misitq; *Jehuda* ad Regem "propugnaturum: sed ipse non poterit mederi vobis, neq; curabit vos ab ulcere.

14 "Nam ego ut ferox leo sum Ephrajimo, & velut juvenis leo domui Jehudæ: ego, ego rapiam & abibo; deportabo, & nemo eripiet.

15 [g] "Abiens revertar in locum meum, donec reos peragant se & quærant faciem meam; cùm angustiâ fuerit ipsis quærant me "diluculo, *dicentes*:

[g] *Heb.* abibo revertar.

Caput VI.

1 "AGITE, revertamur ad Jehovam: nam ipse rapuit & "curaturus est nos; percussit & "obligaturus est nos:

2 Vitæ restituet nos "post biduum; die tertio excitabit nos, & vivemus coram ipso:

3 "Ut agnoscere[a] pergamus, cognoscentes Jehovam, "tanquam auroræ comparato exortu ejus: "adveniet; & ut pluvia nobis, tamquam serotina & tempestiva terræ.

4 "Quid facerem tibi, Ephrajim? quid facerem tibi, Jehuda? cùm benignitas vestra tanquam nubes matutina, & velut ros "manè stillans "abeat.

5 "Propterea "cæcidi per Prophetas, interfeci istos sermonibus oris mei; & "judiciorum tuorum lux exorta est,

6 Me benignitate delectari, "non autem sacrificio; & cognitione Dei magis quàm holocaustis.

7 "At isti "tanquam hominis transgressi sunt fœdus, "ibidem perfidè egerunt contra me.

8 "*In* Gilhhade "urbs *erat* operantium iniquitatem *quæq;*, "vestigiis sanguinolentis.

9 "Sodalitium verò sacerdotum est simile præstolantibus [d] aliquem turmis, "*qua* via ad Schecemum *factum est* occídunt: nam "scelus faciunt.

10 "In domo Jisraëlis video rem horrendam, ibi scortatione "Ephrajimi pollui Jisraëlem:

11 "Etiam, ô Jehuda, *Ephrajimum* posuisse messem in te; "cùm reducerem captivam multitudinem populi mei.

[a] *Heb.* agnoscamus persequamur.

[b] *Heb.* matutinãs: ut ita dicamus.

[c] *Heb.* vestigiata (ut ita dicam) sanguine.

[d] *Heb.* virũ.

Caput VII.

1 "DUM curo Jisraëlem, tum revelatur iniquitas Ephrajimi, & "malitia summa Schomronis; "nam operantur falsitatem: & fur ingreditur, irruit turma foràs:

[a] *Heb.* malitia.

2 Neq;

2 Neque dicunt [b] cum animo suo, me omnis malitiæ ipsorum re- [b] Heb. cordi suo.
cordari: nunc "circumstant eos actiones ipsorum, coram facie mea sunt.

3 Malitia sua exhilarant regem, & mendaciis suis principes.

4 Quotquot sunt adulterantur, "similes fornaci ardenti "a pistore; "qui desinit [c] esse "vigil, ex quo subacta est massa usque dum fermentata sit.

5 "Die regis nostri, "morbo afficientibus Principibus "utre vini; "extendit manum suam cum "derisoribus.

6 "Nam ad insidias suas applicarunt [d] animum suum similem forna- [d] Heb. cor.
ci; quæ totam noctem dormiente "pistore ipsorum ardet, tanquam ignis [e] flammans. [e] Heb. flammæ.

7 Quotquot sunt incalescunt ut fornax illa, & consumunt "judices suos; omnes reges ipsorum cadunt, "nemine ex eis clamante ad me.

8 "Ephrajim cum populis ipse "confundit se: Ephrajim est "*ut* placenta non versa.

9 Comedunt extranei vim ipsius, nec tamen agnoscit ipse; etiam canities aspergit eum, nec tamen agnoscit ipse:

10 Et quamvis "testificetur fastus Jisraëlis in faciem ipsius; non reverteruntur ad Jehovam Deum suum, nec quærunt eum omnibus his:

11 Sed est Ephrajim "similis columbæ fatuæ, [f] demens; "Ægyptium [f] Heb. nullo corde.
vocant, "Assyrium adeunt.

12 Cùm adibunt, "expandam super eos rete meum, quasi aves cœli deducam eos: castigabo eos, [g] prout "auditum est a cœtu [g] Heb. secundum auditionem cœtui ipsorum.
ipsorum.

13 "Væ eis, quoniam vagantur a me; vastatio eis, quoniam desciunt a me: "cùm ego redempturus sum eos, tum ipsi alloquuntur me mendaciis.

14 Neque inclamant me ex animo suo, cùm ejulant in cubilibus suis; cùm propter frumentum & mustum congregantes se divertunt ad me.

15 Cùm autem ego castigavi, "confirmavi brachia eorum; tum contra me cogitant malum:

16 "Reverteruntur non ad excelsum; "sunt velut arcus [h] fallax, "conci- [h] Heb. fallaciæ.
dunt gladio principes eorum "ab indignatione linguæ ipsorum: "hæc sanna ipsorum in terra Ægypti.

ANNOTATIO IN CAPVT V.

1 *Audite*] Tria hæc capita ad prophetiam eamdem pertinere res ipsa loquitur. Sunt autem hujus prophetiæ partes in universum quatuor: exordium, duobus versibus; propositio criminum suppliciorumque propter crimina impendentium, usque ad versum 11. confirmatio propositionis, inde ad versum 8. capitis 7. & conclusio, ad finem illius usque. Exordium autem facit audientiam a persona Jisraëlitarum, versu 1. & a persona Dei, versu 2. *O sacerdotes*] tum illegitimi Jisraëlitarum, tum verò in Judææ regno legitimi: nam etsi propriè compellat Propheta regnum Jis-

raëlitarum; eadem tamen occasione cum regno Jehudæ agit, velut criminum eorum dem conscio & obnoxio pari-bus judiciis; ut ipsa argumentationum series ostendet. *Domus Israel.*] id est, regnum Israëlitarum. *Domus regis*] id est, regnum Judæorum, quod domui Regis a Deo institui hæsit: vide 1. Reg. 12. 16. & sequentib. *Judicium hoc*] quod mox eloquuturus sum. *In Mitzpa*] monte ad Libanum, ubi ferè agebant aucupes, sicut in Tabore: vide Jehoschuhh. 11. 3. *Tabore*] de quo Judic. 4. 6. 2 *Qui ad jug.*] periphrasis latronum: quemadmodum (inquit Deus) aucupes in profundis latitare solent ad intercipiendas volucres; sic etiam vos, ô latrones, ex abdito loco alteri-vitę insidiamini. Hoc verò mearum est partium, ut eos castigem, primùm quidem verbis evincendo revocandosque: deinde etiam verberibus atque suppliciis: sic comparatur transitus ad propositionem sequentem. 3 *Ego novi*] Secunda hæc pars, propositio, declarat primùm crimina Jisraëlitarum, vers. 3. & 4. deinde supplicia, tribus sequentibus: ac postremò exornatur, tribus alteris. *Scortari*] id est, corpore & animo in omnem impuritatem ruere: ut in certa prophetiæ parte videbimus. 4 *Non adhibent*] id est, non student resipiscentiæ & fructibus ejus. *Scortatronum*] id est, impurissimus, ut spiritus perversitatum nominatur Jeschahh. 19. 14. 5 *Etiam*] quasi dicat, sed quid opus est diu multumque de probanda Jisraëlis improbitate laborare? ipsius conditio fastuosissima plus satis testis est, & palàm facit impuritatem omnium: sic loquitur Jeschahh. 3. 10. *Cum illis*] id est, consors maleficiorum & pœnarum quæ de Jisraële enuntiantur. 6 *Ut cum greg.*] id est, nullo pacto judicium Dei effugient, neque Deum reconciliabunt sibi ullo externo cultu, quin pœnam quam modò dixi a Deo immissam subeant. *Gregibus suis*] id est, amplissimis sacrificiis & oblationibus. *Erust se ab eis*] id est, deseruit eos, tanquam profectus aliò, ut dicitur infrà 15. & ostendit visum Jechezk. 10. 7 *Perfidè eger.*] ut adulteræ oblitæ sui conjugalis officii, suprà 3. *Filios exteros*] id est, semen suum cum diis populisque exteris perfidè commiscuerunt. *Consument eos*] id est, tanquam mulieres effœtæ & fractæ assidua venere diffluent mentibus, atque contabescent singula ipsorum membra: sic Jirm. 2. 24. 8 *Clangite*] exornatio propositionis (ut diximus in versum 3.) per hypotyposin, quasi Deus conclamaret arma ad efficienda judicia quæ posteà exponit, duobus versib. *Gibhha*] qui terminus erat regni Jehudæ, ut Rama Jisraëlis: vide 1. Reg. 15. 21. & 22. *Beth-aven*] qui locus erat in solitudine utriusque regni contermina, Jehoschuhh. 7. 2. & 18. 12. ad Beth-elem & regnum Jisraëlitarum pertinens. *Post terrore*] id est, Jehuda quoque ad bellicas clades perferendas se ipsum comparet, qui post regionem tuam habitat: quamobrem de Jisraële agitur, vers. 9. & de Jehuda, vers. 10. simile vide Judic. 5. 14. 9 *Illam*] videlicet correctionem a me prænuntiatam, quam isti ut incertam ludificantur, ac minimè omnium ad se perventuram putant. 10 *Simules tis*] id est, fines transgrediuntur sui officii, nequiiis terminis quos posui se ipsos continent; sed ultrò malitioseque transcendunt & movent eos. Magnum autem fuit se termini moti crimen jura divina & humana testantur: vide Deut. 19. 14. & 27. 17. Jehudæos verò temporibus Achazi in hæc scelera prorusse regis operâ & sacerdotis summi, apparet ex 2. Reg. 16. & 2. Chron. 28. *Velut aquam*] id est, abundantissimè. 11 *Opprimitur*] tertia pars, ut diximus, confirmat propositionem præcedentem de maleficiis Jisraëlitarum, Judæorumque, & venturis a Deo judiciis, per enarrationem κλιμακώδη certorum facinorum, quibus sigillatim sua judicia comparantur. Primum facinus est quòd mandata hominum prætulerunt voluntati Dei, hoc versu: secundum, quòd revocante illos Deo castigationibus, exteris se auxiliis confirmarunt, versu 12. & 13. tertium, quòd verbo Dei moniti ut auxilia extera desererent, neque castigationibus neque verbo adducti sunt ut Deum ex animo requirerent, inde ad versum 5. capitis 6. quartum, quòd eò dementiæ insaniæque prolapsi sunt ut Deo perfidus perfidia summa in Deum & homines irritum fecerint neglectis Dei mandatis, & perpetratis adulteriis & homicidiis, inde ad finem capitis: postremò quòd alii alios provocarint certatim ad maleficia, adulteria, & homicidia, usque ad versum 8. capitis 7. *Judicio*] videlicet Dei, quod ad ipsos pertinere dixit suprà vers. 1. *Quia placere*] id est, nec tamen judiciis quibus frangitur, deterreatur a mandatis & traditionibus hominum; unam tantùm obstillam quia placent traditiones ipsi, & magis arrident quàm præcepta Dei. 12 *Quapropter*] transitio ad secundum facinus, ut diximus præcedente versu. *Tanquam tinea*] id est, consumpsi eos ut tinea vestem. sic Ijobi 14. 1. Proverb. 25. 20. & alibi. *Putredo*] eas res quibus adhæret exulcerans & putrefaciens, quemadmodum ostenditur seq. versu. 13 *Ephraim*] id est, Menachem rex Jisraëlitarum, de quo 2. Reg. 15. 19. *Morbum*] id est, infirmitatem: nam opus habuit Menachem adjumento ut se in regno quod occupaverat confirmaret. *Jehuda*] Achaz rex Jehudæ, ibidem & de 2. Reg. 16. 7. *Propugnaturum*] id est, qui servaret Achazum e manu regum oppugnantium ipsum, ibidem & 2. Chron. 28. 14 *Nam ego*] transitio ad tertium facinus, ut diximus in versum 11. qua demonstratur tum constitum Dei misericors de revocando Jisraële flagellis ad seriam resipiscentiam, usque ad versum 4. capitis seq. tum hypocrisis utriusque regni, versu 4. 15 *Abiens*] id est, subducam me abillis quodammodo, ut me sibi non sentiant ampliùs præsentem esse: humanitus dictum. *Diluculo*] id est, tempestivè & studiosissimè.

In Caput VI.

1 *Agite*] Forma veræ & sanctæ resipiscentiæ, qua alii alios hortantur primùm ad agnoscendam resipiscentia, & confitendam justitiam manus Dei antegressæ; deinde ad manum eandem fide adeundam pro restitutione sui; ac postremò ad fructus fidei & resipiscentiæ proferendos certâ fiduciâ benedictionis Dei. *Curaturus est*] id est, recepturus & instauraturus, utcunque direpti & dilacerati sumus. *Obligaturus*] id est, medicamento ad vulnera quæ infligit nobis adhibito impositurus fasciam, ut chirurgi solent fascias obducere vulneribus & medicamentis. 2 *Post biduum*] id est, brevi redintegrabit nos, si seriò accedamus ipsum, & curabit nos efficacissimè: numerus certus pro incerto. 3 *Ut agnoscentes*] finis restitutionis nostræ a Deo effectæ, nimirum cōstans agnitio Dei freta benedictione ejus. *Tanquam aurora*] id est, ut quemadmodū ex quo aurora exorta est, res videntur, magis ac magis innotescunt, & procedente sole facillimè dignoscuntur; ita nos augescamus & continenter roboremur in cognitione Dei & professione ejus: vide Judic. 5. 31. & Proverb. 4. 18. *Adveniet*] id est, indesinenter & opportunissimè benedictionis suis aspergetur: perfundet nos. 4 *Quid facerem*] videlicet aliud quàm quod exposui sup. vers. 14. & 15. capitis præcedentis. Est autem hæc pathetica contestatio, qua verberat Deus gravissimè Jisraëlitarum & Judæorum conscientiæ. *Abeat*] id est, quasi momento dispereat. 5 *Propterea*] transitio ad quartū facinus, ut diximus sup. 5. 11. quòd omnes, quamvis sollicitati verbo Dei, à fœdere tamen desciverunt, & in omnib. maleficiis se se occuparunt: propterea igitur (inquit) quòd benignitas vestra tanquam nubes & ros evanescit illicò, idcircò cæcidi, &c. *Cæcidi*] id est, fecit ut Prophetæ mei enuntiantes verba mea docerent populū, & perterrefacerent verberum meorū lethalium q; judiciorū fusu: vide Jirm. 1. 10. *Judiciorum*] id est, prædicatione verbi jussi Prophetas prælucere tibi, ut ea veluti face jura tua officiaq; cognoscerес quæ explicantur seq. vers. Hic enim alter usus est prophetiæ, ut non tantùm deterreantur homines a malo, sed etiam ad bonum adducantur. 6 *Non autem*] vide 1. Schem. 15. 22. & Jeschahh. 1. 11. & sequentib. 7 *At isti*] narratio prophetica ac vehementissima quarti facinoris, cujus singula verba singulas habent emphases ad amplificandam indignitatem rei. *Tanquam hominis*] id est, tanquam si cum homine vanissimo sibi res esset. 8 *In Gilhhade*] confirmatio præcedentis accusationis, ab enumeratione partium singularum in quas populus Dei divisus erat, usque ad caput septimum. Est autem hæc prima pars, Gilhhadis, id est, regionis trans Jardenem situ,

Caput VII.

sitæ, συνεκδοχικῶς ideò seorsim posita quòd jam eò tempore exemplo esset à Pule Assyriorum Rege, & coloni deportati. 1. Chronic. 5. 26. Quamobrem verbum substantivum noluimus per præsens reddere, sed per præteritum; ut palàm fieret hîc à Propheta causam anteacceptæ cladis demonstrari. *Urbs erat*] id est, urbani omnes erant nequissimi, & sanguinarii palàm passimque. 9 *Sodalitium*] secunda pars enumerationis, in qua Propheta trâsgressionem perfidiamque populi commonstrat: ac primùm quidem Sacerdotum, hoc ver. deinde verò popularium, cùm Jisraëlitarum; seq. versu, tum Jehudæorum, versu 11. *Præstolantibus*] id est, latronibus & grassatoribus, quos ab explorandis & obsidendis itineribus veteres Latini Græca voce direrunt hodœdocos, ut narrat Festus. *Qua via*] id est, via & ratione dolosa, qua Schimhhon & Levi Schecemitas oppresserunt, Genes. 34. *Scelus faciunt*] videlicet idem quod a Levi parente ipsorum factum est, proditione eos qui ipsis fidem habent tradentes morti. 10 *In domo Jisr.*] jam ad popularium facta Propheta venit, ut diximus præcedente versu. *Ephrajim*] id est, quæ ab Ephrajimo primùm profecta est. Erat enim Jarobhham Ephratæus, 1. Reg. 11. 26. qui idololatriam instituit profligato cultu Dei, 1. Reg. 12. 26. & sequentib. 11 *Etiam ô Jehuda*] id est, animadverto Ephrajimum non tantùm suis Jisraëlitis autorem fuisse nefandæ idololatriæ, verùm etiam Judæos in eamdem labem pertraxisse; tum inde à temporibus Achabi, qui cum regibus Jehudæ affinitate contracta intromisit idololatriam, tum verò ipsis Prophetæ nostri temporibus & Achazi regis, quo tempore Jehuda in manum regis Jisraëlitarũ traditus est, 2. Chron. 28. 5. *Posuisse messem*] id est, sementem idololatriæ: q. d. seviisse & disseminasse idololatriam in populo Jehudæ; cujus eventũ ac veluti messem & fructum populus Jehudæ posteà percepturus sit: elegãs metalepsis. *Cùm reducer.*] id est, cùm ego Hhodedi prophetæ prædicatione efficerem & potente meo spiritu, ut ex captivitate misera (in quam Jisraëlitæ vos rapiebant) reduceremini: quod factum etsi Jisraëlitæ arrogant beneficentiæ suæ, & vos tribuitis; tamen ego jure optimo vindico soli misericordiæ meæ: vide 2. Chron. 28. 8. & sequentibus.

In Caput VII.

1 *Dum curo*] Quintus & postremus locus facinorum, quòd alii alios provocant ad maleficia, ut diximus suprà 5. 11. & se in iis de industria obfirmant: quod genus malitiæ Propheta figurat allegoria hominum, qui eo ampliùs exardescunt in sua studia, ut ut capitalia sint, quo magis saluti ipsorum a perito & diligente medico consulitur. *Nam operantur*] id est, eo magis aguntur feruntúrque ad maleficia omnibus rationibus, locis, temporibúsque perpetrandis sine ulla reverentia Dei; aliorũ, aut sui ipsorum ratione; quod sequentibus versibus ostenditur. 2 *Circumstant eos*] id est, abundant & circumfluunt maleficiis, de quibus tanquam de stipante corona satellitũ gloriantur. 4 *Sicut furnus accensus a pistore*] id est, tam sunt ardentes & inflammati ad adulteria, quàm ardens est furnus igne maximo fervefactus, cùm pistor oppressus somno non meminit ignem subducere: sic enim hunc locum accipiendum esse demonstrat versus 6. *A pistore*] id est, pistoris qui ignem accendit operâ. *Qui desinit*] id est, qui ferè non ampliùs temporis in capienda quiete solet consumere, quàm horam unam aut alteram, dum massa quam depsuit fermentata sit. *Vigil*] hanc vocem ita interpretamur, ut Danijel. 4. 13. & 17. 5 *Die regis*] id est, ne ipso quidem die quo rex Jisraëlitarum institutus est, cùm Deus fuisset castè invocandus & Rex populúsque admonendus sui officii, illo inquam die non abstinetur à maleficiis; sed omnes certatim principes quorum consiliis stare oportet rempubl. se in rebus perditissimis occupant, adeóque Rex ipse consociat se impietati illorum. *Morbo afficientibus*] ac potiùs febri ex nimio vini potu, quod incẽdit potores suos, ut loquitur Jeschahh. 5. 11. *Utre vini*] id est, vino ex utribus in modico, cùm non cyathi, sed quadrantalia epotantur. *Extendit man.*] id est, æquè utrem vini epotandum suscipit, atque alii populares & principes valẽtes potare vinum, ac proinde ad omnem justitiam cõvellendam comparati; ut ostẽditur Jeschahh. 5. 22. *Derisoribus*] id est, hominibus desperatæ salutis: ut Proverb. 9. 7. qui tum sua ipsorum malitia, tum ebrietatio abripiuntur eò impudentiæ, ut ludificentur Deum & homines; vide Proverb. 1. 21. 6 *Nam ad insidias*] explicatio præcedentis similitudinis, qua Propheta ostendit Regem inter principes velut pistorem esse, qui ex officio debeat cùm omnia incendia pública, tum suorum principum ardores autoritate sua restinguere; principes verò tum animos habuisse similes fornacibus, qui concalefacti vino studerent rebus novis & inter se conspirarẽt, hoc versu; atque ex eo profectum esse illud periculosissimum malum, quòd reges multi in Jisraële tempore pauco ceciderint, sequente ver. *Pistore ipsor.*] quem modò diximus typum esse Regis. 7 *Judices suos*] id est Reges, necessarios, & affectas ipsorum, ut factum est Zecarjæ, Schallumo, Pekachjæ, & Pekacho, de quibus vide 2. Reg. 16. *Nemine ex*] nam impios fuisse reges istos sacra testatur historia, ibidem. 8 *Ephrajim*] postrema hujus concionis pars, conclusio, res antè dictas summatim comprehendit. Primùm enim Jisraëlitarum in peccatis obfirmationem, aversionem a Deo, dementissimámque extraneorum consociationem exponit, versibus quatuor; deinde judicium illis superventurum denuntiat, ver. 12. & 13. ídque maximè hypocriseos ipsorum nomine, quæ explicatur ad finem usque capitis. *Confundit se*] quod dixerat suprà 5. 7. *Ut placenta*] hanc similitudinem variè quidem accipiunt interpretes: sed nos eam sequentibus verbis à Propheta de more exponi statuimus in hunc sensum: placuit Jisraëlitis (inquit Deus) se potiùs gentibus adjungere quàm hærere mihi: sed quid tandem ex eo consequutum est? Jisraëlitæ suo ipsorũ facto eò delapsi sunt, ut gentes circumstantes habeant ipsorum regnum pro dulciaria placenta & tracta suavissima, quæ propter jus & condimentum suum non solet verti, sed suo tantùm fundo incumbere. Itaque nunc quia suũ consortia cum simplicitate & credulitate in sua fatuitate ac dementia pergit, advocans eos qui consumant ipsum, & sibi obducta canitie per se corrumpitur, seq. versu. 10 *Testificetur*] vide suprà 5. 5. 11 *Similis columbæ*] id est, mala inducens rete judiciorum Dei. *AEgyptium vocant*] ut fecit Rex Holcheahh, 2. Reg. 17. 4. *Assyrium*] ut dixit suprà 5. 13. 12 *Expandam*] tanquam auceps super columbam, cujus meminit præcedente versu. *Auditum est*] præcantibus Prophetis & contestantibus, 2. Reg. 17. 13. 13 *Væ eis*] denuntiatio judicii superventuri, ut diximus in versum 8. cujus partibus suæ causæ adhibentur, nimirum alienatio & defectio à Deo, atque hypocrisis. *Cùm ego tempt.*] id est, cùm opus habent ut ipsos redimam. Nam dilemmaticè Propheta hypocrisin Jisraëlitarum ostẽdit: (inquit) difficultatibus premuntur, inclamant per hypocrisin me, his duobus versib. sin autem per me difficultatibus eruditi & instructi liberantur, æquè insistunt pravis suis cogitationibus, ver. 15. & 16. 15 *Confirmavi brach.*] infirmitates & difficultates eorum sublevavi, ut medicus ægrotum sublevat; ex allegoria versus 1. 16 *Reversi*] expositio mali quod à Jisraëlitis cogitari Propheta dixit, præcedẽte versu; nempe quòd aversi à Deo suis dolis, ædibúsque nituntur, & solam perfidiam pro telo habent. *Sunt velut arcus*] ut Psalmo 78. 57. *Concidunt*] id est, ruent. 7. *Abindignatione*] id est, qui gladius conspirationum minister acuitur stringitúrque virulentis linguis indignationem inter partes concitantibus. *Hæc sanna*] id est, hac frequẽtia cædium & novarum rerum passim ludibrio & dicteriosunt omnibus hominibus; etiámque fœderatis, ut sunt Ægyptii.

Caput VIII.

Deus judicium suum Israelitis obventurum, & causas gravissimas illius explicat, quòd tum à spirituali regno, id est Ecclesia & cultu ipsius, defecerint, tum à temporali Davidis; & quòd in hypocrisin prolapsi ultrò omne bonum à se abdicaverint: itaque Israelitas contestatus de præsidente ipsorum lætitia egestatem, deportationem, amissionem divini cultus, mortē, & vastationem ipsis prænuntiat: deinde sacrilega ipsorum studia factaq́, hæreditaria ipsis esse adductis majorum exemplis ostendens singulis maleficiis judicia sua accommodat; ac postremò concludit repetitione summa.

1 "Adhibita palato tuo buccina *dicito, involat* "similis aquilæ in" domum Jehovæ; eò quòd transgrediuntur fœdus meum, & contra doctrinam meam deficiunt,

2 "Ad me clamantes Jisraëlitæ, Deus mi agnoscimus te:

3 *Eo quòd* deserit Jisraël bonum, inimicus persequetur eum.

4 "Ipsi" constituunt reges, at non ex me; præficiunt principes, quos non agnosco: argento suo & auro suo faciunt sibi" terricula, "ut excindatur *Jisrael.*

5 "Deseret vitulus tuus, ô Schomron, *eos*; exardescēte ira mea in ipsos: quousque non poterunt *colere*" innocentiam?

6 "Nam à Jisraële" ipse quoque est, artifex paravit illum, neque Deus est: nam *in* fragmenta erit vitulus Schomronis.

7 "Cùm vento seminaverint, etiam turbini metent: culmus nullus erit ei, germen non efficiet farinam; si fortè fecerit, "extranei absorbebūt ipsam.

8 Absorbebitur Jisraël: mox erunt in gentibus" similes instrumento in quo nulla *est* delectatio.

9 "Quia isti" ascenderunt ad Assyrium, "onagrum "solummodò stu- *a Heb.* solitarium sibi. dentem sibi; Ephrajimitæ mercede conduxerunt amores:

10 Etiam quia" mercede conduxerunt *alios* in gentibus, mox" congregaturus sum" eos ("cœperūt enim paululum)" propter onus" Regis principum.

11 "Quia" multiplicavit Ephrajim altaria ad peccandum; sunt ipsi altaria ad peccandum;

12 "Quæ præscribo ei *b* documentis amplissimis legis meæ, tanquam *b Heb.* amplitudinibus. res extera reputantur:

13 "Sacrificia ipsa" donariorum meorum, sacrificantes carnem comedentesq́; Jehova non accipit: nunc recordatur iniquitatis eorum, & animadvertit peccata eorum" ipsos in Ægyptum reverti.

14 "Denique oblitus est Jisraël opificis sui, exstruxitq́; templa, & Jehuda" multiplicavit civitates munitas: ideò immittam ignem in civitates" hujus, ubi consumpserit palatia" illius.

Caput

Caput IX.

1 NE lęteris, Jiſraël, ad exultationē ut populi, quòd ſcorteris a Deo tuo; diligas mercedem meretriciam in o-
2 mnibus areis frumentariis.
Area ut lacus torcularis nō paſcet iſtos, & muſtum
3 mentietur iſti.
Non habitabunt in terra Jehovæ; ſed revertetur Ephrajim in Ægyptum, & in Aſſyria pollutum comedent.
4 Non libabunt Jehovæ vinum, neque ſuavia erunt ipſi *libamina*; ſacrificia eorum ut cibus lugentium *futura eſſent* eis, quicunque comederent ipſum polluerent ſe: nam cibus eorum pro *a* mortuo ipſorum non venit in domum Jehovæ. *a Heb.* anima: ut Levit. 21. 1.
5 Quid facturi eſſetis, die ſolennitatis & die feſto Jehovæ.
6 Nam ecce interituri ſunt a vaſtatione, Ægyptus congregabit eos, Moph ſepeliet eos; *b* deſyderatiſſima *tentoria* ad argentum ipſorum chamæleon hæreditariò poſſidebit, ſpina in tentoriis ipſorum *erit*. *b Heb.* deſyderii.
7 Adveniſſe dies animadverſionis, adveniſſe dies retributionis agnoſcent Jiſraëlitæ; ſtultos Prophetas iſtos, dementes, viros *c* ventoſos eſſe, propter amplitudinem iniquitatis tuæ, & amplum inteſtinum odium. *c Heb.* venti.
8 Speculatur Ephrajimum *d* conjunctum Deo meo; *ut* laqueus aucupis in omnibus viis Prophetæ ipſius *eſt* inteſtinum odiū in domo Dei ipſius. *d Heb.* cum.
9 In *e* profundiſſimam corruptionem conjiciunt, ſimilem tēporibus Gibhhæ: recordabitur iniquitatis eorū, animadvertet peccata eorum, *dicens*; *e Heb.* profundāt corrumpunt.
10 Tāquam uvas in deſerto inveneram Jiſraëlem; ut primū fructum in ficu principio ipſius, viderā majores veſtros: ipſi venerūt ad Bahhalpehhorem, & ſepararunt ſe pudendo, & fuerunt deteſtationes *f* prout amaverunt. Numer. 25. *f Heb.* ſecūdum amare ipſorum.
11 Ipſorum Ephrajimitarum tanquam volucris evolabit gloria; inde à partu, & ab utero, & à conceptu.
12 Quòd ſi educaverint filios ſuos, *g* ita orbabo eos ut non ſuperſit ullus: quin etiam væ eis, cùm diſceſſero ab ipſis. *g Heb.* orbabo eos ab homine.
13 Ephrajim, quemadmodum video Tyrum, plantata eſt in habitaculo; ſed Ephrajim producturus eſt ad interfectorem filios ſuos.
14 Da eis Jehova, quod daturus es: da eis vulvam abortientem, & ubera flaccida.
15 Totum malum iſtorum in Gilgale eſt, nam ibi odi iſtos: propter malitiam actionum iſtorum, è domo mea expellam iſtos, non pergam amare eos, omnes principes eorum ſunt refractarii.
16 Percutietur Ephrajim, radix ipſorum exareſcet, fructum nō ſunt facturi; etiamſi genuerint, morte afficiam tamē *liberos* deſyderatiſſimos uteri ipſorum.

17 Spernet eos Deus meus; quia non auscultãt ei, ideò erunt errabundi in Gentibus.

Caput X.

1 Vitis vacua est Jisraël, fructum reponit sibi; secundũ multitudinẽ fructus sui multiplicat altaria, secũdum bonum terræ suæ benefaciunt statuis.

2 Impertitur[a] animus eorum, jam rei sunt; ille[b] decutiet altaria istorum, vastabit statuas istorum.

3 Nunc enim dicunt, nullus rex est nobis; nam non timemus Jehovam, & Rex ipse quid facturus esset nobis?

4 Loquuntur verba exsecrando [c]falsò, pangendo fœdus; & floret simile cicutæ judicium per porcas agrorum meorum.

5 Propter vitulas Beth-avenis formidabunt *quisque* habitator Schómronis; cùm lugebit de eo populus ipsius, etiam atrati ejus *qui* de eo exultant, [d]propterea quòd gloria ejus migraverit ab eo.

6 Etiam ipse in Assyriam deportabitur, munus Regi propugnanti; pudorem Ephrajim percipiet, & erubescet Jisraël à consilio suo.

7 Exscindetur ipsius Schomronis Rex, similis spumæ in superficie aquarum:

8 Et succidẽtur excelsa Avenis, peccatum Jisraëlis; spina & tribulus [e]assurget super altaria eorum: & dicent ipsis montibus, tegite nos; & collibus, cadite super nos.

9 Inde à diebus Gibhhę peccasti Jisraël, ibi steterunt; non assequutum est eos Gibhhæ bellum contra [f]iniquos *gestum*.

10 Pro voluntate mea itaque vinciam eos; cõgregabuntur enim contra eos populi, vinciendo eos *deducendos* in duabus habitationibus ipsorum.

11 Nam Ephrajim vitula est edocta, amans triturare, quamvis ego transivissem super præstantiam colli ejus: usurus ad equitandum fuissem Ephrajimo, araturus Jehuda, [g]occaturus Jahhakob.

12 Seminate vobis, *dicebam*, ad justitiam, metite ad benignitatẽ, novellate vobis novale: nam tempus est quęrendi Jehovam, donec veniat, & doceat vos justitiam.

13 Arastis improbitatem, iniquitatem metitis, comeditis fructum mendacii: quia confidis viæ tuæ, multitudini potentium tuorum.

14 Quapropter exsurgit tumultus in populis tuis, & unaquæque munitionum tuarum vastabitur, ut vastavit Schalman [h]Arbelitida die belli: mater cum filiis collidetur.

15 Ita efficit vobis Beth-el propter [i]summam malitiam vestram; in ipsa aurora [k]planè exscindetur Rex Jisraëlis.

ANNOT.

a Heb. cor.
b Heb. decollabit.
c Heb. vanitate.
d Heb. ppter gloriã ejus q migraverit: trajectio.
e Heb. ascẽdet.
f Heb. filios iniquitatis.
g Heb. occaturus sibi; piconasmus.
Jirmej. 4.3.
h Heb. domũ Arbeli.
i Heb. malitiã malitiæ vestræ.
k Heb. exscindendo.

ANNOTATIO IN CAP. VIII.

1 *Adhibita*] Hujus concionis, quæ eodem argumento cum superiore est, partes sunt quinque: propositio judicii à Deo venturi & causarum ejus, tribus primis versib. enarratio propositionis, toto cap. 8. contestatio Jisraëlitarum ex propositionis argumento, septem primis versib. capitis 9. confirmatio antecedentium documentorum, inde ad versum 11. capitis 10. & conclusio, ad finem usque. Ac propositio quidem judicium venturum per hypotyposin militarē explicat, in priore membro versus 1. causas verò tres ex ordine recēset; defectionem, versu 1. hypocrisin, ver. 2. & abdicationē omnis boni, versu 3. *Similis aquilæ*] id est assiduus hostis, velocissimus, & potentissimus. *Domum Jehovæ*] populum Jisraëlis antè effectum domesticum Dei per gratiam ipsius, ut deinceps sæpius nominatur. 2 *Ad me clamantes*] id est, simulata pietate invocantes & profitentes me. 4 *Ipsi*] enarratio hæc propositionis judicia Dei sigillatim atque ex ordine accommodat primùm in defectionem Jisraëlitarū, usque ad versum 11. deinde in hypocrisin: unum, à temporali Davidis regno figurante regnum Christi; alterum, a spirituali cultu & sacro: quæ duo prolepticè hoc versu posita deinceps per ὑστέρωσιν explicantur. *Constituunt Reges*] inde à temporibus Jarobhami: nam Jarobham & quicunque sequuti sunt non venerunt in regnum ex promissione Davidi facta; sed aut populi defectione, aut ipsorum occupatione Reges sunt creati. *Terricula*] vide 1. Schem. 31. 9. *Ut exscindatur*] id est, ut suo ipsius gladio juguletur, & suo facto pereat; ut dicitur infrà 10. 15. 5 *Deseret*] expositio judicii divini contra defectionem à cultu sacro, usque ad versum 9. quam ingreditur Propheta per apostrophen ad Samariā regiam & metropolim Jisraëlitarum regni: non juvabit te, inquit, vitulus tuus. *Innocentiam*] quæ posita est in observatione conjugalis officii nostri erga Deum nostrum. 6 *Nam*] ætiologia prædictionis antecedentis, tum ab ipsa origine naturáque fictilium vitulorum, tum ab exitio ipsorum, hoc versu; quod suis quoque cultoribus perditionem est importaturū, duobus seq. versibus. *Ipse quoque*] ut primus ille in deserto fusus, Exodi 32. 7 *Cum vento*] id est, ut severint ita metent, adeóque difficilius atque molestius: quod sequentibus verbis exponitur. *Extranei*] prout cœptum est fieri, cùm diuturna fame premeretur Schomron, & post obsidionem triennii caperetur, 2. Reg. 17. 5. 8 *Similes instrumento*] id est abjectissimi, & expositi indignissimis contumeliis, tanquam pelves & matulæ. 9 *Quia isti*] expositio judicii divini cōtra defectionem Jisraëlitarum à temporali Davidis regno ad extera, hoc & seq. versu: ut diximus in versum 4. *Ascenderunt*] 2. Reg. 15. 19. *Onagrum*] id est, cui non magis curæ sunt homines ut ipsos adjuvet, quàm onagro, de quo Ijobi 39. 8. & sequentibus; sed sibi tantùm prospicit. 10 *Mercede cond.*] id est, conducto milite extero esse confirmaverunt, ut de Hoschehha Rege legimus 2. Reg. 15. 19. *Congregaturus*] id est, acervatim perditurus, ut infrà 9. 6. *Eos*] videlicet Jisraëlitas in quorum regionem involabunt cōductæ gentes: quemadmodum Achazo interminatur Deus Jeschahh. 8. *Caperunt*] videlicet congregari Jisraëlitæ Pulē & Tiglat-pelesere ducibus, cùm tribus quæ trans Jardenem erant partim cæsæ, partim que deportatæ sunt, 1. Chron. 5. 26. sic ab exemplo recente hæ minæ confirmantur. *Propter onus*] id est, propter tributum quo Reges Jisraëlis populum suum onerarunt, ut reges Assyriæ sibi adjungerent. Hoc enim tributum pendebat Hoscheahh Rex Schalmaneseri, 2. Reg. 17. 3. *Regis prin.*] id est, Regis Assyriorum potentissimi & maximi, qui in principes multos dominabatur: vide 2. Reg. 18. 19. & sequentibus, & Jeschahh. 10. 8. 11 *Quia multipl.*] accommodatio judiciorum Dei in hypocrisin Jisraëlitarum, ut diximus in versum 4. *Multiplicavit*] id est, non satis habuit legitimo altari meo. 12 *Quæ præscribo*] id est, ego ritus & ceremonias externas omnes nihili facio: ut Jeschahh. 1. & 66. sic exponimus ex versu seq. 13 *Sacrificia ipsa*] ut Proverb. 15. 8. & 21. 27. *Donariorum*] id est, etiamsi donentur mihi. *Ipsos in AEgypt.*] id est, neque adhærere Deo ex fœdere, neque servire Assyrio secundum fidem daram: sed missis nuntiis cum Ægyptio conspirare, 2. Reg. 17. 4. 14 *Denique*] accommodatio judiciorum Dei contra perversitatem Jisraëlitarum de industria abdicantium omne bonum, in omne malum incumbentium, & Judæos sermone, exemplóque ad idem scelus provocantium: postremus locus; ut diximus in versum 4. *Multiplicavit*] videlicet Jehudæ, qui a copiis Sancheribi gravissimè infestatus est, & damna accepit quàm plurima: vide 2. Reg. 18. & 19. *Illius*] Jisraëlis, qui antè eversus & deportatus est quàm oppugnaretur Jehuda: sic accipiendum esse locum hunc evincit generis relativorum varietas.

IN CAPUT IX.

1 *Ne lætere*] Tertia pars, contestatio Jisraëlitarum de præsidente ipsorum lætitia & conquiescente in præsentibus bonis, versu 1. quam lætitiam retundit Propheta prædictionibus egestatis, versu 2. deportationis, versu 3. amissionis divini cultus, versu 4. & 5. mortísque & vastationis horrendæ, versu 6. & 7. *Ad exultationem*] id est, magnoperè adeò ut exultes; ut solent ii quos maxima lætitia afficit. *Scorteris*] id est, omisso vero Deo in diis & gentibus exteris conquiescas, & te prostituas eis: allegoria frequentissima. 2 *Mentietur*] id est, fallet spem istius, per prosopopœiam. 3 *Pollutum*] id est impurum, neque primitiis neque ulla ratione consecratum & acceptum Deo: vide Danijel. 1. 8. 4 *Non libabunt*] id est, nefas erit ipsis libare, nedum sacrificare Domino. *Cibus lugent.*] id est, si sacrificarent, illegitimè & impurè sacrificaturi essent, cùm sacrificantes lætari coram se Deus imperet Deut. 12. 7 & sequentibus: His verò in deportatione & servitute miserrima lętitię nihil futurum sit. *Nam cibus*] explicatio similitudinis. q. d. quemadmodum ex lege nefas est sacrificium pro mortuo aut cibum ullum inferri in domum Dei, quia sacrificia lętè fuerunt celebranda ex lege Deut. 12. ita etiam ἀναλόγως ingrata futura essent istorum hominum sacrificia: quò pertinēt sequentes versus. 5 *Solennitatis*] cùm agitanda est lætitia, Numeror. 10. 10. 6 *Moph*] vide Jeschahh. 19. 13. *Deperditissima*] id est, etiam intima ipsorum penetralia quibus desyderarent abscondere pecuniam suam; horrescent ipsius & sentibus. *Chamæleon*] ut Proverb. 24. 31. 7 *Advenisse*] quarta pars, confirmatio, judicium Dei vēturum afferrit à sacrilegis studiis, & inhumanis odiis populi Jisraëlis & prophetarum ejus, versu 8. & 9. quæ mala per compationem majorum Propheta deinde ostēdit hæreditaria Jisraëlitis esse, judiciáque paria in ipsos accersere. Ac sacrilega quidem illorum studia posita in cōsociatione idolorum, & Dei fœderisque ipsius repudiatione cum suis judiciis perséquitur Propheta, usque ad versum 9. capitis 10. & concludit, versu 9. & 10. *Stultos prophetas*] videlicet qui falsis prophetiis populum alunt & confirmant in malo, atque irretiūt, ex seq. versu. *Propter ampl.*] id est, quæ animadversio & retributio propter has duas causas supervēnura est, nimirum iniquitatem in Deum, & inhumanitatem odiáque intestina & crudelissima, ex quibus tam multi reges pauco tempore in Jisraële exstiterunt. 8 *Speculatur*] narratio improbitatis duplicis, qua Pseudoprophetæ apud Jisraëlitas tenebātur: una, quòd pios indesinenter observabāt & prodebant sceleratissimè quasi prophetarent; altera, quòd intestinis illis & publicis odiis abutebātur ut Jisraëlitas inter se committerent, & illis tanquam laqueis ipsos impediebant & perdebant improbissimè religionis specie. *Ut laqueum*] id est, Propheta passum tendiculas ponit ad intestina odia inflammanda. 9 *In profundiss.*] ἐργασίᾳ confir-

mationis, ut diximus in verſum 7. qua Propheta docet adducta majorum comparatione ſtudia ſacrilega odiáque eſſe in Iſraëlitis hæreditaria, ac proinde ipſos judiciis iiſdem puniendos: ſacrilega autem ſtudia hæreditaria confirmat tum conſociatione idolorum, ut Bahhal-pehhori majores ſeſe adjunxerant, verſu 10. cui malo ſua judicia ſubſternuntur, uſque ad verſum 15. tum abdicatione Dei & fœderis ipſius, quod Gilgale fuerat inſtauratum cumcircumciſis majoribus, inde ad verſum 9. capitis ſeq. *Conjciunt*] videlicet alii alios. *Similem temporib.*] id eſt, nó latentem aut ſingularem aliquam; ſed apertiſſimam & communem omnium, ut fuit ſcelus Gibhhæ Judic. 19. 20. 10 *Tanquam*] narratio idololatriæ qua Iſraëlitæ coram Deo inde ab exitu ex Ægypto commaculati ſunt: in qua Deus beneficium ſuum cõparat cum ingratiſſimis illorum maleficiis; deinde judicia ſubjicit, ut diximus in verſum 9. tanto amore (inquit Deus) Iſraëlitas complexus ſum quanto amari ſolent à viatoribus uvę, aut præcoces ficus: at ipſi amorem ſuum idolis tradiderunt: ſic Deut. 32. 10. & ſequentibus. *Pudendo*] vide Jirmej. 3. 19. *Fuerunt deteſt.*] id eſt, aſſumptam ſemel idololatriam auxerunt arbitratu ſuo. 13 *Ephrajm*] amplificatio impietatis Iſraëlitarum ab infinita ipſorum præfidentia, quòd tam firmè fundati & radicati in ſua amplitudine ſibi viderentur, quàm Tyrus in ſua ſede. *Productur us*] id eſt, cruentis cædibus ſuos expoſiturus. 14 *Daeis*] Prophetæ verba, erumpentis in preces cognita gravitate judiciorum Dei. Duo (inquit) interminatus es: unum, gloriam ipſorum à nativitate, utero, & conceptu avolaturam: alterum, parentes liberis quos educaverint orbatum iri. Cùm autem tolerabilior ſit eorum conditio quos judicio priore affeceris, quæſo ut illud perficias; ut aut non naſcantur liberi, aut nati moriantur illicò inopia educationis. 15 *Totum malum*] ſecundus locus ſacrilegorum ſtudiorum in quę Iſraëlitæ exarſerant, ut dictũ eſt in verſum 9. Fuerat, inquit Deus, majorum incircumciſorum ſcelus Gilgale devolutum atque condonatum: hoſchuhh. 5. iſti verò eum ipſum locum ubi majores ſanctificaveram prophanis ſuis & impiis factis contaminant, ut infrà 12. 12. & quamvis præputium carnis ipſorum fuerit in Gilgale exſectum, tamen malitia ipſorum adhęſit eis, quam inde ab eo tempore odio proſequutus ſum, & deinceps ulturus, ut ſequentes verſus explicant. *In Gilgale eſt*] id eſt, non amotum eſt ab ipſis; ſed adhuc in ipſis hæret, odiúmque meum conciliat. 16 *Percutietur*] narratio judicii allegorica, quam interpretatur Propheta hoc & ſeq. verſu.

In Caput X.

1 *Vitis*] ἀμπελὼν præcedentis ſententiæ, continens primùm narrationem criminum quibus tenebantur Iſraëlitæ, verſibus 4. deinde judiciorum quæ erant ſuperventura divinitus, alteris quatuor. *Fructum reponit*] id eſt, nemini eſt fructuoſa: ſi quid profert, eo toto in libidinem ſuam abutitur, ut ſequentia verba exponunt. 2 *Impertitur*] id eſt, ipſi ex animo ſuo impertiũtur idolis quicquid habẽt. *Ille*] videlicet Deus meus, qui nominatus eſt ſuprà 9. 17. 3 *Nunc enim*] propoſita ſummatim duobus verſib. prolepſi de malitia Iſraëlitarum & de judiciis Dei cõtra illos, jam ſigillatim exponit Propheta, malitiam quidem ver. 3. & 4. judicia verò, ſequentibus. *Nullus Rex*] id eſt, non reges noſtri nobis; ſed nos ipſi regibus noſtris imperamus, leges ferimus, exauctoramus, &c. quæ fuiſſe facta ſacræ hiſtoriæ teſtantur. 4 *Loquuntur*] id eſt, omnes perjuri & fœdifragi ſunt, ac novæ conſpirationes quotidie inter ipſos pullulant: quod indigniſſimum eſt inquilinis meis, quos ex meo ipſius agro mea ſuſtentat liberalitas. *Floret ſimile*] i. omnia ſunt depravatiſſima: ne judicium quidem ipſum (quod ſacrum eſt Jehovæ) integrum eſt, ſed conſtupratiſſimũ & exitioſum omnibus. 5 *Propter Vitulas*] narratio judicii, ut diximus in verſum 3. *Vitulas Beth.*] id eſt, idola Beth-elis & Danis, ſynecdochicè: vide ſuprà 4. 15. *Atrati*] vide 2. Reg. 23. 5. 6 *Ipſe*] habitator Schomronis, de quo præcedẽte verſu. *Propugnanti*] vide ſuprà 5. 13. 7 *Rex*] Hoſcheahh filius Elæ, de quo 2. Reg. 17. 8 *Avenis*] i. Beth-elis ſive Beth-elis, de quo ſuprà 5. per aphæreſin. *Peccatum*] id eſt, quibus in excelſis Iſraëlitæ peccatis gravillimis ſe ſe obſtrinxerunt. 9 *Inde à diebus*] concluſio idipſum repetens quod dictum eſt ſuprà 9. 9. per apoſtrophen ad Iſraëlitas, quibus ſubnectitur judicium ſuum ſeq. verſu. *Steterunt*] id eſt, non fuerunt dejecti & perditi majores ſui, prout peccatis ſuis merebantur. *Iniquos*] Binjaminitas. 10 *In duabus hab.*] i. in Jehuda & Iſraële. Hæc enim ſeplepſis concluſionis eſt, quæ in ſequentibus fuſiùs exponitur. 11 *Nam Ephrajm*] hæc concluſionis exornatio: primùm comparat ſtudia Iſraëlitarum cum gratioſo Dei conſilio, verſu 11. deinde documẽta ejus, verſu 12. cum facis illorum, verſu 13. ac poſtremò judicium propinquum denuntiat, duobus verſib. ultimis. *Edocta*] id eſt, quæ informata quidem eſt in pietate erga Deum, cultu & officio ſuo; ſed omittens fugiénſque cultum & laborem juſtũ, inlud tantùm incumbit ut percipiat commoda. *Ego tranſiviſſem*] id eſt domuiſſem, & aptaſſem ferendo jugo & trahendo aratrum meum. *Uſurus ad equit.*] id eſt, Iſraëlem & Jehudam, ſingulos denique occupaturus in cultu meo, ut proſopopœia ſequẽte oſtẽditur: hæc omnia allegoricõs. 14 *Schalman*] ſive Schalmanaſar Rex Aſſyriæ, de quo 2. Reg. 17. *Arbelitida*] regionem Aſſyriæ infra Arpadum à Schalmane occuparam ea expeditione quę perſtringitur 2. Reg. 18. 34. & 19. 13. Dicitur autem Arbelitis ab oppido Arbelorum, quod Darii clade apud autores celebratum eſt. *Mater cum*] vide Geneſ. 32. 11. 15 *Ita efficit*] id eſt, horum in cauſa eſt impia ſceleratiſſimáque veſtra idololatria; quæ de nomine Beth-elis ſynecdochicè deſignatur. *In ipſa aurora*] id eſt, momento uno, & ex improviſo.

Caput XI.

Deus paterni amoris ſui erga Iſraelem fundamentum ſtatuens in Chriſto, oſtendit ſe (etſi neque Prophetis, neque lege, neque beneficiis, neque verberibus Iſraelẽ adduxit ad reſipiſcentiam) tamen non poſſe illum perdere; ſed potius effecturum ut electi ad Chriſtum exhibitum converſi amplectantur ipſum fide, & fruantur promiſſionibus.

1 "Uia puer Iſraël *eſt* quem" diligo; ideò ex Ægypto
"vocavi" filium meum.
2 "*Prout*" revocant eos; ita" abeunt a conſpectu illorũ,
Bahhalimis ſacrificant, & ſculptilibus ſuffitũ faciunt.
3 "Prout ego" aſſuefacio Ephrajimum, accipit" illa" in
brachiis ſuis; neque agnoſcunt me curare ipſos.
"Funiculis
4

4 "Funiculis humanis traho eos, densis funibus amoris; & sum eis ut qui sublevant jugum impositum maxillis eorum, ut admoveam ei cibum.

5 "Non erat ipsi revertendum" in terram Ægypti, aut Assyrii," qui *est* Rex ejus; sed "renuerunt converti.

6 "Denique cùm residet" gladius in civitatibus ejus, & consumit mẽbra ejus, devorátque; propter consilia eorum;

7 Populus meus "suspensi hærent aversioni à me:" quamvis ad excel- *a Heb.* appẽdent aversioni mei.
sum revocent eum, pariter" non exaltat.

8 "Quomodo exponerem te, ô Ephrajim? dederem te, ô Jisraël? quomodo disponerem te ut" Admam? ponerem te ut Tzebojima?" se versat in me *b* animus meus, simul æstuant *c* viscera mea pœnitentia. *b Heb.* cor meum.

9 Non perficiam æstum iræ meæ, *d* non perdam amplius Ephrajimũ; *c Heb.* pœnitentiæ meæ.
quia Deus fortis sum, ac non" vir; in medio tui sanctus, non autẽ" invasurus civitatem. *d Heb.* non revertar ad perdendum.

10 "Jehovam sequentur tanquam leo" rugientem; cùm ipse rugiet, tum *f* trepidè accurrent" filii inde" à mari. *e Heb.* post Jehovã ibũt. *f Heb.* trepidabunt: sic seq. versu.

11 "Trepidi accurrent ut avicula ex Ægypto, & ut columba è terra Assyriæ; & collocabo eos in domibus ipsorum, dictum Jehovæ.

ANNOTATIO.

1 *Quia puer*] Expositis hactenus Jisraëlitarum peccatis & interminationibus Dei contra illos, prout duobus typis Propheta figuraverat capite 1. & 3. nunc demum transilit Propheta ad explicationem alterius partis adumbratæ typo, nimirum ad enarrationem gratiosarum promissionum de reconciliatione Jisraëlitarum cum Deo, id est, sanctarum reliquiarum secundum electionem gratiæ in Christo. Quamobrem tria hoc loco à Prophera exponuntur: primum est, propositio causarum gratiæ & promissionum Dei, versu 1. secundum, narratio ingratissimæ Jisraëlitarum administrationis pro infinitis à Deo beneficiis, usque ad versum 8. tertium, immutabilium Dei promissionum explicatio miseros Jisraëlitas & ultrò ruentes in perniciem suam misericorditer conservantis. Ac in propositione quidem non mediocris difficultas ex eo inesse visa est, quòd interpretes ferè omnes, communi Judæorum interpretatione traducti, locum hunc ad tempus illud putarunt respicere, quo populus Jisraëlis Deo autore & duce Mosche ex Ægypto egressus est: sed cùm nos propiùs introspicimus consilium Prophetæ toto hoc capite, & attendimus ad interpretationem quæ habetur Matth. 2. 15. planè statuimus germanam hujus loci interpretationem ex illo petendam esse. Sensus igitur est, amorem Dei erga populum ipsius æternum esse; cúmque gratuiti illius amoris & beneplaciti Dei fundamentum sit in Christo (quem exhibitum & natum in carne neque Judæi, neque Jisraëlitæ agnoverant) etsi nõ foisset futurum à justitia Dei alienum ut eo in æternum privarentur (quod subductio illius in Ægyptum videbatur portendere) Deum tamen sibi in amore suo erga populum suum constare, & propterea Christum (quem ad sua vocantem minimè receperant) ex Ægypto, quò fuerat subductus, in terram Jisraëlis revocare. *Diligo*] id est, amare ergo, ex æterna electione mea in Christo, & fide constantiáque fœderis. *Ex AEgypto*] ubi aliquot annos delituit Christus, declinans sævitiam Herodis, & quodammodo interminans populo abdicationem ipsius propter ingratũ animum & maleficia, nisi Deus ad veritatem suarum promissionum respiceret. *Vocavi*] id est, statui vocare decreto meo, & (uo tempore certissimè revocaturus sum. *Filium meum*] unigenitum Christum, ut interpretatur Matthæus. 2 *Prout*] altera hæc pars, ut antè diximus, est συγκριτικὴ beneficiorum Dei cum ingratissimis Jisraëlitarũ maleficiis: qua ostẽdit Deus omnino necessarium esse ut Christum (in quo omnes ipsius promissiones sunt etiam & amen) ad Jisraëlem vocet. Nam primùm revocanti per Prophetas non auscultarunt, sed ad idola transfugerunt, hoc versu: deinde cùm ipse Deus lege & ceremoniis eos informaret, idola suffecerunt in locum mandatorum ejus, ver. 3. præterea ne beneficiis quidem devinciuntur Deo, sed ad exteros confugiunt, versu 4. & 5. ac postremò ne verbus quidem reliquis, ver. 6. & 7. Sic ostendit Deus nihil jam amplius superesse quàm ut plenitudinem gratiæ & veritatis exhibeat in Christo, ut justi ambulent in illa, & impii impingant in illam; ut idem aut infrà 14. 10. *Revocant* Prophetæ ad Deum & doctrinam ejus. *Abeunt*] id est, obvertunt eis cervicem, non autem faciem: ut ait Jirmeja 2. 27. 3 *Prout ego*] secundus gradus συγκρίσεως; ut diximus in versum 2. *Assuefacio*] id est, informo & instruo, ut accipiat legem meam. *Illa*] Bahhalimos videlicet & sculptilia, quorum meminit præcedente versu. *In brachiis suis*] ut scortum impudens, & in libidinem omnem exardescens, passis ulnis amplexans amatores. 4 *Funiculis humanis*] tertius gradus συγκρίσεως, ut diximus in versum 2. per similitudinem optimi agricolæ & jumentis suis studiosissimè consulentis: qua similitudine usus erat suprà 10. 11. 5 *Non erat ipsi*] id est, nihil erat, cur à me averteret se Ægyptii aut Assyrii fidem sese reciperet, cùm omnia affatim & indulgentissimè à me subministrata essent. *In terram AEgypti*] ut fecisse legitur Rex Hoscheahh, 2. Reg. 17. 4. *Qui est Rex*] id est, cui regnum Jisraëlis est tributarium inde à tẽporibus Menachemi, 2. Reg. 15. 19. *Renuerunt*] quàvis tot modis qui antè dicti sunt, revocarẽtur. 6 *Denique*] quartus & postremus locus συγκρίσεως, ut diximus in versum 2. *Gladius*] sive intestinus (ut mutuis Jisraëlitarũ cõspirationibus factum est) sive alienus ab hoste illatus, aut ab auxiliaribus accitus. 7 *Quamvis ad exc.*] id est, quamvis hæc omnia, prophetia inquam, lex, administratio paterna Dei, & verbera documento sint ipsis, ut missa omni disceptatione & hæsitatione se committant Deo; non possunt tamen gloriam Deo solidè tribuere.

Non exaltat] videlicet excelsum Deum. 8 *Quomodo exponerem*] tertia hæc pars continet primùm pathos elegantissimum, hoc versu: deinde promissiones Evangelicas in Christo, tribus seq. Sensus autem est τῷ πάθους: ô Israël, si ad tua ista ingratissima & indignissima facta respicerem, non secus tecum agerem quàm olim cum civitatibus quæ incendio è cœlo perierunt: sed ut ut in te sis perditus, & perdendus propter te; attamen in consilio meo servaris, & propter misericordiam meam in Christo servaberis. *Admam*] quam subvertit Jehova cum Tzebojimis, & duabus aliis civitatibus, Genes. 19. quarum simul habentur nomina Deut. 29. 23. *Se versat*] id est, in dubio est animus, incertus sum quid agam, cùm hinc atrocitas peccatorum tuorum me ad supplicium sumendum provocat, inde paternus meus amor & misericordia ad sustinenda & inhibenda judicia compellit, gratiámque meam in Christo explicandá: denique certat virtus misericordiæ meæ cum vitiositate tua, & me tanquam patrem optimum filios castigãtem flectit ad faciendam gratiam, quæ deinceps exponitur: humanitus dicta. 9 *Quia Deus fortis*] διττὸν promissionum Dei duplex; unum, à natura Dei, quòd Deus fortis est, ac proinde irrevocabile & infractum est decretum ipsius de servandis electis; alterum, ab officio & fœdere, quòd sanctus est, sanctificationis autor, & in populo suo habitans ad æternam sanctificationem ejus. *Vir*] qui cùm à se, tum ab alio mutabilis est: sic Numeror. 23. 23. & 1. Schem. 15. 29. *Insurrus civit.*] id est, hostis & adversarius tuus, qui infensa acie irrumpam in te, & flamma ferróque profanem omnia. 10 *Jehovam sequen.*] id est Christum, quem vocavero ex Ægypto; ac non abibunt à conspectu ejus, ut fecisse dicuntur suprà versu 2. *Rugientem*] id est, maxima voce personantem, & potentissima Evangelii: vide Hebr. 12. 26. *Filii*] in Christo effecti, Joan. 1. 12. *A mari*] id est, ab extremitatibus terræ, quam mare circumluit. 11 *Trepidabunt*] id est advolabunt: amplificatio præcedentis promissionis altera similitudine.

Caput XII.

Deus Iisraelitas à perfidia, idololatria & inhumanitate revocãs domesticis majorum exemplis, pertexit narrationem infidæ ipsorum avaritiæ, nefariæ idololatriæ, & intolerandi fastus: quæ peccata postquam exaggeravit majorum exemplis, & verbi sui promissorumq; suorum recordatione, narrat se profligatis impiis reliquias gratiosè conservaturum esse: ideóque omnes ad respiscẽtiam hortatur, curationem æternam & incorruptam pollicetur, & prophetiam gravi sententia decretoq; terminat.

1 Circumdederunt me mendacio Ephrajimitæ, & dolo domus Jisraëlis; quãdo Jehuda adhuc dominabatur cum Deo forti, & cum sanctis fidelis erat.

2 Ephrajim depascens ventum, & persequens Eurũ, toto die mendacium & vastitatem multiplicat: nam fœdus cum Assyrio pangunt, & unguentum in Ægyptum deportatur.

3 Etiam disceptatio est Jehovæ cum Jehuda; qui animadversurus in Jahhakobum secundum vias ejus, secundum actiones ejus reddet ei.

Genes. 25. 26. 4 In ipso utero calcaneum tenuit fratris sui, deinde robore suo principem se gessit cum Deo:

Genes. 32. 24. & sequentib. 5 Principem, inquam, se gessit cum angelo, & potentia valuit, flevit & supplex oravit eum; Bethele invenit eum, & ibi loquutus est nobiscum.

6 Atqui Jehova Deus exercituum, Jehova est memoriale ejus.

7 Tu ergo ad Deum tuum convertere; benignitatem & judiciũ observa, & exspectationem habe in Deo tuo jugiter.

a Heb. doli. 8 Mercator est, in manu ejus sunt lances[a] dolosæ; opprimere amat.

9 Ac dicit Ephrajim, utique ditatus sum, assequutus sum opes mihi; omnes labores mei non sufficiunt mihi, iniquitas *est* quæ *est* aberratio.

10 Et ego Jehova Deus tuus inde à terra Ægypti; adhuc facerem ut sedeas in istis tentoriis, ut diebus solennitatis?

b Heb. per manũ Prophetarum. 11 Et loquens per ipsos Prophetas ego visionẽ multiplicarem, & [b]per Prophetas ipsos proponerem similitudines?

12 An

12 "An in Gilhhade iniquitas, tantummodò vanitas fuerunt? in Gilgale boves sacrificant, etiam altaria" istorum sunt" tanquam acervi per porcas agrorum meorum.

13 "Illuc fugerat Jahhakob *ex* agro Syriæ; cùm serviviſſet Jisraël propter uxorem, & propter uxorem custodiviſſet *gregem*.

14 Hûc" per Prophetam adduxit Jehova Jisraëlem ex Ægypto, cùm per" Prophetam servatus esset.

15 "Provocavit Ephrajim *indignationem*[c] amariſſimam; ideò [d] cędes ejus in eum expandit, & opprobrium ejus reddit ei Dominus ipsius.

[c] *Heb.* amaritudinum.
[d] *Heb.* sanguines.

Caput XIII.

1 Cùm eloqueretur Ephrajim" tremorẽ," *eum*[a] excitabat ipse in Jisraële; sed simulac reatum obiit cum Bahhale, "mortuus est.

2 Nunc verò pergunt peccare, & parant sibi fusione ex argento suo pro intellectu suo terricula, opus artificum quodque: de quibus isti dicunt; [b]" homines qui sacrificant, vitulos" osculantor.

3 Idcircò sunt" ut nubes matutinæ, & veluti ros [c] manè stillans qui abit; ut gluma turbine abrepta ex area, & velut fumus ex [d] camino summo.

4 Atqui ego sum Jehova Deus tuus inde à terra Ægypti; & Deum præter me non expertus es, ac servator nullus *est* præter me.

5 Ego agnovi te in ipso deserto," in terra [e] torridiſſima.

6 Prout erant pascua eorum, saturati sunt; simulac saturati sunt, elatus est [f] animus eorum: idcircò obliti sunt mei.

7 "Et fui eis tanquam vetus leo, velut" pardus in via contemplatus sum:

8 Occurri eis" ut ursus orbatus, & laceravi [g] præcordia eorum; exediq; eos ibi ut immanis leo, *ut* bestia agrestis diffindens eos.

9 "*Id* perdidit te ô Jisraël: sed in me," in auxilio tuo *salus*.

10 "Sum Rex tuus, ubi nam est *alter*?" is servet te in omnibus civitatibus tuis: ubi vindices tui, de quibus dixeras, da mihi Regem & Principes?

11 "Do tibi Regem in ira mea, & recipio excandescentia mea.

12 Servatur in fasciculo iniquitas Ephrajimi, reconditum est peccatum ejus:

13 Dolores parturientis evenient" ei:" ipse filius est insipiens, nam *tanto* tempore non maneret" in [h] ore matricis.

14 "E' potestate sepulchri redimam eos, a morte vindicabo eos: ero pestes tuæ, ô mors, ero exitium tuum, sepulchrum, pœnitentiâ abscondita ab oculis meis.

[a] *Heb.* attollebat.
[b] *Heb.* sacrificantes hominum.
[c] *Heb.* matutinans (ut ita dicamus)
[d] *Heb.* cataracta sive specu.
[e] *Heb.* inflammationum. Deut. 32. 15.
[f] *Heb.* cor.
[g] *Heb.* claustrã cordis.
1. Schem. 8. 5.
[h] *Heb.* fractura filiorum.
[i] *Heb.* manu.

15 "Nam

15 "Nam ipse inter fratres fructificabit; *postquàm* veniente "Euro, vento Jehovæ è deserto ascendente, exaruerit scaturigo ejus, & exsiccatus
t Heb. desyderii. fuerit fons ejus, "is diripuerit thesaurum omnium instrumentorũ t desyderabilium,

16 *Postquàm* desolata fuerit Schomron, quòd rebellavit cõtra Deum suum; gladio ceciderint, parvuli eorum collisi fuerint, & prægnãtes eorum diffissæ.

CAPUT XIIII.

1 "CONVERTERE Jisraël, usque ad Jehovam Deũ tuũ; nam corruisti propter iniquitatem tuam,

2 "Sumite vobiscum verba, & revertimini ad Jehovam: dicite ad eum, omnem condona iniquitatem, & "acceptum cõfer bonum, & repẽdemus juvencos la-
a Heb. accipe bonum: ut Exod. 25.2. biis nostris.

3 "Assyrius non potest servare nos, equo nõ vehemur, neque dicemus amplius, ô Deus noster, operi manuum nostrarum: quia per te misericordiam consequitur "pupillus.

b Heb. voluntatis. 4 "Curabo aversionem eorum, amabo eos, *populum* "" voluntarium; cùm aversa fuerit ira mea ab eo.

c Heb. pangit. 5 "Ero velut ros Jisraëli, florebit ut lilium; & "propagabit radices suas ut Libanicæ *arbores*.

d Heb. ibũt. 6 "Diffundẽt se teneri rami ejus, eritq; "quasi oliva decus ejus; & "odor ejus quasi Libani.

7 Revertentur sessuri in umbra ejus, "in vitam producent *ut* frumentum, qui efflorescant tanquam vitis: memoria ejus *fragrabit* "ut vinum Libani.

8 "Ephrajim, quid mihi amplius cũ terriculis? ego exaudiam & contemplabor "eum, "ego sum tanquam abies virens, "ex me fructus tuus
e Heb. invenitur. "præstò est.

9 "Qui est sapiens intelligat ista, intélligens etiam agnoscat ista: "nam rectæ *sunt* viæ Jehovæ, & justi "ambulabũt in eis; defectores autem "impingant in eis.

ANNOTATIO IN CAP. XII.

1 *Circumdederunt*] Hæc tria capita ejusdem argumenti esse, & ad concionem unicam pertinere, nemini dubiũ esse potest qui ad rem penitiùs attenderit. Nam in concione hac utitur Propheta primùm prolepsi sive propositione summa tum peccati Jisraëlitarum, tum etiam revocationis ad resipiscentiam, usque ad versum 8. in quibus duabus partibus tota concio versatur: deinde verò ex ordine duas illas partes sigillatim explicat; primùm quidem peccata Jisraëlitarum, usque ad versum 9. capitis 13. deinde verò revocationem, usque ad versum 9. capitis 14. ac postremò concludit voto & sententia elegantissima, versu ultimo. In hac verò prolepsi exponitur peccatorum summa, tribus versib. & revocatio à peccatis ad bonam frugem, quatuor sequentibus. Peccata autem per gradationem Ephrajimo, id est Jisraëlitis, exprobrantur, primùm quòd ipsi principes fuerunt & autores peccandi, cùm à regno Jehudæ & religione vera deficerent, hoc versu; deinde quòd pergentes in malo defectionis, exteris sese copularunt, versu 2. & postremò quòd Jehudam suo exemplo & facto in eadem scelera provocarunt, quibus effectum est ut Deus ipsis infensus esset. Quod autem Deus inquit, *circumdederunt me*, perinde est ac si diceret, volunt quidem haberi in servorum meorum

eorum numero qui ſtantes coram me miniſtrent mihi & circumpedes ſint; verùm perfidioſè omnia; nam omnes omnes ex parte dolis circumfluunt, quibus me putant circumventum & deluſum iri. *Quando Jehuda*] id eſt, quo tempore adhuc regnum Jehudæ legem & cultum integrum ſervabat, adhærens Deo & promiſſionibus patrum per fidem. *Dominabatur*] id eſt, ſtrenuè ſe gerebat in cultu Dei; non autem ferebat ut iniquitas, quam Deus damnat, dominaretur ſibi. *Sanctis*] patribus, quibus fuerant promiſſiones factæ. 2 *Depaſcens ventum*] id eſt, inani ipſe ſe ipſum lactans, & ſectans eam contentiſſimè. *Fœdus cum Aſſyr.*] vide ſuprà 5.13. & 7.11. *Unguentum*] id eſt, munus honorarium ad conciliandum Regem, de quo 2. Reg. 17.4. ſic Jeſchahh. 57.13. 3 *Etiam diſcept.*] tertius gradationis locus, ut diximus in verſum 1. de quo ſuprà 4.15. & 6.11. 4 *In ipſo utero*] alterum propoſitionis membrũ de revocatione à peccato duo continet: argumentum ab exemplo Jahhakobi communis Judęorum & Iſraëlitarum parentis, tribus verſibus; & hortationem ex eo argumento ſumptam, verſu 7. Nihil non tentavit Jahhakob (inquit Dominus) ut gratiam Dei & benedictionem obtineret: de gratia cum fratre in utero certavit, de benedictione cum angelo, quam ſupplex à Deo conſequutus eſt, & Deus ſæpius de inceps cõfirmavit; cujus promiſſa non ſunt momentanea, ſed tam certò æterna ſunt quàm ipſe à natura ſempiternus eſt: agite ergo, ſi Jahhakobi ſemen eſtis, ad Deum revertimini, &c. 5 *Flevit*] etſi hoc apud Moſchen diſertè non legitur, non dubium eſt tamen quin ex rebus adjunctis autore ſpiritu Dei Propheta collegerit alterum antagoniſtarum flevisſe: cujuſmodi eclipſes à ſcriptura frequẽter inuit ſæpè monuimus. Uter autem fleverit, quæſtio eſt apud interpretes. Nos ad Jahhakobum magis probamus pertinere, cùm adducti ſerie ipſa verborum, quibus eundem nominandi caſum antecedere communis uſus & ratio poſtulat: tum verò ex narratione Moſchis, in qua res adjunctæ manifeſtò docent fletum à Jahhakobo factum eſſe. Nam cùm luxata fuiſſet vertebra femoris Jahhakobi, cúmque angelus nomen ſuum roganti Jahhakobo non indicaviſſet (quorum altero potentiam ſuam, altero majeſtatem Jahhakobo non obſcurè innuebat) certum eſt Jahhakobum his indiciis adductum benedictionẽ à Deo cum fletu petiiſſe, quam deinde Angelus teſtificatus eſt nova impoſitione nominis: quæ impoſitio primùm eodem loco facta, poſteà Beth-ele repetita eſt, & ipſi ac poſteritati ejus confirmata, Geneſ. 35.10. & ſequẽtibus. *Invenit eum*] id eſt, apparuit & obvenit ei Deus, Geneſ. 35.9. 6 *Jehova Deus*] vide Pſal. 101.1. *Mercator eſt*] ſecunda hæc concionis pars primùm peccata Iſraëlitarum, deinde revocationem exornat copioſiſſimè, ut diximus ſuprà in verſum 1. & peccata ſingula amplificat per comparationem ampliſſimorum beneficiorum Dei contra perfidiam Iſraëlitarum miſericorditer concertantis. Sunt autem peccata tria ordine poſita; primum eſt vafra & doloſa avaritia, uſque ad verſum 12. ſecundum, idololatria, uſque ad verſum 6. capitis 13. tertium, præſidentia intolerabilis & faſtus ex copia bonorũ regnique amplitudine, inde ad verſum 9. quibus expoſitis tranſitur ad revocationem. Primùm hoc peccatum exponitur duobus verſibus, amplificatur verò tum comparatione beneficiorum Dei quibus Iſraëlitas oportuerat confidere, verſu 10. tum etiam promiſſorum per Prophetas ipſius, verſu 11. quæ duo indignitatem peccati iſtius non mediocriter exaggerant. Mercatoris autem appellatio hic ſignificat eum qui veteribus aginator, ærillator, ſive cocio dicebatur, nimirum qui ora cõtrahentium obſitnes blandis verbis, fallit argutiſſimè, & perfidè ex rebus minimis ſibi comparat lucrum. 9 *Iniquitas eſt*] id eſt, quiſquis non ingreditur hanc viam, iniquus habendus eſt; & omnis abertatio ab hac lucrandi via, mihi cenſetur improbitas. 10 *Et ego*] indigẽantis verba peccatum ſuperius exaggerantia, ut modò diximus. *Ut diebus*] id eſt, feſtivè & tranquillè, ut fit in ſolennitatibus imperatis lege. 11 *Similitudines*] typicas & allegoricas, qualibus Propheta uſus eſt ſuprà 1. & 3. & paſſim. 12 *An in Gilhh.*] expoſitio ſecundi peccati, id eſt, idololatriæ, ut diximus ſuprà in verſum 8. ſenſus eſt, Guttalne Gilhhaditas qui deportati ſunt per Tiglath-peleſerum ipſos fuiſſe reos idololatriæ? vos autem minimè, qui ab Aſſyrio intacti remanſiſtis? at qui ipſe aditus regionis veſtræ adeò abũdat idololatria, ut (quod proverbio dicitur) ex ũnguibus leo facilè cognoſci poſſit. *Iſtorum*] qui cis Jardenem habitant, neque fuerunt deportati. *Tanquam acervos*] id eſt, infinita ſunt. 13 *Illuc fug.*] exaggeratio præcedẽtium peccatorum ab anteactis Dei beneficiis, quæ ibidem ubi accepta fuerant Iſraëlitæ obſcurabant. q. d. impium ſanè fuerat Gilhhadem ab illis ſacrilega iniquitate & vanitate profanari, quem Deus velut aſylum Jahhakobo patri veſtro ex ſervitute miſera redeunti & fugienti Labanem conſtituerat, Geneſ. 31. at quàm impium eſt Gilgalem à vobis ſacrificiis & altaribus profanari? quem Deus duce Jehoſchuhha conſecraverat ad purgationem majorum veſtrorum, Jehoſchuhh. 5. & quo primo acceſſu majores veſtros miſeratus poſſeſſionem terræ. 14 *Per Prophetam*] Jehoſchuhham. *Prophetam*] Moſchem, qui populum eduxit ex Ægypto. 15 *Provocavit*] regreſſio ad explicationẽ peccati, quæ fuerat interrupta per exaggerationẽ duobus verſib. comprehenſam.

In Caput XIII.

1 *Cùm eloqueretur*] Amplificatio peccati idololatriæ quam objicere cœperat Propheta ſuprà 12.12. tum ab infelici ceſſu ceſſu qui Iſraëlitis obvenit ex quo idola coluerunt, tribus verſibus; tum à fœdere & beneficẽtia anteacta Dei, verſu 4. & 5. Infelix autem ſucceſſus eſt triplex: primus, quòd qui prius terrori erant omnibus jam cõtemptui ſunt ut cadaver mortuum, verſu 1. ſecundus, quòd ne hac quidem inſperata mutatione reſipiſcunt, ſed ſtupidè & demẽter in idolorum cultum ampliùs exardeſcunt, verſu 2. tertius, quòd ſtulti effecti tandem evaneſcunt juſto judicio Dei, verſu 3. *Tremorem*] id eſt, minas quibus alios percelleret & tremefaceret. *Eum excit.*] id eſt, totum Iſraëlem commovebat graviſſimè. *Mortuus eſt*] id eſt, pro mortuo habitus, nullius pretii, nullarúmque viriũ. 2 *Homines qui*] id eſt, quicunque Deum colere ſtatuit, honorem illius & cultum vitulis exhibeto, ex præſcripto Jarobhhami & conſilio populi, 1. Reg. 12.28. *Oſculantor*] vide Geneſ. 41.40. 3 *Ut nubes*] vide ſuprà 6.4. 5 *In terra*] vide Deut. 8.15. 6 *Prout*] expoſitio tertii peccati, nimirũ præſidentis faſtus: ut diximus ſuprà 12.8. à quo juſſerat caveri Deus Deut. 8. 7 *Et fui eis*] id eſt, invaſi eos & tractavi duriter. *Pardus*] vide Jirmej. 5.6. 8 *Ut urſus orb.*] id eſt, inſenſiſſimo animo: ſic 2. Schem. 17.8. & Proverb. 17.12. 9 *Id perdidit*] nempe avariſſima perfidia, idololatria, & præſidentia tua, quæ ſuprà ex ordine Propheta enarravit. Hinc autem incipit revocatio, ut diximus ſuprà. 12.1. cujus revocationis partes ſunt duæ, eodem ordine quem demonſtravimus ſuprà 2.8. una eſt explicatio ſive narratio malorum populo evenientium propter maleficia ipſius, & bonorum ex promiſſione Dei eventurorum ſi reſipuerit, ad finem uſque capitis; altera eſt hortatio ad reſipiſcendum & recipiendum promiſſiones Dei, capite ſequente. Narratio verò propoſitio ſumma cõtinetur hoc verſu; cujus prius membrum de malis Iſraëlitarũ exponitur verſibus quatuor ſequentibus; poſterius de bonis divinitus obventuris, verſu 14. & ſequentib. *In auxilio tuo*] id eſt, qui ſum auxilium tuum: appoſitio. Eclipſin autem contrarii hoc loco ſtatuimus, ut Geneſ. 18.18. ex comparatione ſequentis verſus, ubi ponitur ſervandi verbum. 10 *Sum Rex tuus*] contentio elegans, qua Deus conceſſionem adhibens Iſraëlitas evincit juris ſui, improbitatiſque ipſorum, hoc ver. & ſequente, & juſtitiæ quam ſervat Deus in judiciis ſuis exſequendis, verſu 12. & 13. *Is ſervet te*] conceſſio ſarcaſtica: ut Deut. 32.38. & Judic. 10.14. 11 *Dotibi*] id eſt, jam vides

vides ut Reges tibi paulo momẽto obtrudam & detrudam arbitratu meo propter indignationem meam. Nam [illegible] temporibus mutationes fuerunt quamplurimæ Regum in Jisraële, 2. Reg. 15. & 17. 13 *Et*] nimirum toti Jisraëlitarum reipubl. quæ cum matre comparatur, ut suprà 1. & 3. *Ipse*] videlicet Ephrajim: sensus est, si saperet, maturè eruperet ex utero, & se Dei manibus velut obstetricantis committeret. *In ore matricis*] Hhebræam vocem hoc modo reddimus, ut 2. Reg. 19. 3. quæ hoc loco futura fuisset ambigua & pro fluctibus accipi potuisset, ut Psal. 42. 8. nisi Propheta de industria genitivum addidisset. Nam & irrumpentes fluctus & matrix puerperæ Hhebræis communi fracturæ nomine significantur: sed hæc διακριτικῶς fractura esse non fluctuum, sed filiorum à Propheta dicitur. 14 *E potestate*] alter explicationis locus, ut diximus in versum 9. si resipuerint, inquit Deus, nullum erit tam forte vinculum quo ipsos non solvam: etiam à morte & sepulchro absumptos vindicabo. Quamobrem evidentissimum hic habetur resurrectionis futuræ ellogium, ut ostendit Paulus 1. Corinth. 15. 54. & sequentib. *Pœnitentia abs*[illegible] & quidem in æternum ero, conferens meis vitam ἀμεταμέλητον. 15 *Nam ipse*] confirmatio præcedentis promissionis allegorica, continens elegantissimam occupationem. Atqui abreptus est tanquam vento Jisraël, dixerit quispiam, & ita exarefactus ut nulla amplius spes instaurationis ostẽdatur: Esto sanè, inquit Deus, ut Jisraëlem exarefecero, ac thesauros exhausero, ut desolavero, ut cruentissimis cædibus exposuerò; efficiam tamen ut refloresçat promissio mea. *Euro*] quo adumbratur Assyrius. *Is*] nempe Assyrius, tanquam vento & turbine everrens omnia.

In Caput xiiii.

1 *Convertere*] Secundus revocationis locus, hortatio ad resipiscendum, ut diximus suprà 13. 9. cujus hortationis duo sunt argumenta, declinatio & fuga mali, tribus versib. & prosequutio boni quod promissionibus Dei exponitur, versu 4. & sequentibus. 2 *Sumite*] declaratio resipiscentiæ quæ imperata est præcedente versu: cujus partes Ecclesia profitetur duas; abdicationem mali quod condonari petit a Domino, & perceptionem boni: fructum verò unicum, gratiarum actionem ad gloriam Dei. *Juvencos*] id est, gratias maximas, quæ ex ritu legitimo olim figurabantur sacrificiis: Levit. 3. & Psal. 51. 21. synecdoche, pro eo quod est, omne sacrificium laudis, fructúmque labiorum celebrantium nomini Dei, ut interpretatur Apostolus Hebr. 13. 15. 3 *Assyrius*] id est, nulli cõfidimus præter quàm tibi. *Pupillus*] id est, quemcunque vires deficiunt ab ipso & ab aliis, synecdochicè. 4 *Curabo*] alterum hortationis argumentum à promissionibus Dei, qui se quærentibus inveniendum exhibet, pulsantibus aperit, & petentibus daturum promittit. *Voluntarium*] ut Psal. 110. 3. verum piorũ epitheton, quos propterea à violẽtos appellat Christus, Matth. 11. 12. 5 *Ero*] allegorica explicatio promissionum Dei, tribus versibus; respõdens ex adverso judicio illi gravissimo quod dictum est suprà 13. 15. 6 *Quasi oliva*] id est, perpetuò virens, ut Psal. 52. 10. *Odor ejus*] ut Cantic. 4. 11. 7 *Revertentur* [illegible] *vitam prod.*] id est, progignent liberos copiosissimè. *Ut vinum Libani*] id est, erit odoratissima, quale vinum est secundum Libani tractum nascens in Chelbone, Ampeloëssa, & aliis partibus: quæ vina Græci & Romani celebrarũt, Berytia & Tyria appellantes de nomine portuum ex quibus deportabantur. 8 *Ephrajim*] anacephalæosis, sive repetitio summa præcedentis revocationis, qua Deus Jisraëlitas monet ut ab idolis abstineant, & adhæreant tibi ipsos ad in omne bonum & gloriam evecturo; quod antè copiosè docuerat. *Eum*] a terriculis abstinentem, ut se recipiat ad me *Ego sum*] id est, sum proceritissimus & opacissimus. *Ex me*] id est, sum fructuosissimus bono tuo: sine me nihil potes facere, Joan. 15. 9 *Qui est sap.*] conclusio gnomica, qua Propheta bonos quidem ad intelligentiam, agnitionẽ, fructúmque documentorum Dei provocat hortatione vehementissima; improbos verò deficientes à doctrina Dei judicio Dei committit: ut Apocalyps. 22. 11. *Nam recta*] causæ cur boni intelligant & agnoscant doctrinam Propheticam ponuntur duæ: una est amor Dei, & recti quod definivit Deus; altera, amor salutis ipsorum, quæ cum Deo & recti amore conjuncta est. *Ambulabunt*] id est, feliciter procedent: ut Judic. 5. 31. non autem corruent, ut improbi atque defectores. *Impingant*] id est, corruant in æternam perniciem; quandoquidem Deum, rectum, & viam salutis fugiunt, ad quam Prophetarum monitis provocantur.

IOEL.

ARGUMENTUM.

LIBER Joelis Prophetæ totus versatur in prophetico documentorum genere: nam occasione sumpta ex immissis insectis gravissimæ famis prænuntiis, populum ad sensum præsentis mali, maleficiorum conscientiam, & seriam resipiscentiam publicè privatimq; hortatur; atque ita resipiscentibus promissiones Dei, cùm temporarias de liberatione ab illo malo, tum perpetuas in Christo, evangelicasq; prædicat.

CAPUT I.

Propheta ex nimiis imbribus post sementem coortis, animalibusq; verno tempore germina, flores, fructumq; enascentem perdentibus, denique æstiva siccitate immodica, Iudæos omnes etiam ebrios & indormiscentes in judiciis Dei admonet, ut tandem aliquando afficiantur illorum sensu: & sacerdotes hortatus sacrum cœtum jejuniumq; indici jubet, totiq; Ecclesiæ formulam præscribit querimoniæ & resipiscentiæ.

1 VERBUM Jehovæ, quod fuit ad Joëlem filiũ
Petuelis.

2 "Audite hoc, ô "seniores, & auribus percipite omnes habitatores hujus terræ; an
fuit "hoc tẽporibus vestris, aut etiam [a] tem- [a] *Heb.* diebus.
3 poribus majorum vestrorum?

De hoc filiis vestris narrate; & filii vestri filiis suis, & filii illorum generationi posteræ.

4 "Reliquum erucæ comedit locusta; & reliquum locustæ comedit melolõtha, ac reliquum melolonthæ comedit bruchus.

5 "Expergiscimini ebriosi ac flete, ac ejulate omnes vini potores; propter mustum, quòd "excisum sit ex ore vestro.

6 "Gens enim ascendit super terram meam, robusta & innumera; cujus dentes dentes sunt leonis, cui molares immanis leonis sunt:

7 Disponẽs vites meas in vastitatem, & ficus meas in "clavum: [b] omni- [b] *Heb.* nudando.
no "nudavit eas, ac dejecit, "albi evaserunt botri illarum.

8 Ejula, ut virgo accincta cilicio propter maritum adoleſcentiæ ſuę.
9 Factum eſt ut ſuccideretur munus & libamen à domo Jehovæ, lu-
gent Sacerdotes miniſtri Jehovæ:
10 Vaſtatus eſt ager, luget terra: quia vaſtatur frumentum, exareſcit
muſtum, languet oleum.
11 Erubeſcũt agricolæ, ejulant vinitores propter triticum & propter
hordeum; quia periit meſſis agri,
12 *Quia* vitis exaruit, & ficus elanguit, malus Punica, etiam palma &
malus, omnes arbores agri arent: quia exaruit gaudium è filiis ho-
minum.
13 Accingite vos & plangite, ô Sacerdotes, ejulate miniſtri altaris, in-
gredimini, pernoctate in ciliciis, miniſtri Dei mei: quia cohibetur à do-
mo Dei veſtri munus & libamen.
14 Indicite jejunium, proclamate diem interdicti; cõgregate ſenio-
res & omnes habitatores terræ in domum Jehovæ Dei veſtri, & clama-
te ad Jehovam, *dicentes*,
15 Eheu diei iſti, nam propinquus eſt dies Jehovæ; qui ſimilis vaſta-
tioni ab omnipotente advenit.
16 Nónne coram oculis noſtris cibus exſcinditur, è domo Dei noſtri
lætitia & exultatio?
17 Mucida facta ſunt ſata ſub glebis ſuis, deſolata ſunt horrea, deſtru-
cta granaria; quoniam exaruit frumentum.
18 Quàm ingemiſcit jumentum? perplexa ſunt armenta boum, eo
quòd nullum ſit paſcuum eorum: etiam greges ovium deſolantur.
19 Ad te, ô Jehova, clamo; quia ignis conſumpſit habitacula deſerti,
& flamma inflammavit omnes arbores agri:
20 Etiam beſtiarum agri quæque glocitat te verſus; eo quòd ex-
aruerint alvei aquarum, & ignis abſumpſerit habitacula deſerti.

d Heb. ſanctificate.

ANNOTATIO.

1 *Verbum*] Etſi non definitur diſertè tempus quo hæc prophetia promulgata eſt, pro certo tamen ſtatuimus eam temporibus iiſdem prædicatam quibus Hoſcheahh prophetabat; non tantùm quia proximè Hoſchehhæ ſubjungitur ſine ulla temporis diverſi notatione, quod exiſtimavit Hieronymus; ſed etiam maximè quia argumẽta deque bus Propheta agit omnino in Hhuzzijæ & Jarobhhami tempora inciderunt, ut ſuis locis demonſtrabimus. Apud Judæos verò prophetaſſe res ipſa loquitur. Continentur autem hoc capite, inſcriptio καθολικὴ, verſu 1. exordium, verſu 2. & 3. propoſitio, verſu 4. & documentorum loci ex propoſitione antecedente profluentes, reliquo capite. 2 *Audite*] hoc exordio Propheta Judæos attentos & dociles facit, a rei quam dicturus eſt novitate, ut quæ nec antè viſa fuerit, hoc ver. nec poſt tempus illud futura ſit; ſed tantùm memoria in omnem poſteritatem recolenda, ſequente verſu. *Seniores*] id eſt magiſtratus, & populares, ut infrà verſu 13. *Hoc*] quod narratur verſu 4. vide Exodi 10. 14. 4 *Reliquum*] propoſitio ſive narratio brevis famis ingentiſſimæ quam in Judæam immiſit Deus, Amos 4. fames quidem in Judæa fuiſſe legitur primùm Jorami temporibus, 2. Reg. 8. deinde verò Joſchijæ, ut docetur Jeremej. 14. ſed nobis ad neutrum horum temporum referri placet. Potiùs famem hanc tempore Hhuzzijæ certo conſtat. lio immiſſam à Deo confirmamus ex Jeſchahh. 5. 14. maximè cùm ſequentis apud Hhamoſum prophetiæ argumentum conſtet ad tempora eadem pertinere. 5 *Expergiſcimini*] hi documẽtorum loci (ut diximus in veſtibulo 1.) ex antegreſſa narratione profecti duo universè complectuntur capita: unum, ut tam gravis & acerbi judicii ſu omnes afficiantur, uſque ad verſum 13. alterum, ut ex eo ſenſu ad jejunium, conventus ſacros, reſipiſcentiam, & rationem fidei adducantur, inde ad finem capitis. Ut autem adducantur omnes, non tantùm ſobrios compellat Propheta, ſed ipſos ebrios, qui ſua ingurgitatione tempus à ſe falli putant & levari acerbitatem malorum, hoc verſu & inde cauſam communis luctus exornat, duobus verſibus; ac poſtremò gravitatem luctus oſtẽdit, quinque ſequentibus. *Excisum*] id eſt, ſubitò imprudentibus ereptus vitis fructus, quem jámque ore pleno haurire vobis videbamini. 6 *Gens enim*] allegoria hyperbolica de animalibus quæ nominavit Joël verſu 4. ſic Proverb. 30. 25.
7 *Clavum*] ſic interpretamur Hhebræam vocem à cãdeſcente ſpuma derivatam: eſt enim clavus (quem etiam fun-

gum sivè patellam vocant) tuber illud adnascens imis arboribus, quę aut vetustate aut alio vitio fructum afferre desinunt, cùm humor (ut vocant) radicalis crudus circa imam arborem subsidit, & clavos, tubera, aliáque vitia tāquam despumans excreat. *Nudavit*] folio, fructu, cortice, &c. quibus per mala illa advenientia consumptis emoriuntur ficus. *Albi evasi*] id est, omphacia vinearum (quæ natura virent) amisso succo expalluerunt, ut cùm animantia fiunt exsanguia. 8 *Ut virgo*] id est tenerrimè, gravissiméque. 9 *Factum est*] ætiologia tam gravis luctus impetrati, quòd neque adest quod in cultu Dei consumatur, neque quod ad præsentem hominum necessitatem & gaudiũ: quæ duo incommoda ipsi agri, ipsa terra, segetes, vites, oleæ, &c. lugere dicuntur per prosopopœiam. 12 *Gaudium*] ex messe & vindemia: vide Psal. 4. 8. 13 *Accingite*] secundus documentorum locus, ut diximus in versum 5. quo primùm Sacerdotes ad officium provocantur, hoc versu; deinde alios jubentur provocare, versu 14. ac postremò communis omnium resipiscentia & oratio describitur. *Cilicijs*] plangentium vestibus: ut Genes. 37. 34. 14 *Diem interdicti*] vide Levit. 23. 36. 15 *Ehen dies*] formula hæc querimoniæ tria membra complectitur: primùm enim miserabiliter expostulat cùm de præsente malo, tum de aliis gravissimis ex eo consequuturis, hoc versu; deinde præsens malum exponit per hypotyposin, tribus versibus; postremò rem Deo committit, ut populi sui, animantium, & terræ suæ misereatur, duobus versibus ultimis. *Dies Jehovæ*] id est, quo Jehova, ut judex, adventurus & vastationem immissurus est: nam sequentia sunt exegetica, ut Jeschahh. 13. 6. 17 *Mucida*] ex nimiis imbribus sementem corrumpentibus. *Frumentum*] quod supererat ex illa semente. 19 *Ignis*] id est, sol assus & torridissimus, siccitate summa infestans omnia. 20 *Glocitat*] id est, ad te spectat, & quodammodo implorat te: ut dicitur Psal. 104. 27. *Exaruerint*] vide Jeschahh. 5. 13. & Hhamos 4.

CAPUT II.

Deus Iudæos præsentium malorum occasione ad sacros cœtus aliaq; pietatis exercitia provocans, hortatur ad preces, sertamq; resipiscentiam, & per Prophetam spem facit misericordiæ resipiscentibus: cumq; misericordia non tantùm ad temporalem illam difficultatem, sed etiam in perpetuum sit opus; ostendit se cùm ab illa calamitate Iudæos liberaturum esse, tum benedictionem æternam per Christum cum Ecclesia communicaturum, hostes illius perditurum, illam vocatis gentibus propagaturum, & in illa habitaturum esse.

1 CLANGITE" buccina Tzijone, & vociferamini in monte sanctitatis meæ, commoveantur omnes habitatores hujus terrę: nam ádvenit" dies Jehovę, nã propinquus est:

2 "Dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & obscuritatis," ut nubes auroræ quæ panditur super montes; "populus amplus & robustus, cui par non fuit a sęculo, & post quem nõ amplius erit usque ad annos" multarum generationum.

3 "Ante eum consumet ignis, & post eum inflammabit flamma: "ut similis" horto Hhedenis sit terra ante eum, post eum desertum erit[b] desolatissimum, adeoq; "quod evadat non est futurum ei.

4 "Quasi aspectus equorum aspectus ejus; & ut equites, ita current:

5 Quasi strepitu curruum super cacumina montiũ salient; quasi strepitu flammæ ignis consumentis stipulam, quasi populus robustus instructus ad prælium.

6 A conspectu ejus dolebunt populi, omnes facies" contrahent nigrorem.

7 "Sicut potentes current, ut[d] bellatores scandẽt murum; & quisque per vias suas procedentes" non pervertent semitas suas:

8 Et unus alterum non prement, quisque per aggerem suum procedent; etiam in ensem ruentes non sauciarentur.

9 Civitatem percurrent, per murum discurrent; in domos ascendẽt, per ipsas fenestras ingredientur tanquam fur.

a Heb. generationis & generationis.
b Heb. desolationis.
c Heb. evasio.
d Heb. viri belli.

10 "Ante illum movebitur terra, commovebuntur cœli: Sol & Luna obscurabuntur, & stellæ recipient splendorem suum.

11 "Jehova autem edente vocem suam ante copias suas; cùm ampla admodum sint castra ejus, cùm robustus sit qui efficit verbum ejus: (magnus enim est futurus dies Jehovæ & timendus valde) ecquis sustinebit eum?

12 "Quapropter "etiam nunc, dictum Jehovæ, convertimini ad me ex
e Heb. corde. toto "animo vestro; & jejunio, & fletu, & planctu.

13 "Lacerate igitur corda vestra, "ac non vestes vestras, & revertimini ad Jehovam Deum vestrum; quia gratiosus & misericors est, longanimis, & amplus benignitate, ut "pœniteat eum hujus mali:

14 "Quis scit an reversum pœniteat ipsum; & reliquam faciat post "illum benedictionem *futuram* munus & libamen Jehovæ Deo vestro?

f Heb. sanctificate. 15 "Clangite buccina Tzijone: "indicite jejunium, proclamate diem interdicti.

16 Colligite populum, indicite congregationem, congregate senes, colligite parvulos & sugentes ubera; egrediatur spōsus è cubiculo suo, & sponsa è thalamo suo:

17 Inter ipsum vestibulum & altare fleant Sacerdotes ministri Jehovæ: & dicant, "parce Jehova populo tuo, & ne exponas possessionem tuam opprobrio, ut dominentur in eos gentes; cur dicerent in populis, ubi *est* Deus istorum?

18 "Jam zelotypia affectus Jehova terræ suæ; clementia "usus est erga populum suum:

19 Respondit q; Jehova, dicens populo suo; "ecce ego mittam vobis frumentum, & mustum, & oleum, ut saturemini eo, neque exposituru sum vos ampliùs opprobrio in gentibus.

20 Nam "ex eo Aquilonalem longè amovebo à vobis, & depel-
g Heb. facie ejus. lam ex eo in terram "siticulosam & desolatam, "primum agmen
b Heb. fine ejus. ejus in mare Orientale, & "postremum in "mare posterum; ad-
i Heb. magnificet faciendo: sic versu seq. eò ut ascendat fœtor ejus & ascendat putor ejus, quamvis 'magnificè agat.

21 "Ne timeto terra, exulta & lætare; quia magnificentissimè Jehova aget.

22 Ne timetote bestiæ agrorum meorum, nam herbascent habitacula deserti: nam arbor proferet fructum suum, ficus & vitis edent vim suam.

23 Filii quoque Tzijonis exultate & lætamini in Jehova Deo ve-
k Heb. in justitia. stro; nam daturus est vobis ipsum imbrem tempestivum 'justè, & demissurus vobis pluviam tempestivam & serotinam primo quoque

tempore.

24 Ita implebuntur horrea frumento, ″plateáſque perfundent torcularium lacus muſto & oleo.

25 Et rependam vobis annos illos quos abſumpſit locuſta, melolontha, bruchúſque & eruca; copiæ meæ maximæ, quas immiſi in vos.

26 ″Comedenteſq; continenter ac ſaturati laudabitis nomen Jehovæ Dei veſtri quòd ſe[l] geſſerit erga vos mirificè; neque erubeſcent populus meus in ſeculum:

[l] *Heb.* fecerit vobiſcũ mirificádo.

27 Sed agnoſcetis in medio Iſraëlis me eſſe, meq; eſſe Jehovam Deũ veſtrum, & nullum eſſe amplius: neque erubeſcent populus meus in ſeculum.

28 ″Eritq; poſteà ut effundam ″ſpiritum meum ſuper omnem carnem, & prophetabunt filii veſtri & filiæ veſtræ: ſeniores veſtri ″ſomnia ſomniabunt, juvenes veſtri viſiones videbunt.

29 ″Quin etiam ſuper ſervos & ſuper ancillas, diebus illis effundens ſpiritum meum,

30 Edam oſtenta in cœlis & in terra; ″ſanguinem, & ignem, & elationes fumi.

31 Sol ipſe″ vertetur in tenebras, & luna in ſanguinem; ″antequam veniat dies Jehovæ magnus & reverendus.

32 Eritque ut quiſquis ″invocaverit nomen Jehovæ eripiat ſe; quia in monte Tzijonis & Jeruſchalaimis erit liberatio, quemadmodum ″dixit Jehova, id eſt, in ″reſiduis quos Jehova vocaverit.

Caput III.

1 ″Sed ecce diebus illis & tempore illo, quo ″reducam captivam multitudinem Jehudæ & Jeruſchalaimorum,

2 ″Congregabo quoque omnes gentes, & deducam eas ″in convallem Jehoſchaphati; ut diſceptem cum eis ibi pro populo meo & poſſeſſione mea Iſraële, ℣ diſperſerint *eum* per gentes, & terram meam partitæ fuerint,

3 Et in populum meum ″projecerint ſortem; expoſuerintque puerum ″pro meretrice, & puellam vendiderint pro vino quod biberent.

4 ″Quin etiam quid[a] vobis mecum, Tyre, & Tzidon, & omnes termini Palæſtinæ? an retributionem rependitis mihi? & an retribuitis mihi? ″velociſſimè reddam retributionem veſtram in caput veſtrum:

[a] *Heb.* vos mihi.

[b] *Heb.* levis feſtinatione.

5 ″Qui argentum meum & aurum meũ capitis, & deſyderabilia mea optima infertis in templa veſtra:

6 Et filios Jehudæ, filiósque Jeruschalaimorum venditis filiis Græcorum; ut longè abigatis eos à termino suo.

7 Ecce ego excitaturus sum eos è loco ipso quo *abducendos* vendidistis eos, ut reddam retributionem vestram in caput vestrum:

8 Vendam enim filios vestros & filias vestras in manum filiorum Jehudæ; qui vẽdent eos Sabæis *abducendos* in gentem longinquam, cùm Jehova loquutus fuerit.

c Heb. sanctificate. *d Heb.* viri belli.

9 *Cùm dixerit*, proclamate hoc in gentibus, indicite bellum, excitate potentes; appropinquent, ascendant omnes bellatores;

10 Tundite ligones vestros in gladios, & falces vestras in spicula; qui debilis est dicat, potens sim;

11 Coite & convenite omnes gentes undique, & congregati fuerint: illûc fac, Jehova, ut descendant potentes tui.

12 Excitabuntur & ascendent gentes istæ in convallem Jehoschaphati: sed ibi sedebo ad judicandum omnes istas gentes undique,

13 *Dicens*, immittite falculam, nam maturuit messis: venite, descendite, quia plenum est torcular, plateas perfundunt torcularium lacus, nam ampla est malitia istorum.

e Heb. multitudines.

14 Multitudines passim *erunt* in convalle concisionis: cùm propinquus fuerit dies Jehovæ, in convalle concisionis.

15 Sol & Luna obscurabuntur, & stellæ recipient splendorem suum.

16 Cùm Jehova è Tzijone rugiet, & ex Jeruschalaimis edet vocem suam, tum commovebuntur cœli & terra: nam Jehova receptus *est* populo suo, & robur filiis Jisraëlis.

17 Ita agnoscetis me Jehovam Deum vestrum esse, habitantem Tzijone monte sanctitatis meæ: eritq; urbs Jeruschalaimorum *f* sancta, & extranei non transibunt per eam ampliùs.

f Heb. sanctitas.

g Heb. ibũt: sic paulò post.

18 Erit autem die illo, stillabunt montes ipsi mustum, & colles *g* defluent lacte, & omnes alvei Jehudæ diffluent aquis: & fons è domo Jehovæ prodibit, qui irrigabit vallem cedrorum lectissimarum.

h Heb. desolationis. *i Heb.* filiorum.

19 Ægyptus desolationi erit, Edomæaq; in desertũ *h* desolatissimum erit propter violentiam *i* in filios Jehudæ; in quorum terra effuderunt sanguinem innocentum:

k Heb. generationem & generationem.

20 Jehuda autem in seculũ permanebit, & Jeruschalaima in *k* quamque generationem.

21 Ubi mundabo *eos* quorum sanguinem non mundabam: eo quòd Jehova habitat Tzijone.

ANNOT.

ANNOTATIO IN CAP. II.

1 *Clangite*] Duo hæc capita omnino inter se conjũcta esse argumentationũ series docet manifestissimè. Quod autem à præcedente disjunximus, non eò factum est quòd dissimili esse putemus argumento; sed quia iteratam esse putamus prophetiam, altero fortasse pronuntiatam sabbatho; ut olim fuisse in more positum aliquot Jechezkelis exempla ostendunt. Cùm itaque superiore capite Propheta Judæis tum gravitatem mali, tum expostulationis formulam proposuisset, jam hac concione altera primùm idem argumentum repetit usque ad versum 18. deinde exponit Dei miserentis responsum, ad finem usque prophetiæ. Ac in repetitione quidem Propheta solenni exordio adhibito, versu 1. quod etiam sub finem repetitur κυκλοφῶς, versu 15. primùm gravitatem mali explicat, usque ad versum 12. deinde si resipiscant Judæi, ad spem misericordiæ erigit, tribus versibus; ac postremò ordinem resipiscentiæ, & orationem Ecclesiæ resipiscentis præscribit, tribus alteris. *Buccina*] qua Levitæ in tota terra indicebant conventus sacros, ut sacerdotes tuba. q. d. vos, ô Levitæ, populo toti indicite Tzijone conventum habendum esse. *Dies Jehovæ*] qui deinceps exponitur: ut suprà 1. 15. 2 *Dies tenebr.*] id est, tristissimus & luctuosissimus: ut contrà gaudium allegoricè figuratur lucis & lætitiæ nomine, Ester. 8. 16. *Ut nubes auror.*] id est, tempus tam injucundum atque difficile, quàm soleret ille dies esse quo exoriente nubes densissimæ in montes assurgunt, quæ solem cœlúmque obtegunt prima luce, aërem obscurant, & minantur imbres certissimos: vide Hhamos 4. 13. *Populus amplus*] hac populi appellatione plerique interpretes Assyrium intelligũt, adducti certis rationibus, quas ideò probare minimè possumus quòd infirmiores sint: Nos itaque interpretationem alteram amplectimur, Propheram videlicet de eadem calamitate hoc loco agere, de qua superiore capite. Locustas autem & similia populum appellari non magis mirum videri debet, quàm formicas & mures montanos, Proverb. 30. 25. & 26. quemadmodum etiam his attributum est gentis nomen suprà 1. 6. & castra copiæque Dei nominantur infrà ver. 11. & 25. *Amplus & rob.*] ut novem sequentes versus comparationibus ostendunt, primùm quidem robur, usque ad versum 10. deinde innumerabilitatem, versu 10. & 11. 3 *Ante eum*] id est, ut ignis edax rerum, ita consumet omnia: inomnes partes iste infestus exercitus. Ut *similis*] id est, quamvis solum esset ubertimum & abundaret bonis, nihil tamen manebit reliqui. *Horto Hhed.*] de quo Genes. 2. 8. & sequentib. similitudo frequens; ut Genes. 13. 10. & Jechezkel. 28. 13. 4 *Quasi aspectus*] id est, horridus erit populus & velocissimus. 6 *Contrahent vigor.*] id est, atrabuntur præ horrore & luctu. 7 *Sicut potentes*] id est, infesto agmine procedent, neque ullo pacto deterrebuntur quin pervadant regionem totam & ipsa domorum penetralia, ad perficiendum voluntatem Dei, tribus versibus. *Non pervertent*] id est, nemini cedent de via. 10 *Ante illum*] id est, tam numerosus erit, ut terra exhorrescat, & cœli facies obtegatur. 11 *Jehova*] id est, cùm Deus tanquam imperator exercitus animalia hæc animabit verbo, & armabit potentia sua ad præstandam voluntatem ipsius, nemo est homo qui imperum ejus sustinere possit: sic Jeschahh. 14. 27. 12 *Quapropter*] secundus repetitionis locus, ut diximus in versum 1. doctrinam resipiscentiæ proponens ex lege. *Etiamnunc*] videlicet ut vos jam antè sum hortatus concione præcedente, dum adhuc tempus est & locus resipiscentiæ. 13 *Lacerate*] Prophetæ verba dicentis Jehovæ explicantis, & ad seriam conversionem, ac non simulationem populares suos provocantis, tum à natura Dei, tum à spe remissionis consequendæ. *Ac non vestes*] videlicet solummodò: cujusmodi ellipsin frequentem esse demonstravimus Genes. 32. 28. *Pœniteat*] id est, abstineat ab immittendo malo isto quod statuit, & quod verbis ipsius denuntio vobis: vide Genes. 6. 6. 14 *Quis scit*] formula non dubitantis quidem; sed à rei difficultate ad fiduciam gratiæ & promissionum Dei animos erigentis: ut annotavimus Jehoschuhh. 14. 12. sic Jonæ 3. 9. *Illum*] videlicet populum sive exercitum animalium quem statuit immittere ut saltem possitis in cultum ejus incumbere; qui sequentibus verbis denotatur synecdochicè. 15 *Clangite*] tertius repetitionis locus, ut diximus in versum 1. publicam resipiscentiam omnibus sine exceptione imperans, formámque ejus & orationis apud Deum habendæ describens. 17 *Parce*] oratio pro peccatorum remissione unicum finem proponit, gloriam Dei tum in Ecclesia, tum coram gentibus omnibus asserendam: ut Exodi 32. 12. Numeror. 14. 13. & sequentib. Psal. 115. & alibi passim. 18 *Jam zelotyp.*] videlicet cùm Ecclesia tota fuerit ad seriam hãc resipiscentiam adducta, cui Propheta nunc demum consilium Dei certissimum explicat, & ostendit utens præterito se promissiones sequentes à Deo accepisse. Hinc autem incipit secundus locus propheriæ, nimirum Dei miserentis responsum, ut diximus versu 1. hujus responsi partes in universum tres sunt; enarratio promissionum Dei erga Ecclesiam, hoc capite, enarratio judiciorum contra adversarios pro Ecclesia, capite 3. usque ad versum 18. & cõclusio summam earumdem promissionum continens, ad finem usque Promissionum autem duo sunt genera: nam prior temporalis est, de liberatione ab eo judicio quod antè fuerat denuntiatum, usque ad versum 28. posterior verò spiritualis & æterna in Evangelio Christi, ad finem usque capitis. *Usus est*] id est, statuit uti & usurum esse narravit mihi. 19 *Ecce ego*] prolepsis sive propositio summa promissionum Dei temporariarum; quarum prior pars de inopia tollenda & confertenda copia exponitur usque ad versum 26. posterior, de tollendo opprobrio & asserenda gloria sua & populi, ver. 26. & 27. 20 *Exeo Aquil.*] id est, exercitus animalium istorum partem quam in Aquilonem a regione vestra depulsurus sum: tensus est, planè vos animalibus istis liberabo, eáque depellam procul à vobis in quatuor cœli plagas, partim Aquilonẽ, partim Meridiem, partim Orientem, partímque Occidentem versus. *Siticulosam &*] id est, Meridianam, ubi est desertum illud horrendum de quo Deuter. 8. *Mare posterum*] vide Deuter. 11. 24. 21 *Ne timero*] exornatio præcedentis promissionis per gradationem, tribus versib. 24 *Plateasq.*] id est, tanta erit vini oleique copia, ut in ipsas quoque plateas exundent torcularia: hyperbole; ut infrà 3. 13. 26 *Comedentesq.*] alterapars promissionum temporariarum, ut diximus in versum 19. 28 *Eritq.*] secundum genus promissionum, videlicet spiritualium, ut diximus in versum 18. ad quas transitur ex temporalium promissionum argumento; prout solutus est Deus a rebus corporalibus ad spirituales populum manu ducere, & eodem ordine per Prophetas informare. *Spiritum meum*] id est, de spiritu meo, synecdochicè: ut interpretatur Petrus Actor. 2. 17. *Somnia*] id est, habebunt divinas revelationes, ut ex iis prophetent; nam duo illa fuerunt olim revelationum genera, Numeror. 12. 6. 29 *Quin etiam*] promissionis spiritualis Dei partes sunt duæ; una, benedictionum quibus perfundit suos, præcedente versu; altera, terrorum & judiciorum quibus percellit & proturbat impios ad defensionem Ecclesiæ, usque ad versum 32. ex quo conficitur, salutem Dei ad electas tantùm reliquias perventuram esse exerto capite diem Jehovæ exspectantes, versu ultimo. 30 *Sanguinem*] id est, omnia horrenda iræ divinæ documenta cùm in terra, hoc versu; tum etiam in cœlo, versu seq. ὑστέρωσις, pro eo quod est, miscebũtur omnia, in terris quidem ferro & flamma, in cœlo verò portentis horridissimis. 31 *Vertetur in ten.*] id est obscurabitur, ut exponitur infrà 3. 15. *Antequam*] id est, manifestissima erit administratio hæc effectióque judiciorum Dei toto tempore Evangelii, donec Patefiat Dominus Jesus de cœlo cum angelis potentiæ suæ, flammeo incendio inflicturus ultionem iis qui non noverint Deum, & se glorificaturus in sanctis suis: ut loquitur Apostolus 2. Thess. 1. 32 *Invocaverit*] id est, fide coluerit, & ipsum in angustiis suis oratione fidei accesserit. *Dixit*] Deuter. 30. ubi singulæ hujus promissionis partes

evidentissimè proponuntur, & à prophetis repetuntur passim. *Residuis*] Judæorum & gentilium adunatorum ad Christo.

In Caput III.

1 *Sed ecce*] Secunda pars responsi, enarratio judiciorum Dei in adversarios Ecclesiæ, ut dictum est suprà 2. 18. ejus primùm judicium in gentes adversarias generatim proponitur, tribus versib. deinde contestatio adhibetur, versib. quinque; tum exornatio per hypotyposin militarem & hyperbolicam, à versu 9. ad 17. postremò finis judiciorum istorum ostenditur, versu 17. *Reducam*] id est, Ecclesiam liberabo, instaurabóque. 2 *Congregabo*] id est sistam, velut judex, omnes adversarios coram me & coram cœtu Ecclesiæ. *In convallem*] id est, in conspectum totius Ecclesiæ meæ, quemadmodum convallis Jehoschaphati (quæ nomen habuit à victoria insigni, de qua 2. Chron. 20.) sita erat proxime Jeruschalaima in conspectu urbis ipsius; sic ostendit Deus sanctos mundum judicaturos esse, 1. Corinth. 6. 2. sumpto typo ex constitutione veteris Ecclesiæ, quæ definiebatur Tzijone & Jeruschalaimis; ut Propheta dixit suprà 2. 32. 3 *Projecerint*] id est, sortitione facta impiè sibi arrogaverint dominium in servos meos, & eos alienaverint arbitratu suo, adeóque libidine; ut sequentia verba ostendunt. *Pro meretrice*] id est, ignominiosissimè, pretio vilissimo & sordidissimo addixerint meos. 4 *Quin etiam*] contestatio, ut diximus in versum 1. qua Propheta gentes aliquot propinquas nominatim perstringit, & judicium generale in die illo futurum confirmat prædictione judiciorum singularium quæ propediem erant gentibus illis superventura. Nam hæc eadem judicia sub idem tempus copiosiùs prophetavit Jeschahhja 15. & 23. *An retributionem*] id est, an vos ullo pacto audètè offenderam, ut offensam acceptam retalietis mihi? imò provocatis me nihil tale à vobis meritum, ut rependam vobis maleficia vestra. 5 *Qui argent.*] ætiologia denuntiationis præcedentis, per congeriem criminum quæ tùc temporis Syri contra Judæos perpetrabant, atque Pelischtæi: quorum hi irruentes in Judæam depopulabantur omnia & captivos abducebant, quos Tyriis Tzidoniisque venderent, 2. Chronic. 28. 18. illi verò, ut mancipia miserrima, emptitios servos in regiones longinquas deportabant, ut servituti perpetuæ manciparentur, præcisa spe reditus aut redemptionis. 8 *Sabæi*] posteris Schebæ emporia celeberrima in Arabia felice obtinentibus, Genes. 10. 7. 9 *Proclamate hoc*] hypotyposis (ut diximus in versum 1.) à re militari, qua Deus primùm gentes ad bellum provocat per ironiam, ut Jeschahh. 8. 9. & 10. deinde judicium suum illis tumultuantibus superventurum explicat, versu 12. & sequentib. 10 *Tundite*] pro eo quod est, omnia in usus bellicos convertite, etiam quæ ad præsentem vitam inprimis sunt necessaria: ut contrà pax permutatione instrumentorum militarium in rustica denotatur, Jeschahh. 2. 4. & Micæ 4. 3. *Dicat*] id est, ita confirmet animum suum, ut solent milites inhiantes prædæ; qui ut infirmi sint, tamen proposita præda efficiuntur alacriores. 11 *Illuc fac*] apostrophe ad Deum, qua precatur Propheta ut judicium illud fiat quod in sequentibus prædicitur. *Potentes tui*] sancti, angeli & homines, judiciorum Dei administri. 12 *Excitabuntur*] responsum Dei annuentis optatum positum superiore versu. *In convallem*] ut suprà versu 2. 13 *Dicens*] ad potentes suos, de quibus versu 11. *Immittite*] id est, demittite istas gentes, & calcate: allegoriæ, judicium Dei, operarúmque ministerium graphicè exprimentes: ut Matth. 13. 14 *Multitudines pass.*] id est, strages tanta erit, ut passim compareant cumuli coacervati cadaverum: allegoria significans infinitam fore reproborum multitudinem. *Concisionis*] anticipatio, qua Propheta convallem Jehoschaphati nominat convallem concisionis, ab argumento hujus prophetiæ: quemadmodum ab argumento historiæ antegressæ nominatam fuisse monuimus convallem Jehoschaphati, suprà in versum 2. *Propinquans fuerit*] id est appropinquaverit, advenerit. 16 *Rugiet*] vide Jirmejæ 25. 30. 17 *Extranei*] id est, non intrabit in Ecclesiam Christi quidquã quod inquinet, &c. ut Apocalyps. 21. 27. 18 *Erit autem*] conclusio summatim reperens promissiones antecedentes Dei, quæ per allegoriam hoc versu enuntiatæ sequentibus explicantur. *Fons*] ut Jechezk. 47. 1. & Apocalyps. 22. 1. *Vallem cedr.*] id est Ecclesiam, in qua justi plantati crescunt ut cedri lectissimæ: vide Psal. 92. 13. 21 *Eos quorum sang.*] id est, gentes in Ecclesiam cooptatas, quæ prius erant mortuæ in offensis & peccatis suis, absque Christo, alienæ à Republica Israëlis, extraneæ à pactis promissionis, spem non habentes, & Dei expertes in mundo, Ephes. 2. *Eo quòd Jehova*] ætiologia, cur Ecclesia semper duratura, & gentes in eam missionem peccatorum consequuturæ sint.

HHAMOS.

HHAMOS.

ARGUMENTUM.

Liber Hhamosi Prophetæ versatur in prophetico documentorum genere: primùm enim hostibus Ecclesiæ, Dei judicia à Deo superventura prædicat; deinde Judæos & Jisraëlitas idololatriæ, inhumanitatis, & luxus nomine reprehendens severissimè, ostendit eos propterea divinitus castigatum iri, & regnum utrumque perditum: quod postquàm aliquot typis illustravit, tandem prophetiam concludit Evangelicis promissionibus.

CAPUT I.

Deus prænuntiato terræ motu & fame, Syris, Pelischtæis, Tyriis, Edomæis, Hhammonitis, Moabitisq; prædicit superventurum judiciorum suorum incendium propter injurias Ecclesiæ factas: deinde verò Iudæis & Iisraelitis propter gravissimum contemptum sui, deniq; & cultus corruptionem & abdicationem, ostendit se æquissimè ab iis graves pœnas repositurum esse bellicis cladibus & deportatione.

1 VERBA Hhamosi, "qui fuit inter pecuarios, "" Tekohhani: quæ vidit de Jisraële tẽporibus Huzzijæ regis Jehudæ, & temporibus Jarobhhami filii Joaschi Regis Jisraëlis, biennio ante ipsum terræ motum. *" Heb. è Tekohha.*

2 "Dixit ergo, "Jehova è Tzijone rugiet, & è Jeruschalaimis edet vocem suam; quandoquidem " luxerunt habitacula pastorũ, & aruit præstantissimum arvorum.

3 "Sic ait Jehova, "propter tres defectiones Jeschahh.7. Damasci, etiam propter quatuor non avertam "istud; eo quòd "triturraverint tribulis ferreis "Gilhhadem:

4 Sed immittam ignem in domum "Chazaëlis, qui consumet palatia "Ben-hadadi:

5 Et "cõfringam vectem "Damasci, exscindamq; habitatorem è "convalle Avenis, & "tenentem sceptrum è "domo Hhedenis: migrabuntq; populus Syriæ in "Kirum, ait Jehova.

6 "Sic ait Jehova, propter tres defectiones Hhazzæ, etiam propter quatuor, non avertam istud; eo quòd "deportaverint hos "deportatione perfecta tradendos "Edomæis: Jeschahh.15. Joel.3.4.

7 Sed " immittam ignem in murum Hhazzæ, qui consumet palatia ejus:

8 Et exscindam habitatorem ex Aschdodo, & tenentem sceptrum ex Aschke-

ex Aſchkelone, convertámque manum meam contra Hhekronem; & peribunt reliquiæ Peliſchtæorum, ait Dominus Jehova.

Jeſchahh. 23. Joel. 3. 4. 9 Sic ait Jehova, propter tres defectiones Tyri, etiam propter quatuor, non avertam iſtud: eo quòd tradiderim hos deportatione perfecta Edomæis, neque ſint recordati fœderis *b* fraterni:

b Heb. fratrum. 10 Sed immittam ignem in murum Tyri, qui conſumet palatia ejus.

Jeſchahh. 34. 11 Sic ait Jehova, propter tres defectiones Edomi, etiã propter quatuor, non avertam iſtud; eo quòd perſequatur gladio fratrem ſuum corrumpẽs miſerationes ſuas, diſcerpatq; in perpetuum ira ejus, & excandeſcentia ejus obſervet in æternum:

12 Sed immittam ignem in Temanem, qui conſumet palatia Botzræ.

Jirmej. 49. *c Heb.* filiorum Hhammonis. 13 Sic ait Jehova, propter tres defectiones *c* Hhammonitarum, etiam propter quatuor, non avertam iſtud; eo quòd diffiderint gravidas Gilhhadis, ut dilatarent terminum ſuum:

14 Sed accendam ignem in murum Rabbæ; qui conſumet palatia ejus cum clangore die belli, cum procella die turbinis:

15 Et abibit Rex eorum in deportationem; ipſe cum principibus ſuis ſimul, ait Jehova.

Jeſchahh. 16. 16 Sic ait Jehova, propter tres defectiones Moabi, etiam propter quatuor, nõ avertam iſtud; eo quòd combuſſerit oſſa Regis Edomæorum, *d* ut calcem:

d Heb. ad calcem. 17 Sed immittam ignem in Moabum; qui conſumet palatia Kerijotarum; & morietur in ſtrepitu Moab, in clangore, in ſono buccinæ:

18 Exſcindámque judicem è medio ejus; & omnes principes ejus interficiam cum eo, ait Jehova.

Caput II.

1 Sic ait Jehova, propter tres defectiones Jehudæ, etiam propter quatuor, non avertam iſtud; eo quòd ſpernunt legem Jehovæ, & ſtatuta ejus non obſervant, ſeducuntq; ipſos mendacia ipſorum, *a* quæ ſequuti ſunt majores ipſorum:

a Heb. poſt quæ iverũt.

2 Sed immittam ignem in Jehudam, qui conſumet palatia Jeruſchalaimorum.

3 Sic ait Jehova, propter tres defectiones Jiſraëlis, etiam propter quatuor, non avertam iſtud; eo quòd vendunt pecunia juſtum, & egentem pro pari calceorum,

4 Qui anhelant in caput tenuium *dejecturi* in pulverem terræ, & viã manſuetorum pervertunt; & vir ac pater ipſius accedunt ad eãdem puellam ut profanent nomen ſanctitatis meæ:

5 Et ſuper veſtes in pignus acceptas inclinant ſe juxta omne altare, vinúmque

vinúmque damnatorum bibunt in domo deorum ſuorum:

6 Quamvis ego perdiderim Emoræum à facie ipſorũ, cujus altitudo ſimilis erat altitudini cedrorum, & robuſtus erat ut robora; perdiderimq; fructum ejus ſupernè, & radices ejus infernè: Numer. 13. 28. & ſequentib.

7 Et ego eduxerim vos è terra Ægypti; deduxerímque vos per deſertum quadraginta annos, ad hæreditariò poſſidendum terram ipſius Emoræi:

8 Et excitaverim è filiis veſtris Prophetas, & ex juvenib⁹ veſtris Nazaræos: an verò non *eſt* ita, ô filii Iſraëlis, dictum Jehovæ? *b Heb.* non hoc.

9 At bibendum dediſtis Nazaræis vinum; & Prophetis interdixiſtis dicendo, ne prophetetis.

10 Eccè ego preſſurus ſum locum veſtrum, quemadmodum premit plauſtrum quod *c* plenum eſt manipulum. *c Heb.* plenũ ſibi.

11 Itaque peribit effugium à levi; & robuſtus non fortificabit vires ſuas, ac potens non liberabit *d* ſe ipſum. *d Heb.* animam ſuam: ſic verſu ſeq.

12 Et tenens arcum non conſiſtet, leviſque pedibus ſuis non liberabit; neque inſidens equo liberabit ſe ipſum:

13 Sed fortis *e* animo inter potẽtiſſimos, nudus fugiet die illo, dictum Jehovæ. *e Heb.* corde ſuo.

ANNOTATIO IN CAP. I.

1 *Verba Hhamoſi*] Etſi hujus prophetiæ tempus aliqua ex parte hoc verſu circumſcribitur; tamen quod plerique omnes terræ motum hunc referunt in eum ipſum annum quo Rex Hhuzzija elephantiaſi affectus eſt, minimè firmum eſſe cogitamus, tum quia non aliud fundamentum habent quàm locum Jeſchahhjæ 7. 8. prout in eundem locum obſervavimus, tum verò quia illuſtriùs potuiſſet Propheta tempus illud plaga Hhuzzijæ quàm terræ motu denotare: quorum alterum in libro Regum & Chronicorum exponitur luculentiſſimè, alterum reticetur planè: Hoc autem in Propheta, & quidem tam populari quàm hic noſter eſt, vacare obſcuritatis vitio minimè videretur. Quòd ſi divinare licèt, nobis videtur eſſe veriſimilius terræ motum hunc mortuo Jarobhhamo exſtitiſſe, cùm inciperent omnia in regno Iſraëlitarum fervere conſpirationibus & cruentis cædibus, quæ ab Hoſcheahh exprobrantur paſſim, quaſi terra ipſa Deo autore tam atrocia confertáque ſcelera perhorreſceret; ac proinde Hhamoſum hunc noſtrum putamus incepiſſe paulo ante mortem Jarobhhami anno quaſi 37. Hhuzzijæ qui fuit Jarobhhami (ut vulgò loquuntur) penultimus: nam eadem planè de Iſraëlitis prædicit & narrat quæ ab Hoſchehha & Joële prædici antè oſtendimus; ſi hoc exceperis, quod Joël famem Judæorum narrat, hic verò etiam Iſraëlitarum, quæ dicitur verſu 2. & immiſſa natratur infrà capite 4. 7. Eſt autem in hoc verſu generalis inſcriptio totius libri; prima verò prophetia duobus capitibus quæ nos copulavimus continetur. *Qui fuit*] vide infrà 7. 14. & ſequentibus. *Tekohhani*] ac proinde oriundi è Jehudæa, & inquilini in regno Iſraëlis: quò ſpectant verba Amatzijæ infrà 7. 12. *Terræ motum*] de quo Zecarjæ 14. 5. 2 *Dixit ergo*] prophetia hæc tres partes univerſè continet: prima eſt, prædictio terræ motus paulò poſt eventuri, ut eſſet tanquam teſſera reliquarum prophetiarum quas in longinquum prædicturus erat Hhamos, hoc verſu; ſecunda eſt prædictio in gentes aliquot exteras, toto hoc capite; tertia, in Jehudam & Iſraëlem, capite ſeq. *Jehova*] id eſt, voce ſua perſonabit & movebit terram: quæ verba ſpeciatim hoc loco de terræ motu dicta accommodat in univerſum Joël effectioni judiciorum Dei, Joël 3. 16. *Luxerunt*] id eſt, paſcua & arva torrefacta ſunt, & advenit fames, de qua infrà 4. & Joël. 1. & 2. metaphora proſopopœetica: hanc autem famem à Joële dictam præceſſiſſe oſtenditur infrà 4. evidentiſſimè. q. d. quandoquidem hac proximè præcedente plaga non reſipuiſtis, ut infrà 4. 11. 3 *Sic ait Jehova*] ſecundus hic locus prophetiæ ſex nationibus Judææ & Iſraëli conterminis ſua judicia prænuntiat, de quibus ferè omnibus apud alios quoque Prophetas agitur; & judiciis ſingulis ſuas attribuit cauſas ad Eccleſiam Dei ſpectantes. Hæc autem judicia extera ideò præmittit domeſticis, quòd voluit Deus exterorum exemplo apud ſuos expergefactos autoritatem ſuam juſtitiámque aſſereſe, quam in aliis demonſtrari & in ſe ipſis diſſimulari æquo animo pertuliſſent; tum etiam quòd eadem ratione conciliata eſt Prophetæ gratia atque autoritas, antequàm domeſticis ventura mala prædicaret. *Propter tres*] id eſt, propter quamplurimas: numerus finitus pro indefinito. Senſus eſt, ſi tantùm aliquoties peccaſſent Damaſceni & Syri in Eccleſiam meam, averterem hæc judicia mea, & clementiam caſtigandis illis adhiberem: ſed cùm tribus peccatis quatuor adjecerint, & multis plurima, certum deliberatúmque eſt judicia mea in ipſis perficere. *Damaſci*] id eſt, regni Syriæ, cujus caput erat Damaſcus, Jeſchahh. 7. 8. ſynecdoche. *Iſtud*] quod mox dicturus ſum verſu 4. & 5. ſic deinceps. *Triturâverint*] id eſt, graviſſimis ſuppliciorum generibus affecerint, ſynecdochicè: nam tribulæ ferreæ adhibebantur ad afficiendos rebelles

rebelles & contumaces supplicio ultimo, 2. Schem. 12. 31. Per quos autem gestum sit, exponit versu seq. *Gilhhadem*] id est; Jisraëlem sibi conterminum. 4 *Chazaelis*] qui plurimùm exagitavit & cruciavit Jisraëlem, 2. Reg. 10. 32. & 12. 18. ut prædixerat Elischahh, 2. Reg. 8. 12. *Ben-hadadi*] filii Chazaëlis, qui imitatus patrem afflixit Jisraëlitas, 2. Reg. 13. 3. 5 *Confringam*] id est, labefactabo munitiones, synecdochicè. *Damasci*] id est, Damasceni tractus sive Decapolitani: nam Syriam totam in tres partes hoc versu Prophetа dividit. *Convalle Aven is*] id est, tractu Chamathæ, qua Syria conjuncta erat desertæ Arabiæ: ubi Averiam oppidum statuit Ptolemæus. *Tenentem sceptr.*] id est Principem, περιφραστικῶς. *Domo Hhed.*] id est, Coele Syria, ubi oppidum erat Hheden, quod Græci vocarunt Paradisum. *Kirum*] vide 2. Reg. 16. 9. 6 *Sic ait Jehovæ*] secunda prædictio extera in Pelischtæos, quorum satrapiæ quatuor hoc loco numerantur, quintam complectitur Propheta synecdochicè; vide Jehoschuhh. 13. 3. *Deportaverint*] ut exemplum habetur 2. Chronic. 21. 16. & sequentibus, & exprobrat Joël 3. 4. *Deportatione*] id est, ea deportatione, cui spes restitutionis omnis adimitur: ut Joël. 3. 6. sic infrà ver. 9. *Edomaus*] qui inde à Jorami tempore defecerant, 2. Chron. 21. 10. & infensissimo in populum odio abrepti mancipia conficiebant durissima servitute. 7 *Immittam ignem*] id est, perdam & profligabo Pelischtæam totam: vide Jeschahh. 15. & 20. 8 *Reliquiæ Pelischt.*] videlicet quæcunque reliquæ factæ fuerint ex superioribus judiciis per Chizkijam & Sancheribum administratis; vide Jirmej. 25. 20. & 47. 4. 9 *Sic ait*] tertia prædictio extera. *Fraterni*] quod iniverat cum Chiramo David, 2. Schem. 5. 11. & Schelomo religiosè coluerat, 1. Reg. 5. 1. cujus respectu alter alterum appellabat fratrem, 1. Reg. 9. 13. 11 *Sic ait*] quarta prædictio extera contra Edomæos. *Persequatur gladio*] id est, animo infensissimo necem Judæorum quærat (qui tamen sunt ejus necessarii) contra jus naturæ ab humanitatis officio, & cōtra fidem debitam ab obsequio Judæorum discedentes, atque cum hostibus sese conjungentes: ut exprobrat Hhobadja versu 11. *Fratrem suum*] ex posteritate Jahhakobi, qui fuit Hhesavi sive Edomi frater: sic Deuteron. 23. 7. *Disperdam*] id est, nunquam non moliatur laceration em populi vi aperta; & si quando vi non potest, intus simultatem alat quæ jam olim animo Hhesavi parentis sui insederat; Genes. 27. 43. 12 *Temanem*] vide Jirmej. 9. 47. *Botzræ*] vide Jeschahh. 34. 6. 13 *Sic ait*] quinta prædictio extera. *Diffiderint*] id est, omnes trucidaverint inhumanissimè; nemini, ac ne gravidis quidem & fœtui earum pepercerint. *Ut dilatarent*] vide Jirmej. 49. 1. confestationem ad argumentum hoc pertinentem. 14 *Rabbæ*] vide 2. Schem. 11. 1. *Cum procella*] allegoria, figurate illustrans calamitatem bellicam quæ superioribus verbis expressa est. 16 *Sic ait*] sexta prophetia extera. *Eo quòd comb.*] id est, eo quòd postquam à Jisraële defecisset, 2. Reg. 1. tam pertinaciter se se in odio Jisraëlitarum confirmaverit, ut non tantùm in Jisraëlitas ipsos; sed in auxiliares quoque atrocissimè sævierit: quemadmodum vel hoc unum exemplum ostendit, quòd Rex Moabitarum Kir-chareseth à tribus regibus obsessus eruptionem tentavit, & capiens filium Regis Edomæorū primogenitum qui regnaturus erat pro illo, effecit ut frangeretur animus Edomæi, institutáque obsidio solveretur: qua soluta non tamen desivit Moabita in Jisraëlem, & auxiliares sævire; sed filium Edomæi captivum in holocaustum obtulit: unde fervor magnus Edomæo, & semen defectionis paulò post sequutæ enatum est, 2. Reg. 3. 25. & sequētibus, quem locum antehac quidem partim rationibus, partimque autoritate horum adducti aliter accipiendum esse putavimus; sed nunc judicamus & monemus mutandum esse, quia verior est hæc interpretatio. *Ut calcem*] id est, in holocaustum, absolutissimè. 17 *Kerioth arum*] ut Jirmej. 48. 24.

In Caput II.

1 *Sic ait*] Præcedentem proximè prædictionem cum aliis fuisse conjungendam omnes vident. Jam verò hoc capite (ut diximus suprà 1. 2.) Propheta ad domestica judicia transilit, ut ostendat si Deus exteros in Ecclesiam peccantes ita judicaturus est, multo æquius fore ut ipsius domestici & in ipsum peccantes judicentur, nisi audita judiciorum per Prophetas denūntiatione expergiscantur atque resipiscant. Distribuuntur autem domestici in familias duas, Jehhudam, cui sua prædictio sit duobus versib. & Jisraëlem, inde à versu 3. 3 *Sic ait*] hæc prædictio contra Jisraëlem primùm prolepsin cōtinet peccatorum judiciorúmque, principio versus; deinde peccata narrat, usque ad versum 10. ac postremò judicia prædicit, ad finem usque capitis. *Istud*] quod prædicturus sum versu 10. & sequentibus. *Eo quòd*] tria peccatorum genera Jisraëlitis hoc loco exprobrantur; primum est inhumanitas & barbaries crudelissima, hoc versu & sequentis parte: secundum, impuritas maxima & incestus libidinosissimi, altera versus seq. partes: tertium denique impia de peccatis gloriatio coram idolis, & pervicax idololatria, versu 5. quæ crimina exaggerantur sequentibus. *Vendunt pecunia*] id est, jus omne pervertunt muneribus corrupti, contra legem, Exodi 23. 6. & sequentib. *Pro pari calc.*] id est, pretio vilissimo: ut infrà 8. 6. 4 *Qui anhelant*] has voces obscuriorem paulò post ἅπαξ λεγόμενον habentes in Hhebræo textu, evidentiæ causa transposuimus. 5 *Et super vestes*] id est, de injuriis in proximum illatis, tanquam de re bene gesta, idolis suis gratulantur: qua in re duplex crimen erat, detentio & abusus vestis pignoratitiæ, Exodi 22. 26. & 27. & impia coram idolis gratulatio. *Vinum q.*] id est, de spoliis eorum qui injuste damnati fuerint, epulum diis suis faciunt, palámque inter se convivantur. 6 *Quamvis*] exaggeratio præcedentium criminum per comparationem rerum à Deo gestarum, tribus versib. cum Jisraëlitarum factis, versu 9. Rerum autem gestarum tres sunt loci; exemplum judiciorum Dei in hostes quamvis potentissimos, hoc versu; beneficium liberationis & possessionis datæ, versu 7. ac postremò beneficium doctrinæ & cultus sacri, versu 8. *Perdidero q.*] id est, funditus sustulerim: allegoria. 8 *Nazaraos*] id est, homines voluntariè operam suam in cultu meo consumentes ex legis præscripto, Numer. 6. *An verò*] contestatio vehementissima, ad verberandam gravius Jisraëlitarum contumaciam. 9 *At bibendum*] alterum membrum συγκρίσεως ad exaggerationem pertinentis, ut diximus in versum 6. quo Propheta per ὑστέρωσιν objectionibus respondet præcedentis versus. *Vinum*] contra legem Numer. 6. 4. q. d. neque ipsi auscultatis Domino, neque servos ipsius parēre ei finitis: ut posteà ipsi Hhamosa factum esse legimus capite 7. 10 *Ecce ego*] prædictio judiciorum Dei, ut diximus suprà in versum 3. quæ primùm similitudine figuratur, hoc versu; deinde apertè enuntiantur, reliquis. *Quemadmodum*] id est, triturabo vos violentissimè: adeò quemadmodum manipulus tritici pressus plaustro onustissimo singula grana ejicit, ita vos omnes ejiciat locus vester; nec tantùm ejiciat, sed in eo ipso comminuamini. 13 *Nudus fugiet*] id est, si qui non comminuatur planè, saltem vitam suam solum modò spolii loco reportabit, similis grano tritici, quod triturationе non comminuitur quidem; sed ex gluma folliculóque suo decussum exilit.

Caput III.

Deus per Prophetam Iisraelitis beneficentiam suam paternam exprobrans, pœnas denuntiat severissimas, eo quòd deficientes ab ipso præda se exposuerint, & judicia ipsius pœnalis

catis accersiverint: itaq; Prophetam probans ab utilitate prophetiæ ad Ecclesiam (si respiscat) perventura, & a necessitate ipsi impositâ; alios Prophetas hortatur, exteros q; testes appellat iniquitatum populi, & clades a domesticis exterisq; superventuras prædicit.

1 AUDITE verbum hoc quod loquitur Jehova contra vos, filii Jisraëlis; contra "totam familiam illam quam
2 eduxeram e terra Ægypti, dicendo,
"Solummodò vos "agnoveram ex omnibus familiis terræ: "idcircò animadvertam in vos omnes iniquitates vestras.
3 "An ambulaturi essent duo "unà, nisi convenirent?
4 "An rugiturus esset leo in sylva, si præda nulla adesset ei? an edituras esset juvenis leo vocem suam e lustro suo, nisi si "capturus esset?
5 "An casura esset avis in laqueum "humilem, si tendicula non adesset ei? an elaturus esset *auceps* laqueum e terra, si [b] prorsus non capturus esset?
6 "Cùm "clangente buccina in civitate populus "trepidè non accurrerint, an erit "malum in civitate quod Jehova non efficiat?
7 "Non enim facit Dominus Jehova quicquam, nisi cùm revelaverit secretum suum servis suis Prophetis.
8 Leone rugiente quis non timeat? domino Jehova edicente "quis non prophetet?
9 "Promulgate in palatiis Aschdodi, & in palatiis in terra Ægypti; & dicite, colligite vos per montes Schomronis & videte vexationes plurimas in medio ejus, & oppressos in medio ejus:
10 Ut ignorent facere rectum, dictum Jehovæ; qui thesauros faciunt violentiæ & vastationis in palatiis suis.
11 "Idcircò sic ait Dominus Jehova, "hostis, etiam ambitus hujus terræ; is dejiciet a te "robur tuum, & diripientur palatia tua.
12 "Sic ait Jehova, quemadmodum eripit pastor ex ore leonis ambo crura aut particulam [c] auritam; "ita eripientur Jisraëlitæ, "qui desident Schomrone in latere lecti & in crure spondæ.
13 "Audite & testificamini in domo Jahhakobi, dictum Domini Jehovæ Dei exercituum,
14 "Quo die animadvertam defectiones Jisraëlis in ipsum, me animadversurum quoq; in altaria Beth-elis; adeò ut excindantur cornua altaris, & cadant in terram:
15 Et percussurum domum [d] hyemalem cum domo [e] æstivali: denique perituras domos [f] eburneas, & defecturas domos amplas, dictum Jehovæ.

a Heb. terræ.
b Heb. capiendo.
c Heb. auris.
d Heb. hyemis.
e Heb. æstatis.
f Heb. eboris.

ANNOTATIO.

1 *Audite*] Hujus concionis tres sunt omnino partes; exordium, hoc versu; propositio prophetiæ, usque ad versum 9. & prophetiæ enarratio, ad finem usque. *Totam fam.*] id est, totam gentem Jisraëlitarum, in duo regna Jehudæ & Jisraëlis laceratam. 2 *Solummodò vos*] brevis propositio argumenti quod prophetia hac continetur, per com-

parationem paternæ illius beneficentiæ anteactæ Dei cum ingratissimis Judæorum iniquitatibus, in quas Deus se justo judicio animadversurum profitetur: cui subijcitur primùm exornatio per comparationes elegantissimas, tribus versibus: deinde occupatio factum Prophetæ asserens, tribus alteris. *Agnoveram*] id est, elegeram mihi in populum præ omnibus aliis populis, & fueram curator vester, Exod. 19.5. & Deut. 4.20. *Idcirco*] videlicet quia vos gratiosè assumpti a me in omnem iniquitatem prolabimini. 3 *An ambulaturi*] exornatio illustrans propositionem præcedentis versus, videlicet Deum qui priùs ipsos curaverat, & cum ipsis ambulaverat cùm signis aspectabilibus, tum re ipsa atque opere, non posse assentari & convenire amplius cum ipsis; sed animadversurum esse: quam propositionem Prophetа illustrat gradatim tribus comparationibus: prima est, a viatoribus iter simul facientibus; qua exponit Deus non amplius posse sibi cum Israëlitis convenire, hoc versu: secunda, non modò non convenire, sed jamque Deum ut leonem infestum minari necem Israëlitis, eo quòd ipsi non amplius agnoscantur ab illo, sed peccatis suis effecerint ut prædæ judiciisque acerbissimis exponantur, versu seq. tertia, nullo jam labore, nulla contentione opus esse, ut intercipiatur præda; sed omnia jamque providentia Dei esse comparata, & ipsos sibi laqueum induisse ex quo minimè se erepturi sint, versu 5. 4 *An rugiturus*] id est, an Deus minas intonaret contra vos, si animadverteret vos ea conditione esse qua debetis, ac non potius in prædam abire peccatis vestris? sic accommodandum esse rugiendi verbum ostenditur versu 8. *Capturus esset*] id est, haberet animum capiendi, & rapiendi prædam visam & rugitu consternatam. 5 *An casura esset*] id est, putaretisne vos fortuitò oppressum iri & irretitum calamitatibus? non autem providentia Dei effici ut judiciis ejus intercipiamini, tanquam laqueis aviculæ? imò verò, inquit, propterea Deus efficit, & per Prophetas prædicit effecturum, ut cognoscatis omnia hæc agi sapientissima administratione ejus. Nam quemadmodum avis, ne minima quidem, laqueo decipitur, neque cadit humi sine Patre nostro, Matth. 10.29. ita etiam, ac multò minus casuri essetis, aut ipse laqueum elaturus sine maxima providentia sua, consilioque sapientissimo. 6 *Cùm clang.*] secundus locus exordii, quo amolitur Deus invidiam a Prophetа suo, quam apud populum odiosi hujus argumenti nomine fuisset susceptaturus, duobus modis: primùm enim ostendit se populo suo de vigilibus prospexisse, qui voce velut tuba Ecclesiam moneant afflictiones maximas a Deo ipso, ni si auscultet, subituram; quod argumentum est ab utilitate Ecclesiæ, hoc & seq. versu: deinde ostendit ut nullus expulso audiat, Prophetas tamen ad prophetandum Dei autoritate cogi: quod argumentum est a necessitate sanctionis, versu 8. *Clangente buc.*] per ministerium Prophetarum, qui sunt speculatores Ecclesiæ dati, Jechezk. 3. *Ire-pidè non ac.*] id est, non convolaverint ad significationem voluntatis Dei, cui tanquam imperatori summo parendum est. *Malum*] id est, afflictio: ut Jeschahh. 45.7. 7 *Non enim*] ætiologia præcedentis versus, Deum nolle populum suum inopinantem opprimere, sed longo intervallo sanctis prænionitionibus cavere ipsi per Prophetas suos, ut promissis revocentur & contineantur in bono, minis a malo deducantur, Jirmej. 18.7. & sequentibus. 8 *Quis non proph.*] quasi dicat Hhamos, ac proinde qua fronte ego, uteunque tenuis fuerim & misellus pecuarius, possem a prophetia quam Deus mihi imperat abstinere? sic 1. Corinth. 9.16. 9 *Promulgate*] apostrophe ad Prophetas, ut non ipsi tantùm judicent, sed vel exterorum & alienissimorum a Deo hominum judicia adhibeant qui de Israële cognoscant. Est autem hîc prior pars ἐργασίας sive exornationis pertinentis ad propositionem versus 2. amplificans iniquitatem Israëlitarum ab ipsarum gentium exterarum testificatione: tam crassa (inquit) sunt peccata vestra, ut vel ipsi Pelischtæi atque Ægyptii ea tanquam manibus palpare possint. Quamobrem illos Dei verbis appello testes & judices impuritatis vestræ, siquidem vos ultrò non afficimini malefactorum vestrorum conscientia. 11 *Idcirco*] altera pars ἐργασίας judicium Dei peccatoribus superventurum explicans, duobus versib. & amplius explicans a Prophetis, versu 13. & seq. *Hostis*] id est, inimicus tuus, administer judiciorum Dei, neque tantùm extraneus; sed etiam domesticus qui intra tuos terminos habitat, comparatus est ad perdendum te: nam Israëlitæ primùm intestinis bellis attriti, deinde exteris profligati sunt; vide 2. Reg. 15. & duobus seq. *Roburtuum*] quo thesauros violentiæ & vastationis accumulas. 12 *Sic ait*] ἐργασία denuntiationis præcedentis per rusticam & pastoritiam similitudinem, quam ex arte sua petivit Hhamos, ut alias ferè omnes. *Ita eripientur*] id est, perpaucæ reliquiæ conservabuntur ex plebe tenuissima. *Qui desident*] id est, qui nunc sunt tam molles & omni luxu diffluunt: ut amplius ostendit versu 15. 13 *Audite*] apostrophe ad Prophetas, ut diximus in versum 11. 14 *Quo die animad.*] id est, me propter ipsorum idololatriam & luxum, tum religiosa ipsorum loca, hoc versu; tum opera omnia magnificabefactaturum esse, versu seq.

CAPUT IIII.

Deus Israelitas increpans violentiæ, cædem & captivitatem futuram pronuntiat: & idololatriam ipsorum ludificatus, ostendit quamvis frequentibus gravibusq; malis ad resipiscentiam ipsos sollicitaverit, in obstirmatione tamen perdurasse: ac propterea minis & promissionibus eos de integro revocat.

1 "AUDITE verbum Jehovæ, "vaccæ Baschanis, quæ estis
[a] Heb. monte. in [a] montanis "Schomronis, quæ opprimitis tenues, quæ confringitis egentes; "quæ dicitis "dominis illorum, affer ut "bibamus.

2 "Jurat Dominus Jehova per sanctitatem suã, quòd ecce dies superventuri sunt vobis; cùm tollet vos "acu
[b] Heb. piscationis. leis, & posteritatem vestram hamis [b] piscatoriis,

3 Et "per rupturas exibitis "quæq; e regione sui; ac abjicietis "quæ eruntin palatio, dictum Jehovæ.
[c] Heb. deficere. 4 "Ite "Beth-elem & deficite, Gilgale augete [c] defectionem; & afferte uno

te uno quoq; mane sacrificia vestra, [d] tertio quoque anno pleno decimas vestras;

5 Et [e] adolendo e fermentato [e] eucharisticum, etiam indicite sacrificia [e] voluntaria, [f] inclamate: siquidem ita amatis [g] Jisraëlitæ, dictum Domini Jehovæ:

6 [e] Atqui ego dedi vobis munditiem dentium in omnibus civitatibus vestris, id est, penuriam cibi in omnibus locis vestris; nec tamen conversi estis ad me, dictum Jehovæ:

7 Etiamque ego cohibui a vobis [e] imbrem, [e] cùm adhuc tres menses *supereſſent* ad messem, & demisi pluviam super civitatem unam, super civitatem verò alteram non demisi pluviam: portio una compluta est, & portio [e] quæ non sivit pluviam descendere super se exaruit:

8 Ita evagabantur duæ trésve civitates ad civitatem unam ut biberent aquas, neque saturabantur; tamen non estis reversi ad me, dictum Jehovæ.

9 [e] Percussi vos uredine, & rubigine, augentibus hortis vestris & vineis vestris, ficubusq; vestris, & oleis vestris, *ea* consumpsit eruca; nec tamen reversi estis ad me, dictum Jehovæ.

10 Misi in vos pestem [b] pro ratione Ægypti, interfeci gladio juvenes vestros [i] adjuncta [e] captivitate equorum vestrorum; feciq; ut ascenderet fœtor castrorum vestrorum etiam in nasum vestrum; nec tamen conversi estis ad me, dictum Jehovæ.

11 [e] Subverti ex vobis [k] prout subvertit Deus Sedomum & Hhamoram, adeò ut fueritis similes torri erepto ab incendio; nec tamen conversi estis ad me, dictum Jehovæ.

12 [e] Idcircò [e] sic facturus sum tibi, ô Jisraël: propterea quòd hoc facturus sum tibi, paratus adesdum obviam Deo tuo; ô Jisraël.

13 [e] Nam ecce formator montium, & creator venti, & [e] indicans homini quæ sit sua meditatio, [e] efficiens auroram [l] obscuram, & [e] proculcans excelsa terræ; Jehova Deus exercituum *est* nomine.

d Heb. triade dierum, subaudi anni: vide Levit. 25. 29.

e Heb. gratiarum actionem.

f Heb. facite ut audiamini.

g Heb filii Jisraëlis.

b Heb via: sic Jeschahh. 10.

i Heb. cũ captivitate.

k Heb. secundum subversionẽ Dei Sedomũ, &c. nam actionem significantia nomina constructionẽ verborum conjugatorum obtinent, ut Jeschahh. 13. 19.

l Heb. obscuritatem.

ANNOTATIO.

1 *Audite*] Hujus concionis partes sunt quatuor: exordium, versu 1. propositio judicii, versu 2. & 3. confirmatio, inde ad versum 12. & conclusio ad tempestivam resipiscentiam Jisraëlitas revocans, duobus ultimis. *Vaccæ Baschan.*] id est, Jisraëlitæ refractarii, & similes juvencæ refractariæ, quæ opimo Baschanis pascuo saginata impatiens est jugi, petulca, & feróx: sic Hosche. 4. 16. *Schomronis*] id est, regni Jisraëlitici, cujus caput fuit Schomron, Jeschahh. 7. 9. *Quæ dicitis*] id est, vos qui non tantùm infirmiores opprimitis ipsi, sed etiam alii alios adhortamini ad omnem violentiam & oppressionem, ut de miserorum spoliis inter vos epulemini. *Dominis*] id est potentioribus, abutentibus contra infirmiores potentia sua, ut injustè dominentur ipsis. *Bibamus*] id est, convivia de rapto agitemus, hyrcedochicè: vide Genes. 43. 34. 2 *Jurat Dom.*] propositio, ut diximus superiore versu. *Aculeis*] id est, hamis aculeatis, tanquam pisces: allegoria; ut 2. Reg. 19. 28. 3 *Per rupturas*] id est, rumpentur & labefactabuntur munitiones vestræ, atque ita singuli per labes quasque obvias diffugietis. *Quæque*] respicit ad allegoriam vacarum positam versu 1. *Quæ erunt*] id est, dona, thesauros, & res omnes carissimas, quas firmo loco asservatis stupidissimè. 4 *Ite Bethel.*] confirmatio hæc prophetiæ duabus partibus continetur; adhortatione sarcastica, versu 4. & 5. quam diluit contraria planè conclusio versu 12. & narratione præcedentium castigationum, quibus nunquam effectum fuerat ut Jisraëlitæ se ipsos colligerent & converterentur ad Deum, versibus 6. sequentibus. *Beth-elem*] vide Hosche. 4. 15. & 12. 12. *Tertio quoque anno*] alludit ad legem Dei, Deuter. 14. 28. quam Jisraëlitæ in suo impuro cultu imitabantur; atque hoc pacto Propheta scelus illorum exaggerat, ut seq. versu. 5 *Adolendo*] ex ritu legis Levit. 7. 3. similes autem ironias vide Jeschahh. 29. 1. & Jirmej. 7. 21. *Voluntaria*] de quibus

Levit. 7.6. *Inclamate*] id est, quàm maxima voce orate deos vestros: sic 1. Reg. 18.27. 6 *Atqui*] altera pars confirmationis, ut diximus in versum 4. quòd neque fame, hoc versu; neque siccitate, duobus seq. neque vi majorè (ut Jureconsulti vocant) & cœli injuria, versu 9. neque peste & bello, versu 10. neque oppidorum & agrorum subversionibus, versu 11. ad Deum reversi sint. Famis autem exempla in Jisraëlitis habentur, Achabi tempore, 1. Reg. 17. & 18. & Jorami, 2. Reg. 4. 7 *Imbrem*] ut 1. Reg. 17. *Cum adhuc tres*] id est, pluviam (ut Prophetæ vocant) serotinam alendis & maturandis frugibus necessariam. *Qua non sivit*] id est, quæ atrocitate peccatorum suorum avertit a se hanc Dei benedictionem. 9 *Percussi vos*] vide Joëlis 1. & 2. 10 *Pro ratione*] de qua Exod. 9. *Captivitate*] ut 2. Reg. 5. 2. 11 *Subverti*] videlicet ante tempora Jarobhhami secundi: vide 2. Reg. 13. 3. & sequentibus, & 14. 26. 12 *Idcircò*] conclusio, ut diximus in versum 1. denuntians malum & ad resipiscentiam Jisraëlitas vocans, hoc versu, propter majestatem Dei quæ adumbratur seq. versu. *Sic*] videlicet ut dictum est versu 2. & 3. *Paratus adesse*] id est, vide ut tui tædeat te, & resipiscendo ad Deum tuum (eum nondum planè te abdicat) revertaris, ut antevertas faciem iratam ejus. 13 *Nam ecce*] ætiologia. *Indicans hom.*] ut suprà 3. 7. *Efficiens auror.*] vide Joelis 2. 2. id est, cœlum & terram conturbans arbitratu suo. *Proculcans*] vide Deut. 32. 13. & 33. 29. quasi dicat, quem nullæ munitiones vestræ a perficiendo judicio suo aversuræ sunt, sed vos ipsi amoliturí unica resipiscentia.

CAPUT V.

Deus Judæis & Israelitis ruinam pronuntiat; ipsos ab idololatria ad pietatem revocat, abnuentibus exitium denuntiat tum impietatis ipsorum maximæ, tum superbiæ, inhumanitatis, luxusq; perditissimi nomine: ac postremò juramento sententiam confirmans, ostendit fore gravissimam & ipsis omnibus ineluctabilem.

1 AUDITE verbum hoc, quod ego profero contra vos; [a] lamentabile, ô domus Jisraëlis.

2 [a] Cadit, non perget stare [a] virgo Jisraëlis; [a] deserta erit in terra sua, nemo eriget eam.

3 [a] Sic enim ait Dominus Jehova, [a] civitas illa quæ procedit millenis, reliquos faciet centenos, & quæ procedit centenis, reliquos faciet decem, domui Jisraëlis.

4 [a] Nam sic ait Jehova domui Jisraëlis; quærite me, ita [a] vivite.

5 Et ne quæratis [a] Beth-elem, & Gilgalem ne adeatis, & [a] Beer-schebahhum ne transeatis: quia [a] Gilgalita [b] omnino migrabit, & Beth-elita erit [c] nihili.

6 [a] Quærite Jehovam, ita vivite: ut non pervadat [a] velut ignis [a] domui Josephi, & consumat Beth-elitas, nemine exstinguente,

7 [a] Mutantes in absinthium jus, & justitiam [a] humi collocantes.

8 *Quærite* [a] opificem [a] Pleiadum & Orionis, qui [a] mutat in matutinum [d] densissimam umbram, & diem nocte obtenebrat; [a] advocantem aquas maris, effundentem eas in superficiem terræ, Jehovam nomine,

9 [a] Qui recreat vastationem contra fortem, ut vastatio munitioni obveniat.

10 [a] Oderunt [a] in porta corripientem, & loquentem integrum abominantur.

11 Propterea, eo quòd prædones agitis contra tenuem, & onus frumenti accipitis ab eo; domos cæso lapide ædificastis, sed non habitabitis in eis; vineas [e] desyderatissimas conseviistis, sed non bibetis vinum earum.

12 Quia novi multas defectiones vestras, & ingentia peccata vestra; affligen-

a *Heb.* lamentationis.
b *Heb.* migrando.
c *Heb.* in nihilum.
d *Heb.* umbram mortis.
e *Heb.* desyderii.

afflígentium justum, accipientium redemptionem, & egentes in porta pervertentium:

13 Idcircò "intelligens tempore illo "silebit, cum tempus mali erit.

14 "Quærite bonum, neq; malum; ut vivatis: aderitq; ita Jehova Deus exercituum vobis, ut prædicatis.

15 Odio habete malum, & amate bonum, ac constituite in porta jus; "fortasse gratiam faciet Jehova Deus exercituum "reliquiis Josephi.

16 "Idcircò sic ait Jehova, Deus exercituum, Dominus, "in omnibus plateis planctũ, & in omnibus vicis dicent, heu, heu: & vocabunt agricolam ad luctum, & ad planctum cum peritis lamenti.

17 "Etiam in omnibus vineis erit planctus; cùm "transibo in medio tui, ait Jehova.

18 "Væ "concupiscentibus diem Jehovæ: quorsum vobis diem Jehovæ? cùm sit "tenebrarum, "non autem lucis:

19 "Tanquam si cui fugienti a conspectu leonis occurrat ursus; aut "ingressum domum, & innitentem manu sua ad parietem mordeat serpens.

20 "An non esset tenebrarum, dies Jehovæ, non autem lucis? & caliginosus, cui non inesset splendor?

21 Odi, sperno dies festos vestros; neq; "odoraturus sum diebus inter- Jeschahh. 11. & sequẽtibus.
dicti vestris.

22 Nam si obtuleritis mihi holocausta & munera vestra, non accepta habebo; & eucharisticum pinguium vestrorum non intuebor.

23 "Amovendo a me strepitum canticorum tuorum, etiam melos nabliorum tuorum non audiam:

24 "Sed fluet tanquam aqua jus, & justitia ut torrens validus.

25 "An sacrificia & munus obtulistis "mihi in deserto quadraginta annis, domus Jisraëlis?

26 Imò "portastis tabernaculum Meleci vestri, & *imagines* "Cijunis, imagines vestras; "sydus Dei vestri, quæ feciistis vobis.

27 Quapropter deportabo vos "ulterius [f] Damascenis, ait Jehova Deus exercituum nomine. [f] Heb. Damasco.

Caput VI.

1 "Væ "tranquillis Tzijone, & "fiduciam habentibus in monte Schomronis; "qui *montes* expressè nominantur præcipuum suarum gentium, ad quos conveniunt domus Jisraëlis.

2 "Transite "Calnen, & aspicite; & ite illinc "Chamatham maximam, tum descendite Gathum Pelischtæorum: an sunt præstantiores "regnis istis? an amplior est terminus earum termino vestro?

3 *Væ* "longè repellentibus diem mali, "qui admovetis sedẽ violentiæ:

a Heb. eboris.

4 "Accumbentibus in lectis "eburneis, & "redundantibus super
spondas suas; & comedentibus agnos e grege, & vitulos e medio sa-
ginarii:

b Heb. secundum os. c Heb. cantici.

5 Modulantibus [b] ad præscriptum nablii, *qui* "sicut David excogitant
sibi instrumenta [c] musica:

6 Bibentibus in crateribus vini, & *qui* præstantissimo unguentorum
ungunt se se; "neque afficiuntur ægritudine propter confractionem
Josephi.

7 "Mox migrabunt "inter primos migraturos; tunc cessabit, amove-
biturq; "designatio redundantium.

d Heb. per animam suã.

8 "Jurat Dominus Jehova [d] per se ipsum, dictum Domini Jehovæ ex-
ercituum, detestor ego fastum Jahhakobi, & palatia ejus odi; ideoq; tra-

e Heb. plenitudinem ejus.

diturus sum civitatem, & [e] quæ implent eam.

9 Eritque si relicti fuerint decem homines in domo una, ut mori-
antur:

10 Cumq; tollet aliquem "amicus ejus, aut ustor ejus educturus ossa
e domo, si dicat "ei qui erit in lateribus illius domus, an *quis* præterea a-
pud te est? is dicet, minimè: & dicet, "tace, quia "non *erant* commemora-
turi nomen Jehovæ.

11 Nam ecce Jehova "præcepturus est, & "percussurus domum majo-
rem *velut* aspersionibus; & domum minorem rupturis.

12 "An cursuri essent in petra equi? an araturus *eam quis* bobus? "nam
mutastis in cicutam jus; & fructum justitiæ in absinthium,

13 O *vos* lætantes de nihilo; dicentes, nónne robore nostro assumpsi-
mus nobis "cornua?

14 Sed ecce ego excitaturus sum contra vos, ô domus Jisraëlis, di-
ctum Jehovæ Dei exercituũ, "gentem; qui prement vos "ab aditu Cha-
mathæ usque ad torrentem campestrium.

ANNOTATIO IN CAPVT V.

1 *Audite*] Hujus concionis partes omnino sunt quatuor: exordium, versu 1. propositio judiciorum Dei in Jisraëlitas, causarumque ad ea pertinentium, usque ad versum 18. confirmatio, usque ad versum 8. capitis 6. & conclusio, inde ad finem. *Lamentabile*] hac voce amolitur Propheta odium Jisraëlitarum, ostendens se dolore flebili in hoc ipso argumento affectum esse, ac non ullo carnali studio invehi in Jisraëlitas. 2 *Cadit*] propositio hæc summarim primùm judicium lamentabile Jisraëli superventurum proponit, duobus versibus; deinde verò enarrat, usque ad versum 14. ac tum demum brevi repetitione transitus ad confirmationem comparatur, versibus quatuor. *Virgo Jisrael.*] id est, populus: ut corpus aliquod populi, regni, aut reipub. in scripturis nomine filiæ, aut virginis denotatio-let. *Deserta erit*] id est, ab omnibus destituta: ut verba sequentia explicant, hoc & seq. versu. 3 *Sic enim*] exege-sis præcedentis versus, ruinam Jisraëlitarum nudis verbis explicans. *Civitas illa*] id est, vix decimus quisque con-servabitur: ut infrà 6. 9. 4 *Nam sic ait*] enarratio propositionis duobus membris continetur: primùm documentis resipiscentiæ quæ Deus per Prophetas suos Jisraëlitis exposuerat, usque ad versum 10. deinde verò judiciis in re-fractarios, usque ad 14. Ac documenta quidem resipiscentiæ per εἶσιν καὶ ἀναίρεσιν proponuntur, hoc & seq. versu, aliis verò subsequentibus amplificantur tum a persona Dei, tum etiam a persona Jisraëlitarum. *Vivite*] ut Genes. 20. 7. 5 *Beth-elem*] vide suprà 4. 4. *Beerschebahhum*] oppidum hoc non Jisraëlitarum, sed regni Jehudæ fuisse tum ex situ constat, tum ex 1. Reg. 19. 3. ubi Elija ad Beer-schebahhum quod est Jehudæ dicitur pervenisse. Quamobrem non dubitamus quin Propheta his verbis Judæorum quoque idololatriam perstrinxerit, prout se in totam familiam quam eduxerat Deus ex Ægypto prophetaturum dixit suprà 3. 1. quam eamdem rationem sequitur infrà 8. 14. Idololatria autem cur eo loco, unde, & quando fuerit, etsi ex scripturis non satis appareat: pro certo tamen statuimus religionem illius loci in quo patres Abraham, Jitzchak, & Jahhakob consederant, Deum coluerant, & præsentem viderant, in superstitionem (ut ferè fit) apud Judæos abiisse. *Gilgalita*] tum habitator, tum cultor cum idolis suis. Est autem in Hhebræis verbis allusio venustissima ad ipsa locorum nomina. 6 *Quærite Jehovam*] amplificatio documentorum resipiscentiæ, ut diximus in versum 4. *Velut ignis*] quem denuntiavit utrique regno, superi 2. *Domum Josephi*] id est, regnum Jisraëlitarum, cujus obtinebat primas tribus Ephrajimi ex posteris Josephi. 7 *Autum-*

Mutantes] id est, jus & judicium (quod optimæ Reipub. suave, utile, & salutare est) efficientes acerbissimum perversitate sua: sic infrà 6.13. *Humi collocant.*] id est, abjicientes & proculcantes sceleratissimè omne æquum & bonum. 8 *Opificem*] id est, creatorem cœli, & terræ, marisque, & omnium quæ sunt in eis: qui tum ordinariè res creatas suas administrat, hoc versu; tum extra ordinem consilio, judiciisque singularibus, versu sequente: etsi hæc ferè omnia dicuntur synecdochicè. *Pleiadum &*] vide Ijob. 9. 9. & 38. 31. *Mutat in mat.*] id est, vices diei & noctis regit. *Advocantem*] id est, vapores ex aquis efferentem, ut pluvia fermentet terram. 9 *Qui recreat*] id est, qui vastatos confirmat, & opera eorum quotiescunque visum est perdit potentissimos, hos deprimens, & illos extollens, ut Psal. 75. 8. 10 *Oderunt*] alter locus enarrationis, de judiciis comparatis a Deo in adversarios: ut diximus suprà in versum 4. *In porta cor.*] id est, eum qui justè judicat: vide Genes. 34. 20. sic versu 12. & 15. 13 *Intelligens*] id est, quisquis tum superit præditus prophetiarum nostrarum intelligentia, & justo sensu judiciorum Dei. *Silebit*] id est, tacitus judiciis Dei acquiescet: ut infrà 6. 10. 14 *Quartæ*] repetitio superiorum documentorum comprehensa versibus quatuor, μεταβατικὴ ad tertiam concionis partem. 15 *Fortassè*] vide Jehoschuhh. 14. 12. *Reliquiis Joſ.*] id est, illis Jisraëlitis quos ex maxima illa quam prædixi clade, velut torres ex incendio, visum fuerit eripere: ut suprà 4. 11. 16 *Idcirco*] videlicet quia odistis bonum, & malum diligitis, suprà versu 10. contrà quàm a Deo præceptum est. *In omnibus*] id est, summus, publicus, & generalis luctus futurus est; quo vel agricolæ & vinitores ipsi cogentur ab opere quamvis necessario desistere, ut toros se tradant luctui. 17 *Etiam in omn.*] quasi dicat, omnis vindemia & messis, quæ ferè hilaritatem habet, erit luctuosa. *Transibo in med.*] videlicet visitaturus te & effecturus ea quæ jam pronuntio: humanitus dictum, ut Exod. 11. 4. & 12. 12. 18 *Væ concupiscent.*] tertia concionis pars, confirmatio (ut diximus suprà in versum 1.) ostendit non posse Deum non supplicium sumere de Jisraëlitis propter odium suum in peccata illorum gravissima: itaque peccatorum genera ponuntur duo; contemptus & ludificatio Dei quæ ab idololatris solet adhiberi, ab hoc versu ad finem usque capitis; & vita illorum luxu & inhumanitate perdita, septem primis versibus capitis sequentis: quibus peccatis sua judicia ex adverso comparantur. *Concupiscentib.*] id est, ita loquentibus ut si seriò diem Jehovæ expeterent, sive præfidentia imbuti, ut sunt hypocritæ; sive contemptu atque ludibrio, ut Jeschahh. 5. 19. *Tenebrarum*] ut Joël. 2. 2. *Non autem*] id est, cum nulla lux usquam sit affulsura; sed continentes tenebræ miseros persequuturæ, & fluctus alii alios excepturi, denique mala superventura malis: ut ostenditur sequente vers. 19 *Tanquam si*] exornatio rustica, eodem spectans quò illud Jirm. 48. 43. & 44. *Ingressum dom.*] leonis aut ursi metu. 20 *An non esset*] contestatio appellans Jisraëlitarum conscientiam, hoc versu; & justitiam judiciorum Dei asserens tum a præsentibus ipsorum peccatis, versu 21. & tribus sequent. tum a peccatis majorum, versu 25. & 26. cui contestationi subjicitur sententiæ dictio, versu 27. 21 *Odoratus*] id est, odoramenta accepturus, ut Levit. 26. 31. 23 *Amovendo*] id est, pluris facio obedientiam quàm sacrificium, 1. Schem. 15. 22. quamobrem non tantùm ea non intuebor, sed etiam planè amovebo: sic ostendit inesse *melioru* verbis præcedentibus. 24 *Sed fluet*] id est, faciam ut exundent in vos judicia mea, quibus vos ipsi cum omni fiducia vestra peribitis, & tanquam torrente in tractus longinquissimos deportabimini. 25 *An sacrificia*] amplificatio a peccatis majorum; ut diximus in versum 20. *Mihi*] ac non dæmonibus: ut exprobrat Mosche Deut. 32. 17. quod confirmat correctio sequentis versus. 26 *Portastis tab.*] id est, ministravistis specie quidem tabernaculo Dei vivi; re autem vera coluistis Melecum Hhammonitarum Deum (quem vestrum impietate vestra efficistis) & alios gentium exterarum deos, synecdochicè. Hunc autem Deum Hhammonitarum Propheta solum *nos*] oppidi propinqui in finibus Hhammonitarum, quod Stephanus Actor. 7. 43. appellat Remphan; quæ nova fuit oppidi illius appellatio, aut etiam Rophon, sive Rephon, 1. Macab. 5. 37. & apud Josephum libro 12. Antiquitatum Judaicar. cap. 12. *Sydus Dei*] id est, imagines corporum cœlestium, quæ pro diis habuistis, & simulacris adornastis. 27 *Ulterius Dam.*] id est, ultra Babylonem, ut interpretatur Stephanus ibidem. Nam Damasceni quidem in Syromediam deportati sunt Susianæ finitimam, 2. Reg. 16. 9. Jisraëlitæ verò tum in Persida longè ulteriùs, tum in regionem Caspiorum: ut apparet ex Hhezræ 8. 17.

In Caput VI.

1 *Væ*] Alter confirmationis locus (ut diximus suprà 5. 18.) a perdita Judæorum & Jisraëlitarum vita, quos æquè hoc loco perstringit simul, ut suprà 5. 5. In hoc autem membro tria maximè peccata utrisque vertuntur crimini: primum est præfidens fastus, hoc & sequente versu; secundum, injustitia & inhumanitas, versu 3. tertium, luxus immoderatissimus, tribus alteris; atque ita judicium superventurum describitur, versu 7. *Tranquillis Tzij.*] id est, incolis regni Jehudæ, qui in Tzijonis munitione & cultu externo fiduciam ponunt. *Fiduciam hab.*] Jisraëlitis. *Qui montes*] id est, quibus in locis est regnorum sedes, & maximi conventus habentur tum ad rem forensem, tum etiam ad Ecclesiasti: cam pertinentes. 2 *Transite*] exaggeratio indignissimi Jisraëlitarum & Judæorum fastus per comparationem aliorum regnorum quæ tum adhuc stabant, sed non longo pòst intervallo eversa sunt: ut apparet ex 2. Reg. 19. 12. & sequentib. Sensus est, beneficia a Deo accepistis amplissima, quanta in regno ullo finitimo, quamvis potente, nequeant in veniri: perlustrate ipsi, inquit Propheta, & comperietis rem ita se habere: & quàm iniquum est, obsecro, vos his ipsis bonis ornamentisque abuti ad fastum & insolentiam? *Calnen*] de qua Genes. 10. 10. *Chamatham*] oppidum maximum, in scripturis nominatissimum, quod regno toti nomen dedit Jisraëlitis contermino, ad pedem Libani. *Regnis istis* Jehudæ & Jisraëlis. 3 *Longè repellent.*] id est, per ludibrium traducentibus verbum Dei, quo ipsis dies malus obventurus pronuntiatur, eodemque modo ludificantibus quo fecisse Judæi leguntur Jechezk. 12. 27. & infrà 9. 10. quasi ne ad nepotes quidem ipsorum minæ Dei perventuræ essent. *Qui admovetis*] id est, fretus hac inani confidentia, quasi judicia Dei in longinqua tempora rejicerentur, in omne scelus & inhumanitatem ruitis. 4 *Accumbentibus*] ad capiendum cibum, ut moris fuit veteribus. *Redundantibus*] id est, circumfluentibus per singula convivia sua omni deliciarum & luxus pertinacissimi genere: in cibo, hoc versu; in musica, versu seq. in potu & unguentis, versu 6. ut omnem doloris sensum quamvis urgentem obliterent: quæ omnia una voce dicuntur redundantia, hîc & vers. 7. 5 *Sicut David*] id est, studiosissimè ad excogitanda & abutenda omnia luxus allectamenta profusi, David is exemplo defendunt factum suum; tanquam si David illis ad luxuriæ irritamenta, non ad pietatis incitamenta fuisset usus. 6 *Neq; afficiuntur*] id est, nullo sensu tanguntur, nulla commiseratione fratrum infligissimè oppressorum & fractorum malis. 7 *Mox migrabunt* propositio judicii, ut diximus in versum 1. *In ter primos*] videlicet Jisraëlitæ non diu post Syros, de quibus 2. Reg. 17. *Designatio*] id est, descriptio illa quæ in conviviis accuratissimè solebat fieri a modiperatoribus & magistris conviviorum; ordines convivantium, triclinia, fercula, cantiones, pocula, unguenta, coronas, odoramenta, & reliquum luxum moderantibus. 8 *Jurat Dom.*]

conclusio (ut diximus suprà 5.1.) adhibito juramento Dei, summatim tum odii sui, hoc versu; tum judiciorum gravitatem explicans, tribus seq. deinde per apostrophen ad Jisraëlitas ostendens judicium fore inevitabile, tribus versibus ultimis. 10 *Amicus ejus*] id est, quisquis necessitudine sanguinis aut familiaritatis adducetur, aut necessitate functionis cogetur ad hoc officium præstandum & facienda justa; quo in genere posteriore fuerunt ii quos Martialis ustores vocat, quibus demandata erat cura sive accendendi rogi, sive odoramentorum comburendorum: etsi hac appellatione reliqui omnes curatores funerum, libitinarii, pollinctores, vespillones, & cæteri id genus synecdochicè continentur; ut Jechezk. 39.14. *Ei qui*] id est, superstiti ex denis, ἀναλόγως cum interminatione positæ suprà 5.3. *Tace*] id est, acquiesce judicio Dei: ut suprà 5.13. *Non erant*] id est, homines isti erant depravatæ vitæ, & nullius fidei; quamobrem Deus fidem minarum suarum in illis demonstravit. 11 *Præcepturus*] id est, datus mandata Assyrio & Babylonio. *Percussurus dom.*] id est, quasi densissimo lethalium judiciorum imbre perfusurus: quemadmodum prunas, ignem, sulphur, &c. depluere dicitur Psalmo 11. 6. 12 *An*] apostrophe ad Jisraëlitas (ut diximus in versum 8.) qua Deus primùm fieri non ampliùs posse docet ut stent peccatores, quàm utin rupe cursus aut aratio fiat, hoc versu; deinde ostendit lætitiam ipsorum & fastum certissimo judicio suo perituru. *Nam mutastis*] altera allegoria: ut suprà 5.7. quod dulce est (inquit) & salutare, id amarum & exitiale effecistis peccato vestro; & illud quod planum erat effecistis ut jam sit asperum; adeò ut cadendum sit vobis e præcipitio, & moriendum tanquam cicuta pota. 13 *Cornua*] id est, vires amplificavimus nobis; vide 1. Schem. 2. 1. 14 *Gentem*] Assyriorum & Babyloniorum. *Ab aditu Chamathæ*] id est, ab extremitate una ad alteram: quarum hæc a Septentrione Chamatha definitur, Numer. 34. 8. illa verò a Meridie Schichore fluvio, de quo Numer. 34.5. & Jehoschuhh. 13.3. qui idem torrens campestrium hoc loco appellatur.

CAPUT VII.

Deus per visionem ostendit futuram famem, clades bellicas, & deportationem totius Jisraelis post sublatam Jarobhhami domum: quo argumento offensus Amatzja Hhamosum apud Regem accusat conspirationis, discessumq; ipsi consulit: quod ex vocatione Dei recusat Propheta, & Amatzjæ eventura divinitus mala, totiq; familiæ pronuntiat.

1 SIC ostendit mihi Dominus Jehova, quòd ecce formaret [a] præsocuridas, cùm primùm [a] succrescit cordum fœnum: cùm ecce cordum fœnum esset, post [b] fœnisecia Regis.

2 Fuit autem cùm absolveret comedere herbam terræ; ut dicente me, Domine Jehova, condona obsecro, quis staret Jahhakobo? nam parvus est,

3 Pœniteret Jehovam hujus rei; non est futurum, dixit Jehova.

4 Sic ostendit mihi Dominus Jehova, quòd ecce proclamaret [c] contendere igne Dominus Jehova: qui postquam consumpsisset abyssum magnam, consumpsit portionem quandam.

5 Sed me dicente, Domine Jehova, desiste obsecro; quis staret Jahhakobo? nam parvus est,

6 Pœnituit Jehovam hujus rei; etiam hoc non est futurum, dixit Dominus Jehova.

7 Sic ostendit mihi, quòd ecce Dominus stabat super [c] murum [d] ad libellam structum; habens in manu sua libellam.

8 Cumque dicenti Jehovæ ad me, quid vides Hhamos? dixissem, libellam: dixit Dominus, ecce ego dispositurus sum libellam in medio populi mei Jisraëlis, non perrecturus sum ampliùs præterire ipsi.

9 Nam desolabuntur excelsa Jischaki, & sanctuaria Jisraëlis in solitudinem redigentur; cùm insurrexero contra domum Jarobhhami gladio.

10 Tum

[a] *Heb.* ascendit.

[b] *Heb.* tonsiones.

[c] *Heb.* libellæ.

10 "Tum misit Amatzja sacerdos Beth-elis ad Jarobhhamum Regem Jisraëlis, dicendo; "conjuravit contra te Hhamos "in medio domus Jisraëlis, non posset hæc terra sustinere omnia verba ejus:

11 Nam sic ait Hhamos, gladio morietur Jarobhham; Jisraël autem [d] omnino migrabit e terra sua.

12 Deinde edixit Amatzja Hhamoso, "videns, abi, [e] aufuge in terram Jehudæ; & comede ibi panem, & illic prophetato:

13 Beth-ele verò ne pergito ampliùs prophetare; "nam sanctuarium Regis est, & domus [f] regia est.

14 "Respondens autem Hhamos dixit ad Amatzjam, "non Prophetaeram, neque filius Prophetæ eram; sed bubulcus eram, & perquirens "sycomora:

15 Cùm assumpsit me Jehova [g] a sequendo grege; & edixit mihi Jehova, abi, prophetato apud populum meum Jisraëlem.

16 Nunc igitur audi verbum Jehovæ; tu edicis, ne prophetato apud Jisraëlem, neque "facito ut stillet *prophetia* apud domum Jischaki.

17 Idcircò sic ait Jehova, uxor tua in ipsa civitate scortabitur, & filii tui filiæque tuæ gladio cadent, & terra tua "funiculo dividetur; tu verò in terra "immunda morieris, cùm Jisraël omnino migrabit a terra sua.

[d] *Heb.* migrã do: sic vers. 17.
[e] *Heb.* fuge ti bi: pleonasmus: vide Gen. 11. 33.
[f] *Heb.* regni.
[g] *Heb.* a post gregem.

ANNOTATIO.

1 *Sic ostendit*] Hoc capite continentur prophetiæ duæ: una publica, de toto regno Jisraëlitarum, ad versum usque 10. altera privata, contra Amatzjam & familiam illius, inde ad finem usque. In publica autem prophetia tria judicium genera denuntiantur, prout ex ordine contra Jisraëlitas illa effecit Deus: primum est famis illius maximæ, de qua jam antè egimus Joël. 1. & 2. & suprà 1. & 4. qui locus prophetiæ tribus primis versibus continetur; secundum est gladii tum domestici, tum etiam exteri, qui tanquam ignis pervasit Jisraëlem totum, tribus alteris versibus; tertium, extremæ cladis qua Jisraëlitæ per Schalman-asarem affecti sunt, tribus aliis. *Prasocuridas*] vide in Jeschahh. 33. 4. *re perdere*. 2 *Absolveret*] Deus per prasocuridas. *Condona*] ac proinde ne perge populum tuum hac ratione perdere. *Staret*] id est, superstes mansurus esset, si in hac fame augenda pergeres. *Parvus est*] id est, numero, viribusque infirmus: ut antè ostendimus ex 2. Reg. 14. 3 *Pœniteret*] humanitus dictum: ut Genes. 6. 6. 4 *Sic ostendit*] secundus locus prophetiæ, ut diximus in versum 1. *Contendere igne*] id est, debellaturum esse Jisraëlitas gladio, qui cum igne comparatus est suprà cap. 1. & 2. *Postquam consum.*] id est, postquam per Tiglath-pileserem regnum Damasci totamque Syriam exhausisset, quæ deportatis Syris vasta & similis abysso effecta est: ut narratur 2. Reg. 16. 9. *Portionem quand.*] regni Jisraëlitarum, nimirum quicquid trans Jardenem erat; ut narratur 1. Chronic. 5. 26. & Jeschahh. 9. 1. 7 *Sic ostendit*] tertius locus prophetiæ, ut diximus in versum 1. *Murum ad libel.*] typum Jisraëlis, quem tanquam structuram affabrefactam, ad amussim curaverat ornaveratque Dominus. 8 *Dispositurus sum*] id est, quemadmodum ad libellam priùs exegi structuram populi mei Jisraëlis; ita ex contrario ad libellam exacturus sum destructionem ejus, ut totum hoc regnum simile reddatur ædificio quod æquatur solo. *Præterire*] id est, condonare, & peccatorum ejus rationem prætermittere. quasi dicat, jam in universum statim propter ipsius peccata pessumdare. 9 *Nam desolabunt.*] ut per Tiglath-pileserem & Schal-manasarem effectum est, 2. Reg. 16. & 17. *Contra domum*] id est, contra Zecarjam Jarobhhami filium, & familiam totam; vide 2. Reg. 15. 10. 10 *Tum misit*] altera pars capitis, ut diximus in versum 1. continens primùm narrationem occasionum quibus Hhamos ad privatam hanc prophetiam adductus est, deinde verò prophetiam contra Amatzjam istum. In narratione autem duplex Amatzjæ fraus exponitur; una, quòd Prophetam perfidè accusat apud Regem, hoc & sequente versu; altera, quòd Prophetæ velut consulens jubet ipsum ex Jisraëlis regno excedere, versu 12. & 13. cui subjicitur responsum Prophetæ, ad finem usque. *Conjuravit*] atrox quidem, sed mendax criminatio. *In medio dom.*] id est, publicè, apud populum tuum, quod est indignissimum. 12 *Videns*] ut 1. Schem. 9. 9. 13 *Nam sanctuarium*] duas adducit causas cur non debeat Hhamos Beth-ele prophetare; unam religiosam (ut ipsi quidem videbatur) quòd Beth-el sanctuarium esset idoli, quod Jisraëlitæ colebant pro Deo & regestimmo; quemadmodum idolis ex usu Hhammonitarum nomen Regis indebant Jisraëlitæ, ut suprà 5. 26. alteram verò civilem, quòd regia esset, in qua non prophetiæ exteræ, sed res forenses ex autoritate Regis curabantur. Prius autem membrum ut ad religionem referamus, adducit nos vox sanctuarii, quæ (utcunque aliter Hhebræi sentiant) nusquam nisi de rebus sacris & religiosis enuntiatur. 14 *Respondens*] hac responsione Hhamos primùm asserit vocationem suam, confirmans æquum esse ut potiùs Deo pareat quàm hominibus, duobus versibus; deinde in Amatzjam verbis Dei fert sententiam, duobus alteris.

Non Prophetа]quasi dicat, non ex me, neque ex humana institutione factum est ut prophetem. *Sycomora*] ad victum: nam sycomori in Judæa sunt frequentes, & in Samaria: sensus est, non victus causa propheto; nam didici vitam sycomoris & agrestibus aliis rebus tolerare. 16 *Facito ut stil.*] vide Jechezk. 21. 2. 17 *Funiculo*] vide Deut. 32. 9. *Immunda*]id est, extera, quam sibi non sanctificavit Deus, ut hanc vestram fecerat: Assyriam puta intelligit.

Caput VIII.

Deus demonstrato typo figurat subversionem Iisraelitarum: & inhumanitatem, sceleraq; ipsorum exprobrans, fore pronuntiat ut importet luctum gravissimum ex gravissimis calamitatibus, & propter peccata præcidat ipsis omnem consolationis viam.

1 Sic ostendit visionem mihi Dominus Jehova, quòd "ecce fiscum æstivorum fructuum.

2 Cumque dicenti, quid vides Hhamos? dixissem, fiscum æstivorum fructuum; dixit Jehova ad me, "advenit ipse finis populo meo Jisraëli, non pergam ampliùs præterire ipsi.

3 "Sed ejulabunt "cantica templi die illa, dictum Domini Jehovæ; plurimum erit "cadaverum, *quæ* in omnem locum projecerit "tacitus.

a Heb. cadaver. *b Heb.* facturi ut cessent.

4 "Audite hoc "qui anhelatis *dejecturi* egentem, & "deleturi pauperes terræ,

5 Dicendo, quando transiverit "hoc novilunium, ut vendamus commeatum? & sabbathum, ut aperiamus frumenti *horrea*? minuendo "Epham, & majus faciendo pondus, ac pervertendo lancibus "dolosis,

c Heb. doli.

6 "Comparando pecunia tenues, & egentem "pari calceorum; "quisquilias frumenti vendamus.

d Heb. propter par. *e Heb.* cadivum sive caducum.

7 "Jurat Jehova per excellentiam Jahhakobi; *ne vivam*, si oblivisear in æternum omnium operum istorum.

8 "An propter hoc non commoveretur hæc terra, & lugeret quisquis habitat in ea? & ascenderet velut rivus *in* totam ipsam; quo expelleretur & submergeretur, ut rivo Ægypti?

9 "Imò erit die illo, dictum Domini Jehovæ; efficiam "ut sol occidat ipso meridie, & obtenebrabo terram die "lucido:

f Heb. lucis.

10 Et commutabo dies festos vestros in luctum, omniaq; cantica vestra in lamentationem, inducens super omnes lumbos cilicium & super omne caput calvitium; disponamq; illam quasi "luctus unigeniti, ut finis illius sit tanquam diei amarissimi.

11 "Ecce dies venturi sunt, dictum Domini Jehovę, quibus immittam famem in hanc terram; non famem "habendi panis, neq; sitim aquarū, sed "audiendi verba Jehovæ.

g Heb. pro pane, neque sitim pro aquis.

12 Quamvis vagarentur à mari uno ad alterum, & ab Aquilone ad Orientem usq; discurrentes ad pervestigandum verbum Jehovæ, non tamen invenient.

13 Die illa continenter deficient animo virgines pulcræ & ipsi juvenes ea siti,

14 Qui

14 Qui jurant per "reatum Schomronis, & dicunt "*ut* vivit Deus tuus, ô Dan, & *ut* vivit "*Deus* viæ Beerschebahhi; denique cadent, nec resurgent ampliùs.

ANNOTATIO.

1 *Sic ostendit*] Hujus prophetiæ tria sunt omnino membra: propositio summa visi atque anagoges, tribus primis versibus; contestatio contra Israëlitas propter indignissima ipsorum scelera, usque ad versum 9. & enarratio propositionis viso adumbratæ, inde ad finem capitis. *Ecce fiscum*] typica hæc visio populum Israëlis adumbrat; finis vero qui Israëli denuntiatur, adumbratus est allusione sive διὰ παρονομασίας, quam nos Latinè non possumus exprimere. Nam vox Hhebræa quæ ὀπώραν, id est fructus æstivos significat, proximè accedit ad vocem alteram qua significatur finis: quamobrem venustatem quidem verbo non assequimur, sed nobis videtur satis ut rem aperiamus legentibus. 2 *Advenit ipse*] anagoge sive accommodatio typi, eodem argumento cum prophetia quæ habetur suprà 7.7. & sequentibus. 3 *Sed ejulabunt*] id est, luctuosissima erunt omnia; & tum res divinæ & sacræ, tum etiam humanæ prophanæque jacebunt perditissimè. *Cantica templi*] quasi dicat, templum quod prius lætis & festivis canticis personabat, flebili ejulatu ac vociferatione complebitur. *Tacitus*] nimirum vir intelligens, ut dixit Propheta suprà 5.13. & 6.10. 4 *Audite hoc*] secunda pars, contestatio gravissima, Israëlitis peccata exprobrans, avaritiam, fraudem, & inhumanitatem, usque ad versum 7. & Dei consultationem exponens, versu 7. & 8. *Qui anhelatis*] ut suprà 2.4. *Deleturi*] id est, vos inhumani, per quos non stat quo minus perdatis bonos, nisi averteret Dei misericordia. 5 *Hoc novilunium*] nam novilunii sacerdotes clangentes tubis habebant cœtus sacros, Numeror. 10.10. & Psal. 81.4. singularia sacrificia offerebant Deo, Numeror. 28.11. precibus & verbo communicabant cum populo, 2. Reg. 4.23. & sacrum epulum celebrantes, sanctificationi suæ, non privatis negotiationibus incumbebant; ut apparet ex 1. Schem. 20.5. ac propterea in restitutione Ecclesiæ conjunguntur novilunia sabbathis, Jeschahh. 66. 23. *Epham*] id est, mensuras, & pondera corrumpendo contra legem. 6 *Comparando*] abutendo permissione legis Levit. 26.39. ut exempla habentur Jirmej. 34.8. & sequentibus, & Nechem. 5. *Pari calceorum*] ut suprà 2.3. *Quisquiliæ*] id est, acus, glumam, folliculos, omniaque frumenti aphæremata pro justo frumento. 7 *Juravit Jehovah*] consultatio antecedens dictionem sententiæ, ut diximus in versum 4. qua Deus primùm judicium suum ostendit hoc vers. deinde probat omnium hominum conscientiis, vers. seq. 8 *An propter hoc*] pathetica interrogatio gravitatem iræ divinæ exponens vehementissimè, a testificatione omnium hominum conscientiæ quam appellat Deus. *Velut rivus*] id est, Nilus, qui Ægyptum quotannis inundare solet. 9 *Imò erit*] enarratio propositionis quam visio superior adumbraverat, ut diximus in versum 1. de malis gravissimis Israëli obventuris; quorum malorum effecta primùm, duobus versibus: deinde causæ exponuntur, quatuor ultimis. *Ut sol occidat*] id est, ut nulla lux planè affulgeat, aut spes liberationis consequendæ, & adipiscendæ lætitiæ; ne illis quidem diebus qui omnium sunt festivissimi: ut suprà 5.18. & sequentibus: sic versus sequens hujus est exegeticus. 10 *Luctus unigeniti*] id est, omnium amarissimi, & cui nullum adhiberi potest remedium aut consolatio, ut sequentia verba interpretantur: ac Zecariæ 12.10. 11 *Ecce dies*] enarratio luctus illius amarissimi a causa efficiente, hoc & sequente versu, & ab effectis, versu 13. & 14. Causa luctus est destitutio ab omni consolatione; quæ hoc versu elegantissima allegoria figuratur, & explanatur sequente. *Audiendi verba*] id est, saltem hoc beneficium a Deo consequendi, ut in suis angustiis percipiant consolationem ex verbo ipsius. 14 *Reatum Schom.*] id est, idola, quæ Reges Israëlis Schomronem habitantes statuerunt & continenter statuunt, ut populum suum magis ac magis efficiant reum defectionis sacrilegæ. *Ut vivit Deus*] formula juramenti, quo idololatræ honorem Dei viventis attribuebant idolis suis ab extremitate una terræ sanctæ ad alteram. Nam Dan terminus erat Israëlitarum Septemtrionem versus, Beerschebahh verò terminus Jehudæ ad Meridiem. *Deus vita*] id est, Deus ille, cui ritus sui & cæremoniæ exhibentur secundum traditiones & placita hominum: vide suprà 5.5.

CAPUT IX.

Deus typo discessionis a templo suo figurans abdicationem Iudæorum & Israelitarum, certissima judicia eis denuntiat, confirmatq; tum a majestate sua, tum ab illorũ sceleribus: ex quibus reliquias electas excipit, & promissionibus Evangelicis de gentium cum Iudæis vocatione in communionem hæreditatis, bonorumq; illius concionem terminat.

1 VIDI Dominum stantem "super altari, ac dicentem, percute "istud malogranatum, ut commoveantur postes ipsi, & "divide ipsos in capite ipsorum omnium: [a] "quod autem post ipsos est "gladio interficiam: non effugiet ex eis profugus, neque liberabit se ex eis qui evaserit. [a] Heb. posterum autem ipsorum. Suprà 2.11.

2 "Si foderent *latitaturi* in sepulchro, inde manus mea caperet eos; & si ascenderent in cœlum, illinc deducerem eos:

3 Et si abderent se in vertice Carmeli, inde scrutatus caperem eos: & si occultarent se a conspectu oculorum meorum in [b] fundo maris, inde præciperem serpenti ut mordens *tolleret* eos: [b] Heb. solo.

4 Quòd si abirent in captivitatem coram inimicis suis, inde præcipiam gladio ut interficiens *tolleret* eos: [c] adhibebo enim oculum meum contra eos in malum, non autem in bonum.

[c] *Heb.* ponã: ut Genes. 44.21.

5 [a] Nam Dominus Jehova exercituum tangente terram, dissolvitur; & lugent quicunq; habitant in ea: [a] conscenditq; quasi rivus totam ipsam, quasi rivus Ægypti, [a] atq; submergitur:

6 [a] Qui exstruxit in cœlis [a] cœnacula sua, & [a] cuneum suum super terram fundat: [a] qui evocans aquas maris effundit eas in superficiem terræ, Jehova nomine.

7 [a] An non pares filiis Æthiopum estis mihi, ô filii Jisraëlis? dictum Jehovæ: an non Jisraëlitas deduxero e terra Ægypti, ut Pelischtæos e Caphtore, & Syros e Kiro?

8 [a] Ecce oculos Domini Jehovæ contra hoc regnum [a] peccans, ut perdam ipsum a superficie terræ; nisi quòd non [d] omnino perdam domum Jahhakobi, dictum Jehovæ:

[d] *Heb.* perdendo.

9 Sed ecce ego [a] præcipiens agitabo inter omnes gentes domum Jisraëlis; quemadmodum agitantur grana in vanno, ita ut [a] non decidat lapillus in terram.

10 Gladio morientur omnes peccatores populi mei; [a] qui dicunt, non assequetur aut obueniet hoc malum.

11 [a] Tempore illo erigam [a] tugurium Davidis quod decidit, & sepiam rupturas [a] earum ac demolitiones [a] ejus restituam; & reædificabo illud, [a] sicut [e] olim:

[e] *Heb.* dieb. seculi.

12 [a] Ut hæredes sint cum reliquiis Edomi, & omnibus gentibus [f] quæ vocantur de nomine meo; dictum Jehovæ qui facit istud.

[f] *Heb.* super quas vocatur nomen meum.

13 [a] Ecce dies venturi sunt, dictũ Jehovæ, quibus attinget arator messorem, & calcator uvarum [g] satorem: & stillabunt montes mustum, & omnes colles [a] colliquescent:

Levit. 26. 5.

[g] *Heb.* protrahentem semen.

14 Et reducam captivam multitudinem populi mei Jisraëlis, qui ædificabunt civitates desolatas, ut inhabitent, & conserent vineas ut bibãt vinum earum; facientq; hortos ut comedant fructum eorum:

15 Et [a] plantabo eos in terra ipsorum, ita ut non evellantur amplius a terra sua quam dedero ipsis; dicit Jehova Deus tuus.

ANNOTATIO.

1 *Vidi*] Hujus prophetiæ duæ sunt omnino partes, denuntiatio mali gravissimi, usque ad vers. 11. & Evangelica promissio, ad finem usque. Ac denuntiationis quidem membra habentur tria: primum est propositio typi cum sua interpretatione juncti, hoc versu & tribus sequentibus; secundum confirmatio propositionis, versu 5. & duobus sequentibus; tertium exornatio, inde ad vers. 11. *Super altare*] videlicet extra templum suum, qua ratione demonstrabat Deus a se templum suum & populum abdicari; ut Jechezk. 10. *Istud malogranatum*] nimirum quod in summo templi fastigio erat inter acroteria: quemadmodum ferè fit in structuris & templis magnificis. Ad quem autem hoc mandatum pertinuerit vix potest certò definiri. Prophetam quidem audivisse certum est, sed hoc mandatum accepisse quod exsequeretur nobis non videtur verisimile: nam etsi Prophera se audisse narrat, tamen cœleste aliquod opus visione oblatum esse res ipsa ostendit, quod nos ministerio angeli sive fulgur sive vim aliquam majorem importantis adumbratum fuisse judicamus. quasi dicat, malogranatum istud templo summo impositum deturbato, & templi ipsum usque ad imos postes percellito atque diruto, ut quicunque in eo sunt hoc casu frangantur, & ita comminuantur ut nemo istorum effugiat. *De side ipsos*] id est, non modò templum summum, sed a summo ad imum deturba totum, & ipsos postes quosque in capite ipsorum, id est, inde a summa parte diffringe. *Quod autem*] id est, Idæos & Jisraëlitas omnes, qui freti istius templi umbraculo post ipsius postes veluti delitescunt, & impietatem inhumanita-

manitatem que colunt, a quibus in speciem se abhorrere simulant; vide sup. capite 6. *Gladio*] Assyriorum & Chaldæorum, aliisque verberibus; synecdochicè. 2 *Si foderent*] amplificatio hyperbolica, ad demonstrandum quàm sit inevitabile judicium Dei, tribus versib. ut Psalm. 139. 7. & sequentib. 5 *Nam Domino*] confirmatio propositionis præcedentis, primùm a descriptione majestatis Dei, duobus versibus; deinde a criminatione ingratissimi Israëlitarum animi, quos Deus supra omnes gentes prosequutus fuerat beneficiis, vers. 7. *Consciendit*] id est, exundat tem. sustulimus. 6 *Qui exstruxit*] id est, qui cœli, terræ, maris, & rerum omnium quæ in eis sunt creator ac dominus est omnipotens. *Cænacula*] de quibus vide Psal. 104. 3. nam utramque vocem eadem accipimus significatione. *Cuneum suum*] ut accipitur 2. Schem. 2. 25. pro eo quod est, qui statuit hominum & rerum omnium creatarum turmas comparatas ad exsequenda judicia sua. *Qui evocans*] id est, qui diluvium aquarum immisit, Genes. 7. ac proinde eadem virtute armatus est ad perficiendum hoc judicium quod modò imperavit. 7 *An non pares*] contestatio vehementissima; elegeram vos, inquit Deus, præ omnibus populis, & beneficiis amplissimis prosequebar: jam verò quo in pretio esse vos putatis apud me? non majoris facio vos quàm Æthiopas, & beneficium inde ab Ægypto in vos collatum eodem loco habeo, neque melius collocatum apud vos judico quàm cùm olim Pelischæos e Caphtore eduxi, Deut. 2. 22. aut si adversarios Dei & Ecclesiæ Syros, qui recens in Kirum deportati sunt (ut prophetatum fuerat sup. 1. 5.) reducerem a deportatione sua, & in libertatem indignissimos homines vindicarem. 8 *Ecce*] exornatio propositionis, de judiciis Dei contra Israëlitas peccatores; in qua Deus reliquias secundum electionem gratiæ servandas nominatim excipiens, transitum comparat ad promissiones Evangelicas. *Peccans*] id est, perseverans in peccatis suis. 9 *Præcipiens*] Assyriis & Babyloniis. *Non decidat*] id est, nemo planè Judæorum & Israëlitarum ab agitatione hac & ventilatione immunis sit. 10 *Qui dicunt*] vide sup. 6. 3. 11 *Tempore illo*] tertia concionis pars de promissionibus Evangelicis, quæ summatim dictæ duobus versib. & adumbratæ typo veteris Ecclesiæ & regni, posteà exornantur adjunctis magnificis Dei promissionibus in revocatum populum, tribus versibus ultimis. *Tugurium Davidis*] id est, regnum Domini nostri Jesu Christi, quo (utut jam humile est) protegantur pii. *Earum*] nempe maceriarum sive sepium. quasi dicat, ne minimam quidem labem relinquam in Ecclesia mea. *Ejus*] Davidis, cujus regno adumbratum est regnum Christi. *Sicut olim*] id est, ut quemadmodum olim steterit floruitque Davidis & Schelomonis regno, ita porrò ac longè ampliùs floreat: quod sequente versu ostenditur. 12 *Ut hæredes*] id est, ut non tantùm Judæi, verùm etiam gentes reliquæ communi cum illis hæreditate perfruantur, & communem patrem hæreditatis suæ donatorem invocent: sic interpretamur ex Actor. 15. 17. 13 *Ecce*] exornatio sive amplificatio promissionis præcedentis a benedictionibus spiritualibus in Ecclesiam, cùm instauranda fuerit per Christum, profundendis; quæ temporalibus hyperbolicè figurantur: ut Joël. 3. 18. *Colliquescent*] id est, tantam liquoris vim manabunt, ut in liquorem abire ipsi videantur. 15 *Plantabo*] id est, firmè collocabo & habiliam eos, ut Exod. 15. 17. nam virtute Dei custodimur per fidem ad salutem quæ parata est patefieri tempore ultimo, 1. Petri 1. 5.

HHOBADIA.

Propheta Edomæis superventuram divinitus calamitatem & ruinam denuntians, ipsorum fastum, fœdera, & sapientiam ludificatur, & vim Ecclesiæ illatam exprobrans dehortatur ne ipsi porrò sermone aut opere malefaciant: ac postremò contumacibus inimicis exitium prædicens propter Ecclesiam obventurum, liberationem hæreditatis, ampliationem & salutem illius prædicat in regno Christi.

1 VISIO Hhobadjæ. "Sic ait Dominus Jehova de Edomæa, [a] rumorem audivimus a Jehova, & legatum ad gentes missum *dicentem*; surgite, ut insurgamus adversus eam in prælium.

2 Ecce, "parvum dispositurus sum te inter gentes; contemptus eris valde.

3 "Superbia [b] animi tui decipit te, ô qui habitas in fissuris petræ, in [c] altissima habitatione sua; dicens cum animo suo, quis dejiceret me in terrã?

4 "Quamvis exaltares velut aquila, & quamvis inter stellas poneres nidum tuum; inde dejicerem te, dictum Jehovæ.

5 "Quomodo excisa es? si fures advenirent tibi, si vastatores [d] nocturni, nónne furarentur quod satis esset ipsis? si vindemiatores advenirent tibi, nónne relinquerent racemos?

6 Quomodo "pervestigantur Hhesavi, perquiruntur abdita ejus?

7 "Usq; ad terminum deducent te omnes [e] fœderati tui, decipient te, prævalebunt tibi [f] qui pacem colunt tecum: [g] convivæ tui "imponent vulnus loco tuo, cujus *vulneris* nulla *erit* intelligentia.

[a] *Heb.* auditionem. Jirm. 49. 14.

[b] *Heb.* cordis: sic deinceps.

[c] *Heb.* altitudine habitationis suæ: hypallage.

[d] *Heb.* noctis. Jirm. 49. 9.

[e] *Heb.* homines fœderis.

[f] *Heb.* homines pacis tuæ: sic Psal. 41. 10.

[g] *Heb.* cibi tui *homines.*

8 "Nónne die illa, dictum Jehovæ; cùm perdidero sapientes ex Edomæa, & [b] intelligentes e monte Hhesavi,

[b] *Heb.* intelligentiæ viros.

9 Tum terrebuntur potentes tui, ô Teman; ut exscindatur quisq; e monte Hhesavi à strage?

10 "Propter violentiam [i] in fratrem tuum Jahhakobum; operiet te pudor, & exscindêris in seculum:

[i] *Heb.* fratris tui Jahhakobi: ut Genes. 16.5.

11 *Propterea quòd* eo die "stas ex adverso, quo die captivas abducunt extranei copias ejus; cumq; alienigenæ ingressi portas ejus super Jeruschalaima "projiciunt sortem, tu quoq; ut unus illorum es.

12 "Ne ergo aspicias "diem fratris tui, diem alienationis ejus; neq; lætteris de [k] Jehudæis, quo die pereunt, neque "magnifices os tuum die angustiæ.

[k] *Heb.* filiis Jehudæ.

13 Ne ingrediaris portam populi mei die calamitatis eorum, ne aspicias tu quoq; malum ejus die calamitatis ipsius: neq; extendant *se manus* in facultates ejus die calamitatis ejus:

14 Neque persistas "in diruptione ad exscindendum qui evadunt ex eo: neq; prodas superstites ejus die angustiæ.

15 "Nam propinquus est dies Jehovæ contra omnes istas gentes: quémadmodum feceris, fiet tibi; retributio tua revertetur in caput tuum.

16 "Nam "cùm biberîtis in monte sanctitatis meæ, bibent omnes gentes jugiter: bibent, inquam, & absorbebunt, "eruntque ac si non fuissent:

17 In monte verò Tzijonis erit [l] qui evadet, eritque [m] sanctus; & hæreditariò possidebunt domus Jahhakobi hæreditarias possessiones suas:

[l] *Heb.* evasio.
[m] *Heb.* sanctitas.

18 "Eritq; domus Jahhakobi "*velut* ignis, & domus Josephi flamma; domus autem Hhesavi in "stipulam, ut accensi in hos consumant ipsos; neq; erit superstes "domui Hhesavi, quia Jehova eloquitur.

19 Ita hæreditariò possidebunt "australem regionem "cum monte Hhesavi, & locum humilem cum Pelischtæis; "hereditariò inquam possidebunt cum agro Ephrajimi & cum agro Schomronis, Binjaminisq; cum Gilhhade:

20 "Et "deportatæ copiæ istæ Jisraëlitarum quod *fuit* Cenahhanæorum Tzarphathan usque, & "deportati Jeruschalaimani "quod est in Hhe-sphe-rad "possidebunt civitates australes.

[n] *Heb.* deportatio copiarum istarũ.
[o] *Heb.* deportatio Jeruschalaimorum.

21 "Cumq; ascenderint "servatores in monte Tzijonis ad judicandũ montem Hhesavi, erit "Jehovæ regnum.

ANNOTATIO.

1 *Visio*] Hujus prophetiæ, qua Deus superventuram Edomæis cladem pronuntiat, tempus diserte quidem non exprimitur; sed ex argumento facile est colligere tum pronuntiatum esse, cùm Jirmeja quoque & Jechezkel prophetarent; vide Jirme. 49. & Jechezk. 25. partes omnino sunt quatuor: prima est propositio judiciorum quæ Deus immisso milite in Edomæa exsequuturus erat, duobus versibus: secunda est propositionis enarratio, tum causarum, tum judicii ad causas suas accommodati, usque ad vers. 12. tertia est dehortatio à maleficiis, usque ad vers. 16. quarta, conclusio a promissionibus Dei amplissimis ad salutem Ecclesiæ & adversariorum ejus exitium, inde ad finem. *Sic erit Dominus*] propositio hæc continet hypotyposin militarem, hoc versu; & effectum ejus, versu sequente. 2 *Par. Quum*] id est,

id est, profligaturus te ita ut minimus tuorum numerus superstit: sic alludit ad deminutionem capitis Hhesavi, amissæ primogenitæ; ut habetur Genes. 25.23. & 27.31. 3 *Superbia*] enarratio hæc propositionis duas causas continet, quibus ex ordine sua judicia connectuntur, ut Jechezk. 25. prior est superbia, hoc versu; cui sua supplicia eaque gravissima & accuratissima subjiciuntur, usque ad vers. 10. posterior verò violentia atrocissima contra Judæos fratres, versu 10. & 11. 4 *Quam vos*] amplificatio per concessionem hyperbolicam. 5 *Quomodo*] altera amplificatio per admirationē gravitatis quam Deus erat adhibiturus in perficiendo judicio suo. Est autem in Hhebræo contextu verborum ἐμφάλοκὴ, quam visum est nobis perspicuitatis causa invertere. 6 *Perscrutantur*] nimirum ab avaro militē, ut Jirme. 49.10. 7 *Usque ad*] amplificationis locus tertius a persona eorum qui Edomæos infestaturi sunt: tui ipsius, inquit Deus, fœderati, &c. ex terminis tuis ejicient te maxima perfidia & proditione, & sedem tuam depopulabuntur. *Imponent vulnus*] id est, tanta plaga afficient regionem tuam, ut mens humana ipsam nequeat comprehendere, nedum curare arte & intelligentia. 8 *Nonne die illa*] exornatio proximè præcedentis dicti, nullam fore illius vulneris intelligentiam: nam, inquit, ne tu quidem ipse, ô Edomæe & Temanita, poteris capere & cōsequi animo intelligentiam illius vulneris, quamvis apud omnes obtineas nomen sapientiæ & intelligentiæ; vide Jirm. 49.7. 10 *Propter violentiam*] secunda causa; ut diximus in vers. 3. quam optimè interpretatur Jechezkel. 25. & ostendit versus sequens. 11 *Stas ex adver.*] id est, observas & exploras diligentissimè quibus modis expilare possis fratres tuos, ut faciunt extranei. *Projciunt sort.*] ut Joël. 3.3. 12 *Ne ergo*] tertia pars, dehortatio, ne Edomæi excidium Judæorum proximè eventurum æquo animo & siccis oculis spectent, rideantque, hoc versu; ne in facultates eorum involent, sequente versu; néque in homines profugos inhumani sint, versu 14. Cujus dehortationis causa subjicitur versu 15. *Diem fratris*] id est, afflictionis illius: ut Psal. 116.2. *Magnifices os*] id est, protervè cachinneris: synecdochicè. 14 *In disruptione*] qua Edomei, postea quàm occupata sunt a Babyloniis Jerusalaima, Judæos ipsos & regionem ipsorum totam infestarunt: ut apparet ex Psal. 137. 7. quod malum per ipsos fieri hic prophetice interdicit Deus. 15 *Nam propinq.*] ἄιτιον dehortationis a talione & pari judicio, quod effecturus est Deus, hoc versu. 16 *Nam cùm*] apostrophe ad Judæos, transitum faciens ad quartam concionis partem; qua primùm Deus prædicit internecionem adversariorum Ecclesiæ, hoc versu; deinde salutem suorum, versu sequente; ac postremo utrumque exornat brevi enarratione, ad finem usque capitis. *Cùm biberitis*] prout judicium Dei oportet incipere a domo ipsius: ut Jeschahh. 10.12. & Jirm. 25.29. *Erunt qui acsi*] id est, interibunt, & omnis eorum memoria delebitur. 18 *Erit qui*] exornatio præcedentis prolepseos, qua primùm Edomæorum pernicies, hoc versu; deinde Israëlis hæreditas & salus exponitur, duobus sequentib. *Velut ignis*] hoc est, Israëlitæ erunt quædam veluti materia incendii, quod ego Edomæis Chaldæorum manu importaturus sum, quia tam multis malis populum meum affecerint: ut antè ostendimus ex Jirmeja, Jechezkele, & Hhamoso, vers. 11. & 12. *Stipulam*] quæ nullo negotio consumitur, & a natura sua fomes igni est. *Domus Hhesavi*] id est, impiis istis & inhumanis Edomæis: ex quibus tamen reliquiæ secundum electionem gratiæ conservabuntur quidem, Hhamos 9.12. sed cum Judæis & Israëlitis cooptatæ, & in familiam Dei ascitæ Evangelio Christi, sequente versu. 19 *Australem*] id est, veterem Judææ terminum obtinebunt, ac multo amplius; quia gentes cum Judæis hæreditate communicaturæ sunt: quæ terrenis umbraculis Prophetæ solent designare. *Cum monte Hhes.*] id est, cum Edomæis: vide Hhamos 9.12. *Hæreditariò*] *inquam* id est, nec Judæi tantum, sed etiam Israëlitæ omnes eis & trans Jardenem societatem inibunt hæreditatis sanctæ: vide Jechezk. 37.16. & sequentib. 20 *Et deportatæ*] id est, Ecclesia hæc instaurata justos suos terminos omni ex parte obtinebit qui ab antiquis finibus describuntur. Nam Israëlitarum terminus a Septemtrione fuit Tzarphathæ, quod oppidulum fuit maritimum ad Tzidonem, de quo 1. Reg. 17. 9. Judæorum verò terminus fuit in civitatibus australibus, de quibus Jehoschuhh. 15.21. & sequentib. *Quod est in fine*] id est, justos limites suos obtinebunt: nam quòd Judæi omnes sequuti Chaldæum paraphrastem Hhebræam vocem hoc loco positam, ut propriū regionis nomen, interpretantur Hispaniam: dignum est tam audacibus fabularum autoribus: nos verò Hhebræam vocem appellativè accipientes (ut loquuntur Grammatici) confirmamus ex duabus esse compositam, quæ conjunctæ significant terminationem dominatus. 21 *Cum ascend.*] id est, cùm prædicatione Evangelii, fideliumque servorum opera adhibita Christus Ecclesiam servaverit ex inimicis ipsius & e manu omnium eorū qui oderunt eam (ut dicitur Lucæ 1.71.) tum regnabit Christus super Ecclesiam in æternum, & regni ejus non erit finis: ut Lucæ 1.33. *Servatores*] id est, administros salutis per doctrinam Evangelii: ut 1. Timoth. 4.16. & Jacob. 5.20. *Jehova*] id est, Christo; ut modò diximus ex Lucæ 1.33.

IONA.

ARGUMENTUM.

LIBER *Jonæ Prophetæ totus est historicus: quo narratur vocatio Jonæ duplex; una, quam contumaciter tentavit subterfugere, donec persequutus ipsum Deus deduxit in mortem præsentissimam, & mirificè ad vivos revocavit, ut refractarium ipsius animum edomaret, atq; ad obsequium sui abduceret; altera, cui auscultans Jonas apud Ninevitas prædicavit, eosq; adduxit ad resipiscentiam: quibuscum indignè misericordiam Dei communicatam ratus, typo & sermone a Deo informatus est cùm de iniquitate studii sui, tum de æquitate certissima Dei misericordiæ.*

CAPUT I.

Jonas refugiens vocationem Dei se committit mari, ubi procella divinitus excitata nautæ jacturam faciunt, deos suos implorant, & sorte conjecta Jonam reum deprehendunt neglectæ vocationis Dei: quod ille confessus sententiam mortis in seipsum dicit, ac propterea quamvis parcentibus nautis tandem in mare projicitur: cujus sedato æstu nautæ agnoverunt Dominum, Jonas verò in ventrem piscis receptus oravit Deum, miseriam suam exponens, & salutem expetens ad gloriam illius.

1 ET factum fuisset verbum Jehovæ, ad [m] Jonam filium
2 Amittai, dicendo,
Surge, adi [n] Nineven civitatem maximam,
& clama cõtra eam; [o] ascendisse malitiam eorum in conspectum meum:
3 Surrexit Jonas ut fugeret [p] Tarsum a conspectu Jehovæ: quapropter descendens [q] Japhuntem, inventa navi quæ ibat Tarsum,
dedit [a] naulum ejus, descenditque in eam, ut
abiret cum [b] nautis Tarsum a conspectu Jehovæ.
4 Jehova autem [r] injecit ventum magnum in mare, fuitque procella
magna in mari; adeò ut [c] navem illam cogitarent fractum iri.
5 Quare timentes nautæ inclamaverunt quisq; Deum suum, projeceruntq; instrumenta quæ inerant navi in mare [d] ut levarent se illis: Jonas autem descenderat ad latera navigii, & jacebat somno sopitus.
6 Sed appropinquans ad eũ [e] nauclerus, dixit ei, quid tibi est [f] somnolente?

a Heb. mercedem.
b Heb. eis, videlicet qui in navi erãt.
c Heb. navis cogitaret fractum iri: metonymia.
d Heb. ad levandũ a cõtra se.
e Heb. magister funis.
f Heb. somno sopite.

lente? surge, inclama Deum tuum, si fortè suscipiat cogitationem Deus ille de nobis, ut non pereamus.

7 Deinde dixerunt[g] alter alteri, agite, projiciamus sortes, ut cognoscamus cujus causa malum hoc est nobis: & cùm projecissent sortes, accidit sors Jonæ.

8 Ad quem dicentibus illis, indica jam nobis cujus causa malum hoc nobis est; quæ *est*[h] ars tua? & unde venis? quæ *est* regio tua? denique ex quo nam populo es?

9 Dixit ad illos, Hhebræus sum; & Jehovam Deum cœlorum ego revereor, qui fecit mare & aridam.

10 Tunc timentes homines illi timore magno, postquam dixerunt ad eum, ecquid feciſti? cùm cognovissent homines illi eum a conspectu Jehovæ fugere, (nam indicabat ipsis)

11 Dixerunt ad eum, quid facturi sumus te, ut conticescat mare [i]ab infestandis nobis? nam mare [k]magis ac magis procellosum erat.

12 Qui dixit ad eos, "tollite me, & projicite me in mare ut conticescat mare ab infestandis vobis; nam agnosco propter me procellam maximam hanc [l]infestare vos.

13 Tunc [m]"remigantes homines illi ut reducerent navem ad aridam, cùm non potuissent; quia mare magis ac magis procellosum infestabat eos;

14 Inclamaverunt Jehovam, dicentes, obsecramus Jehova, ne jam pereamus pro anima viri istius, & ne reponas nobis "sanguinem innoxium; nam tu, Jehova, quemadmodum vis facis.

15 Deinde tollentes Jonam projecerunt eum in mare, destititq; mare ab [n]æstu suo.

16 Quapropter reveriti sunt homines illi reverentia magna Jehovã; & sacrificaverunt sacrificium Jehovæ, voveruntq; vota.

17 Paraverat autem Jehova piscem magnum, qui absorberet Jonam; fuitq; Jonas in visceribus illius piscis tribus diebus, & tribus noctibus.

[g] *Heb.* vir ad amicũ suũ, ite.

[h] *Heb.* opera tua.

[i] *Heb.* a contra nos: sic versu seq.

[k] *Heb.* ibat & procellosum erat: sic vers. 13.

[l] *Heb.* contra vos *esse*.

[m] *Heb.* fodientes, videlicet remis; id est, sulcãtes, ut Latini dixerunt.

[n] *Heb.* indignatione sua.

1 [o]

Caput II.

ORAVIT autem Jonas Jehovam Deum suum, e visceribus illius piscis:

2 "Deinde dixit, inclamavi ex angustia [a]mea Jehovam, & exaudivit me: e ventre [b]sepulchrali vociferatus sum, exaudivisti vocem meam.

3 Nam projeceras me in profundum, in [c]intimam partem marium, & flumen circumdabat me: omnes irrumpentes fluctus tui & undæ tuæ super me transibant:

4 Adeò ut "ego dicerem, ejectus sum a conspectu oculorũ tuorum; verùm tamen "pergam intueri in templum sanctitatis tuæ.

5 Circumiverant me aquę "usq; ad animam; abyssus circumdabat me, alga alligata erat capiti meo.

[a] *Heb.* mihi.

[b] *Heb.* sepulchri.

[c] *Heb.* cor: ut Exod. 15. 8.

d Heb. præcisa montiũ.

6 Ad præcisas radices montium descenderam, terrâ vectibus suis obstiturâ mihi in seculum: attamen eduxisti a corruptione vitam meam, Jehova Deus mi.

7 Cùm obrueretur in me anima mea, Jehovæ recordatus sum; pervenitq; ad te oratio mea, in templum sanctitatis tuæ.

e Heb. mendacii. f Heb. suam.

8 Qui observant vanitates mendaces, benignitatem erga se derelinquant:

9 Ego verò cum voce gratiarum actionis sacrificabo tibi; quæ vovi, rependam: omnimoda salus *est* Jehovæ.

ANNOTATIO IN CAPVT I.

1 *Cùm fuisset*] His duobus capitibus continentem historiam esse apud omnes constat; qua narratur quo pacto Jonas Dei vocationem subterfugere conatus sit, & Deus fugientem domuerit, atq; ad voluntarium obsequium compararit. Quo autem tempore hæc omnia gesta sint, etsi præcisè a nobis definiri nequit; tamen nõ dubitamus quin hæc aut ante Jarobhhami secundi tempora, aut sub ipsum principium regni illius gesta sint: ut apparet ex 2. Reg. 14. 25. *Jonam*] qui erat Zebulunita tribu, e Gatho Chepheris, ut ibidem scriptum est. 2 *Nineven*] de qua Genes. 10. 11. & 12. & inf. 3. metropolin Assyriorum. *Ascendisse*] id est, tam magnam esse ut jam quasi terrã & cœlum compleat; quo nomine Deus rationem cum illis subducturus sit: metaphora a rebus corporeis: vide inf. cap. 13. 3 *Tarsum*] vide Gen. 10. 4. *Japhuntem*] oppidum maritimum, posteà appellatum Joppen, de quo Jehoschuhh. 19. 46. & 2. Chron. 2. 16. 4 *Injecit*] id est, repentissimè excitavit ac vehementissimè, adeò ut divinum aliquod & singulare judicium esse ipsi infideles nautæ cognoscerent. 12 *Tollite me*] consilium hoc Jonæ fide datum esse, & ex resipiscentia profectum verba ipsa & eventus ostendunt. 13 *Remigantes*] id est, cùm prius omnia tentassent humanissimè, quam ut ad consilium Jonæ (quod inhumanum ipsis videbatur) efficiendũ devenirent. 14 *Sanguinem innoxium*] id est, hominis istius, qui nos minimè offendit; sed te autore per sortem, & ipso confitente huic pœnæ adjudicatus est.

In Caput II.

1 *Oravit autem*] Nimirum triduo illo quo in ventre piscis inclusus erat, ut habetur versu 4. calamitatem suam exponens Deo, misericordiam implorans, & officiũ suum erga Deum (a quo imprudenter discesserat) profitens: quod totum sequente oratione ostendit; quam exaravit, ubi salutem & liberationem a Deo accepisset. 2 *Dixit*] postquam liberatus fuit, ut modò diximus: est enim canticum hoc eucharisticum ex propositione summa, hoc versu narratione, usque ad vers. 8. & conclusione votiva ac eucharistica constans, duob. versib. ultimis. 4 *Ego dixerem*] summa argumenti quod oravit Jonas in ventre piscis; nimirum quòd miseriam suam a peccato profectã expoluit Deo, & quòd liberationem petiit ut gloriæ ipsius porrò in Ecclesia inserviret. *Pergam*] precantis verba: pro eo quod est, hîc obscurè moriar, & ad gloriam tuam inutilis; sed quando quidem me hûc integrum & valentem intrusisti, fac ut te palàm colere, atque prædicare possim beneficium tuum. 5 *Usq; ad*] vide in Psal. 69. 2. *Alga*] id est, tam versabar in profundo, demersus profundissimè, quàm si alga (quæ in fundo maris solet succrescere) caput meũ detinuisset obvolutum. 6 *Ad præcisa rad.*] quibus montibus asperis mediterraneum mare inde a Japhunte in Judæa, Syria, Ciliciaq; circumvallatum est. *Vectibus suis*] id est, inaccessis rupibus, quibus terra importuosa efficitur. *A corruptione*] quæ mihi per mortem fuerat in ventre piscis eventura. 8 *Qui observant*] conclusio eucharistica, ut diximus in vers. 2. per antithesin vehementissimã idololatrarum, hoc versu; cum gratissimo Prophetæ officio quod vovet Domino, sequente versu. *Vanitates mend.*] id est, idola vanissima per se, vanitatem docentia, & mendacia suis cultoribus. *Benignitatem*] id est, quandoquidem ita cæci sunt ut bona a Deo accepta minimè agnoscant, sed mendacibus suis idolis tribuant: non impedio quò minus sordescant ampliùs, & prout derelinquunt Deum, ita beneficentiæ aditum ipsi intercludant sibi, adeoque maledictionem horrendam accersant in cervices suas. 9 *Omnimoda salus*] epiphonema gnomicon, ut Psal. 3. 9.

Caput III.

Jonas iterata vocatione Dei Ninevitis prædicat: qui postquam credentes Deo, adhibitis omnibus pietatis exercitamentis seriam resipiscentiam coluerunt & testificati sunt, veniam a Deo impetravêre: itaque Jonas ægrè ferens misericordiam de illis capi, tanquam si prophetiæ ipsius esset inutilis et ipsi dedecorosa, a Deo reprehenditur: deinde verò observans e suo tugurio quid Ninevitarum oppido futurum esset, typo divinitus informatur quàm æqua sit Dei in res creatas suas misericordia.

1 Cùm autem edicente Jehova pisci illi, evomuisset Jonam in aridam;

2 Fuit verbum Jehovæ ad Jonam iterum, edicendo,

3 Surge, adi Nineven civitatem maximam; & proclama in eam proclamationem illam quam ego edico tibi.

4 Surgens itaq; Jona abivit Nineven secundum verbum Jehovæ; Nineve

neve autem erat "civitas 'perquàm maxima, "itinere tridui:
5 Ubi cùm "cœpisset Jonas ire per civitatem itinere diei unius; & proclamavisset dicens, "adhuc quadraginta dies, deinde Nineve subvertetur:
6 Crediderunt 'Nineviræ "Deo; & indicentes jejunium induerunt "cilicia a maximo ipsorum usq; ad minimum ipsorum.
7 Cùm enim pervenisset hoc verbum ad Regem Nineves, surgens e solio suo deposuit paludamentum suum a se; & operiens se cilicio sedit "in cinere:
8 Et postquàm convocasset *populum*, edixit Nineves ex sententia Regis & procerum ejus, dicendo; homines" & jumenta, armenta, & greges ne gustanto quidquam, ne pascuntor, & aquas ne bibunto:
9 Sed operiunto se ciliciis homines cum jumentis, & inclamanto Deũ 'fortiter; ac revertuntor quisq; a via sua pessima, & ab ipsa violentia quę "inest "manibus ipsorum.
10 "Quis scit an reversurus sit, & "pœniteat Deum; ut reverso eo ab æstu iræ suæ non pereamus?
11 Quare cùm vidisset Deus opera eorum, eos reversos esse a via sua pessima; pœnituit Deum ejus mali quo se dixerat affecturũ eos, & non affecit.

a Heb. magna Deo: ut Gen. 30. 8.
b Heb. homines Nineves.
c Heb. in fortitudine.

Caput IIII.

1 QUOD cùm "malè haberet Jonam, pessimè; & accensa esset
2 *ira* ejus;
"Oravit Jehovam dicens, quæso Jehova, an nõ erat hoc verbum meum, dum essem adhuc in terra mea? idcircò anteverteram fugiendo Tarsum; sciebam enim te Deum fortem gratiosum, & misericordem, longanimem, & amplum benignitate, ac pœnitentem mali esse.
3 Nunc ergo, Jehova, accipe quæso animam meam a me: nam 'præstat mori me quàm vivere.
4 Dixit verò Jehova; an factum bene, *quòd* accensa est *ira* tibi?
5 Nam egressus Jonas e civitate residebat ab Oriente civitatis: ubi fecerat sibi tugurium, ut resideret sub eo "in umbra, usque dum videret quid futurum esset in civitate.
6 "Paraverat enim Jehova Deus "ricinum, qui ascenderet supra Jonam, ut esset umbra super caput ejus ereptura eum a "malo ipsius; lætabaturq; Jonas de ricino illo lætitia magna.
7 Deinde paravit Deus vermem ascendente aurora, postero mane; quo "lædente ricinum exaruit.
8 Fuit itaq; oriente sole, cùm "parasset Deus 'Eurum "silentẽ, ut percuteret sol caput Jonæ adeò ut deficeret animo; expeteretq; 'se ipsum mori, dicens, præstat mori me quàm vivere.

a Heb. malũ videretur apud Jonam, malum magnum.
Exod. 34. 6.
b Heb. bona est mors mea præ vita mea: sic vers. 8.
c Heb. percutiente.
d Heb. ventũ Orientis.
e Heb. animã suam.

9 Dixit autem Deus ad Jonam, "an factum benè *quòd* accensa est tibi *ira* propter istum ricinum? qui dixit, factum bene *quòd* accensa est mihi *ira*" ad mortem usq;.

10 Cui dixit Jehova, "tu parcis isti ricino, pro quo non laborasti, & quem non educavisti; [f] qui "una nocte exstitit, & una nocte periit:

11 Et ego non parcerem Nineve, civitati maximæ; in qua sunt plures duodecim myriadibus hominum "qui nō norunt discrimen inter dexteram suam & sinistram suam, jumentaq; multa?

[f] *Heb.* filius noctis exstitit, & filius noctis periit.

ANNOTATIO IN CAPVT III.

1 *Cùm autem*] Versum hunc ad sequentia pertinere, ac non ad præcedentia res ipsa loquitur. Jam enim narrat historia quid secundò imperaverit Deus Jonæ liberato, & quid Jonas, quid Ninevitæ fecerint. 4 *Civitas perquam*] nam erat in ambitu illius area quadringentorum stadiorum, quam circumstabant murus instructus mille quingentis turribus: ut testantur Herodotus & Diodorus. *Itinere triduo*] videlicet in ambitum, si quis pedibus voluisset totum civitatis ambitum murum turresque prominentes extrinsecus perlustrare. 5 *Capisset*] id est, nondum oppidum totum percurrisset: sic commendatur Ninevitarum fides. *Adhuc quadr.*] denuntiatio hypothetica, prout sunt minæ & promissiones legis, & confirmant sequentia. 6 *Deo*] id est, verbo Dei, & Jonæ servi ejus: ut Exod. 14. 31. *Cilicia*] ad luctum, ut Genes. 37. 34. 7 *In cinere*] ut Ijobi 2. 8. 8 *Et jumenta*] quorum triste spectaculum fuit utile & ad docendum, & ad permovendum: docendum quidem gravitatem peccatorum & iræ Dei contra peccata accensæ; permovendum verò & ad horrorem peccati quo homo res omnes inficit, & ad seriam resipiscentiam; quæ omnia Deus spectavit lege in sacrificiorum ritibus. 9 *Manibus*] ut Psal. 7. 4. 10 *Quis scit*] vide Joël. 2. 14.

In Caput IIII.

1 *Quod*] Id est, cùm Jonas indignè ferret Deum Ninevitis resipiscentibus condonantem non efficere quod per ipsum prænuntiaverat; quia veritatem & complementum sermonis sui anteponebat Jonas saluti illorum omniū, ad quam Deus arcano consilio suo respexerat. 2 *Oravit*] humana infirmitate traductus; qua primùm superiorem suam contumaciam quodammodo vult probare Deo, dicens, sciebam te misericordem esse, & argumentum prophetiæ quam imperabas mihi cum natura tua comparans statuebam fore ut aliud per me diceres, & aliud præstares; ope: hac verò ratione omnino exponor ludibrio ego cum prophetia mea, hoc versu; deinde mortem iterum expetit, non acquiescens voluntati Dei, versu seq. 5 *In umbra*] nimirum illius ricini, de quo sequente versu. 6 *Parabat*] id est, jam antè dispositum in eam partem oppidi ricinum, quem nactus Jonas sub struxit tugurium in quo tesderet. *Ricinum*] Hhebræam vocem quam variè torserint interpretes nihil attinet dicere. Nos tum ex lingua rum affinium comparatione, tum verò ex iis rebus quæ hoc loco dicuntur, judicamus esse crotona sive trixin, quam Latini ricinum a similitudine seminis appellavêre: quod semen Hhebræi in libris suis & Ægyptii (apud quos frutex est frequentissimus) appellant kiki: unde factum est ut oleum ex eo semine Græcis & Latinis cicinum extera voce nuncupetur, quemadmodum lirinum extera voce appellatur susinum: mutuatis videlicet nominibus ex iis partibus unde usus eorum allatus est, aut ubi sunt frequentissima. *Malo ipsius*] quod fuisset accepturus Jonas a sole asso & æstu gravissimo. 8 *Paravisset*] id est, duobus incommodis momento uno Jonam affecisset, nimirum vento calentefeniissimo (qui ferè sudorem excitat) & sole torridissimo. *Silentem*] id est, tenuissimum, qui aërem a sole inflammatum non posset ita perspirare ut corrigeret, sed potius adjuvaret æstum: quamobrem silens aut surdus dicitur hic ventus διακριτικῶς, ut distinguatur ab altero Orientis vento qui sonorus est violentusque, ut Exod. 14. 21. 9 *An factum bene*] a judicio singulari quod Jonas fecit de ricino, Deus tanquam typo adhibito evincit ipsum de justitia sua in salute Ninevitarum procuranda, per comparationem minoris. *Ad mortem usq;*] id est, eo usque ut mortem expetiverim, fractus & confectus malis. 10 *Tu parcis*] id est, conservatum cupis: argumentatio vehementissima, illustrata multis & gravissimis antithetis, hoc & sequente vers. *Una nocte*] id est, qui momento nascitur & emoritur: proverbialis circumloquutio rei momentaneæ: etsi ricinum repentè nasci testis est Plinius lib. 15. naturalis historiæ cap. 7. 11 *Qui non norunt*] id est, planè pueri; periphrasis.

MICA.

MICA.

ARGUMENTUM.

LIBER *Micæ Prophetæ totus versatur in prophetico dicendi genere: nam primùm impietatem & inhumanitatem Judæorum Jisraelitarumq; a primoribus & prophetis totam redarguit acerrimè, & horribiles Dei minas de acerbissima eversione proximè futura pronuntiat; deinde verò sanctas reliquias secundum electionem Dei liberandas consolatur promissionibus de Christo, de Evangelio, de administratione Evangelica, & de fructibus ad Ecclesiam perventuris.*

CAPUT I.

Prophetа Judæis & Jisraelitis eversionem utriusque regni, oppidorumq; & regionis vastationem prædicit propter ipsorum maleficia: ideoq; ut Dei justitiam asserat, popularibus, magistratibus, & prophetis omnimodam inhumanitatem & impietatem exprobrat, quas in causa esse ostendit venturi severissimi illius judicii: ac postremò Ecclesiam piorum consolans, amplitudinem ejus, liberationem a malis venturis per adventum Christi, bonorumq; omnium plenitudinem ipsi prædicit affore in Evangelio.

1 VERBUM Jehovæ, quod fuit ad Micam "Moraschtitem, diebus Jothami, Achazi, Jechizkijæ Regum Jehudæ; quod vidit "super Schomrone & Jeruschalaimis.

2 "Audite populi [a] quotquot estis, attende terra & [b] qui eam implent: sitq; Dominus Jehova "in vobis testis, Dominus "e templo sanctitatis suæ.

3 "Nam ecce Jehova proditurus est "e loco suo, & descendens calcabit "excelsa terræ:

4 Et "liquefient ipsi montes sub eo, & ipsæ convalles [c] dissilient; "tanquam cera a conspectu ignis, "ut aquæ profusæ in declivem locum:

5 Propter defectionem Jahhakobi totum istud, & propter peccata domus Jisraëlis. "cujus *est* defectio "Jahhakobi? "an non Schomronis? & cujus excelsa Jehudæ? an non Jeruschalaimorum?

6 "Itaq; disponam Schomronem "in acervum [d] agrestem ad plantaria "vineatica; & faciam ut diffluant in vallem lapides ejus, etiam fundamenta ejus retegam.

a Hebr. omnes ipsi: ut Ijobi 17.9.
b Heb. plenitudinem ejus.
c Heb. se dissindent.
d Heb. agri.
e Heb. vineæ.

7 Et omnia sculptilia ejus contundentur, ac omnia donaria ejus cõburentur igne, omniaq; ″terricula ejus disponã in vastationem; quia ″ex mercede meretricia collegit, ″& dum merces meretricia est averruntur.

f Heb. præter hoc. *g Heb.* filiæ.

8 [f]″Præterea plangam & ejulabo, incedens ″spoliatus & nudus: edam planctum ″sicut dracones, & luctum ut [g] pulli ululæ:

9 Postquam ægra fuit *Schomron* ″plagis suis; quòd ″pervenerit usq; ad Jehudam, pertigerit usq; ad portam populi mei, Jerusalaima usq;.

h Heb. flendo.

10 ″Gathi ne indicetis, [h] omnino ne fleatis: ″in domo Hhophræ pulvere te voluta.

i Heb. transi vobis: pleonasmus. *k Heb.* in loco illius lateris: sic accipitur 1. Schem. 20.41.

11 [i]″Transi habitatrix elegantis *loci*,″ nudata pudendis: non exibit habitatrix *loci* pecorosi, planctus *erit* [k] in ″locis adjacentibus, *quæ* accipiunt a vobis ″constitutionem suam.

l Heb. amararum.

12 Nam dolebit ″propter bonum habitatrix [l] asperarum *sedium*, cùm descenderit malum a Jehova in portam Jerusalaimorum.

13 ″Junge currum ″angariis, habitatrix Lacischi; ″origo peccati ipsa est cum filia Tzijonis, quia in te inventæ sunt ″defectiones Jisraëlis.

m Heb. mendacio.

14 Idcircò ″dato munera cum ″Moreschetha Gathi: domus Aczibi ″erunt [m] mendaces regibus Jisraëlis.

15 Adhuc ″hæredem adducam tibi, ô habitatrix Mareschæ; ″Hhadullamum usq; perveniet, ″gloriam Jisraëlis.

16 ″Glabra te & ″tonde, propter filios deliciarum tuarum; dilata calvitium tuum, ô ″similis aquilę, quia migrant a te.

Caput II.

1 Væ cogitantibus iniquitatem, & operantibus malum ″in cubilibus suis; quod illucescente manè faciant, cùm est in potestate manus ipsorum:

2 Qui cõcupiscunt agros & rapiunt, domosq; *concupiscunt* & adimunt: opprimentes virũ cũ domo ejus, quẽq; cũ possessione sua.

a Heb. elatione.

3 ″Idcircò sic ait Jehova, ecce ego cogito contra ″familiam istam malum; unde non amovebitis colla vestra, neq; ambulabitis [a] ″elatè, cùm tempus mali erit.

b Heb. lamẽtabile. *c Heb.* vastãdo.

4 Tẽpore illo proferet de vobis parabolã, & lamẽtabitur lamẽtũ [b] *sum* mũ *lamentator* dicens, [c] ″prorsus vastati sumus, portionẽ populi mei ″cõmutat *De*ꝰ: quomodo adimit mihi, & avertẽdo agros nostros partitur?

5 ″Idcircò, *inquam*; non erit tibi ″projiciens funiculum ad sortem; in congregatione Jehovæ.

6 ″Ne stilletis, ″stillent *isti*: ″non stillant secundum istos, ″non hæsurũ esse *populum* ignominiis.

d Heb. rectũ ambulantẽ. *e Heb.* in hostem. *f Heb.* ere-gione vestis togam denudatis. *g Heb.* belli.

7 ″O quæ diceris domus Jahhakobi, ″an ″angustatus esset spiritus Jehovæ? an ″hæ essent actiones illius? nónne verba mea profutura essent apud [d] eum qui rectè ambulat?

8 ″Atqui ″heri populus meus [e] ″quasi hostis insurgebat, [f] ″cùm adest vestis, togam detrahitis; ″a transeuntibus securè, quietis [g] a bello.

9 Uxo-

9 Uxores populi mei expellitis, *quamque* e domo ᵉdeliciarum ſuarum;
a parvulis ejus aufertis ᵉdecorem meum ᵉin ſeculum.
10 Surgite & abite, quia non eſt ᵉhæc requies; ᵉpropter impuritatem
perditura eſt *vos*, & quidem perditione præciſa.
11 ᵉSi vir ᵇ ventoſus, & falſus mentiatur *dicens*, ſtillabo tibi pro vino
aut pro potu inebriante; ᵉis ſtillator eſt populi hujus.
12 ᵉOmnino recipiam te, Jahhakob, totum, ᵏomnino congregabo
reliquias Jiſraëlis, ᵉſimul diſponam eum ut oves Botzræ; ut grex in me-
dio ovilis ſui, perſtrepent præ multitudine hominum.
13 ᵉAſcendit ᵉeffractor in conſpectu eorum, ᵉperruperunt tranſeun-
tes portam qua egrediuntur: tranſitq; Rex eorum ante ipſos, & Jehova
ᵉin principiis illorum.

ᵇ Heb. ambulator venti, & falſitatis.
ⁱ Heb. recipiendo.
ᵏ Heb. congregando.

Caput III.

1 Quapropter dico, audite jam primores Jahhakobi & ductores domus Jiſraëlis; an non veſtrum eſt ſcire ipſum jus? Deu. 17. 12. & ſequentibus.
2 Oſores *ſunt* boni, & amantes mali; ᵉrapientes cutē iſtorum ab eis, & carnem eorum ab oſſibus ipſorum:
3 Et ᵉquod comedunt caro eſt populi mei; & cutem eorum ab eis nudant, ac oſſa eorum diffringunt: dividuntq; ut quod eſt in olla, & velut carnem quæ eſt in lebete.
4 ᵉTunc inclamabunt Jehovam, & non exaudiet eos; ſed abſcondet faciem ſuam ab eis tempore illo: quemadmodū malè inſtituerint actiones ſuas.
5 ᵉSic ait Jehova contra illos Prophetas, qui in errorem inducunt populū meum; qui ᵉmordentes ſuis dentibus proclamant pacē, & in eum qui non indiderit ori ipſorum indicunt bellum:
6 Idcircò ᵉnox erit vobis a viſione, quæ obſcuritatē afferet vobis ne divinetis; & occidet ſol ſuper iſtos Prophetas, atrabiturq; ſuper eos dies:
7 Ita erubeſcent iſti videntes, & pudore ſuffundentur iſti divinatores, ᵉobvelabuntq; myſtacem ſuum quotquot erunt: quia ᵉnulla erit exauditio Dei.
8 ᵉVerumtamen ego repletus ſum ᵉvirtute a ſpiritu Jehovę, judicioq;, & potentia; ad indicandum Jahhakobo ᵉdefectionem ipſius, & Jiſraëli peccatum ipſius.
9 ᵉAudite jam hoc primores domus Jahhakobi, & ductores domus Jiſraëlis; qui abominantur jus, & quicquid eſt rectum pervertunt:
10 Quiſquis ᵉædificat Tzijonē cædibus, & Jeruſchalaima iniquitate.
11 Quorum primores munere judicant, & quorū ſacerdotes pretio docent, & quorū Prophetę pecunia divinant; interea ᵉJehova nituntur dicendo, an nō Jehova in medio noſtri eſt? nō ſuperveniet nobis malū.
12 Idcircò veſtra cauſa ᵉTzijon *ut* ager arabitur, & Jeruſchalaima acervi erunt; & mons ipſius domus in excelſa ᵉſylvoſa.

ᵃ Heb. ſylvæ.

Caput IIII.

1 Sed erit ultimis temporibus, *ubi* constitutus fuerit mons domus Jehovæ in vertice aliorum montium, & elatus fuerit supra colles; ut confluant ad eum populi:

2 Eantq; gentes multæ dicentes, venite ut ascendamus in montem Jehovæ, & in domum Dei Jahhakobi, ut doceat nos de viis suis, & ambulemus in itineribus ejus; nam Tzijone prodit doctrina, & verbum Jehovæ Jeruschalaimis:

3 Qui judicem aget inter populos multos, & corripiet gentes validas in longinquum usque; ut tundant gladios suos in ligones, & hastas suas in falces, non attollant gens una in alteram gladium, neq; discant ampliùs bellum;

4 Sed consideant quisq; sub vite sua, & sub ficu sua, nemine deterrente: quia os Jehovæ exercituum loquutum est.

5 Nã omnes populi ambulant quisq; in nomine Dei sui, nos autẽ ambulabimus in nomine Jehovæ Jehovæ Dei nostri in seculũ & in ęternũ.

6 Tempore illo, dictum Jehovæ, recipiam claudicantem; & depulsam congregabo, & quam malis affecero:

7 Et disponam claudicantem in reliquias, & procul disjectam in gentem validam; regnabitq; Jehova super eos in monte Tzijonis ex hoc tempore usq; in seculum.

8 Et tu turris gregis, clive filiæ Tzijonis, ad te usq; perveniet; & adveniet dominium illud primarium, regnum filiæ Jeruschalaimorum.

9 Nunc quare vociferaris vociferatione? an Rex nullus est in te? an cõsiliarius tuus periit, quòd deprehẽderit te dolor similis parturientis?

10 Parturi & ede *partum*, filia Tzijonis, tanquam puerpera; cùm jam egressa ex urbe habitaveris in agro, ac perveneris Babyloniam usq;, ibi liberaberis; ibi vindicabit te Jehova e manu inimicorum tuorum.

11 Nam quamvis jam conveniant contra te gentes multæ; quæ dicunt, contaminetur, & videat in Tzijone oculus noster:

12 Ipsi ignorant cogitationes Jehovæ, neq; intelligunt consilium ejus; eum congregare ipsas velut manipulum in aream.

13 Surge & tritura filia Tzijonis; nam cornu tuum reddam ferreum & ungulas tuas reddam chalybeas, ut comminuas populos multos: & anathemate devovebo Jehovæ quæstum eorum, & facultates eorum Domino totius terræ.

Caput V.

1 Nunc turmatim coito, ô turmaria, obsidionem disponens cõtra nos: virga percutiãt in maxilla judicẽ Jisraëlis.

2 At tu Beth-lechem Ephratæ, minima ut sis in ducibus Jehudæ, ex te mihi prodibit futurus dominator in Jisraële; cujus exortus inde à principio, a diebus seculi *sunt*.

3 Idcircò

a Heb. in extremitate dierum. Jeschahh. 2.

b Heb. gens in gentem.

a Heb. filia turmæ.

b Heb. existendo.

3 "Idcircò exponet *quidem* eos usque ad tempus "*quo* parturiens pepererit: sed "residuum fratrum ejus revertentur cum [c] Jisraëlitis;

4 Et permanebit ac pascet robore Jehovæ & excellentia, nomine Jehovæ Dei sui: & habitabunt, quia jam magnus erit usque ad fines terræ.

5 Erítque hujusmodi "pax; ut "postquam venerit Assyrius in terram nostram, & postquam calcaverit palatia nostra, constituamus super eũ "septem pastores, & octo toparchas "ex hominibus:

6 Qui pascent terram Assyriorũ gladio, & terram "Nimrodi in ostiis ejus: "eripietq; ab Assyrio, cùm veniet in terram nostram, & eùm calcabit terminum nostrum.

7 "Itaque erunt reliquiæ Jahhakobi [d] "inter populos multos, "sicut ros à Jehova, & ut tenues pluviæ super herbam; "quæ non exspectabat virũ, neque præstolabatur filios hominis.

8 Erunt etiam reliquiæ Jahhakobi in gẽtibus, inter populos multos, velut leo inter bestias sylvæ, ut juvenis leo inter greges ovium; qui cùm transit, & calcat & rapit nemine eripiente.

9 Elata erit manus tua supra hostes tuos, & omnes inimici tui exscindentur.

10 "Nam erit die illo, dictum "Jehovæ; "cùm exscidero equos tuos in medio tui, & perdidero currus tuos,

11 Exscindénsque civitates terræ tuæ, destruxero omnes munitiones tuas,

12 Et exscidero præstigias è manu tua, adeò ut planetarii non sint tibi,

13 Exscideroq; sculptilia tua & statuas tuas è medio tui, ut non incurves te ampliùs operi manuum tuarum,

14 Et evellero lucos tuos è medio tui; "ut perdam adversarios tuos,

15 Faciámque ira & æstu vindictam contra gentes, quæ non auscultaverint.

[c] *Heb.* filiis Jisraëlis.

[d] *Heb.* in medio populorum: *sic* ver. seq.

ANNOTATIO IN CAP. I.

1 *Verbum Jehov.*] Quinque hæc capita inter se conjungenda esse & efficere justam concionem unam, facilè animadverturi sunt qui cum judicio & ratione Propheræ verba expenderint. Sunt itaque duo hic distinguenda, inscriptio καθολικὴ sive universalis, versu 1. & prophetia ipsa ejus argumenti quod inscriptione continetur. Inscriptio autẽ (ut in cæteris Prophetis) exponit rem, personam, tempus, & argumentum prophetiæ: quæ singula ita sunt plana ut non videantur egere singulari aliqua interpretatione. *Moraschtitem*] id est, oriundum ex oppido Morescheth, cujus mentio est infrà ver. 14. Nam ut ad Marescham alterum Jehudæ oppidum referamus prohibet forma nominis. *Super Schomrone*] id est, super regnis duobus, Jisraëlis & Jehudæ; quorum hæ fuerunt metropoles, & unde manarunt regnorum evertendorum causæ, versu 5. synecdoche. 2 *Audite*] hujus prophetiæ (si exordium exceperis hoc versu comprehensum) duæ sunt omnino partes; una, propositio judiciorum Dei contra Judæos & Jisraëlitas, tribus capitibus: altera, consolatio sanctarum reliquiarum per promissiones Evangelicas, capite 4. & 5. *In vobis*] cùm improbis & defectoribus, ut verbo Dei ampliùs evincantur & percellantur minis; tum etiam bonis, ut in promissionum exspectatione confirmentur: quæ duæ sunt concionis partes. *E templo sanct.*] id est, è cœlo, ut Psal. 11. 4. peritasis, quam duo sequentes versus confirmant hoc loco statuendam esse. 3 *Nam ecce*] in narratione hac judiciorum Dei primùm observanda est prolepsis, sive generalis propositio & judiciorum Dei, hoc & sequente versu; & causarum, ver. 5. deinde verò singularis enarratio duorum membrorum prolepseos; tum judiciorum, reliquo capite; tum etiam causarum, duobus sequentibus: etsi utrique membro pro occasione, id est, judiciorum enarrationi interdum causæ asperguntur, & causarum enarrationi judicia. *E loco suo*] id est, è cœlo, ut modò diximus Psal. 115. 3. *Excelsa terræ*] ut Deuteron. 32. 13. & 33. 29. 4 *Liquefient*] ut Psal. 97. 5. *Tanquam cera*] illustrat Propheta duo proximè præcedentia dicta comparationibus. *Ut aquæ pröf.*] id est, ita abibunt convalles in glebas minutissimas

& friatæ dissilient judicio Dei, ut aqua deorsum dejecta ex præcipitio hûc illûc dissilit in minutissimas guttulas. 5 *Cujus est def.*] ætiologia proximè præcedentis dicti, à ratione peccatorum quæ in Jisraële & Jehuda obtinebant. Non est, inquit Propheta, singularis alicujus viri, familiæ, civitatis, loci, aut hujus tantùm ætatis istorum regnorum defectio; sed ab ipsis regibus, regíisque civitatibus profecta est, ab illis augetur, & in illis confirmatur: denique metropoles istæ in reatum publicum omnes regni utriusque cives adduxerunt, ipsóque in eo obfirmant. *Jahhakobj*] id est, Jisraëlitarum regnum, quod decem partes in rege obtinebat, ut illi loquuntur 2. Schem. 19. 44. *An non*] id est, nónne reus est Rex, principes, comites, & populares Schomrone habitantes? sic sequentia. 6 *Itaque*] prius hoc membrum prolepseos, ut diximus in versum 3. judicia Dei primùm enarrat in Jisraëlitas, duobus versib. & in Judæos, duobus alteris; deinde verò figurat ratione castrensi tanquam speculator minutatim Judæis suis res futuras præsignificans, reliquo cap. *In acervum*] id est, ut nihil è Schomrone supersit quàm acervus lapidum ruderúmque: ut vinitores, cùm plantaria vinearum curant, & novellant, lapides solent coacervare ad itinera extra vinearum septum. *Faciam ut defl.*] gradatio. q.d. ac ne acervos quidem ipsos lapidum relinquam; sed exundabit judicium meum ut torrens, lapides ejus ad ima usque fundamenta everret, atque deportabit: ut per Assyrios effectum est. 7 *Terricula*] ut 1. Schem. 31. 9. *Ex mercede*] id est, idololatriæ suæ & idolis accepta tulit bona sua: ut Hosche. 2. 5. & 8. & 12. *Et dum merces*] id est, tantisper dum sua bona possident (quæ non mihi sed suis idolis tanquam mercedes meretricias accepta ferunt) tantisper, inquam, avertuntur à me benignitate mea abutentes, Hosche. 2. 5. & sequentibus. 8 *Præterea*] enarratio judicii Dei contra regnum Jehudæ, ut diximus in versum 6. *Spoliatus*] nimirum veste mea prophetica; ut Jeschahh. 20. 2. *Sicut dracones*] sic Ijobi 30. 29. 9 *Plagis suis*] de quibus versu 6. & 7. *Pervenerit*] id est, non constiterit plaga in Jisraëlis regno, sed Jehudam quoque invaserit. 10 *Gathi*] hypotyposis castrensi forma denuntians & figurans calamitates Jehudæ. De hac autem loquendi forma vide 2. Schem. 1. 20. *In domo Hhoph.*] id est, in Binjamine, Jehoschu. 18. 23. q.d. luctum procul agitato à Philischtæorum finibus. *Pulvere*] id est, esto in luctu amarissimo: ut Jirmej. 6. 26. Synecdoche. Alludit autem hîc & sequentibus versib. ferè Propheta ad ipsa locorum nomina quæ hîc adducuntur. 11 *Transi*] id est, migra è regione tua cum luctu & dedecore maximo. Vocum autem hoc versu positas, quas interpretes ferè ut proprias accipiunt, nos appellativè reddimus: nam consilium Prophetæ est inde ab hoc versu, Jehudæ suas calamitates prædicare, ut Binjamini, proximè præcedente. Jehudæ autem agrum dividit in elegantem uberémque, & in asperum ac steriliorem: futurúmque omnino prædicit ut torus ager acerbissimo luctu perfundatur: quod amplius exornat sequentibus. *Nudata pudendis*] id est, non tantùm inelegãs, sed etiam affecta dedecore turpissimo: ut Jeschahh. 47. 3. *Locũ adjac.*] id est, incultioribus, quæ secundum agros uberes sunt & de illorum copia fructum percipiunt. *Constitutionem*] id est, rationem & quasi leges vitæ suæ accipiunt à locis uberibus, quia ex illorum copia aluntur commodiùs, ex inopia verò gravissima sentiunt incommoda: quod sequentis versus exegesis commonstrat. 12 *Propter bonum*] videlicet amissum clade publica: ut sequentia docent. 13 *Junge currum*] id est, fuge quàm poteris maximè & contentissimè; non effugies tamen; cùm Regem tuum fugientem ad te non siveris effugere. *Angariis*] id est, equis celeribus cursum latum (ut Jureconsulti vocant) decurrentibus. *Origo peccati*] id est, Lacischani cives conscii, adeóque autores sunt cum civibus Jeruschalaimorum perfidæ illius conspirationis contra Regem Amatzjam factę, quem Jeruschalaimani persequuti sunt, Lacischani verò prodiderunt & morte affectum miserunt Jeruschalaima: vide 2. Reg. 14. 19. *Defectiones Jisr.*] id est, rea es earum dem defectionum quibus tenentur Jisraëlitæ, cùm hoc tuo facto peræquè à domo Davidis defeceris. 14 *Dare munera*] id est, redime pacem cum propinquis tuis quantum voles: concessio ironica. *Morescheth'a*] id est, oppido à Binjamitis occupato, quod priùs ad regnum Gathi pertinebat: sic interpretamur ex 1. Chron. 8. 13. *Erunt mend.*] id est, falsum exspectationem regum Jehudæ imperantium reliquiis Jisraëlis. 15 *Hæredem*] id est extraneum, qui per longum tempus hæreditario obtineat possessionem tuam. De hoc autem & superiore oppido vide Jehoschuhh. 15. 44. *Hhadullamum*] de quo Jehoschuhh. 15. 35. *Gloriam Jisr.*] id est, Jeruschalaima metropolin, & Tzijonem Dei Regísque sedem, quam nominaverat suprà ver. 9. 16 *Glabrate*] apostrophe ad Tzijonem & Jeruschalaima: vide Jeschahh. 22. 12. *Tonde*] ut Ijobi 1. 20. *Similis aquilæ*] id est, quæ omnium tibi videris excelsissima, prout aquila cæteras aves supervolat: ut Jirmej. 49. 16. & Hhobadjæ 4.

In Caput II.

1 *Væ cogitantib.*] Enarratio alterius membri prolepseos, ut diximus suprà 1. 3. videlicet causarum propter quas Deus ad statuendum & denuntiandum tam grave judicium adducitur. Sunt autem hujus enarrationis causæ in universum duæ, quæ cum judiciis suis sigillatim comparantur: una est, inhumanitas cogitationum factorúmque, duobus versib. accersens severissimum Dei judicium, quod tribus versib. deinde exponitur; altera est impietas verbum Dei repudians & legem Deo ac Prophetis dicens, versu 6. quę duo mala primùm redarguuntur contestatione vehementissima popularium, inde ad finem capitis; deinde verò principum primorúmque populi & propheratum, tanquam inhumanitatis & impietatis autorum, capite 3. *In cubilibus suis*] id est, ne nocte quidem, quietis tempore & loco, supersedentibus à cogitando & informando malo. 3 *Idcircò*] applicatio judicii (ut diximus in versum 1.) quo continentur servitus abjectissima, hoc versu; dedecus luctuosissimum, & depulsio ab Ecclesia & hæreditate Jehovæ, duobus versib. *Familiam istam*] Jisraëlis totius. *Elatè*] ut modò facitis, cùm aquilarum instar vobis videmini, suprà 1. 16. 4 *Prorsus vastati*] hoc lamento continentur duo; querimonia, & postulatio causæ, cui Deus subjicit responsum sequente versu. *Commutat*] suos in regionem exteram deportando, & regionem suam exteris partiendo. 5 *Idcircò*] ἀναφορὰ respiciens ad principium versus tertii. Non erit (inquit Deus) quòd lamentatores tui queriturque quo pacto fiat ut hæc vobis adimam & illis concedam: jam enim exposita est causa, me idcircò effecturum esse quòd cogitetis iniquitatem, &c. *Projiciens funiculum*] id est, qui possessionem ampliùs distribuat tibi: quod Deus primùm per Jehoschuhham effecerat: vide Deuteron. 32. 8. & 9. 6 *Ne stilletis*] altera causa, ut diximus in versum 1. quam Propheta ex abrupto affert ad testandum indignationem gravissimam. Sunt enim hæc verba principum & popularium de prophetiis arbitratu suo judicantium. Nam hoc scelus eodem tempore in Jehuda factum esse ostendit Mica & Jeschahhja 30. 10. quo etiam in Jisraële factum est: ut vidimus Hhamos 7. 12. & 16. *Stillent isti*] videlicet pseudoprophetæ, qui blanda loquuntur nobis. De hoc autem stillandi verbo vide Jechezk. 21. 2. *Non stillabit*] id est, non prophetant ut isti propheræ nostri: sic causam reddit populus cur prophetas Dei jubeat conticescere: ut 1. Reg. 22. 8. & sequentib. *Non hasuram*] summa pseudoprophetiarum quæ arridebant populo tanquam faustæ, contra quàm Prophetæ Dei prædicabant ignominiosa omnia populo eventura: ut antè vidimus. 7 *O quæ dicenis*] id est, qui estis populus & Ecclesia Dei nomine tenus. Hinc autem (ut diximus in versum 1.) incipit contestatio, qua Propheta vim spiritus Dei opponit populi instituto, hoc versu, quod institutum deinde explicat à populi inhumanitate à Deo puniendа, usque ad versum 10. & ab infidelitate, versu 11. *An angustatus*] contestationis fundamentum à persona Dei & populi nititur dilemmate: si ita ut vultis (Propheta inquit) nos conveniret prophetare, alterutrum

oporteret, aut Deum, aut vos reprehendendos esse novitatis istius nomine: nam aut spiritus Dei angustatus esset, ut non amplius posset, auderet, aut vellet eandem rationem in dicendo & operando sequi, aut vos contumaces: atqui Deus est constantissimus sempérque sui similis in dicendo & benefaciendo rectis, hoc versu. Superest igitur ut vos ipsos damnetis contumaciæ, cùm asperiores vobis enuntiantur prophetiæ. *Angustatus esset*] ne posset vobis mala prædicere prædictáque efficere. *Hæ essent*] id est, an ita se gereret vera Ecclesia Dei & germana Jahhakobi domus, ut vos geritis? quod exponitur versibus seq. *Nónne verba mea*] id est, nónne si recti estis animo, & rectè vivendi studio duceremini, apud vos locus esset sermoni meo? & meliores efficeret vos instituto vitæ, augerétque promissionibus? 8 *Atqui heri*] explicatio antithetos inhumanitatis & infidelitatis populi; ut diximus præcedente versu. *Heri*] id est, his paucis annis, memoriáque recentissima: synecdoche, ut Jeschahh. 30. 34. *Quasi hostis*] id est, non secus quàm hostis, tum in reges suos conspirabat, & in regno utroque maximam portam aperiebat nequitiæ & latrociniis, tum regnum unum in alterum invehebatur hostilibus grassationibus. Nam in regno quidem Jehudæ Joasch, & Amatzja suorum conspirationibus occisi sunt, in Jisraële verò Nadab conspiratione Bahhaschæ & Joram conspiratione Jehu: denique regnum unum ab altero est frequentissimè infestatum. *Cùm adest*] id est, cùm nulla necessitate constringimini, sed rebus omnibus abundatis; nihilominus tamen adducti sola libidine in res alienas involatis: nam species una latrociniorum pro genere accipitur. *A transeuntib.*] exaggeratio criminis à personis eorum quibus fit injuria. 9 *Deliciarum*] id est charissima, ubi ipsis futuræ essent deliciæ in virorum liberorúmque complexu: sic gradatim auget maleficentiam populi, quòd nulla sexus aut ætatis ratione abducatur à malo. *Decorem meum*] id est, ornamenta juráque omnia honoratissima quæ ipsis attribui lege. Nam Jisraëlitæ omnes inde à conceptu libertatem & gloriam omnem filiorum Dei Ecclesiæque obtinebant; sed latrociniis & bellis inter duo regna intercedentibus ne pueros quidem pro fratribus & cohæredibus fœderis promissionúmque habebant, sed in miseram durámque servitutem trahebant, velut extraneos: vide exempla 2. Chron. 28. *In seculum*] id est, ista indesinenter facitis. 10 *Hæc*] nimirum terra. q. d. non amplius futura est vobis stabilis & tranquilla sedes. *Propter impur.*] qua impuras tis ipsam: confer cum Levit. 18. 25. & sequentib. 11 *Si vir ventosus*] altera pars explicationis de infidelitate, ut diximus versu 7. *Is stillator*] id est, Propheta acceptus populo: vide suprà versu 6. 12 *Omnino*] παρεμβολὴ sive interjectus minarum quas Deus in populum Jehudæ & Jisraëlis pronuntiavit antè dictæ inhumanitatis & infidelitatis nomine: prout caularum enarrationi monuimus judicia interseri suprà 1. 3. Ludit autem Propheta ex ambiguo, in hoc versu, & ludificatur pseudoprophetarum verba, quasi promissiones amplissimas faceret verbis Dei de ventura Jehudæ & Jisraëlis adunatione; sed quo consilio faciat demonstrat apertissimè sequente versu. *Simul disponam*] ut simul quàm maximo numero in captivitatem tanquam in exteram caulam deportentur. *Oves Botzræ*] de qua Jirmej. 48. 24. oppidi Moabitarum, qui pecuarii erant maximi, 2. Reg. 3. 4. 13 *Ascendit*] hypotyposis, qua Propheta judicium populo superventurum quodammodo oculis exhibet, & res quasi præsentes narrat. *Effractor*] Assyrius, & Babylonius. *Perruperunt*] sic enim capta sunt Schomron, & Jerusalaima. *Rex eorum*] Hoscheahh, & Tzidkija, 2. Reg. 17. & 25. *In principiis*] id est, dux primi agminis, totúsque hostilis exercitus, ut perficiat quæ dixit præcedente versu.

In Caput III.

1 *Quapropter*] Altera pars contestationis, qua Propheta (postquam populum totum admonuit capite proximo) nominatim principes populi & prophetas velut inhumanitatis & impietatis autores compellat: quemadmodum exprobrat infrà ver. 12. principes quidem, versibus quatuor: prophetas verò, quatuor alteris: ac postremò universalem denuntiationem adhibet ut finem contestandi faciat, quatuor ultimis. 2 *Rapientes*] id est, omnibus modis absumentes ferissimè. 3 *Quod comedunt*] ut Psal. 14. 4. hîc autem ferinam principum inhumanitatem Propheta persequitur lanionum & coquorum similitudine. 4 *Tunc*] videlicet cùm immittet ea quæ denuntiavit suprà 2. 12. & 13. 5 *Sic ait Jehova*] contestatio in pseudoprophetas: ut diximus versu 1. *Mordentes*] id est, cùm ipsis datur quod mordeant, & unde curent abdomen suum, ut suprà 2. 11. 6 *Nox erit vobis*] id est, tot & tantis malis (quæ cum nocte tenebrisque ferè comparantur) obruemini, ut amplius non vacet vobis noctu somnia, interdiu visiones adducere, & divinationes vestras in locum eorum obtrudere. 7 *Obvelabuntq.*] ut Levit. 13. 45. & Jechezk. 24. 17. & 22. *Nulla erit exaud.*] ut suprà versu 4. 8 *Verumtamen*] oratio antithetos, qua Propheta administrationem suam & prædicationem comparat cum pseudoprophetarum factis, & transitum facit ad sequentem conclusionem hujus contestationis. *Virtute*] non cibo, potu, aut humanis muneribus; ut illi dicuntur versu 5. *Defectionem*] conjunctam supplicio suo, non autem pacem quam illi prædicant suprà 2. 6. & 11. & hujus capitis versu 5. 9 *Audite jam*] conclusio totius contestationis, ut diximus versu 1. 10 *AEdificat Tzij.*] id est, domos exstruit, & urbem excolit artibus nefariis. 11 *Jehova nituntur*] id est, eo niti se prædicant, ut Jirmej. 7. 12 *Tzijon.*] id est, vestra illa urbs cui confiditis ita evertetur, ut pars in arva, pars in rudera, pars denique in sylvam abeat.

In Caput IIII.

1 *Sed erit*] Jam sequitur altera concionis pars, ut diximus suprà 1. 2. nimirum consolatio sanctarum populi reliquiarum per promissiones Evangelicas. Qua in parte tria potissimùm habentur membra: primum est, prolepsis sive propositio summa Evangelicarum promissionum, de bonis conferendis, & avertendo omni malo, versib. quinque; secundum, enarratio promissionis "ὑστερον πρότερον, de malis avertendis quibus potuisset abduci & labefactari Piorum fides, usque ad finem capitis; tertium denique bonarum promissionum amplior enarratio, capite 5. De hac autem prolepsi vide Jeschahh. 2. unde hæc ferè ad verbum exscripta sunt. 3 *In longinq.*] id est, usque ad fines terræ extimos, Psal. 2. 8. & 72. 8. 4 *Confideant quisque*] id est, securissimè fruantur suo: ut 1. Reg. 4. 24. quam securitatem aliter figurat Jeschahh. 11. 6. & sequentib. & 35. 5 *Nam omnes populi*] ætiologia antegressæ promissionis à natura & fœdere Dei, quæ amplificatur antithesi deorum quibus confidunt exteri: similem vide Psal. 20. 8. 6 *Tempore illo*] secundum membrum (ut diximus versu 1.) per ὑστέρωσιν ostenditpiis non esse metuendum ut ullo malo à fruendis Dei promissionibus avertantur. Deum enim omnia mala tum ab ipsorum infirmitate, tum ab exterorum injuriis importata sublaturum esse adventu Christi, tribus versib. qui promissionis locus exornatur, reliquo capite. *Claudicantem*] vide Jeschahh. 35. *Depulsam*] ex promissione, Deuteron. 30. 3. & sequentib. *Et quam malis*] brevis occupatio, ne pii malorum sensu fatiscerent, qua ostendit Deus non omnes quos malis affecerit per-

iturosin malis; sed bonorum esse ut mala superent freti exspectatione promissorum Dei. 7 *Jehova*] Christus, æternum Ecclesiæ caput. 8 *Turris gregis*] hoc nomen etsi alibi non meminimus in scriptura legere, tamen ex analogia statuimus eam fuisse turrim quæ imposita erat portæ gregis ad meridiem urbis, de qua Nechemj. 3. quemadmodum proxima turris centenaria, & tertia ab hac turris Chananeelis vocabatur: atque eamdem ob causam fuisse turrim gregis appellatam, quia per portam huic turri substructam greges intromittebantur in forum pecuarium proximum, & in piscinam de qua Joan. 5. 2. sic confirmat Deus fore ut Christus in possessionem justam Ecclesiæ mittatur, cujus olim typus fuit Jeruschalaimis: nam hac porta patebat aditus tum in regiam, templum, & munitionem Tzijonis, tum in utraque Jeruschalaima. *Clive*] de quo 2. Chronic. 27. 3. & Nechemj. 3. *Filia Jeruseh.*] id est, Ecclesiæ regnaturæ in Christo. 9 *Nunc quare &c.*] exornatio præcedentis promissionis per occupationem: dixeris fortasse (inquit Deus) te gravissimis angi doloribus, qui nihil commune habeant cum magnificis promissis meis; ac propterea abrepta infirmitate judicabis tibi jam Regem nullum aut consiliarium superesse, hoc versu; sed Jehova Rex æternus & consiliarius est, versu sequente; qui consilium hostium novit, suumque asservat & suo tempore exsequitur ad gloriam suam, Ecclesiæ salutem, & adversariorum exitium, tribus versibus ultimis. 10 *Parturi*] id est, perfer æquo animo ad tempus hunc dolorem tuum, imitata puerperam, & sciens tristitiam tuam evasuram in gaudium: ut Christus loquitur Joan. 16. 20. & sequentib. sic infra 5. 3. 11 *Contaminetur*] id est, polluamus eam cædibus: ut Numer. 35. 33. & Psal. 106. 38. *Et videat*] nimirum præstitam contaminationem hanc: sic explicat consilium adversariorum Ecclesiæ, ut Jeschahh. 10. 7. & sequentib. 12 *Velut manipp.*] id est triturandas, ut mandatur Ecclesiæ sequen. versu. 13 *Surge*] hortatio ad Ecclesiam piorum per hypotyposin, quasi jam in rem præsentem adducta esset Dei promissionibus: nam promissiones ponuntur duæ, Ecclesiam confirmatum iri ut hostes expugnet, & prostratos conculcaturam esse; idque sola virtute Dei Ecclesiam fortificantis, & hostes cum rebus ipsorum omnibus devoventis anathemati perpetuo. *Cornu*] ut 1. Schem. 2. 1.

In Caput V.

1 *Nunc*] Altera pars enarrationis, de bonis à Deo promissis Ecclesiæ; quò transitus comparatur sarcasmo in hostes amarulentissimo, quem Ecclesia freta præcedente Dei promissione adhibet, ut meliùs exponat gloriationem suæ fidei adversus omnes injurias, hoc versu. Continet itaquè hic secundus enarrationis locus primum promissionem personæ Christi, in quo totus sermo Dei est etiam & amen; deinde officia illius, reliquo capite. *Ostrmaria*] gens Assyriorum & Babyloniorum. *Obsidionem disp.*] id est, nos agens & crucians, circumsidensque undique ab omni parte. *Virga percutiant*] id est, indignissimè & abjectissimè populum totum Jisraelis & reges exagitent: proverbiale loquendi genus, ut Psal. 3. 8. 2 *At tu*] primus enarrationis bonorum promissorum locus, de persona Christi, quæ una turmariis omnibus ab Ecclesia objicitur, ut Jeschahh. 9. 6. *Ephratha*] genitivus additus διακριτικῶς, quia alterum fuit Beth-lechem Zebulunis, Jehoschuhh. 19. 15. Hoc autem est Jehudæ, nominatum ab Ephratha uxore Calebi, cujus mentio est 1. Chron. 2. 19. & sequentibus. *Minima ut sis*] occupatio, qua ostendit Propheta non deterreri Ecclesiam tenuitate loci ubi Christus erat nascitutus, quin certa fide amplectatur promissiones Dei: quam occupationem Pharisæi Herodem compellantes ex veritate & pro tempotum ratione non imprudenter commutarunt, Matth. 2. 6. *In ducibus*] sic interpretamur ex Matthæo, ut Judic. 6. 15. *Futurus domin.*] Christus caput Ecclesiæ. *Cujus exortus*] id est, declarationes & demonstrationes tam quam exorientis solis. q.d. qui inde à principio se ipsum patefecit demonstravitque rebus creatis omnibus luce verbi sui, & virtute operum; quemadmodum exoriens sol luce & effectis suis inde ab exortu se ipsum aperit. Nam in principio erat verbum, &c. omnia per ipsum facta sunt, &c. Joan. 1. 3 *Idcircò*] secundus enarrationis bonorum promissorum locus duas partes continet: unam, simplicem propositionem propheticam, usque ad versum 10. alteram, confirmationem verbis ipsius Christi jam tum Ecclesiæ suæ promissiones easdem prædicantis, ad finem usque. Utrobique autem continentur duo: nimirum electorum salus, & in hostes imperium. *Quo pertur.*] vide suprà 4. 19. *Residuum fratr.*] id est, reliquiæ gentium à Deo cooptatæ in Christo se adjungent Ecclesiæ: ut Hebr. 2. 11. & 12. 5 *Pax*] id est, prosperitas & amplitudo Ecclesiæ Dei. *Postquam Sen.*] quod prædixit suprà 4. 9. & sequentib. de Assyrio & Babylonio: synecdoche. *Septem pastor.*] id est, tot præsides & præfectos, quot erunt opus ad regendos & continendos hostes ex autoritate Christi & Ecclesiæ: numerus finitus pro infinito. *Ex hominibus*] id est, & quidem tanta facilitate hostibus imperabit virtus Christi, ut vel ii qui minimi fiunt in Ecclesia, coërcere illos & regere possint dono & vocatione ejus: nam Jisraëlitæ & Judæi omnes inde à deportationis tempore Gentibus abjectissimi & ad servitutem nati dicebantur. 6 *Nimrods*] id est Babyloniam, & terram Schinhharis, Genes. 10. 10. *Eripietq;*] id est, ab omnibus hostibus vindicabit, Luc. 1. 71. 7 *Itaque erunt*] ἐργασία duarum præcedentium promissionis partium per elegantissimas similitudines: nam sancta Ecclesiæ inter electos è gentibus administratio per Evangelium, cum rore & pluvia commoda, hoc versu; terribilis verò administratio contra hostes cum leonis violentia comparatur, duobus sequentib. *Sicut ros*] nam administris Evangelii ipse effectus verbi tribuitur, tanquam si ipsi ros essent qui irrorant agrum Dei; similè vide 2. Corinth. 2. 15. *Quæ non exspect.*] id est, quæ ab omnibus neglecta erat, & à nemine curabatur. Sic allegoricè Propheta designat illud quod apertis verbis dicit Jeschahh. 65. 1. 10 *Nam erit*] altera pars secundi enarrationis loci, ut diximus versu 3. *Jehovæ*] id est, Christi dominatoris, cujus exortus inde à principio, &c. ut suprà versu 2. Hæc enim de Christo accipienda esse hoc saltem indicat, quòd Jehova hìc se facturum dicit ea quæ Propheta dixerat à Christo factum iri, nimirum abolitionem mali, de qua præcedente capite: & communicationem boni, hoc capite promissam. *Cùm exscidero*] id est, cùm te malis quamplurimis oneravero, duobus versibus, atque ita purgavero à maleficiis, & impietatis tuæ instrumentis, tribus versib. 14 *Ut perdam*] id est, ut tum demum severitatem judiciorum meorum in illis exerceam.

Caput VI.

Deus agrum Iisraelitarum contestatus contendit cum toto populo suo, exponens beneficia in eum collata, documentaq; tradita de officio ejus; & contrariam populi vitam redarguentia ac minas legis denuntiat ipsi; reliquias verò piorum (quas propter abundantiem impietatis te-

nuissimas

nuissimas esse ac penè nullas conqueritur) monet ut à seculo suo caveant, Deo uni confidant, peccata confiteantur, justitiamq; ejus exspectent, & promissiones instaurationis gloriosæ: quarum nomine Ecclesia consolationem accipiens celebrat gratuitam Dei misericordiam.

1 AUDITE jam quod Jehova edicit; surge, contende cũ
2 "istis montibus, & audiant isti colles vocem tuam.
Audite montes" contentionem Jehovæ, & robustissima" fundamenta terræ: nam contentio Jehovæ
3 est cum populo suo, & cum Jisraële disceptaturus est.
"Populè mi, quid feci tibi? & quo" fatigavi te? testificare contra me.
4 "Cùm educens te è terra Ægypti, è domo servorum redemissem te;
& præmisissem tibi Moschen, Aharonem, &" Mirjamum:
5 Populè mi, recordare jam" quid consilii iniverit Balak rex Moabitarum, & quid responderit ei Bilhham filius Behhoris; "ut agnoscẽs [a] justè facta Jehovæ à Schittimis Gilgalem usque, dicas,
6 "Quanam re *instructus* veniam ante Jehovam, incurvabo me Deo
[b] excelso? veniámne ante eum cum holocaustis? cum vitulis [c] anniculis?
7 An accepta haberet Jehova millia arietum?" myriadas torrentium olei? an darem primogenitum meum *pro* defectione mea? fructum vẽtris mei *pro* peccato animæ meæ?
8 "Indicavit tibi, ô homo, quid sit bonum: ecquid Jehova requisivit abs te, nisi ut exerceas jus, & ames benignitatem, & [d] modestè ambules cum Deo tuo?
9 Vox Jehovæ" ipsi civitati prædicat, (nam quod res est videt" nomen tuum) audite" virgam, & quis [e] accersat illud.
10 "Adhuc?" sítne cuiquam domus improbi? thesauri improbitatis? & epha [f] minutum detestabile?
11 An purum haberem *quemquam* cum lancibus improbitatis, & inditis loculo [g] ponderibus dolosis?
12 Cujus civitatis divites pleni sunt violentia, & habitatores loquuntur falsum; quorum lingua dolosa est in ore ipsorum?
13 "Quin imò ego" ægritudine afficiam percutiendo te, desolando propter peccata tua.
14 Tu comedes, sed non saturaberis; & depressio tua erit in medio tui: & "amovebis, sed non liberabis; quod autem liberaveris, gladio tradam.
15 Tu seres, sed non metes; tu calcabis olivas, sed non unges te oleo; & mustum, sed non bibes vinum.
16 Etenim assiduè observat statuta" Hhomri, & totum opus domus "Achabi, ambulatísque in consiliis eorum: ut dedam te desolationi, & habitatores ipsius" sibilo; itaque" opprobrium populi mei portabitis.

Numer. 23. & 24.

[a] *Heb.* justitias.

[b] *Heb.* excelsitatis.

[c] *Heb.* filiis anni.

Deut. 30. 15. Deut. 10. 12.

[d] *Heb.* modestè facias ambulãdo.

[e] *Heb.* despõ set.

[f] *Heb.* maciei.

[g] *Heb.* lapidibus doli: ut Levit. 19. 36.

Caput VII.

1 Hei mihi, cùm sim tanquam a interceptis æstivis fructibus, tanquam *interceptis* racemis vindemiæ; nullus est botrus ad comedendum, præcocem fructum desyderat anima mea.

2 Periit benignus è terra hac, & rectus in hominibus his nullus est: b quotquot sunt, ad cædes insidiantur, quisque fratrem suum venantur plagis.

3 Ut malefaciat ambæ manus c strenuè; princeps poscit, & judex pro retributione: & qui magnus est, eloquitur ærumnam d desyderatissimã sibi ipse, quam contorquent.

4 Optimus istorum similis est spinæ, rectissimus prę spineto est: dies speculatorum tuorum; anima adversio tua advenit, nunc erit perplexitas istorum.

5 Ne creditote amico, ne confiditote duci: ab ea quæ cubat in sinu tuo observa fores oris tui.

6 Nam filius turpitudine afficit patrem, filia insurgit in matrem suam; nurus in socrum suam, inimici cujusque sunt e domestici ipsius.

7 Quapropter ego Jehovam versus speculabor, præstolabor Deum salutis meæ; exaudiet me Deus meus.

8 Ne lætator, inimica mea, de me; cùm cecidero, surgam: cùm sedero in tenebris, Jehova illucescet mihi.

9 Indignationem Jehovæ feram, quia peccavi in eum; usque dum contendat contentionem meam, & exerceat jus meum, producens me in lucem ut f fruar justitia ejus:

10 Et respiciens inimicam meam operiat eam pudore, dicentem ad me, ubi est Jehova Deus tuus? oculi mei videbunt illam, nunc futura est conculcationi ut lutum platearum.

11 Quo die ędificaturus est macerias tuas, eo die in longinquum abibit decretum:

12 Die *inquam* illo, cùm ad te venturus est inde ab Assyria usque ad civitates g munitas, & inde à civitatibus munitis usque ad flumen, & ad mare unum ab altero & à monte uno ad alterum:

13 Postquam fuerit hęc terra desolationi propter habitatores ipsius, propter fructum actionum ipsorum:

14 Pasce populum tuum cum pedo tuo, gregem possessionis tuæ habitãtem solitariè *in* sylvâ, in medio arvorum; depascant Baschanem & Gilhhadem, ut diebus h priscis:

15 Ut diebus quibus egressus es è terra Ægypti, faciam ut videat ille mirabilia.

16 Videntes Gentes erubescent præ tota potentia illorum; imponẽt manum ori, aures illarum obsurdescent:

17 Lingent

a *Heb.* interceptionibus æstivi fructus.

b *Heb.* oẽs ipsi ad sanguines.

c *Heb.* benefaciendo.

d *Heb.* animi, id est, desyderii sui.

e *Heb.* homines domus.

f *Heb.* videã: ut Psal. 34. 13.

g *Heb.* munitionis.

h *Heb.* ad mare à mari, & à mõte ad montẽ.

h *Heb.* seculi.

17 "Lingent pulverem ut anguis, ut serpentes [i] terrestres; commovebuntur è claustris suis: ad Jehovam Deum nostrum [k] pavidi accurrent, & timebunt à te.

18 "Quis est Deus fortis par tibi? condonans iniquitatem, & præteriens defectionem reliquiis possessionis suæ; non retinens in æternum iram suam, eo quòd delectetur benignitate.

19 [l] Conversus miserebitur nostri; "subiget iniquitates nostras: [o] imò projecturus es [m] in profundissimum maris omnia peccata istorum.

20 Præstabis fidem *datam* Jahhakobo, benignitatem *datam* Abrahamo quam juraveras majoribus nostris a diebus "priscis.

[i] *Heb.* terræ: ut Deut. 32. 24.
[k] *Heb.* pavebunt: ut Hoschehh. 3. 5. Exod. 34. 6. & 7.
[l] *Heb.* convertetur miserebitur.
[m] *Heb.* profunda maris.
[n] *Heb.* antiquitatis.

ANNOTATIO IN CAP. VI.

1 *Audite jam*] Hujus prophetiæ in universum membra sunt tria: primum est exordium conjunctum inscriptione totius prophetiæ, duobus versib. secundum contentio sive contestatio contra Judæos & Israëlitas, reliquo capite; tertium, querimonia bonorum, & consolatio à promissionibus Dei, capite 7. Primæ autem partis emphasis est vehementissima per prosopopœiam, quòd Deus cum Israëlitis disceptaturus mõtes potius & cautes durissimas quàm Israëlitas ipsos contestatur: ut Deuter. 32. 1. *Istis montibus*] id est, montosis regionibus istis Israëlis & Jehudæ; ut Exod. 15. 17. 2 *Contentionem*] quæ deinceps exponitur à versu 3. *Fundamenta ter.*] id est, montes ad imum usque: ut Deut. 32. 22. & Psal. 18. 8. 3 *Populemi*] contentio hæc tribus partibus continetur: prima est propositio juridica per interrogationem, hoc versu, cujusmodi habetur Jeschahh. 5. secunda est narratio beneficiorum Dei & documentorum ad officium populi pertinentium, usque ad versum 10. tertia est peccatorum populi exprobratio, conjuncta denuntiatione judiciorum Dei, ad finem usque capitis. *Fatigavi*] nimirum ut fastidias cultum meum & officium tuum. 4 *Cùm educens*] narratio beneficiorum Dei summatim, hoc & sequente versu; cui subjicitur narratio documentorum, quatuor reliquis. *Mirjamum*] sororem Moschis & Aharonis; quam propterea hõc loco nominat quòd propheticum quoque spiritum habuerit, eáque duce mulieres ex Ægypto egressæ hymnum Deo cecinerint: vide Exodi 15. 20. & sequentibus, & Numer. 12. 2. 5 *Quid consilii*] id est, cogita apud te, cùm quibus artibus & quàm variis eversionem tuam hostes tui procuraverint; tum quàm justè & gratiosè Deus malefacta tua partim castigaverit Schittimis, Numeror. 25. partim purgaverit renovato ad Gilgalem fœdere, Jehoschuhh. 5. Ut *agnoscens*] Hhebræam verborum ἐμπλοκὴν perspicuitatis causa mutavimus. 6 *Quanam re*] propositio documentorum, primùm per ἄφατον sive ἀναίρεσιν, duobus versib. deinde per θέσιν, duobus alteris. 7 *Myriadas tor.*] elegantissima hyperbole, ut Ijobi 20. 17. 8 *Indicavit*] hæc documentorum θέσις exponit duo: nam primùm ostēdit generalia documenta legis de officio humanitatis atque pietatis, hoc versu; deinde singularia prophetarum documēta, reprehensiones, & minas, versu seq. 9 *Ipsi civitati*] Jeruschalaimorum, ac proinde Israëlitis omnibus; cùm in ea civitate fuissent omnia officia pietatis & humanitatis colenda longè religiosius quàm alibi, propter præsentem majestatem Dei: sic inest huic voci emphasis synecdochica. *Nam quod res est*] id est, pernovisti quicquid in civitate est, etiam occultissimum: apostrophe ad Deum: sic transitum parat Propheta ad tertium contentionis locum, perstringēs peccata populi & judicia sua, hoc versu. *Nomen tuum*] id est, majestas tua nominatissima. *Virgam*] id est, & prædictionem de judicio quo flagellandi estis, & quis in causa sit cur hac virga flagellandi sitis: quæ duo in sequente loco "ὕστερον πρότερον explanantur. 10 *Adhuc*] tertius cõtentionis locus, ut diximus in versum 3. quo exponitur primùm qua culpa flagellum Dei accersatur, tribus versib. deinde virga sive flagellum venturum exponitur, tribus alteris; & utrumque summatim conjungitur, versu ultimo. *Sitne cuiquam*] id est, an adhuc, postquam tot monitis sollicitavi vos, perstare oportet familias in improbitate sua, & à majoribus quamdam velut hæreditatem maleficiorum cernere? 13 *Quin imò*] declaratio virgæ, qua populum cæsurus erat Deus; ut diximus versu 10. *AEgritudine*] ex interminatione Levit. 26. 16. ut Jeschahh. 1. 5. 14 *Amovebis*] nimirũ res tuas pretiosas à cõspectu hostiũ. 16 *Hhomri*] de quo 1. Reg. 16. 27. *Achabi*] de cujus malitia ibidem versu 32. *Sibilo*] vide 1. Reg. 9. 8. *Opprobrium pop.*] id est, quo ego justè sum affecturus populum quem mihi adoptavero.

IN CAPUT VII.

1 *Hei mihi*] Tertia hęc concionis pars duo summatim continet; querimoniam Prophetæ & piorum omnium, quòd nusquam ne apud intimos quidem & summè necessarios inveniant pietatem & fidem, septem versib. & consolationem; toto capite reliquo. *Cùm sim tanq.*] id est, cùm æquè destituar bonis & justis viris, atque destituuntur viatores fructibus & uvis, cùm pomaria aut vites pervasit vis aliqua major, & fructus speratos sustulit. *Nullus est bonus.*] exegesis verborum præcedentium per ὑστέρωσιν. 2 *Periit*] explicatio similitudinis præcēdētis de communi improbitate popularium, hoc versu; principum primorúmque, versu 3. & 4. & necessariorum sive conjunctissimorum hominum perfidia inter se, versu 5. & 6. gradatio. 3 *Pro retribut.*] maleficii sui accuratissimi. *AErumnam*] qua affligat fratrem suum, prout exprobratum est suprà 2. 1. *Quam conturbent*] id est, quam injuriam communicatis inter se consiliis confirmant, & tanquam lorum aut restem ex multiplicè filo contextam (ut Plautus loquitur) contortuplicant. 4 *Spinæ*] ut Jechezk. 2. 6. *Præ spineto*] id est, tortuosior est & magis aculeatus quàm spinetum ullum. *Speculatorum tuor.*] id est, prophetarum tuorum casus communis tecum: hoc enim translatitium est prophetarum in scripturis epitheton, quòd spectat Propheta versu 7. *Nunc erit perp.*] id est, quandoquidem perplexitate delectantur, implicabuntur inter se omnes gravissimis malis judicio Dei. 5 *Ab ea qua*] id est conjuge, periphrasis. 7 *Quapropter*] cùm nulla sit pietas, justitia & fides, ab hominibus istis planè abstinebo, ut mè fistam & adhærea Deo meo.

sic ex antithesi sermonis præcedentis transitur ad secundum locum de consolatione Ecclesiæ. 8 *Nelator*]consolationis Ecclesiæ, quam postremo loco à Propheta poni diximus suprà versu 1. argumenta duo per prolepsin ponuntur, hoc versu: unum, instabilitas lætitiæ quam hostes percipiunt ex Ecclesiæ malis; alterum, mirificentissima Ecclesiæ liberatio, & salus glorioſissima: quorum prius duobus versib. proximè sequentibus, posterius verò septem alijs proponitur: ac postremò horum beneficiorum causa fertur accepta soli gratiæ, misericordiæ, & fidei quam ex fœdere præstiturus est Deus, tribus ultimis versib. Hæc autem prolepsis fit gravior, enuntiata per apostrophen ad inimicas gentes: cui respondentem alteram ironicè vide Lament. 4. 21. 9 *Indignationem Jeh.*]id est, æquo animo perfero, quia justè flagellat Jehova injustitiam meam, sed ad tempus: ac propterea patienter exspectatur usſum donec justitiam suam in me proferat, & in vos exsequatur, hoc & seq. versu. *Contentionem meam*]id est, causam meam agat contra te, quę justè importatas mihi à Deo pœnas vobis arrogatis blasphemātes Deum; ac proinde quod ad vos, causam injustam agitis. 10 *Respiciens*]nimirum justitia Dei. 11 *Quo die*]secundus locus consolationis, quo Propheta Ecclesiam informat de promissionibus Dei, ut Ecclesia hostes informaverat proximis versib. Sunt autem promissionum erga Ecclesiam instauratam partes duæ: una, de salute & pace Ecclesiæ, usque ad versum 16. altera, de vocatione gentium, versu 16. & 17. *AEdificaturus*]id est, instauraturus te: ut Hhamos 9. 11. & sequentib. *Decretum*]quod exponitur versu 14. id est, emanabit, & ad gentes omnes è terræ sanctæ terminis diffundetur. 12 *Adte venturi*.]id est, in Ecclesiam concursuri Israëlitæ & Jehudæi undequaque libertate summa, & tanquam aggestis tribus: ut prophetaverat Jeschahh. 19. 23. *Civitates munitæ*]Ægypti, ad cujus nomen alluditur. 13 *Postquam fuer.*]id est, ceciderit & corruerit in tenebras maximas; ut dixit versu 8. 14 *Pascе populum.*]decretū Dei, administris Christi & Ecclesiæ officiū præscribentis, typo veteris Ecclesiæ. *Pedo tuo*]typo administrationis Evangelicæ. *Habitantem sol.*]id est, qui jam solitarius discurrit, & hûc illûc per arva sylvásque sparsus est. 17 *Lingent*]ut Psal. 72. 9. & Jeschahh. 49. 23. 18 *Quis est Deus*]conclusio cōsolationis per apostrophen ad Deum: qua primùm natura Dei describitur, hoc versu; deinde gratia & beneficentia in Ecclesiam prædicatur, tanquam unicus fons salutis, justitiæ, & gloriæ ejus, tum propter naturam Dei, tum propter fœdus gratuitum cum majoribus initum, duobus sequentib. 19 *Subiget*]id est, anteà quidem à natura venditi eramus sub peccato, quod tyrannicè dominabatur nobis tanquam mancipiis, Jeschahh. 50. 1. & Rom. 6. & 7. Jam verò Deus tyrannica peccati vincula dissolvens, & subigens iniquitates inimicas gloriæ suæ & saluti nostræ, redemit nos & asserüit in libertatem glorię filiorum Dei. *Imò profertur.*] gradatio per apostrophen: non tantùm, inquit, subiges; sed omne vestigiū memoriámque peccati dēlebis, Psal. 103. 12. & Jeschahh. 43. 12. & immerges sepeliéſque oblivione sempiterna: metaphora.

NACHVM.

Caput I.

Propheta naturam & administrationem Dei pro suis & contra hostes potentissimam asserens, urbi Ninevæ & Assyriorum regno propter peccata ipsorum prænuntiat excidium ad consolationem Ecclesiæ: excidii illius rationem formamq; & effecta describit; causas narrat inhumanitatem, & idololatriam pertinacissimam; & jus prænuntiatum confirmat ab exemplo Alexandriæ: denique omnibus summis & infimis animi abjectionem, & occupatis munitionibus infamem fugam, incendia, & cædes promiscuas prædicit, æternamq; ignominiam.

1 ″ Prophetia onerosa ″ Nineves, liber visionis Nachumi Elkoschæi.

Exod. 20. 5. & 34. 6. *a Heb.* dominus æstus.

2 ″ Deus fortis zelotes & ultor *est* Jehova, ultor *est* Jehova & ª æstuans; ultor est Jehova in hostes suos, & asservat *iram* in inimicos suos.

b Heb. absolvendo: ut Exod. 34. 7.

3 Jehova lōganimis est, & magnus virtute, sed ᵇ ullo pacto non absolvit; Jehovæ via ″ cum turbine & procella est, & cum nube ″ pulvis pedum ejus.

Jeschahh. 50. 2.

4 ″ Increpās mare arefacit ipsum, & omnia flumina exsiccat; languescit Baschan & Carmel, etiam flos Libani languescit.

5 Montes commoventur ab eo, & colles se se dissolvunt; conflagratq; terra

terra à conſpectu ejus, & orbis habitabilis cum omnibus habitantibus in eo.

6 Coram indignatione ejus quis ſubſiſtat? & quis cõſiſtat in æſtu iræ ejus? cùm æſtuans ira ejus funditur velut ignis, ipſæ rupes [c] everruntur ab eo.

[c] *Heb.* demoliuntur: ſi paſſivè dici poſſet.

7 Bonus eſt Jehova, robori *eſt* tempore anguſtiæ: & agnoſcit recipientes ſe ad ipſum.

8 "Itaque" inundatione pervadente, affecturus eſt conſumptione locum "illius: ut inimicos" ejus perſequuntur tenebræ.

9 "Quid cogitaretis adverſus Jehovam? cõſumptione affecturus eſt, "non ſurget bis anguſtia.

10 Nam [d] "æquè ac ſpinæ perplexi, & tanquam ſi mero obruti eſſent, "inebriati; conſumentur, velut ſtipula arida, [f] planè.

[d] *Heb.* uſque ad ſpinas. [e] *Heb.* mero obruti. [f] *Heb.* planè.

11 "Ex te prodiit" cogitans contra" Jehovam malum, conſultor nequam.

12 "Sic ait Jehova, ſi" pacem coluiſſent, ita etiam ampli fuiſſent; "aut ita tonſi ut tranſiviſſet: "ut afflixeram te, non afflicturus fuiſſem te ampliùs.

13 Nunc verò fracturus ſum lorum iſtius, [g] ne incumbat tibi; & vincula tua diſrumpam.

[g] *Heb.* de ſuper te.

14 Præcipit enim Jehova contra te, *ô Ninevita,* "non feretur de nomine tuo ampliùs; è domo Dei tui exſcindam ſculptile & fuſile: diſponam ſepulchrum tuum, "poſtquàm vilueris.

15 "Ecce ſuper his montibus" pedes evangelizantis, promulgantis pacem, *dicentis*; celebra Jehuda feſta tua, repende vota tua, nam non perget ampliùs tranſire in te nequam, totus exciſus eſt.

Caput II.

1 "Aſcendit" diſſipator contra faciem tuam, *Nineve,* "cuſtodi munitionem: ſpeculare viam, confirma lumbos, fortifica vires valde.

2 Nam reverſus eſt Jehova" cum excellentia Jahhakobi, "ut *qui ſit* excellentia Iſraëlis: quia evacuarunt "eos [a] depopulatores, & palmites eorum corruperunt.

[a] *Heb.* evacuatores.

3 "Clypeus potentium" ejus" rubricatus, [b] bellatores coccinati, "cum ignetæ darum erunt currus quo die inſtruet *prælium*; cùm" abietes agitabuntur horridè.

[b] *Heb.* homines copiarum.

4 Per vicos inſanient currus, allident ſeſe per plateas; aſpectus earum tanquam tædarum erit, tanquam fulgura perrumpent.

5 "Recenſebit magnificos ſuos, *ſed*" corruent in ambulatione illorũ, "feſtinabunt ad murum illius, quaſi paratus fuiſſet protector.

[c] *Heb.* commemorabit.

6 "Portæ fluminum aperientur, & ipſum templum diſſolvetur:

7 Et ſtatione poſita deportabitur Nineve, deducetur: cum ancillis
d Heb. deducentibus. ſuis [d] comitantibus voce ſimili columbarum, quæ tympana pulſant ex
e Heb. cor de: ſic dein ceps. [e] animo ſuo.
8 Fuit quidem Nineve velut piſcina aquarum, [f] ex quo tempore eſt;
f Heb. à diebus *quibus eſt* ipſa. ſed ipſos fugientes, *dicens*, conſiſtite conſiſtite, nullus avertet.
9 Diripite argentum, diripite aurum, & infinitum apparatum iſtū;
g Heb. deſyderii. gloriam ex omnibus inſtrumentis [g] deſyderabilibus.
10 Vacuitas & quidem vacuiſſima & exinanita erit: & animus lique-
factus, ac colliſio genuum, ac dolor in omnibus lumbis, & facies eorū
omnium contrahent nigrorem, *dicentium*,
11 Ubi eſt luſtrum leonum, & quod paſcuum erat juvenum leonum;
quò ibat leo, quò leunculus catulus leonis, nemine deterrente?
12 Leo *inquam* rapiens quantum ſufficiebat catulis ſuis, & ſtrangu-
lans leunculis ſuis; qui implebat rapina cavernas ſuas, & luſtra ſua ra-
pto?
13 Ecce me contra te, dictum Jehovæ exercituum, ut comburam in
fumum currus ejus, & juvenes leones tuos conſumat gladius; ita exſcin
dam è terra rapinam tuam, neque audietur amplius vox nuntiorum
tuorum.

Caput III.

a Heb. ſanguinum. 1 Æ civitati [a] ſanguinariæ; *quæ* tota eſt mendacio & la-
cerato plena, non amovet rapinam.
2 Sonus flagelli, & ſonus commotionis rotæ; & e-
qui plaudentis, currúſque ſalientis *audietur*.
b Heb. flāmā gladii & fulgorē haſtæ. 3 Eques educens & [b] flammantem gladium & coru-
c Heb. impingant. ſcam haſtam, & multitudo confoſſorum, & ingens
numerus cadaverum; denique infinita erunt corpora, adeò ut [c] impin-
gatur in corpora illorum:
d Heb. bonç. 4 Propter amplitudinem ſcortationum ſcorti, [d] pollētis gratia ma-
giſtræ præſtigiarum; quæ venumdabat gentes ſcortationibus ſuis, &
familias præſtigiis ſuis.
5 Ecce me cōtra te, dictum Jehovæ exercituum, & retegam fimbrias
tuas *replicans* in faciem tuam: ut oſtendam gentibus nuditatem tuam,
& regnis ignominiam tuam:
6 Et projiciens in te res deteſtandas, turpitudine afficiam te, diſpo-
namq; te ut ſpeculum.
7 Eritq; ut quiſque videntium te aberret à te, ac dicat, vaſtata eſt Ni-
neve, quis condoleat ei? unde quærerem conſolatores tibi?
8 An melius eſſet tibi quàm No nutriciæ, ſitæ inter rivos, aquis cir-
cumdatæ; cui præmunitio eſt mare, à mari eſt murus ejus?
9 Æthiopia robori erat & Ægyptus: infinitæq; *gentes*, Putæi, & Libyes
e Heb. in auxilio tuo. erant [e] auxilio tibi?

10 Etiam

10 Etiam hæc deportationi fuit, abivit in captivitatem, etiam parvuli ejus illisi sunt in capite omnium vicorum: & super honoratos ejus projecerunt sortẽ, denique omnes magnates ejus vincti fuerunt compedibus.

11 Tu quoque inebriaberis, eris latitans; tu quoque desyderabis robur propter inimicum. *f Heb.* quæres.

12 Omnes munitiones tuæ *similes* ficubus cum primitivis fructibus; si moveantur, illicò cadent in os comedentis.

13 Ecce populus tuus, *ut* fœminæ, in medio tui erit inimicis tuis; *g* omnino aperientur portæ terræ tuæ, absumet ignis vectes tuos. *g Heb.* aperiendo.

14 Aquas obsidionis hauri tibi, firma munitiones tuas: ingredere in lutum, & calca argillam, refice fornacem laterariam:

15 Ibi cõsumet te ignis, exscindet te gladius, comedet te ut melolontha: numerosum effice te ut melolontha, numerosam effice te ut locusta.

16 Multiplicasti negotiatores tuos præ stellis cœli; *ut* melolontha irruit & avolat, *avolabunt*:

17 Diademati tui similes locustæ, & imperatores tui ut prasocuris foraminum; quæ castra metantur per sepes tempore frigoris, sed sole exorto errant, ita ut non dignoscatur locus ullius earum ubi fuerint.

18 Dormitabunt pastores tui, ô Rex Assyriæ, jacebũt magnifici tui; abundabunt populus tuus super istos montes nemine congregante.

19 Nulla est contractio fracturæ tuæ, ægra est plaga tua, quicunque audient *h* rumorem tuum complodent manu super te: nam *i* quem non pervasit afflictio tua jugiter? *h Heb.* auditionem. *i Heb.* ad quem non transivit.

ANNOTATIO IN CAP. I.

1 *Prophetia*] Vide Jeschahh. 13. 1. Hujus libelli partes sunt istæ; inscriptio, versu 1. exordium, versibus 6. sequentibus; propositio, reliquo capite 1. enarratio & propositionis exornatio, usque ad versum 8. capitis 3. & cõfirmatio, inde ad finem usque. Inscriptionis autem partes sunt duæ; quarum una argumentum prophetiæ summatim explicat, altera autorem. Temporis nulla habetur mentio: sed tamen si ad argumentum hujus prophetiæ & historias attendemus, constabit prophetiam hanc sub finem regni Joschijæ conscriptam esse, quo eodem tempore Jirmeja prophetabat in Judæa. Nam consilium Dei in hac prophetia est, ut Judæos & pias Israëlitarum reliquias consoletur denuntiatione judicii hujus contra Assyrios, qui Israëlem infestaverant atrocissimè Pule, Tiglath-pilesero, Schalmanasare, Sachebo, & Esar-chaddone regibus, per quem postremò Israël populus esse destitit regnare Menasche: ut observavimus Jeschahh. 7. Quapropter non dubitamus quin hæc post ea tempora, antequàm Judæi deportarentur, fuerint ad consolationem bonorum pronuntiata contra Assyrios, quemadmodum Chabakkuk sequens contra Babylonios prophetavit. *Nineves*] id est, contra Nineven Assyriorum metropolin, & contra regnum ipsum; synecdochicè. 2 *Deus fortis*] exordium hoc totum sumitur a natura Dei, in maleficos hostes potentissimi ac severissimi, versib. quinque; & in bonos ac fideles gratiosi, versu 7. 3 *Cum turbine*] id est, tota ejus administratio potentissima est, & improbis omnibus summè formidabilis. *Pulvis pedum*] id est, vestigia ejus, aut pedes pulverulenti: sic Propheta Deum contra improbos invehentem comparat cum viro pulverem excitante cursu, quamvis insideat nubi velocissimæ, Psal. 104. 3. & Jeschahh. 19. 1. 4 *Increpans mare*] exornatio potentiæ Dei à testimonio rerum creatarum omnium, quæ illi omnino cedunt arbitratu ipsius, hoc & seq. versu. 8 *Itaque*] propositio hæc duo universè explicat; judicium Dei Assyrijs superventurum, tribus versib. & causas judicii, quinque sequentib. *Inundatione pervadente*] id est, fluctibus bellorum quamplurimis & vehementissimis magis ac magis destruetur & tãdem corruet Nineve, regnúmque Assyrium intercidet. Nam primùm Phraortes rex Medorum Nineven diutissimè obsessam, & Cyaxares filius ejus post cum tenuerunt: deinde a Scythis occupata est in ea expeditione cujus meminit Jirmeja 49. 34. tertiò a Cyaxare fuit debellatis Scythis capta: ac postremò tam diuturnis bellis & frequentibus attrita, (ne amplius Assyrii freti opportunitate ejus cõtra Medos rebellarent) ab Astyage eversa est. Quæ omnia inundatione Propheta figurat elegantissimè. *Illius*] Nineves. *Ejus*] nempe Dei: vide Psal. 35. 6. 9 *Quid cogitat.*] id est, quid posletis cogitando contequi? apostrophe ad Ninevitas. *Non surget*] id est, continenter procedet & sine intermissione, & ne ad momentũ quidem poterit judicium ipsius vestris cogitationibus à vobis avertere. 10 *AEquè ac spinæ*] id est, foris quidem circumclusi & implexi inextricabilibus difficultatibus, intus verò cum animis suis ita obstupefacti ut nesciant omnino quid capiant

piant consilii. 11 *Extæ prodiit*] secundus propositionis locus, duas causas judicii pronuntiati ostendens: unam, improbitatem consiliorum factorúmque in Assyriis, hoc versu; alteram, liberationem & salutem Ecclesiæ, optimo Dei cõsilio, sed pessimo Assyriorum anteà satis afflictæ, versibus seq. *Cogitans*] nimirum Pul, Tiglath-pileser, Schalmanasar, Sancherib, & Esarchaddon reges, eorúmque consiliarii. *Jehovam*] & populum ejus, synecdochicè. 12 *Sic ait Jehova*] altera causa ad Ecclesiam spectans: ut modò diximus. *Pacem coluisti.*] Israëlitæ videlicet mecum, & ipsi inter se: sic Jeschahh. 48.18. *Aut ita tonsi*] id est, aut certè si fuisset mihi aliquid de rebus ipsorum resecandum castigationibus, hunc adhibuissem modum ut Assyrii totondissent quidem aliquantum, sicut locustæ prata; sed illico iis in regiones suas recepissent. *Ut afflixeram*] prima vice. q.d. non fuissem perrecturus amplius in calamitatibus importandis: satis fuisset futurum mihi quòd Pul primus Israëlitas quodammodo totondisset 2. Reg. 15.19. 14 *Non seretur*] id est intercides: allegoria, quam sequentia verba explicant. *Postquam eluer.*] id est, cùm regnum amissis ereptum à Scythis atque Cyaxare. 15 *Ecce*] hypotyposis, qua Deus superstiti Judæorũ regno eversionem Assyriorum gratulatur, & sibi de ea gratias agi ab Ecclesia jubet. *Pedes evang.*] ut Jeschahh. 52.7.

In Caput II.

1 *Ascendit*] Exornatio propositionis, ut diximus in versum 1. continet prolepsin, id est, repetitionem summam propositionis, duobus versib. (nam judicium denũtiatur ver. 1. & causa, 2.) deinde ἐργασίαν singularem, primùm quidem judicii, usque ad finem capitis hujus; deinde verò causarum, principio capitis sequentis. *Dissipator*] Scytha & Medus, ut antè diximus. *Custodi munit.*] concessio ironica. q.d. omnia fac & experire; tamen dissipator futurus es tuæ Jeschahh. 8.9. & 10. 2 *Cum excellent.*] id est, ut stet in posterum cũ populo suo; ac non amplius per te affligat ipsum, sed propter ipsum perdat te. *Ut qui sit*] sic 2. Schem. 1.19. *Eos depopulat.*] nempe Israëlitas Assyrii: qui non illorum tantùm exhauserũt opes, sed gentem quoque exstirpare voluerunt. 3 *Clypeus*] hæc judicii exornatio describit Scythas & Medos, factáque eorum, usque ad versum 8. deinde effecta, versu 8. & quatuor sequẽtibus: ac postremò attribuit totum autoritati Dei justum judicium suum exsequentis, ver. 13. *Ejus*] dissipatoris, de quo versu 1. *Rubricatorum*] nam eo colore in bellis usos esse Scythas, Medos, Persásque narrant Herodotus, Xenophon, & Diodorus Siculus. *Cum igne tæd.*] id est, tanta rapiditate ferentur, ut ignis ex rotis versantibus emicet, qui tædas accensas æquare videatur & eas accendere posse: hyperbole, quæ exponitur seq. versu. *Abietes agit.*] id est, abiegna arma, metonymicè. 5 *Recensebit*] nempe Cyaxares Medus, Nivenen primò obsidens: quę obsidio advenientibus Scythis & irruentibus in Medos soluta est. *Corruent*] Medi videlicet in ea Scytharum expeditione; quæ ambulatio potiùs & velitaris excursus, quàm dominatio & administratio dicẽda est. Nam Scythæ Mediam, Assyriam, Asiámque spatio annorum viginti octo percurrerunt, occuparunt, atque amiserunt. *Festinabunt*] id est, festinanter advolabunt in oppidum, quasi ipsum à Cyaxaris violentia liberaturi essent & porrò protecturi essent; ut speraturi esse dicũtur infrà 3.11. 6 *Porta flum.*] id est, debilitabitur oppidum, abjectis munitionibus quæ secundum Tigrim erant & aliis omnibus in oppido; interquas erat templum Jovis Beli, quem Nini regis patrem prędicabãt. 7 *Statione posita*] a Scythis Assyriam obtinentibus, ut modò diximus. *Cum ancillis*] id est, heri heræque cum servis & ancillis suis eodem loco habebuntur à Scythis: & pro eo quod ancillæ psaltriæ, sambuciſtriæ, & symphoniacæ prosequuntur dominas, tum omnes in deportationem abeuntes edent concentus querulos & lamentabiles. 8 *Fuit quidem*] jam transit Propheta ad enarrationẽ effectorum, ut diximus in versum 3. qua Propheta primùm fugam hominum trepidissimam, hoc versu; deinde direptionem & vacuitatem loci luctuosissimam, quatuor sequentibus; postremò cædem & incendium peccatis antecedentibus respondens, versu ultimo prænuntiat. *Velut piscina*] id est, locus abundantissimus & fructuosissimus, ut est piscina firmè aquam continens: sed (inquit Propheta) erunt pleni rimarũ obices, & dehiscet agger, ita ut aquæ omni ex parte diffugiant, & nemo possit obsistere. 9 *Diripite*] apostrophe ad Scythas & Medos, quibus mandatur Dei verbis Nineves direptio. 10 *Animus liquef.*] cujus tria signa sequentibus verbis proponuntur. *Collisio genuum*] ut Danijel. 5.6. *Facies*] ut Joël. 2.6. 11 *Ubi est lustr.*] lugentiũ verba, & Nineves casum deplorantium per comparationem præteritæ Ninevitarum gloriæ, amplitudinis, frequentiæ, & vitæ licentiosissimæ cum abjectione & ruina præsente: quamobrem incolæ omnes leonũ appellatione denotãtur. 13 *Ecce me*] conclusio hujus partis, qua Deus sibi totum hoc judicium arrogat, ut diximus in versum 3. *Nuntiorum tuorum*] id est, nullum tibi amplius erit imperium, nulla autoritas, ut tuis legationibus leges feras gentibus exteris; sed contrà audientes rumorem tuum comprodent manu super te, infrà 3.19.

In Caput III.

1 *Væ civitati*] Altera pars ἐργασίας, ut diximus suprà 2. 1. qua Propheta causas exponit duas importatæ in Nineven calamitatis: unam, inhumanissimæ administrationis per vim & fraudes, versu 1. alteram, scortationis, præstigiarum, & nefariæ idololatriæ, versu 4. quibus singulis suæ pœnæ accommodantur. *Non amovet*] id est, quisque indelinentes rapit, neque ullo pacto resipiscit; quamvis Jonæ prædicatione ad tempus visi sint resipiscere. 2 *Sonus flagelli*] expositio illius væ, id est, judicii, quod sanguinariæ civitati indixit Deus, duobus versib. 3 *Impingatur*] id est, nullo pacto iter fieri possit nisi per cadavera. 4 *Propter amplit.*] altera causa, ut diximus in versum 1. cui accommodantur judicia sua, tribus sequentibus. *Scortationum*] id est, idololatriæ quam reges Assyriæ per Orientem propagarunt, etiam apud Israëlem & Jehudam: ut Achazi exemplum ostendit 2. Reg. 16.10. *Quæ venumdabat*] id est, quæ cum sua religionis specie, tum subdolis aliis artibus atque (ut Græci vocant) πραξικοπίαις populos ita mãcipabat sibi, ut eos venderet, ageret, & ferret arbitratu suo. 5 *Retegam*] ut Jeschahh. 47.3. & Jechezk. 16.37. 6 *Projiciens*] in signum detestationis maximæ. *Disponam, te*] id est, faciam ut exemplo sis aliis omnibus in memoriã sempiternam. 7 *Aberret*] id est, deflectens ab itinere refugiat conspectum tuum, & te de industria negligat propter antegressa maleficia tua. 8 *An melius esset*] confirmatio prophetiæ, ut diximus suprà 1. 1. ab exemplo potentissimi & munitissimi oppidi, tribus versib. cujus exemplo Nineve quoque ruitura dicitur, tribus alteris; & ratio exponitur, ad finem capitis. *No*] id est, Alexandriæ in Ægypto; vide Jirmej. 46.25. 9 *Auxilio tibi*] apostrophe ad Alexandriã. 10 *Etiam hic*] etsi hujus historiæ singularem aliquam descriptionem non meminimus alibi legere, tamen quia hìc à Propheta ad confirmationem judicii alterius adducitur, sententiam nostram affercemus paucis. Ac primùm quidem ad futurum tempus hæc verba referri minimè putamus omnium, quia nullus esset confirmationis locus: ad præterita autem ut referamus tempora flagitat argumentum: sed alii hanc rem à Sancheribo gestam putant, qui tamen (ut testis est Josephus) nunquam Pelusium excesserit, sed adverso Tir-hakæ regis Æthiopũ referre pedem coactus est. alii ad

ăliiad Tyrios,qui multos annos ex quo classem Schalmanasaris fuderant mari imperarunt. sed hæc nuda conjectura est,neque sententiâ nostrâ probabilis. Quamobrem cùm animadvertimus Jeschahh. 19. nullam planè fieri mentionem Alexandriæ, ubi celeberrimarum Ægypti civitatum adducit nomina, statuimus urbem Alexandriam ante illud tempus fuisse diruram, cujus eo capite Jeschahhja rationem habet, nimirum tempus Sethonis regis atque Psammetichi. quò spectare videtur quod narrat Herodotus in Euterpe, mortuo Asychi cùm regnaret cæcus quidam nomine Anysis, excurrisse in Ægyptum cum magna Æthiopum manu Regem Sabacũ, & in Ægypto annos quinquaginta regnasse. Hunc verò, sive Alexandria obstiterit consiliis ejus (quod magis probatur) sive ipse diruendam & deportandas colonias judicaverit militari stratagemate, ut infirmata Ægypto imperium suum confirmaret; putamus fuisse hujus eversionis autorem atque effectorem; deinde autem ex eo tempore redintegratam esse, ut Jirmeja & Jechezkel in prophetiis suis meminerunt. *Projecerunt*] id est, sortitione mancipia inter se diviserunt inimici. 11 *Tu quoque*] accommodatio judicii pronuntiati ad exemplum Alexandriæ, tribus versib. *Inebriaberis*] ut Jirmej. 25. 12 *Similes ficubus*] id est, nullo negotio concident ad votum obsidentium. 13 *Omnino aperient*] id est, omnia patebunt hostibus, erúntque pervia, nullis copiis aut munitionibus obsistentibus. 14 *Aquas obsid.*] id est, compara & imple cisternas tuas, ac de commeatu & munimento tibi prospice, ironia: ut Jeschahh. 8. 9. & 10. Hic autem & sequentibus versib. Propheta rationem seu formam judicii exsequendi explicat (ut diximus in versum 8.) nempe munitionum eversionem, hoc & seq. versu; omnium fugam, versu 16. & 17. vacuitatem consilii, versu 18. denique plagam immedicabilem, versu 19. *Ingredere in lut.*] id est, facturus istritam ad munitiones firmandas. 15 *Ut melolonthæ*] id est, inimicus numerosissimus, ut melolonthæ solent magno numero involare. *Numerosum effice*] altera concessio ironica, qua Ninevitas ut viros, ac potius fœminas (quemadmodum dixerat ver. 13.) ludificatur, monens ut numerosis copiis quantas volent se ipsos confirment, nihil tamen effecturos esse. 16 *Ut melolonthæ*] id est, tota illa negotiatorum tuorum frequẽtia, quæ cum melolonthis numero comparatur, re ipsa morem melolontharum servabit: nam ut illę momento ex agro in quem irruerunt avolant, ita se gerent mercatores tui: sic etiam accipiendus est versus sequens. 17 *Tempore frigoris*] id est, nocturno. 18 *Dormitabunt*] apostrophe ad Regem Assyriæ. *Pastores*] vide Jirmej. 23. 1. *Abundabunt*] id est, abundantissimè diffugient. 19 *Nulla est contract.*] id est, ne minimum quidem levari potest afflictio tua, nedum ut ab ullo curari possit. *Complodent manu*] læti de eversione tua, & lætitiam complosione testantes, synecdoche: ut Psal. 47. 2. *Quem non pertransit*] id est, nulla gens fuit immunis à tua tyrannide, ac propterea non poterit sibi non gratulari de exitio tuo.

CHABAKKVK.

ARGUMENTUM.

LIBER *Chabakkuki Prophetæ totus versatur in prophetico scribendi genere: primùm enim conquestus de sceleratissima Judæorum vita prophetat eversionem per Chaldæos adventuram; deinde ægrè ferens tam impuros & impios hostes ad flagellandum populum Dei adhiberi, docet Dei verbis non propterea labefactum iri piorum fidem; sed ipsos in fide victuros, Chaldæos verò in peccatis suis ruituros. Quamobrem Propheta documentum illud fidei obsignat elegante oratione; cùm suo, tum reliquiarum sanctarum nomine.*

CAPUT I.

Deus Prophetæ gravissimè expostulanti de improbitate perfidiaq; Iudæorum, respondet se Chaldæorum opera retusurum Iudæos & perditurum esse: quo audito Propheta amplius expostulat, propter improbitatem & impietatem Chaldæorum indignum ratus ut per illos Iudæi affligantur: quamobrem Deus iterum respondens publico testimonio docet Chaldæos quidem, tanquam prædatores, judicium ipsius effecturos esse; verùm ambitionis, avaritiæ, inhumanitatis, luxus, & idololatriæ pœnas tandem daturos: ac proinde tantùm piis videndum esse ut justè vitam in fide transigant.

[a] *Heb.* onus quod, &c. ut Jeschahh. 13.1.

1 [a] NEROSA prophetia, quam vidit Chabakkuk Propheta.

2 "Quousque, Jehova, cùm vociferatus fuero, non exaudies? cùm clamavero ad te "violentiam, non servabis?

3 "Quare facis ut videam iniquitatem, & facis ut intuear molestiã, vastitatemq; ac violentiam è regione mei? & *quare est* litem & jurgium *qui* efferat?

4 "Idcircò intermittitur lex, & non pro-

[b] *Heb.* in æternum.

cedit [b] unquam jus: quia improbus "circumsidet justum, idcircò prodit jus perversum.

Actor. 13. 41.

5 "Respicite in gentibus, & intuemini, & admiratione abrepti admiramini: nam opus operor diebus vestris, *quod* nõ credituri essetis si narraretur.

6 "Nam

6 "Nam ecce ego excitaturus sum Chaldæos, gẽtem 'acerbissimam, & "festinam; ambulaturam" per latitudines terræ ad hæreditariò possidendum habitacula non sua,

c Heb. amaram.

7 Formidabilem & terribilem illam," abs qua judicium hujus & deportatio hujus prodeant.

8 Nam leviores erunt pardis equi ejus, & acutiores" lupis 'd vesperti- d Heb. vespe-
nis, abundabuntq; equites ejus: & equites ejus è longinquo venientes involabunt, ut" aquila celer ad escam:

ræ.

9 Illa tota ad violentiam veniet," aspectu faciei ipsorum *aspectante* Orientem versus; ut colligat" tanquam arenam captivam turbam.

10 "Et ipse *Rex* regibus illudet, & dominatores risui erunt ei; ipse omnem munitionem deridebit, &" coacervato pulvere capiet eam.

11 Tunc" remeante spiritu ubi regressus fuerit, reatum obibit; *prædicans* hanc vim suam Dei sui esse.

12 "Nónne tu ab 'æterno es?" Jehova Deus meus *est*, sanctus meus, "non moriemur: Jehova" ad judicium disponis eum, & ô" rupes ad corripiendum fundas eum.

e Heb. antiquitate.

13 Purior es oculis quàm ut aspicias malum, & intueri molestiam non potes: quare intuereris" perfidos? surdum ageres, dum absorbet improbus justiorem se?

14 Et" faceres homines velut pisces maris? ut reptile cui non est dominator?

15 "Quotquot sunt hamo educit, congregat illos plagis suis, & recipit eos retijaculo suo; idcircò lætatur & exultat.

16 Idcircò" sacrificat plagis suis, & suffitum facit retijaculo suo; quia per hæc pinguis est portio ejus, & cibus ejus opimus.

17 "An propter hoc educet plagas suas, & jugiter occidendo gentes non utetur clementia?

Caput II.

1 "IN custodia mea stanti & consistenti in munitione; ac speculanti ad videndum quid" eloqueretur mihi, & quid" responsurus essem" post correptionem meam,

2 "Respondit mihi Jehova dicens, scribe visionem & quidem" perspicuè in istis tabulis; ut percurrat lector eam.

a Heb. declarando: ut Deut. 27. 8.

3 Nam adhuc visio ad constitutum tempus *rejecta* est, quam effabitur suo termino, neque fallet: si cunctabitur, exspecta eam; nam 'b omnino eventura est,

b Heb. veniendo.

4 "Ecce" ebullat in quo non est rectus animus ipsius: justus autem ex fide sua vivet.

5 "Quapropter etiam cùm vino perfidiosus sit, vir arrogans, neque maneat in habitaculo; cùm dilatet velut sepulchrum animum suum, sitq; velut mors quæ non saturatur, & recipiat ad se omnes gentes, congregetq; ad se omnes populos:

6 An non "isti omnes de eo parabolam prolaturi essent" & interpretationem *cum* ænigmatis de eo? & "dicturus *ille*," væ multiplicanti non sua (quousque tandem?) & numerosè aggreganti penes se" désissimum lutum.

7 "An non repentè" consurgent qui mordeant te, & expergiscentur divexaturi te; & eris "continenti conculcationi eis?

8 Quia tu spoliasti gentes multas, spoliaturæ sunt te omnes reliquiæ populorum; propter "cædes humanas & violentiam "terræ," urbem, & omnes habitantes in ea.

9 "Væ "dedito quæstui malo" pro domo sua, ut disponat in excelso nidum suum, quo eripiatur è "potestate mali.

10 "Consilium inivisti pudendum domui tuæ, scindendi populos multos; & peccasti *contra*" te ipsum:

11 Nam lapis è pariete exclamat, & nodus è ligno testificatur istud.

12 "Væ ædificanti civitatem" cædibus, & stabilienti urbem iniquitate.

13 "An non ecce à Jehova exercituum est; ut laborẽt populi pro igne, & nationes pro inanitate fatigentur?

14 Nam impletur terra cognoscendo gloriam Jehovæ, ut aquæ operiunt "alveum maris.

15 "Væ potum præbenti proximo suo, adhibenti utrem tuum, & etiam inebrianti," ut intuearis nuditatem eorum.

16 "Saturaris ignominia præ gloria," bibe tu quoque & retege præputium: "divertet ad te poculum dexteræ Jehovæ, & vomitus ignominiosus ad gloriam tuam.

17 "Nam violentia Libani operiet te, & vastitas bestiarum terrefaciens eas; propter cædes humanas & violentiam terræ," urbem & omnes habitantes in ea.

18 "Quid profuerit sculptile, quòd sculpserit illud formator illius, fusile aut doctor falsi; quòd confidat formator figmenti sui ipsi, faciendo idola muta?

19 Væ dicenti ligno, expergiscere; evigila, lapidi silenti: "ipse docet, ecce ipsum, continetur *quidem* auro aut argento, sed omnino spiritus nullus *est* in medio ejus.

20 "Jehova verò" in templo sanctitatis suæ est; sile à conspectu ejus, ô universa terra.

ANNOT.

c Heb. conculcationibus.

d Heb. sanguines hominis: sic ver. 17.

e Heb. quæstuoso quæstus mali.

f Heb. manu.

g Heb. animam tuam.

h Heb. sanguinibus.

Jirmej. 51. 58.

Jeschahh. 11. 9.

i Heb. in mari.

ANNOTATIO IN CAP. I.

1 *Onerosa proph.*] Hujus prophetiæ argumentum & autor ex inscriptione ipsa hoc versu cognoscitur: tempus verò quia nominatim hic in contextu aut alibi non ostenditur, variæ de eo habẽtur sententiæ. Nobis magis probatur nostrum hunc Prophetam sub tempus regni desinentis Joschijæ, aut regno filiorum ejus prophetiã hanc conscripsisse; cùm propterea à quòd populi obdurationem & contumaciam deflet, ut faciebat Jirmeja eodem tempore; tum etiam propterea à quòd Deus disertis verbis exponit se opus iis ipsis diebus operaturum esse, id est, propediem Chaldæos in Judæam immissurum. Est autem prophetia hæc διαλογιστικὴ, comprehensa partibus in universum quatuor, si inscriptionem hoc versu exceperis: prima est, expostulatio & querimonia Prophetæ de licentiosa & perdita Judæorum vita, tribus versib. secunda, responsio Dei clades à Chaldæis eventuras in desperatum populum prædicantis, & Chaldæorum arrogantiam, usque ad versum 12. tertia, altera Prophetæ expostulatio de indignissima oppressione quam boni à Chaldæo Rege improbo blasphemóque cum malis promiscuè erant perpessuri, ad finem usque capitis; quarta est responsio altera Dei, qua officium bonorum explicat in tantis confusionibus, & improborum impiorúmque Chaldæorum exitium, capite 2. 2 *Quousque*] expostulationis exordium patheticum ex abrupto, quo Propheta exaggerat indignissimam Judaici populi administrationem, ab indesinentibus suis querimoniis, & precibus coram Deo. *Violentiam*] summum argumentum querimoniæ, quod deinde exponitur duobus versib. vide Genes. 6.11. 3 *Quare facis*] id est, finis populares meos me præsente & vidente in sua impietate & inhumanitate pergere, & magis magísque animos inter se accendere? *Litem & jurgium*] id est, qui nequeat patienter ferre admonitiones sanctas ex verbo tuo: ut Hoschc. 4.4. 4 *Idcircò*] videlicet quòd isti impatientes doctrinæ Dei jurgium & litem efferant contra servos Dei: ut Jirmej. 11. & 12. *Circumsidet*] id est, non tantùm non repugnat, sed obsessum tenet, & potitur rerum: sic Psal. 12.9. & 22.13. 5 *Respicite*] secunda hæc pars (ut diximus in versum 1.) continet responsum Dei ad præcedentem expostulationem: ubi Deus oratione ad Judæos impios conversa docet futurum ut violentiam ipsorum altera retundat violentia per mirificam providentiam & administrationem ipsius: quod summatim positum versu 5. in sequentibus enarratur. 6 *Nam ecce*] ὑπαγασία præcedentis versus; qua primùm totius gentis intolerantia, versib. quatuor; deinde verò Regis ipsius inhumana & impia arrogantia proponitur, versu 10. & 11. *Festinam*] vide Jeschahh. 5.26. & sequentib. *Per latitudines*] id est, quàm latè patet terra. 7 *Abs qua*] id est, quæ gens hunc populum, de cujus iniquitate & violentia mecum expostulant boni, tum judicio meo castigabit & punietin terra hac, tum etiam reliquos in terram suam deportabit. Hunc locum sic interpretamur ex sequentium comparatione: nam hic & præcedens versus duobus sequentibus ordine illustrantur; éstque octavus sexti, nonus verò septimi exegeticus. 8 *Lupis Vesper.*] vide Jirmej. 5.6. *Aquila*] vide Jechezk. 17.2. 9 *Aspectu facies*] id est, cùm irruet in Judæam, nihil aliud spectabit quàm ut regionem totam spoliet atque exhauriat, spoliáque deportet in regionem suam quæ sita est Orientem versus. *Tanquam aren.*] id est innumerabilem, ut exponitur Genes. 32.12. 10 *Et ipse*] ut prophetaverat Jirmeja 25. *Coacervato pulv.*] id est, factis aggeribus, ut prisca erat militandi ratio. De multis autem populis à Nebucad-netzare debellatis vide Jirmej. 25. & Jechezk. 25. & sequentibus. 11 *Remeante spir.*] id est, quando cum animo suo ultrò statuerit cessare ab expeditionibus exteris, ac proinde reversus in Babyloniam fuerit: tum eripiens gloriam rerum gestarum vero Deo, illam idolis suis tribuet: cujus rei complementum vide apud Danielem quinque primis capitibus. 12 *Nónne tu*] tertia pars, ut diximus in versum 2. continens alteram expostulationem Prophetæ, natam ex superioris responsi argumento. Sunt autem hujus expostulationis partes duæ; pathetica causarum propositio ad consequendam misericordiam; & indignissimorum malorum quæ Chaldæus erat patraturus enarratio σχετλιαστικὴ, ternis versibus. causæ verò à natura Dei sumuntur omnes, eo quòd æternus sit consilio, sermone, & administratione, ac sibi in æternum constans: quo ex fundamento assurgunt causæ tres; una fœderis erga populum suum constantissimi etiam in medio judiciorum (ut dicitur infrà 3.2.) & castigationum paternarum ejus, hoc versu; altera, odii contra malos & maleficia illorum gravissimi, ver. 13. tertia denique ἐνταξίας sive optimè ordinatæ & constitutæ administrationis, cui cum tanta tyrannide non potest convenire, versu 14. *Jehova Deus*] gloriosa fidei prædicatio recumbentis in Deum ex fœdere, & de vita æterna confirmatæ, ac propterea à præsentibus Dei castigationibus bono animo acquiescentis. *Non morsemur*] id est, quantacunque sit futura ista calamitas, perdurabimus tamen virtute Dei. *Ad judicium*] id est, castigationem & emendationem nostram, non autem ad mortem. *Rupes*] ut Deut. 32.4. 13 *Perfidos*] Chaldæos: vide Jeschahh. 21.2. 14 *Faceres*] id est, non magis curares salutem tuorum & prospiceres administratione tua quàm piscium? qui in mari prædæ sunt aliis, defensore carent, & sine ordine consumunt ut: sic comparatur transitus ad sequẽtem allegoriam, & secundum expostulationis locum. 15 *Quotquot sunt*] altera expostulationis pars (ut diximus in versum 12.) Nebucad-netzarem promiscuè omnibus inhumanum esse, & duriter accipere probos & improbos, hoc versu; & (quod gravius est) Deo ipsi contumeliosum esse, sequente versu: quamobrem expostulationem cõcludit per πάθος, versu ultimo: omnia allegoricè. 16 *Sacrificat*] id est, sibi ipsi honores divinos arrogat; & artibus, instrumentis, viribus, adjumentísque eosdem honores tribuit neglecto Deo. 17 *An propter hoc*] id est, quandoquidem ita est in homines ferox, & in te blasphemus; an semper improbitatem istam laturus es, ut plagas tendat & homines veneretur inclementissimè?

IN CAPUT II.

1 *In custodia mea*] Quarta pars prophetiæ, ut diximus suprà 1.1. responsum Dei alterum continet ad expostulationem proximam; quod responsum non sine attentione maxima vigilísque à se exoratum esse Propheta narrat, hoc versu; deinde verò responsum tradit sequentibus. Attentionem autem hanc pro ratione castrensi figurat Propheta, quasi explorator esset in custodia aut in arce munitionis collocatus; ut Jeschahh. 21.8. & sequentib. *Eloqueretur*] Deus. *Responsurus essem*] populo verbis Dei. *Post correpr.*] nẽpe quam ego Dei verbis pronuntiaveram populo, suprà 1.5. & sequentib. 2 *Respondit*] hujus responsi partes omnino sunt tres: prima, qua Deus hoc suum responsum publico programmate ac evidentissimo jubet in oculis omnium confirmari, duobus versib. altera, thesis qua injusti facta, & justi officia eventáque proponit, versu 4. tertia, hypothesis, qua Deus cùm omnium hominum, tum justorum sermone sententiam contra Chaldæum injustum pronuntiat, inde ad finem capitis. 4 *Ecce*] secunda pars responsi, per antithesin injusti factum cum justi officio comparans, ac proinde eventum vitę salutarem justo, injusto verò exitium denuntians: thesis, secunda pars responsi. *Ebullat*] id est, injustus ex infidelitate & improbitate laborans, etsi in clivum specie videtur assurgere & per magnus mons effici, ebullat tamen, hoc est, non magis est quàm bulla, crepat, & sua ipsius imbecillitate rumpitur: sic accipiendum esse monstrat oppositi membri comparatio. 5 *Quapropter*] tertius responsi locus, hypothesis, de Babylonis statuens, usque ad versum ultimum; & de justis, versu ultimo. In causa autem Babyloniorum Deus primùm per congeriem malefacta ipsorum explicat, hoc versu;

deinde sententiam suam omnium testimoniis & votis comprobatam pronuntiat, sequentibus. 6 *Isti omnes*] populi quos cepit & congregavit ad se. *Et interpret.*]id est, non tantùm obscurè, sed etiam nudis & apertis verbis maledicturi Babylonio, & prolaturi sententiam meam. *Dicturus ille*] videlicet justus ex fide sua vivens, versu 4. *Va multiplicanti*] sententia hæc Dei contra Babylonium causas quinque ex ordine complectitur, quibus Deus ad sententiam hanc ferendam adductus est: prima est ambitio inexplebilis, hoc versu; secunda, avaritia apud omnes populos testata bellis, versu 9. tertia, tyrannis & inhumanitas ex ambitione avaritiáque proficiscens, versu 12. quarta, luxus & infamis libido, versu 15. postrema, idololatria, versu 18. & 19. quibus causis suæ confirmationes accedunt, & judicia cum illis comparantur singillatim. *Densissimum lut.*]id est, frequẽtiam maximam spoliorum aliis gentibus ereptorum; quæ omnia non magis commodant avaris ambitiosisque possidentibus, quàm si densissimo luto se se immergerent. 7 *An non*]comparatio judicii hoc versu posita, & sequente exornata, exponitur copiosissimè Jeschahh. 13. & 14. & 21. & Jirmej. 50. & 51. *Consurgent*]Medi & Persæ. 8 *Terræ*]id est, quam violentiam toti terræ intulisti. *Urbem*]videlicet Babylonem, tuam illam urbem (inquit) cujus confidis munitionibus, & habitatores illius spoliabunt: synchysis: hoc enim membrum ad versus principium pertinet: sic ver. 17. 9 *Va dedito*] secundus causarum locus, ut diximus in versum 6. *Pro domo*] id est, ad stabiliendum domum suam quæstu conscelerati animo: ut sequentia verba exponunt metaphoricè, ad historiam illius turris alludentia, de qua Genes. 11. 10 *Consilium*] exornatio causæ præcedentis, qua Propheta per apostrophen ad Babylonium vehementiùs exprobrat male facta, hoc versu; & auget hyperbole, sequente. 12 *Va ædificanti*]tertia causa, ut dictum est versu 6. cui judicii sui à Deo venturum subjicitur per θέσιν elegantissimam, versibus sequentib. 13 *An non ecce*] explicatio judicii in peccatum istud Babyloniorum per thesin. Convenit (ait Propheta) justitiæ Dei ut quicunque populi ita laborant & fatigantur, operis sui jacturam faciant, & malè ab ipsis parta malè dispereant, hoc versu; cui subjicitur antithesis: contrà verò (Propheta inquit) æquum est atque verissimum, ut quacunque in terra gloria Jehovæ cognoscitur, ejus non exhauriantur incolæ; sed impleantur benedictionibus abundantissimè, ut aquæ abundant in mari, seq. versu. 15 *Va potum*] quarta causa (ut diximus in versum 6.) pari judicio comparata. *Ut intuearis*]id est, ut cum eis facias & patiaris muliebria: nam ita ferè scriptura loquitur, & sequens versus confirmat; denique huic prædicationi infectos fuisse Babylonios narrant Herodotus, Ctesias, & alii. 16 *Saturaris ignom.*]id est, adeò circumfluis gloria & amplitudine ut abutaris ea in omnem ignominiam. Nam ferè apud homines fit, ut bona maxima in luxum maximum, maximáque gloria in ignominiam maximã consumatur. *Bibe tu quoque*]id est, eadem perfer judicia, adeóque omnia gravissima, Jirmej. 25. 26. *Divertet ad te*] id est, eodem poculo inebriaberis, & ita perfunderis, ut gloria tua tanquam vomitu ignominiosissimo conspergatur: ut Jirmej. 51. 57. 17 *Nam violentia*]explicatio poculi quod Deus Babylonio præbiturus est, per alteram allegoriam. Similes, inquit, erunt hostes tui venatoribus feras in Libano vehementissimè persequentibus; quorum cassibus & plagis intercipieris, & in vastitatem maximam redigeris. Est igitur violentia Libani, quæ in Libano à venatoribus adhibetur consequendæ prædæ. *Urbem*] ut supra versu 8. 18 *Quid profuerit*]transitio ad quintam causam, de qua versu 6. à vanitate idolorum neque sibi, neque suis cultoribus commodantium, sed falsa tantùm exspectatione eos implentium: quamobrem eis denuntiatur maledictio, sequente versu. 19 *Ipse docet*]videlicet lapis se silentem esse, mutum, & vita vacuum. 20 *Jehova verò*]secundus locus hypotheseos de justis, ut diximus in versum 5. quo Propheta concionem terminat; ut tum justorum vitam ex fide in Christo æternam esse doceat, tum ad præsens ipsorum officium provocet, nempe ut acquiescant Dei judiciis & castigationibus, præcepta animo fiducia liberationis adventuræ. *In templo sanct.*]id est, in Ecclesia, quam præsentia sua sanctificat per communicationem spiritus in Christo.

CAPUT III.

Propheta infirmitatem suam confessus salutem & fidei conservationem petit à Dei misericordia: recordatione operum & gratiosarum promissionum ejus se ipsum confirmat: ac postremò gloriatur se etiam in gravissimis angustiis exultaturum in Domino certa fiducia liberationum ejus.

1 ORATIO Chabakkuki Prophetæ: "secundũ "odas varias.

2 "O Jehova, audiens "bpronuntiatum tuum timeo; Jehova "opus tuum "c" intereà temporis "dconserva, intereà temporis "notum fac: in commotione *iræ* misereri recordare.

3 "Deo à meridie veniente, & sancto è monte Paranis, "Sela; "operuit cœlum decor ejus, & laude ejus plena fuit terra:

4 Et splendor tanquã "lucis affuit, cornuaq; "ad latus ipsius ei; "quãvis ibi absconsio esset roboris ejus.

5 "Anteivit ipsum pestis, & præcessit anthrax ad pedes ejus.

6 "Ubi autem constitit, mensus est "terram; "vidit, & disturbavit gentes: & dissipati sunt "*quorum erant* montes "æterni, incurvati sunt *quorum*

a Heb. odas erraticas: ut Psal. 7. 1.

b Heb. auditionem tuã.

c Heb. in medio annorum, bis eodẽ versu.

d Heb. vivifica. Deut. 33. 2.

e Heb. a latere.

f Heb. æternitatis.

quorum erant colles[g] perpetui, cujus *fuerant* ambulationes perpetuæ.
7 "Locum vanitatis vidi *esse*" tentoria Æthiopidę, commota sunt aulæa terræ Midjanis.
8 "An contra flumina accensa fuit, Jehova? an contra flumina ira tua? an contra mare excandescentia tua? cùm" insideres equis tuis, curribus tuis[h] salutaribus?
9 i" Nudus alveus factus est" arcu tuo," juramentis tribuum, sermone, Sela: flumina diffidisti terræ.
10 "Te videntes contremuerunt montes," inundatio aquarum transivit; edens abyssus vocem suam, in altum" latera sua extulit.
11 Sol, Luna stetit in habitatione:" ad lucem" sagittæ tuæ itarunt, ad splendorem[k] coruscans hasta tua.
12 "Indignatione progressurus in terram, ira trituraturus gentes.
13 Processisti ad salutem populi tui, ad salutem cum uncto tuo; fregisti" caput è domo improbi usque ad collum," nudando fundamentum. Sela.
14 "Perforasti virgis illius caput pagorum ejus, cùm procellam excitarent ad dispergendum me; exultatio eorum esset ac si comesturi fuissent pauperem *latentem* in abscondito.
15 "Iter fecisti ad mare usque equis tuis, *ad*" acervum aquarum multarum.
16 "Audivi," commoto ventre meo," ad vocem palpitantibus labiis meis, invasura putredine ossa mea, denique commoto me in loco meo; quiescendum esse mihi in die angustiæ, cùm ascendit contra populum "hostis turmatim populaturus eum.
17 "Quamvis ficus non efflorescceret, & nullus esset proventus in vitibus, mentiretur opus olivæ, & agrorum nullus ederet cibum; abscinderet *hostis* ab ovili gregem, & nullum esset armentum in bubilibus:
18 Ego tamen in Jehova exultabo, gestiam in Deo salutis meæ.
19 Jehova Dominus robur meum est, qui" disponit pedes meos tanquam cervarum, & super excelsa mea facit ut incedam: magistro symphoniæ" [l] fidium mearum.

[g] *Heb.* seculi, bis hoc ver.
[h] *Heb.* salutis.
[i] *Heb.* nuditio nudata est arcu.
[k] *Heb.* fulgor hastæ tuæ.
Jehoschuhh. 10. 12.
[l] *Heb.* in pulsatilibus: ut Psal. 4. 1.

ANNOTATIO.

1 *Oratio*] Hæc inscriptio satis apertè demonstrat quodnam sit capitis argumentum. Nam Propheta quum Dei revelationibus tam multas calamitates cognovisset populo suo eventuras; cùm suo ipsius, tum aliorum fidelium nomine se ipsum coram Deo tanquam judice stitit, & orationem hanc fundens formulam afflictis fratribus præscripsit qua Deum possent accedere. Sunt autem hujus orationis tres omnino partes: petitio, versu 2. narratio argumentorū quibus fides piorum in petitione confirmatur, usque ad versum 17. & fidei sanctorum gloriatio, tribus versib. ultimis. *Secundum odas*, id est, conscripta non uno tantùm aut altero certo metrorum genere, sed ex variis intercurrentibus. 2 *O Jehova*] brevis petitio hæc duo complectitur; occasionem postulati, nempe timorem quo se Propheta perculsum confitetur; & postulatum de salute & documentis illius cum populo communicandis deportationis tempore per Dei misericordiam. *Pronuntiatum tuum*] id est, acerbissimum illud judicium quod pronuntiasti mihi, & audiendum jussisti populo tuo promulgari, suprà duobus capitibus. *Opus tuum*] id est, factum in populo tuo quem comparasti tibi, ut Jeschahh. 45. 11. quasi dicat, nisi populum tuum conservaveris, perierint opera tua antecedentia. *Intereà tempor.* id est, toto illo deportationis tempore quod constituisti. *Notum fac*] tum apud exteros magnificis operibus, tum apud tuos salutari verbo: ita duo sunt petitionis capita; & eorum consequendorum via

unica, nempe Dei misericordia: quæ omnia ut Propheta exoptavit fide, ita re fuisse completa liber Danijelis comprobat. 3 *Deo*] secunda hæc orationis pars narrationem continet argumentorum quæ fides adduxit in proximo postulato: quorum prius est à divinis operibus, usque ad versum 16. posterius verò à verbo & promissionibus ipsius, versu 16. In operibus autem proponitur primùm demonstratio gloriæ & majestatis Dei tum populo spectata, tribus versibus; & populis exteris terribilis, versu 6. & 7. deinde exornatio. *Sela*] vide Psal. 3. 3. *Operuit*] propositio summa gloriæ Dei in majestate ipsius res omnes creatas superante. 4 *Lucis*] id est Solis, κατ' ἐξοχήν, ut Jobi 31. 26. & 37. 20. *Cornua*] id est, omnipotentiæ signa: nam robur cornibus scriptura figurare solet, quò spectant sequentia. *Quamvis ibi*] id est, quamvis ne ita quidem explicaret totam majestatem & potentiam suam; sed potiùs illis velut umbraculis obtegeret, ne infinita ipsius gloria rebus creatis proposita ipsas laborãtes tua infinitate absorberet. 5 *Antevit ipsum*] id est, omnibus armis lethalibus fuit circummunitus, ut judicia sua præstaret arbitratu suo, quocunque pergeret. 6 *Ubi autem const.*] id est, in Cenahhanæa, ut precabatur Mosche, Exodi 15. *Terram*] quam attribuit populo suo in hæreditatem. *Vidit & disturb.*] id est, ad solum aspectum disturbavit, quamvis firmè in ea regione radicati essent: quod amplificatur verbis sequentibus. *Quorum erant montes*] id est, qui jam olim tanquam ab æterno Cenahhanæam montibus circummunitam possederant. 7 *Locum vanit.*] id est, vidi Scenitas Arabas Cuscho Æthiopum patre ortos trepidantes in loco suo, & Midjanitas consternatos, id est, finitimos omnes, synecdochicè: ut Exodi 15. 14. & sequentib. *Tentoria*] id est, Arabas Æthiopidas in tentoriis habitantes; hypallage; sic sequens locus de Midjanitis. 8 *An contra*] exornatio operis Dei à singulari narratione rerum quarumdam mirificè gestarum, primùm in aquis, tribus versib. deinde in cœlo, versu 11. ac postremò in terra, sequentibus. Primus autem locus de maris & Jardenis divisione tractatur dialogisticè: quo docet Propheta non propter ullam maris aut Jardenis culpam, hoc versu; sed propter promissionem & jusjurandum à Deo præstitum fillurã eorum effectam esse omnipotentia ejus, duobus seq. *Insideres equis*] id est, provehereris ante populum tuum, tanquam imperator strenuus ad salutem tuorum: humanitus dictum. 9 *Nudus alveus*] subjectio ad interrogationé præcedentem. *Arcu tuo*] id est omnipotentia, quam supra vocaverat cornua. *Juramentis tribuum*] id est, propter promissiones quas juramento tribubus confirmaveras. 10 *Te videntes*] vide Psal. 114. 4. *Inundatio*] id est, inundantes & æstuantes aquæ Jardenis & maris rubri: hypallage Rhetorum. *Latera sua*] diffisarum aquarum videlicet, per quarum intervallum transibat populus. 11 *Ad lucem*] id est, pergente lucere sole præter naturæ ordinem. *Sagittæ tuæ*] id est, lapides grandinis, de quibus Jehoschu. 10. 11. qui etiam coruscantis hastæ nomine designantur, quia cum fragore, tonitribus, & fulgetris immissi sunt. 12 *Indignatione*] tertium exornationis argumentum, de rebus in terra gestis ex quo visum est Deo regnum in familia Davidis constituere, & per illud hostes qui in terra erant reliqui profligare, 2. Schem. 5. & 8. & 10. 13 *Caput*] id est, unumquemque principem inimicorum populo tuo adversantium ita sustulisti funditus, ut cùm caput humanum à collo præciditur. *Nudando fund.*] id est, terram tuam ab hostibus tuis liberando, ut suprà ver. 6. qui priùs eam totam ita contegebant quasi perpetuò fuissent in ipsa radicati: nam fundamentum pro solo accipi quod calcamus, est omnibus notissimum. 14 *Perforasti*] id est, principem quemque inimicorum, qui in pagis finitimisque regionibus hîc illîc erant reliqui, ita dejecisti, ut si montes & munitiones quibus confidebant terebra pertudisses; idque nullo negotio, quia virgæ uncti tui fuerant ad perforandum satis. 15 *Iter fecisti*] id est, regionem totam inde à mari magno usque ad Euphratem fluvium magnum pervasisti, & exposuisti uncto tuo possidendam, 2. Schem. 8. & 2. Chron. 18. *Acervum aquar.*] periphrasis Euphratis, quem fluvium maximum scriptura vocat, Deut. 1. 7. & alibi passim. 16 *Audivi*] secundum argumentũ fidei, à verbo Dei & promissionibus (ut diximus versu 3.) pios ab omni hostium metu liberantibus, & ab infirmitate carnis vindicantibus virtute spiritus. *Commoto ventre*] id est, me gravissimè consternato & perculso propter superiorum visionum gravitatem: quæ consternatio hîc exponitur signis compluribus. *Ad vocem*] visionum præcedentium, ut modò diximus. *Hostis*] id est Chaldæus, qui etiam turmatim invasisse Judæam dicitur, 2. Reg. 24. 4. 17 *Quamvis*] conclusio orationis, à gloriatione fidei innitentis operibus & verbo Dei, qui suos intus à natura sua & fœdere confirmat adversus præsentes rerum difficultates: quæ per concessionem elegantissimè describuntur hoc versu; ut Psal. 46. 19 *Disponit pedes*] ut 2. Schem. 22. 34. & Psal. 18. 34. *Fidium mear.*] id est, quam orationem ad fides sum etiam tum cantaturus Domino, cùm publicus ordo fuerit interversus violentia Babylonii.

TZEPHANJA.

TZEPHANIA.

CAPUT I.

Deus per Prophetam populo ſuo excidium idololatriæ, violentiæ, & fraudis nomine pronuntiat: ac propterea tum improbos, tum pios admonet, ut illi reſipiſcant, hi augeſcant in ſeria reſipiſcentia, cùm deterriti judiciis Dei graviſſimis contra gentes aliquot exteras, tum fracti ſingularibus contra ipſos interminationibus: poſtremò autem judicio contra Judæos primùm, deinde contra alios populos definito, promiſſiones Evangelicas ſubjicit de vocatione gentium, Eccleſiæ inſtauratione, remiſſione peccatorum, ſanctificatione, & gloria æterna per Chriſtum.

1 VERBUM Jehovæ quod fuit ad Tzephanjã filium Cuſchi filii Gedaljæ, filii Amarjæ, filii Chizkiję, "[a] temporibus Joſchijæ, filii Amonis regis Jehudæ.

[a] *Heb.* diebus.

2 [b]" Omnino recepturus ſum omnia à ſuperficie hujus terræ, dictum Jehovæ.

[b] *Heb.* recipiendo.

3 Recepturus ſum homines & jumenta, "recepturus ſum aves cœli, & piſces maris, & "ruinas cum ipſis improbis: denique exſcindam homines à ſuperficie hujus terræ, dictum Jehovæ.

4 "Extendens enim manum meam ſuper Jehudam, & ſuper omnes habitatores Jeruſchalaimorum; exſcindam è loco hoc "reſiduũ Bahhalis, & nomen "atratorum cum ipſis "ſacerdotibus:

5 Et qui incurvant ſe "ſuper tecta exercitui cœlorum; etiam qui "incurvantes ſe jurant per Jehovam, ut qui jurant per "Melecum ſuum:

6 Tum qui retro aguntur [c] à ſequendo Jehova; tum qui non quærunt Jehovam, neque requirunt ipſum.

[c] *Heb.* à poſt Jehovam.

7 "Sile" à conſpectu Domini Jehovæ; "propinqua enim eſt dies Jehovæ, nam apparavit Jehova "[d] mactanda animalia, [e] præparavit" invitatos ſuos.

[d] *Heb.* mactationem. [e] *Heb.* ſanctificavit.

8 "Erit quoque die mactationis Jehovæ; ut animadvertam in ipſos principes, & in filios Regis, & in omnes "qui induuntur indumẽto alienigenarum.

9 Et animadvertam in "omnem qui inſilit in limen die illa, qui implent domum dominorum ſuorum violentia & dolo.

10 "Erítque die illa, dictum Jehovæ, vox clamoris à porta piſcium; & ejulatus à parte ſecunda, & confractio magna ab ipſis collibus.

11 "Ejulate" habitatores [f] cavi: nam ſuccidetur totus populus "mercaturam faciens, exſcindentur omnes [g] argentarii.

[f] *Heb.* mortarii: ut Judic. 15. 19. [g] *Heb.* tollẽtes argentũ.

12 Erítque tempore illo, "ſcrutante me Jeruſchalaima lucernis; ut animadvertam

madvertam in istos homines qui [f] concreti sunt cum fæcibus suis, di-
[h] *Heb.* corde. centes cum [h] animo suo, non benefacit Jehova, neque malefacit.

13 Erunt enim facultates eorum direptioni & domus eorum desolationi: ædificant quidem domos, sed non inhabitabunt; plantantq; vineas, sed non bibent vinum earum.

14 [f] Propinqua est dies Jehovæ maxima, propinqua & festina valde; sonus diei Jehovæ, [f] amarè clamaturo ibi robusto:

15 Dies excandescentiæ, dies illa, dies angustiæ & oppressionis, dies
[i] *Heb.* & vastationis. vastitatis [i] & quidem vastissimæ; dies tenebrarum & obscuritatis, dies nubis & caliginis.

16 Dies buccinæ & clangoris; contra civitates munitas, & contra [f] angulos altissimos:

17 Qua angustiis afficiam homines, ut ambulent tãquam cæci, quia Jehovæ peccaverunt: & effundetur sanguis eorum [f] velut pulvis, & caro eorum velut stercora.

18 Neque argentum eorum, neque aurum eorum poterit eripere eos die excandescentiæ Jehovæ, cum igne zeli ipsius consumetur tota hæc terra: nam consummationem utique acceleratam confecturus est cum omnibus habitatoribus hujus terræ.

Caput II.

[k] *Heb.* non affecta desyderio. 1 [f] Excutite vos, iterumq; excutite, ô gens, [k] vacua desyderio:

[l] *Heb.* parit *Deus.* 2 Cùm nondum [l] exsequitur decretum, [f] *cùm nondum* ut glumæ transit dies; cùm nondum invadit vos æstus iræ Jehovæ, cùm nondum invadit vos dies iræ Jehovæ.

3 Quærite Jehovam omnes mansueti terræ, qui jus ejus operantur: quærite justitiam, quærite mansuetudinem, [f] fortasse [f] abscõdemini die iræ Jehovæ.

4 [f] Nam Hhazza [f] derelicta erit, & Aschkelon desolationi: Aschdodum [f] in ipso meridie depellent, & Hhekron exstirpabitur.

[c] *Heb.* maris: sic versu seq. 5 [f] Væ habitatoribus tractus [c] maritimi, genti [f] Cerethæorum: verbũ Jehovæ contra vos est, [f] Cenahhanæa terra Pelischtæorum, me ita perditurum esse te ut nullus sit habitator.

6 Eritq; tractus maritimus *pro* caulis, [f] fossuris pastorum; & septis gregum.

7 [f] Et erit tractus pro residuo domus Jehudæ, ubi pascãt: in domibus Aschkelonis vespere accubabunt, cùm revisserit eos Jehova Deus ipsorum, & reduxerit captivam turbam ipsorum.

[d] *Heb.* filiorum Hhammonis. 8 [f] Audivi opprobrium Moabitarum, & convitia [d] Hhammonitarũ, quibus

quibus probris affecerint populum meum, ″ ut ampliaverint *ſuum* per terminum illorum.

9 Idcircò ut vivo ego, dictum Jehovæ Dei Jiſraëlis, Moab tanquam Sedom erit, & Hhammonitæ ut Hhamora, locus derelictus urticæ, & fodinæ ſalis, ac deſolationis *locus* uſque in ſeculum: reliquiæ populi mei diripient eos, & reliquum gentis meæ poſſidebunt eos.

10 Hoc eis *erit* pro faſtu eorum; quia probris affecerunt, & ampliarũt *terminum* per populum Jehovæ exercituum.

11 ″ Terribilis erit Jehova in eis, nam ″ emaciabit omnes deos terræ; & incurvabunt ſe ei quiſque è loco ſuo, omnes regiones gentium:

12 ″ Etiam vos Æthiopes, ″ confoſſis gladio meo iſtis.

13 ″ Nam extendet manum ſuam verſus Aquilonem ut perdat Aſſyriam; diſponétque Nineven ″ deſolationi, ſiccam ut deſertum:

14 Et accubabunt in ea greges, omnes beſtiæ gentium, ″ tum platea, tum anataria, in ″ malogranatis ejus pernoctabunt: ″ vox cantabit in feneſtra, deſolatio in poſte, cùm ″ cedrum ejus nudaverit.

15 Hujuſmodi erit civitas illa exultabunda, quæ reſidet ſecurè, quæ dicit cum animo ſuo, ″ ego *ſum*, & præter me nulla *eſt* ampliùs: quomodo eſt deſolationi? cubile beſtiis? *dicet* quiſquis tranſibit per eam, ″ ſibilabit, ″ agitabit manum ſuam.

Caput III.

1 ″ Væ ″ ingluviei, & contaminatæ; civitati huic oppri-
2 menti.

″ Non auſcultat voci, non accipit diſciplinam; Jehovæ non confidit, ad Deum ſuum non appropinquat.

3 Principes ejus in medio ejus ſunt leones rugientes: judices ejus ″ lupi veſpertini, ″ *qui* non rodunt oſſa in matutinum uſque.

4 Prophetæ ejus rapidi, viri [a] perfidioſiſſimi; ſacerdotes ejus prophanant rem ſanctam, vim faciunt legi.

5 ″ Jehova juſtus in medio ejus non facit iniquitatem, [b] ″ unoquoque manè jus ſuum edit in lucem, non deeſt; ſed neſcit iniquus erubeſcere.

6 Exſcidi gentes, [c] ″ deſolatæ ſunt extremitates earum, deſtruxi vicos earum adeò ut nullus tranſiret: ita ſunt exinanitæ civitates earum, ut nõ ſit quiſquam, ut nullus ſit habitator.

7 ″ Dicebam, utique timebis me, accipies diſciplinam; ″ ut non exſcinderetur habitaculum ejus, [d] utcunque animadverterem in eam: verumtamen ″ [e] inde à diluculo corruperunt omnes actiones ſuas.

8 ″ Idcircò ″ præſtolamini me, dictum Jehovæ, in diem quo ſurrecturus ſum ad prædam; nam jus meum eſt ut recipiam gentes, ut congregem regna, ut effundam ſuper illas indignationem meam, totum æſtũ iræ

[a] *Heb.* perfidiarum. Jirmej. 23. 11. & ſequẽtib.

[b] *Heb.* manè manè. ut Exod. 16. 22.

[c] *Heb.* deſolati ſunt anguli: ut Judic. 20. 1.

[d] *Heb.* omni quo animadvertetem.

[e] *Heb.* diluculariũt corruperunt, ut ita loquamur.

iræ meæ: cùm igne zeli mei absumpta fuerit tota hæc terra.

9 "Tunc enim" mutabo in populis labium *ut* purum *sit*; quò invocent omnes nomen Jehovæ, colendo eum" humero uno.

10 "E transfluvialibus *partibus* Æthiopiæ" supplices mei, filia dispersorum meorum afferent munus meum.

11 "Tempore illo non erubescès ab omnibus actionibus tuis, quibus defeceris à me: nam tunc amovero è medio tui exultantes de fastu tuo, ut non pergas efferre te ampliùs in monte sanctitatis meæ;

12 Reliquero autem in medio tui populum pauperem tenuémque, qui se recipient ad nomen Jehovæ.

13 Reliquiæ Jisraëlis non facient iniquitatem, neque loquentur mendacium, neque invenietur in ore earum lingua dolosa: sed ipsi pascentur & recubabunt, nemine perterrente.

f Heb. corde. 14 "Cane filia Tzijonis, clangite Jisraëlitæ; lætare & exulta ex toto[f] animo, filia Jeruschalaimorum,

15 Amovisse Jehovam judicia tua, expedivisse inimicos tuos: regem Jisraëlis Jehovam esse in medio tui, fore ut non timeas malum ampliùs.

16 Die illa dicetur urbi Jeruschalaimorum, ne timeto; Tzijoni, ne remittuntor manus tuæ.

17 Jehova Deus tuus in medio tui potens servaturus est, gavisurus de te lætitia; [g] conquieturus in amore suo, exultaturus de te cantu, *dicens*,

g Heb. taciturus. 18 "Mœstos propter conventum recipiam," ex te sunt: *mœstos propter* onus impositum" ei, opprobrium.

19 Ecce me" conficiente cum omnibus affligentibus te, tempore illo; simul servabo claudicantem, & depulsam congregabo, disponámque

h Heb. eas laudi: hypallage, ut sequente versu. [h] eis laudem & nomen in tota terra," pudoris eorum.

20 Tempore illo adducam vos, quo inquam tempore congregavero vos: nam dispositurus sum vobis nomen & laudem in omnibus populis terræ, me reducente captivas turbas vestras in oculis vestris, ait Jehova.

ANNOTATIO IN CAP. I.

1 *Verbum*] Unicam hujus prophetiæ concionem esse res ipsa declarat. Ac inscriptio quidem hoc versu continetur; concionis verò tres sunt omnino partes: prima est propositio judicii severissimi contra Jeruschalaima & Judæam totam, capite 1. secunda est revocatio Judæorum ad bonam frugem, cùm alienæ calamitatis exemplis, tum interminationibus ex verbo Dei, usque ad versum 8. capitis tertii; tertia est conclusio à promissionibus evangelicis, adhuc nem usque. *Temporibus*] post reformatam Ecclesiam, ut demonstrat infrà ver. 4. & 7. 2 *Omnino verpr.*] hujus propositionis summa duobus versib. continetur; enarratio verò reliquis, ad finem usque capitis: summatem est Deum omnia sublaturum esse, quasi ad se ipsum ea reciperet. 3 *Recepturus sum*] id est, efficiam terram hanc desolatissimam: hyperbole; ut Hosche. 4. 3. *Ruinas*] id est, ne ipsa quidem rudera ab hac vindicta eximentur. 4 *Extendens*] enarratio propositionis duas partes continet: quarum una explicat qui quibus de causis judicium illud subituri sint, & quomodo, usque ad versum 14. altera exornat, ad finem usque capitis. Tria itaque ponuntur hominum genera pro offensarum ratione: primũ est popularium idololatrarũ, versibus quatuor: secundum, militiæ regiæ & latrocinantium violenter sua autoritate abutentium, tribus versibus; tertium, mercatorum in quæstu suum securè incumbentium sine ulla Dei reverentia, aut hominum ratione, tribus alteris. *Residuum Babb.*] mirum quod non potuerat pervestigare Joschija: ut sunt ingeniosi ad regenda maleficia sua idololatræ, vide 2. Reg. 23. *Airatorum*] de quibus 2. Reg. 23. 5. *Sacerdotibus*] legitimis videlicet, non autem vo. untariis hominibus autoritate

autoritate cooptatis in sacerdotium; ut ferè illi erant quos atratos vocant. 5 *Super tecta*] vide 2. Reg. 23. 12. *Incurvantes se*] Bahhalimis; id est, qui profitentur se incurvatione sua non idola quidem, sed Deum verum ex animo in statuis colere, hos æquè perdam atque illos. *Melecum*] sive Regem, prout idola summa ab idololatris dicebantur: vide Hhamos 5. 26. & 7. 12. 7 *Sile*] apostrophe ad idololatras: ne putes, ô idololatra, te obloquendo effecturum ut probetur Domino causa tua: confecta atque evicta est; sed tantùm ad judicium subeundum te ipsum compara. *A conspectu*] cui omnis res creata manifesta est, Hebr. 4. 13. *Propinqua*] cœpit enim dies illa inde a morte Jolchijæ, ex quo tempore regnum Judæorum clades indesinenter pertulit, usque dum funditus eversum est: sic vers. 14. *Mactanda anim.*] ut Jeschahh. 34. 6. & Jirm. 46. 10. & Jechezk. 39. 17. & sequentib. *Invitatos suos*] Ægyptios primùm, deinde Babylonios & auxiliares eorum, 2. Reg. 23. & sequentib. 8 *Erst quoq;*] secundum enarrationis membrum, ut diximus in vers. 4. *Qui induuntur*] id est, omnibus deliciis & vanitati student, palamque ostendunt invectis exoticis moribus & vestimentis. 9 *Omnem qui*] id est, effractorem, administrum violentiæ quam potentiores in tenues adhibent. 10 *Erit q;*] id est, tota Jeruschalaima tribus suis oppidis, luctuosa vociferatione personabunt. Nam porta piscium ad civitatem Davidis pertinebat, 2. Chron. 33. 14. secunda pars denotat alterum oppidum Jeruschalaim orum, hîc & 2. Reg. 22. 14. colles verò extremitati oppidi tertii impendebant portam sterquiliorum versus, ubi erat olivetum. 11 *Ejulate*] tertium enarrationis membrum, ut diximus versu 4. *Habitatores cavi*] id est, negotiatores omnes in cavo oppidorum interstitio habitantes, inde a porta gregis ad portam Ephraimi, ubi erat vicus aurifabrorum, pigmentariorum, aromatariorum, &c. Nechem. 3. 8. & 32. *Mercaturam fac.*] vel Cenahhanæus: ludit enim Propheta ex ambiguo; & populares suos docet, ipsos cum moribus Cenahhanæorum impurissimis idem quoque nomen sibi comparasse & accersivisse judicium Dei. 12 *Scrutante me*] id est, cùm minutatim cognoscam de peccatis populi, & cum eo inibo rationes meas accuratissimè; ut solent qui adhibitis lucernis perlustrant omnia: humanitus dictum. *Concreti sunt*] id est, obfirmatè hærent in malo suo, ludificantes Deum & homines; metaphora; ut Jirm. 48. 11. 14 *Propinqua est*] altera pars enarrationis, nimirum exornatio; qua Propheta gravitatem judicii per congeriem explicat, tribus versib. deindè amplificat, primùm ex eo quòd universalis cædes futura est, versu 17. & quòd clades inevitabilis, versu 18. *Amarè clamaturo*] id est, qua die Judæi (qui nunc viribus suis præfidunt, & se pro robustissimis venditant) amarissimos ejulatus edent destituti robore. 16 *Angulos*] id est, turres potentissimas, quales in angulis ædificari solent. 17 *Velut pulvis*] id est, copiosissimè & abjectissimè.

In Caput II.

1 *Excutite vos*] Secunda concionis pars Judæos primùm revocat ad bonam frugem, tribus versib. deinde argumenta adducit duo resipiscentiæ: prius est ab exemplis formidabilibus judiciorum quæ Deus contra gentes exteras erat effecturus superstitibus adhuc Judæis, usque ad caput 3. posterius verò, a singularibus minis & sermonibus Dei per prophetas denuntiatis, principio capitis tertii. In hortatione autem ad resipiscentiam duo compellat Judæorum genera; hos torpentes & omni sanctimoniæ cogitatione & studio vacuos, versu 1. & 2. illos verò, in quibus aliquæ pietatis & humanitatis scintillæ adhuc emicabant, versu 3. 2 *Cùm nondum*] id est, cùm nondum dies ille advenit quo excutiamini & ventilemini, ut gluma solet excuti. Quamobrem etiam monuit ut se ipsi excuterent, præcedente versione: quam eamdem allegoriam servavit Christus Matth. 3. 12. 3 *Fortasse*] vide Jehoschuhh. 14. 12. *Abscondemini*] id est, mitiùs beneficio Dei tractabimini, & sub fide illius latebitis. 4 *Nam Hhazza*] prius argumentum resipiscentiæ ab exemplis exteris nunc demum a Propheta exponitur, idque eo ordine quo res ante eversa Jeruschalaima successerunt. Primùm enim a Parhhone Necone Pelischtæa occupata est, ut annotavimus in Jirm. 47. de qua hîc agitur ad vers. 8. usque: deinde Moabitæ, Hhammonitæque, ac Syri alii in Parhhonis potestatem devenerunt, usque ad vers. 12. tum etiam Ægyptii cum Æthiopibus auxiliaribus cæsi sunt, Jirm. 46. 2. de quibus hîc agitur versu 12. ac postremò Ninevitæ & Assyrii omnes in Scytharum potestatem redacti sunt, ut observavimus Jirm. 49. 34. & in Propheta Nachum: quod postremum est hujus capitis exemplum, tribus versib. ultimis. *Derèlicta*] alludit quidem Propheta in enuntiandis judiciis ad propria oppidorum nomina, aut notationem eorum; sed hoc linguæ proprium est, neque a nobis commodè potuit repræsentari. *In ipso meridie*] id est, vi aperta: fuerat enim Azotus antè infirmata plurimùm diuturna obsidione Psammetichi, cujus in Jirmejam Prophetam meminimus. 5 *Væ habitatori-bus ἐργασίας*] præcedentis proximè exempli, tribus versib. *Cerethæorum*] de quibus 1. Schem. 30. 14. *Cenahhanea*] id est, terra quæ Cenahhanææ accenseris, Jehoschuhh. 13. 3. ac proinde a Pelischtæis injustè detineris: ut apparet ex Genes. 10. 14. & 19. 6 *Fossuris*] quæ excavantur in locis arentibus, ad aquandum & abluendum greges. 7 *Erit tractus*] id est, veniet in potestatem Judæorũ: pro eo quod est, adjungetur Ecclesiæ, & ad eam pertinebit. Quod typicè a Propheta dictum accipiendum est de regno spirituali Christi, & sequentibus etiam gentibus accommodandum ἀναλόγως. 8 *Audivi*] secundum exemplum exterum Moabitarum Hhammonitarumque, ut diximus in vers. 4. *Ut amplia verint*] id est, ut irruentes in terminum Jisraëlis occupaverint de possessione illius: vide Jirm. 48. & 49. 11 *Terribilis*] propositio hæc summa judiciorum Dei contra deos & homines in Moabitide & Hhammonitide versantes, est μεταβατικὴ ad sequentia duo exempla, ut finis versus ostendit. *Emaciabit*] id est, perdet illos, adimendo cultores ipsorum, omniaque sacrificia quibus turgebant abolendo: humanitus dictum. 12 *Etiam vos*] tertium exemplum exterum (ut diximus in vers. 4.) videlicet Æthiopum Ægyptiorumq;, qui Parhhoni Neconi contra Nebucadnetzarem erant ministraturi; etiam vos (inquit) æquè ac superiores populi desolabimini, deinde verò populo Dei adjungemini per regnum Christi. *Confossis glad.*] id est, postquàm ego per vos gentes istas quas modò dixi cæcidero. 13 *Nam extender*] hæc ætiologia respicit ad vers. 11. & ostendit adeò fore terribilem Deum in gentes exteras, ut ne ipsi quidem Assyrii, aut Nineve urbs potentissima immunes sint a judicio ipsius; sed in exemplum Judæis statuantur. Est itaque hîc exemplum quartum, ut diximus versu 4. *Desolationi*] quæ pluribus signis exprimitur seq. versu. 14 *Tum platea*] vide Jeschahh. 34. 11. *Malogranatis*] id est, ornamentis summarum ædium, quæ inter acroteria numerantur: ut Hhamos 9. 1. *Vox*] videlicet inauspicatarum avium; cujusmodi nominantur Jeschahh. 13. sub finem, & 34. 11. & sequentibus. *Cedrum ejus*] id est, cedrina ejus tabulata, intestinumque opus omne Deus per Scythas sustulerit. 15 *Ego sum*] ut Jeschahh. 47. 8. *Sibilabit*] ut 1. Reg. 9. 8. *Agitabit*] id est, digito per ludibrium demonstrabit, & jactato brachio ludificabitur: synecdoche.

In Caput III.

1 *Væ inglue vos.*] Posterius argumentum revocandi Judæos ad resipiscentiam, ut diximus suprà 2. 1. nempe denuntiatio maledictionis & horrendi judicii contra illos, nisi tempestivè resipiscant. Continet autem hæc denuntiatio versu 1. sententiam Dei, deinde causas exponit, usque ad vers. 8. *Inglue vies*] hanc vocem ita accipimus, ut Levit. 1. 16. Est

autem metaphorica Jeruſchalaimorum deſcriptio: nam quemadmodum avium ingluvies alimenta concipit, & ſordes cum alimentis plurimas; ita etiam innuit Propheta Jeruſchalaima fuiſſe conceptaculum quò reges, principes, & ſacerdotes omneis Judææ opes & omnes ſordes congeſſerunt; quarum illas ex officio debuerant popularibus diſtribuere, has verò e regno toto tanquam ex alvo ejicere. Quamobrem etiam urbem ſimpliciter ingluviem vocat: qua in appellatione auxeſis eſt elegantiſſima. quaſi dicat, eam non cum onocrotalo, ſed cum onocrotali ingluvie eſſe comparandam. 2 *Non auſcultat*] expoſitio cauſarum, ut diximus verſ. 1. qua ſingulorum ordinum peccata exponit, popularium, hoc verſu; magiſtratuum, ſequente; Eccleſiaſticorum, verſu 4. deinde verò contumaciam probat, ſequentib. 3 *Lupi veſperi.*] vide Jirm. 5. 6. *Qui non rod.*] id eſt, qui breviſſimo tempore commouunt & vorant prædam, ac ne oſſa quidem præ fame & aviditate reliqua faciunt. 5 *Jehóva juſtus*] probatur jam populi Dei contumacia duobus argumentis: unum eſt, quòd verbo Dei ſollicitè per Prophetas ſuos admonentis non reſipuerint, hoc verſu; alterum, quòd ne ex ſeveriſſimi quidem in exteros judicii exemplis fuerint deterriti a malefaciendo, verſu 6. & 7. *Unoquoq; mane*] vide 2. Chron. 36. 15. 6 *Deſolatæ ſunt*] id eſt, in univerſum deſolatæ ab extremitate una ad alteram. 7 *Dicebam*] id eſt, Judæos monebam exemplis, eaque prophetarum ſermone inculcabam, ut adducerentur ad timorem mei. *Ut non exſcind.*] id eſt, ut ſi Judæam propter peccata ipſius cogerer flagellare; ſaltem ab exitio monitis, exemplis, verberibuſque meis revocata ſervari poſſet. *Inde a diluculo*] id eſt, indefinenter, ac ſtudioſiſſimè. 8 *Idcircò*] tertia concionis pars, ut diximus ſup. 1. 1. qua Propheta primùm vocationem gentium ad cultum Dei & miniſterium Eccleſiæ, tribus verſib. deinde Eccleſiæ ipſius conſtitutionem exponit, tribus alteris; poſtremò hortationem propheticam ad Eccleſiam Dei adhibet, reliquo capite. *Præſtolamini me*] apoſtrophe ad pios, ut germana Eccleſiæ membra: quandoquidem (inquit Deus) eſt vita iſtius populi, & ſalus perdita; vos ſaltem, quorum animis adhæret pietas, videte ut patienter feratis temporariam illam deportationem, & veſtram exſpectationem in me collocetis; qui gentes inimicas perditurus, hoc verſu; electaſque cooptaturus in populum meum, & ad cultum meum aſciturus ſum, verſu ſeq. ut vos & illi communicatis operis accedatis me, verſu 10. 9 *Tunc enim*] videlicet cùm vos primùm, deinde illas judiciis meis exercuero. *Mutabo*] id eſt, communicatione ſpiritus renovabo populos in ſpiritu mentis ipſorum, ut purificati per fidem puritatem ſermone & opere colant coràm Deo. *Humero uno*] id eſt, unanimiter, ut apparet ex Jirm. 32. 39. Eſt enim ſynecdoche in proverbiali hac loquendi forma. 10 *Tranſfluvialib.*] id eſt, e locis remotiſſimis: vide Jeſchahh. 18. 4. *Supplices mei*] tum ex populis, tum ex gente Judæorum diſperſa. 11 *Tempore illo*] ſecundus locus, de conſtitutione Eccleſiæ; illam fore vacuam improbis, & ſanctam in Chriſto. 14 *Cane*] tertius locus, hortatio prophetica, ut ſancta Eccleſia beneficentiam Dei erga ſe prædicet, duob. verſib. cujus prædicationis cauſæ proponuntur duæ: una eſt communis omnium teſtificatio quaſi Eccleſiæ acclamantium, verſu 16. altera, prophetarum ex Dei verbo confirmatio, inde ad finem capitis. 18 *Mœſtos propter*] id eſt pios, qui tanto ſtudio conventus ſacri conſtringuntur, ut tantiſper dum a Deo abſunt, ſint in mœrore & luctu. *Ex te ſunt*] ἄπτιον; hi enim (inquit Deus) tui ſunt veri, ô Eccleſia, & germani partus. *Et*] nimirum Eccleſiæ, cujus vicem pios omnes perſanctè miſeret. 19 *Conficiente*] nimirum conſummationem, ut dixerat ſuprà 2. 18. *Pudoris eorum*] id eſt, in qua onus & probra pudenda pertulerint; de quibus præcedente verſu.

CHAGGAI.

CAPUT I.

Deus per Prophetam negligentiam Judæorum in exstruendo templo ipsius reprehendit; & convincens eos partim a structuris privatis ipsorum & rei familiaris procuratione, partim ab anteactis Dei judiciis, hortatur ut resipiscentes seriò in opus ipsius incumbant: incumbentes vero promissione præsentiæ suæ confirmat; tum promovente opere ostendit; ut cunque structura non sit cum altera priore comparanda, gloriam tamen majorem adfore præsentia Dei, sanctificatione, & pace in Christo: deinde loco angustiarum præcedentium omnia commoda promittit adventura: ac postremò omnibus subnectit prophetiam de regno Christi in Evangelio.

1 ANNO "secundo [a] Darii Regis mense sexto, die primo mensis; fuit verbũ Jehovæ [b] per Chaggaium Prophetam ad Zerubbabelem "filium Schealtielis ducem Jehudæ, & ad Jehoschuham filium Jehotzadaki sacerdotem maximum, dicendo;

2 "Sic edixit Jehova exercituum ut dicã; populus hic dicunt, "non adveniſſe tempus, tempus quo domus Jehovæ ædificetur.

3 Fuit itaq; verbum Jehovæ per Chaggaium Prophetam, dicendo,

4 "An tempus *est* vobis, heus vos, "desidendi in domibus vestris contabulatis; cùm domus hæc vasta *est*?

5 Quapropter nunc sic ait Jehova exercituum, ["]adhibete animum vestrum ad vias vestras.

6 "Seritis multum, & infertis parum; comeditis, minimè verò ad saturitatem; bibitis, sed minimè [d] affatim; induimini, sed nemo ita ut sit calor ipsi: & qui mercedem reportat sibi, mercedem reportat "in locum pertusum.

7 Sic ait Jehova exercituum, adhibete animum ad vias vestras.

8 Ascendite in "istum montem, & afferentes ligna ædificate domum hanc; ut acceptum habens illud "glorificem me, ait Jehova.

9 "Spectatis ad multa, sed ecce ad pauca *pervenitis*; & quod infertis "domum "efflo illud: quamobrem? dictum Jehovæ exercituum; [e] propterea quòd domus mea est vasta, & vos excurritis quisque pro domo sua.

10 Idcircò contra vos, "cohibentur cœli a rore; & terra cohibetur fru-

mento suo,

11 Me advocante siccitatem super hanc terram, & super hos montes, & super frumentũ, & super mustum, & super oleum, & super id quod profert terra: etiã super homines, & super jumenta, deniq; super omnem laborem manuum.

a Heb. Darjaveschi: sic deinceps.

b Heb. per manũ Chaggaii. Hhezræ 5.1.

c Heb. ponite cor vestrũ: sic deinceps.

d Heb. ad ebrietatẽ: ut Gen. 43.34.

e Heb. propter domũ meã, quod est vasta; trajectio.

12 ᵛAuſcultavit autem Zerubbabel filius Schaltielis, & Jehoſchuahh filius Jehotzadaki ſacerdos maximus, & totæ reliquiæ populi vocijehovæ Dei ſui, & verbis Chaggaii Prophetæ, cùm miſiſſet eum Jehova Deus ipſorum: timueruntq; populus a facie Jehovæ.

13 ᵛTunc loquutus eſt Chaggai legatus Jehovæ ex legatione Jehovæ populo, dicendo, ᵛEgo vobiſcum ſum, dictum Jehovæ:

14 ᵛConcitavitq; Jehova ſpiritum Zerubbabelis filii Schaltielis ducis Jehudæ, & ſpiritum Jehoſchuhhæ filii Jehotzadaki ſacerdotis maximi, & ſpiritum reliquiarum totius populi; ut venientes facerent opus in domo Jehovæ exercituum Dei ſui:

15 Die vigeſimo quarto menſis ſexti, anno ſecundo Darii Regis.

Caput II.

1 ᵛMENSE ſeptimo, vigeſimo primo die menſis; fuit verbum Jehovæ ᵃper Chaggaium Prophetam, edicendo,

ᵃ *Heb.* per manũ Chaggaii: ſic verſ. 10.

2 Alloquere jam Zerubbabelem filium Schaltielis ducem Jehudæ, & Jehoſchuhham filium Jehotzadaki ſacerdotem maximum; & reliquias populi, dicendo,

3 ᵛQuis inter vos *eſt* reliquus, qui viderit domum iſtam in gloria ejus priore? & qualem vos videtis eam nunc, nónne ᵇ"ad illam tanquam nihil *eſt* in oculis veſtris?

ᵇ *Heb.* ſicut illa.

4 Attamen nunc confirmare Zerubbabel, dictum Jehovæ, & confirmare Jehoſchuahh filii Jehotzadaki ſacerdos maxime, & confirmare univerſe populehujus terræ, dictum Jehovæ, & perficite: ſum enim vobiſcum, dictum ᵛJehovæ exercituum,

5 ᵛCum ᵛVerbo, ᵛquo pepigeram vobiſcum exeuntibus vobis ex Ægypto, & ſpiritu meo ᵛſtante in ᶜvobis: ne timeatis.

ᶜ *Heb.* medio veſtri.

6 Sic enim ait Jehova exercituum, ᵛadhuc ſemel, (ᵛparum illud eſt)

Heb. 12. 26. tum ego ᵛcommoturus ſum cœlos, & terram, & mare, & ſiccum:

ᵈ *Heb.* deſyderium.

7 Et commoturus ſum omnes gentes, ut veniant ᵈ"deſyderati omnium gentium; & impleturus domum hanc gloria, ait Jehova exercituum.

8 ᵛMeum *eſt* argentum, & meum *eſt* aurum; dictum Jehovæ exercituum:

9 *Sed* major futura eſt gloria domus hujus poſterioris quàm illius prioris, ait Jehova exercituum; nam in loco hoc diſponam pacem, dictum Jehovæ exercituum.

10 ᵛVigeſimo quarto *die* noni *menſis*, anno ſecundo Darii; fuit verbũ Jehovæ per Chaggaium Prophetam, dicendo,

11 Sic ait Jehova exercituũ; interroga jã ᵛſacerdotes de lege, dicendo

ᵉ *Heb.* ſanctitatis.

12 ᵛEn, tulerit aliquis carnem ᵉſanctam in ala veſtis ſuæ, vel tetigerit ala ſua panem, aut pulmentum, aut vinũ, aut oleum, aut ullum cibum, ᵛan ſanctificabitur? cui reſpondentes ſacerdotes dixerunt, non.

13 Deinde

13 Deinde dixit Chaggai, si tetigerit immundus [f] *ex* cadavere quicquam istorum, an immundum erit? cui respondentes sacerdotes dixerunt, immundum erit.

14 Respondens itaq; Chaggai dixit, "ita populus iste, & ita gens ista coram me fuit, dictum Jehovæ, & ita totum opus manuum istorum: imò quod obtulerunt "ibi, immundum fuit.

15 "Nunc enim adhibete jam animum vestrum ab hoc die [g] ad eos qui præcesserunt; "ex quo nõ "impositus fuit lapis lapidi in templo Jehovæ.

16 Ex quo sunt *dies* illi, "veniente *aliquo* ad acervum vicenûm *modiorum*, est denûm; veniente ad lacum ut exhauriat quinquagenas *mensuras* torcularis, vicenarum est.

17 Percussi apud vos uredine, & rubigine, ac grandine totum opus manuum vestrarum; & nullus apud vos ad me convertebatur, dictum Jehovæ.

18 Adhibete jam animum vestrum a die hoc ad eos qui præcesserunt: "a die vigesimo quarto *mensis* noni, [h] usq; ad diem quo fundatum fuerat templum Jehovæ, adhibete animum vestrum.

19 An adhuc semen [i] granarii, adeoq; vitis, & ficus, & malus punica, & [k] olea non protulit? ab hoc ipso die benedicturus sum.

20 "Deinde fuit verbum Jehovæ secundo ad Chaggaium; vigesimo quarto die mensis, edicendo,

21 Alloquere Zerubbabelem ducem Jehudæ, dicendo, ego commoturus sum cœlos & terram,

22 Et "subversurus sum solium regnorum, ac perditurus firmitatem regnorum ipsarum gentium; subversurus, inquam, currum & sessores ejus, [l] ruentibus equis & sessoribus eorum unoquoq; per gladium fratris sui.

23 Die illo, dictum Jehovæ exercituum, assumam te "Zerubbabel fili Schealtielis serve mi, dictum Jehovæ, "ponamq; te ut annulum signatorium; quia "te elegi, dictum Jehovæ exercituum.

[f] *Heb.* animæ.

[g] *Heb.* & sursum: sic ver. 18.

[h] *Heb.* ad a die: pleonasmus.

[i] *Heb. quod erat* in granario.

[k] *Heb.* arbor olivæ.

[l] *Heb.* descendentibus.

ANNOTATIO IN CAPVT I.

1 *Anno secundo*] Hujus prophetiæ, pro ratione temporum & argumentorum ipsius, partes sunt quinque: prima est, propositio peccati Judæorum & redargutionis ad peccatum ipsorum evincendum pertinentis, usque ad versum 12. secunda, promissio promovendi & perficiendi opus Dei, postquàm se se Judæi ad illud incipiendum accinxerunt, reliquo capite; tertia, promissio gloriæ quam Deus cum secunda domo erat communicaturus, novem primis versib. capitis 2. quarta, promissio singularis divinæ benedictionis in fruges & omnem fructum terræ ad usum populi obsequentis Deo, inde ad versum 20. postrema, promissio regni Christi, abs quo superiores omnes dependebant, inde ad finem usque. *Secundo*] de quo Hhezræ 4.24. *Filium Schealt.*] id est, nepotem: vide 1. Chron. 3.17. & sequentibus. 2 *Sic edixit*] primus hic locus prophetiæ continet expositionem peccati Judæorum, hoc versu; redargutionem, usque ad versum 7. & mandatum, sequentibus. *Non est tempus*] excusatio hæc populi partim ex diffidentia, partimque ex rerum privatarum studio proficiscens, in speciem aliud planè obrendit, quàm quod ex re & veritate erat. Nam quòd nondum advenisse tempus ajunt, videbatur eo tempore maximum momentum ad excusationem afferre, quasi dicerent; videmus jam sæpius repetitis interdictis ex autoritate Cambysis & Darii Hystaspis fuisse cautum ne institutum hoc opus perficeretur: ab hoc autem novo Rege nihil audivimus, quo sententiam mutatam esse & jus ædificandi restitutum nobis confirmemur: Quamobrem plurimùm metuimus ut hæc nobis vertantur vitio, & rerum novarum incusemur: nec videmus quî ostendi possit aliud tempus nobis jam oblatum esse. Ita non obscurè servos Dei alicujus rebellionis reos fore apud Regem Darium prætexebant; quod Propheta redarguit optimè, sequentibus. 4 *An tempus*] redargutio hæc nititur duobus argumentis: prius est ab improba desidia & negligentia Judæorum: ipsos æquo animo ferre ut domus Dei inculta atque abjecta sit, dum ipsi deliciis suis perfruantur & sibi studeant, hoc versu; posterius, ab antegressis Dei castigationibus, quibus Deus palàm evidenterque testificatus

sit quàm indignè ferat jacêre templum & cultum suum diversis Judæorum studiis, vers. 5. & 6. Qua ex redargutione deinde nascitur hortatio, versu 7. & 8. eamque Propheta exornat promissionum Dei cum antegressis castigationibus comparatione, tribus sequentibus. *Desidendi* id est, acquiescendi rebus privatis & commodis vestris, contrà quàm virum pium decet; ut exemplum est Davidis Psal. 132. & 2. Schem. 7. 2. 5 *Adhibete animum.*] id est, attendite meliùs ad rationes vestras, & expendite institutum vitæ vestræ, neque vobis ipsi abblandimini; ut qui videatis Deum peccatis vestris infensum graves castigationes omnibus importasse, ut narratur sequente versu: nam si vos ipsos dijudicaretis, non ita a Deo puniremini, 1. Corinth. 11. 31. 6 *Seritis*] ex maledictione legis Deut. 28. 15. & sequentibus. *In loculum*] id est, non meliùs conservat res partas quàm si loculo pertuso inderet; dicto citius omnes dilabuntur: proverbiale dictum. 8 *Istum montem*] Tzijonem. *Glorificem me*] id est, gloriam meam vobis restatam faciam, prosperando res & facta vestra, cùm servietis mihi; ex promissione 1. Schem. 2. 30. 9 *Spectavit*] ἐργασία proximè præcedentis promissionis, fore ut Deus se glorificet profusis benedictionibus, per antithesin maledictionum quas antè populus fuerat expertus dum cultum Dei negligeret, suisque studiis inserviret. *Domum*] quisque suam videlicet. *Efflo illud*] id est, dispersdo, tanquam ventis impellentibus. 10 *Cohibentur*] ex lege Deuter. 28. 23. 12 *Auscultavit*] id est, auscultantes & timore Dei adducti cœperunt ædificare: ita hæc narratio transitum facit ad secundum locum prophetiæ. 13 *Tunc loquutus est*] nimirum die vigesimo quarto (ut habetur versu ultimo) ad quem usque diem ædificaverant tribus hebdomadis: tum verò per obnuntiationem Tatnai & aliorum nutare fides populi videbatur, Hhezræ 5. 3. quamobrem mandatum Dei necesse fuit a Propheta repeti, & singularem promissionem adhiberi. *Ego vobiscum sum*] id est, adsum vobis, ut cœptum & redintegratum opus perficiatis me autore & duce, ac invitis omnibus. 14 *Concitavit*] id est, Deus hac voce Prophetæ sui omnium animos adhuc concitatiores reddidit, ut in cœpto opere pergerent.

In Caput II.

1 *Mense sept.*] Tertia pars prophetiæ, ut diximus sup. 1. 1. qua Propheta anticipans dubitationem quæ poterat piorum animis insidere propter angustiam & tenuitatem domus quæ exstruebatur, versu 3. eos nihilominus jubet bono animo esse, fretos Dei promissionibus; primùm de præsentia ipsius in Christo per spiritum, versu 4. & 5. secundò de gloria, ad cujus conspectum cœli, terra, & res omnes creatæ commoveantur, versu 6. & 7. denique de omni bono & prosperitate ex præsente ipsius gloria, versu 8. & 9. quæ omnia typicè prædicata de secunda hac structura templi, complementum habent in Ecclesia Christi, ut ostendit Apostolus Hebr. 12. 26. 3 *Qui inter vos*] occupatio, ut diximus in versum 1. quam Propheta consultò adhibet, quia jam ante triginta annos, cùm ex edicto Cyri fundamenta primùm jacerentur, idem dolor bonorum animos invaserat, Hhezræ 3. 12. *Ad illam*] id est, comparata cum illa quam Schelomo ædificaverat, & quæ ante annos fermè nonaginta eversa fuerat. 4 *Jehovæ*] Dei Patris se explicantis in Christo verbo æterno suo, & per eum communicantis cum Ecclesia sua. 5 *Cum verbo*] hunc locum quicunque aliter interpretantur, aut σύγχυσιν durissimam horum duorum versuum coguntur invehere & a Prophetæ consilio alienam, aut vim facere particulæ qua hîc Propheta utitur: nos verò cùm mysteria Dei procedente tempore magis ac magis innotuisse prophetis & fuisse Ecclesiæ proposita ex ipso Dei verbo cognoscamus; simpliciorem verborum sequuti & argumenti genus, statuimus Deum Patrem præsentiam sui ipsius cum Christo servatore nostro & cum Spiritu sancto promittere Ecclesiæ suæ, atque hoc vindice adversus omnia mala confirmare. Est itaque hic locus de sancta trinitate evidentissimus. *Verbo*] ut etiam vocatur 2. Schem. 7. 21. *Quo pepigeram*] id est, in quo, per quem, & propter quem vos acceptos habueram, & receperam in fœdus: quamobrem idem etiam appellatur angelus fœderis, Maleac. 3. 1. *Stante in vobis*] ut Rom. 8. 9. & 11. 6 *Adhuc semel*] id est, hac una tantum fœderis repetitione, redintegratione, & confirmatione opus est per Evangelium Christi. *Parum illud est*] nempe quod pepigeram vobiscum exeuntibus ex Ægypto. Nam lex præ impotentia nihil potuit efficere, sed literam ignescentem & occidentem habuit, Rom. 8. 3. & 2. Corinth. 3. 6. Evangelium verò (quod successit legi) ministerium est spiritus vivificantis: vide Jirm. 31. 30. & sequentib. & Jechezk. 36. 26. & sequentib. *Commoturus*] virtute spiritus, & prædicatione Evangelii apud omnes gentes, seq. versu: vide Hebr. 12. 25. & sequentib. 7 *Desyderata*] id est, quæcunque ex gentibus elegero. 8 *Meum est*] id est, quòd fuit prior domus auro & argento ornata, ne afficiat vos; nam illa tam meî juris sunt quàm olim fuerint; sed ego huic domui ornatum longè ampliorem & gratiorem adhibebo, nempe pacem æternamque prosperitatem, sequente vers. 10 *Vigesimo quarto*] quarta pars prophetiæ, diximus suprà 1. 1. qua Propheta iterum evincit peccata Judæorum antecedentia, & obsequentibus benedictionem in futurum pollicetur, primùm typis legalibus, usque ad vers. 14. deinde nuda typorum explicatione, inde ad vers. 20. Hoc autem tempore voluit Deus argumentum istud prophetiæ populo suo exponi, quasi intermedio tempore inter sementes duas, autumnalem & vernam: ut promissio Dei hoc pacto fieret illustrior. 11 *Sacerdotes*] quorum fuit respondere de lege consulentibus: Levit. 10. 10. & 11. & Deut. 33. 10. 12 *Ne tulerit*] typi duo gradatim a Propheta exponuntur: unus est, hominem ex contactu rei sanctæ non contrahere sibi sanctitatem ullam, hoc versu; alter est, si immundus erit, tantum abfore ut sanctitatem inde percipiat, ut contrà rem sanctam impuraturus sit: quibus typis innuit Deus illorum judiciorum causas quæ in Judæa hactenus exercuerat; nimirum quòd nullam sanctitatem ex altari sancto, aut rebus sanctificatis Deo percepissent, quia impuri animis suis fuerant, non secus quàm illi qui ex cadavere impuritatem contraxerunt: vide Num. 5. 2. & Levit. 23. 25. *An sanctificab.*] ipse ex gestatione, aut contactu suo. 14 *Ita popul.*] accommodatio typorum præcedentium: non fuit hic populus (inquit) rerum sanctarum contrectatione sanctificatus; sed potius ipsi, (ut impuri fuerunt hactenus) oblationes sanctas impurarunt, ac proinde accersiverunt sibi præcedentes castigationes: sic transit Propheta ad enarrationem castigationum, tribus versib. sequentibus & populum hortatus promissiones subjicit, usque ad vers. 20. *Ibi*] in altari Jehovæ, quod ante annos triginta fuerat exstructum, Hhezræ 3. 2. 15 *Nunc enim*] confirmatio ab administratione judiciorum Dei, & eventu ipso: ut sup. 1. 5. *Ex quo*] id est, inde ab annis triginta, quibus intermissa fuit templi ædificatio: ut legimus Hhezræ 4. nam fundamenta solùm fuerant jacta; ex eo tempore non fuerat lapis fundamentis impositus. *Impositus*] id est, continuata ædificatio. 16 *Veniente aliquo*] quasi dicat, semper vos fefellit opinio vestra, & maledictionem pro sperata benedictione reportastis. 18 *A die vigesimo*] repetitio exegetica emphasin habens. quasi dicat, ab hoc ipso die qui dies est vigesimus quartus, &c. 20 *Deinde*] postrema pars prophetiæ, de cœli & terræ reverentia exhibenda regno Christi, hoc versu; hostibus perdendis, sequente versu; & Christo rege in sempiternum præficiendo Ecclesiæ, versu ultimo. 22 *Subvertsurus sum*] vi Evangelii, & spiritu oris Christi: vide 2. Corinth. 10. 5. & 2. Thessal. 2. 8. 23 *Zerubbabel*] id est, Christe, fili Davidis & Zerubbabelis: nam illi Christum ut typi adumbrarunt, & quodammodo in lumbis suis habuerunt: ut loquitur Apostolus de Abrahamo, Heb. 7. 9. *Ponamque te*] id est, curabo te, in te conquiescam, te in oculis manibusque feram: vide Canticor. 7. 10. *Te elegi*] ut Jeschahh. 42. 1.

ZECARJA.

ZECARIA.

ARGUMENTUM.

LIBER Zecarjæ Prophetæ est totus propheticus & didascalicus, & typis abundat maximè. Primùm enim populum hortatus ad resipiscentiã, figurat typis majestatem Christi intercedentis apud Deum Patrem, misericordiam Dei Ecclesiam restituentis, Gentes infestas Ecclesiæ, hujus instaurationem, illarum eversionem, Christi & Ecclesiæ bona, Ecclesiasticam animadversionem in Judæos improbos, bonorumq; in Babylonia adhuc hærentium & ubivis terrarum apud Gentes versantium sanctificationem in Christo: deinde verò consulentibus de jejunio respondet minimè hoc à Deo imperari, sed vitæ sanctimoniam; & promissiones dari, de quibus exultandum sit in Domino, ac non jejunandum. Posteà autem a suis temporibus descendens ad tempora Christi, duabus prophetiis elegantissimis adventum ipsius præfinit signis evidentissimis; hostium Ecclesiæ internecionem, suorum liberationem & defensionem gloriosam, & Judææ subversionem sublato Christo pronuntiat: ac postremò vim Ecclesiæ potentissimam ex Dei præsentia & beneficiis ipsius perceptam describit in reliquiis permansuram, quas Deus electas ex Judæis & Gentibus gratiosè convocaverit.

CAPUT I.

Deus Judæos reduces ad resipiscentiam hortatus, visiones varias exhibet Prophetæ, & populo pronuntiari jubet. Primùm enim providentiam suam infinitam, & administrationem exitiosam hostibus, & suis salutarem figurat: deinde Babyloniorum ruina, & revocatione suorum propter Christum exposita, firmitatem sacerdotii Christi, & Ecclesiæ ac cultus sui stabilitatem in virtute sua docet constituram: impiis in Judæa torpentibus exsecrationem præfigurat, & electis ex Babylonia gentibusq; exteris salutem prænuntians, publicum in Ecclesia monimentum statuit regni universalis Christi per Evangelium.

1 MENSE octavo, anno secundo Darii, fuit verbum Jehovæ ad Zecarjam filium Berecjæ filii Hhiddonis Prophetam, dicendo,

2 "Efferbuit Jehova contra patres vestros, [a] ferven-
3 te ira: Quamobrem edicito istis, sic ait Jehova exercituũ; revertimini ad me, dictum Jehovæ exercituum, & "revertar ad vos, ait Jehova exercituum.

[a] *Heb.* fervore iræ. 2. Chron. 36.16.

Jirm. 18. 11. & 25. & sequentib. & 35. 15.

4 "Ne sitis similes majoribus vestris quibus proclamaverant Prophetæ priores, dicendo, sic ait Jehova exercituum, revertimini jam a viis vestris pessimis & ab actionibus vestris pessimis: non enim auscultarunt, neq; attenderunt ad me, dictum Jehovæ.

5 "Majores vestri ubi nam sunt? & prophetæ ipsi? an in seculum vivunt?

Lament. 1. 18. & 2. 17.

6 Verumtamen verba mea & statuta mea quæ præceperam servis meis Prophetis, nónne assequuta sunt majores vestros? adeò ut reversi dixerint, quemadmodũ cogitaverat Jehova exercituũ facere nobis secundum vias nostras & secundum actiones nostras, ita egit nobiscum.

7 "Die vigesimo quarto undecimi mensis, is est mensis "Schebat, anno secundo Darii; fuit verbum Jehovæ ad Zecarjam filium Berecjæ filii Hhiddonis Prophetam quod diceret:

8 "Vidi "nocte, quòd ecce "vir insidebat equo "rufo, & stabat inter "myrtos quæ *erant* "in profundo: posteà verò "equos rufos, "balios, & albos.

9 Cumq; dicerem, quid *sibi volunt* isti, Domine mi? dixit ad me "angelus ille qui alloquutus est me, ego ostendam tibi quid *sibi velint* isti.

10 Tunc respondens vir ille qui stabat inter myrtos, dixit; "hi *sunt* quos misit "Jehova ad perambulandum terram.

11 Et respondentes angelo Jehovæ stanti inter myrtos, dixerunt, "perambulavimus terram; & ecce tota terra "desidet, & tranquilla est.

12 Tunc loquutus "angelus Jehovæ dixit; ô Jehova exercituum, quousq; tu non miserturus es Jeruschalaimorum, & civitatum Jehudæ, in quas indignatus es "jam septuaginta annis?

13 Respondit autem Jehova exercituum angelo illi qui alloquebatur me; "verba bona, verba consolatoria.

14 "Quamobrem edixit mihi angelus qui alloquebatur me, proclama dicendo; sic ait Jehova exercituum, zelo prosequor Jeruschalaima & Tzijonem, zelo maximo.

15 Fervore enim maximo ferveo contra gentes istas tranquillas: quia me efferveścente paululum, ipsæ "adjutrices fuerunt in malum.

16 Idcircò sic ait Jehova, reversus sum ad urbem Jeruschalaimorum misericordia; domus mea "ædificabitur in ea, dictum Jehovę exercituũ, & "regula extendetur super Jeruschalaima.

17 "Ampliùs proclama dicendo, sic ait Jehova exercituum, "adhuc dispergentur civitates meæ præ bono; "consolante Jehova adhuc Tzijonem, & eligente adhuc Jeruschalaima.

Caput II.

1 "Et sublatis oculis meis vidi, ecce autem "quatuor cornua.

2 Et dicente me ad angelum qui alloquebatur me, quid *sunt* ista? dixit ad me, ista *sunt* illa cornua quæ sparserunt Jehudam, Jisraëlem, & Jeruschalaima.

3 Deinde

3 Deinde oſtendit mihi Jehova ᵉquatuor fabros:
4 Et cùm dicerem, quid iſti veniunt facturi? eloquutus eſt dicendo, illa cornua quæ ſparſerant Jehudam, adeò ut quiſquam non extulerit caput ſuum; jam venerunt iſti ad deterrendum illa, ad dejiciendum cornua gentium, quæ ſuſtulerant cornu in terram Jehudæ ad ſpargendum eam.
5 ᵉIterum ſublatis oculis meis videns quòd ecce virum, & in manu ejus funiculum ᵃmenſorium;
6 Dixi, quò vadis? qui dixit ad me, ᵉad menſurandum Jeruſchalaima; ut ᵉvideant quanta *ſit futura* latitudo ejus, & quanta longitudo ejus.
7 ᵉEcce autem angelo illo qui alloquebatur me ᵉprocedente, ᵉangelus alter proceſſit obviam ipſi:
8 Cui edixit, ᵉcurre, alloquere ᵉpuerum iſtum, dicendo; ᵉper pagos habitabunt *cives urbis* Jeruſchalaimorum, præ multitudine hominum & jumentorum *verſantium*ᵇ in ea:
9 Et ego ero ei, dictum Jehovæ, ᵉmurus igneus circumquaque; & gloriæ ero in medio ejus.
10 ᵉHeus heus, jam ᵉfugite e terra Aquilonis, dictum Jehovæ, ᵉcùm expanderim vos ᶜ quam latè patent quatuor venti cœlorum, dictum Jehovæ.
11 Heus Tzijon, ᵉlibera te; quæ deſides apud filiam Babyloniæ.
12 ᵉNam ſic ait Jehova exercituum, ᵉ*qui* poſt *dictam* gloriam, miſit me contra gentes iſtas quæ deprædatæ ſunt vos; quia qui tangit vos, ᵉtangit pupillam oculi ipſius:
13 Nam ecce ego ᵉagitaturus ſum manum meam contra illas, & erunt prædæ ᵉſervis ſuis: ita agnoſcetis ᵉJehovam exercituum miſiſſe me.
14 Cane & lætare filia Tzijonis; quia ecce venturus ſum & habitaturus in medio tui, dictum Jehovæ:
15 Et adjungentes ſe gentes multæ Jehovæ die illo, erunt mihi populus, & habitabo in medio tui: ita agnoſces ᵉJehovam exercituum mittere me ad te.
16 Tum poſſidebit Jehova ᵉJehudam portionem ſuam in terra ſancta, & ᵉeliget rurſus Jeruſchalaima.
17 ᵉSile univerſa caro a facie Jehovæ, cùm ᵉexcitatus fuerit ex habitaculo ſanctitatis ſuæ.

ᵃ *Heb.* menſuræ.

ᵇ *Heb.* in medio ejus.

ᶜ *Heb.* ſecundū quatuor ventos.

Caput III.

1 ᵉPOSTEA oſtendit mihi ᵉJehoſchuhham ſacerdotem maximū ᵉſtantem coram angelo Jehovæ; & ᵉSatanam ſtantem ad dexteram ejus, ut adverſaretur ei.

2 Dicebat autem ᵉJehova ad Satanam, ᵉincrepet Jehova te, ô Satan, increpet, inquam, te Jehova, ᵉqui eligit Jeruſchalaima: ᵉnónne hic *eſt* titio ereptus ex igne?

3 Jehoſchuahh autem cùm eſſet indutus ᵉveſtibus ſordidis, & ſtaret coram ipſo angelo:

4 ᵉReſpondens *angelus* alloquutus eſt ᵉeos qui ſtabant coram ſe, edicendo, amovete veſtes iſtas ſordidas ab eo; & dixit ad eum, ᵉvide, tranſtuli a te iniquitatem tuam, ut induam te ᵉmutatis veſtibus;

ᵉ *Heb.* mutationibus.

5 Edixitq́; ᵉimponunto cidarim mundam capiti ejus: impoſuerunt itaq; illi cidarim mundam capiti ejus, & induerunt eum veſtibus, ᵉangelo Jehovæ adſtante.

6 ᵉTum conteſtatus eſt angelus Jehovæ Jehoſchuhham, dicendo,

7 Sic ait Jehova exercituum, ſi in viis meis ambulabis, & ſi obſervationem meam obſervabis, & tu cùm jus dices domui meæ, tum etiam obſervabis atria mea; utiq; ᵉdabo tibi ambulationes inter ᵉaſtãtes iſtos.

8 ᵉAudi jam, Jehoſchuahh ſacerdos maxime, tu & ᵉamici tui qui ſedent coram te, quandoquidem ᵇᵉoſtento ſunt: ᶜecce ego adducturus ſum ſervum meum, ᵉGERMEN.

ᵇ *Heb.* viri oſtenti.
ᶜ *Heb.* quòd ecce: pleonaſmus.

9 Nam ecce ᵉlapis ille *eſt* quem pono ᵉcoram Jehoſchuhha, ᵉapponens lapidi unico ſeptem oculos: ecce ego ᵉſculpturus ſum ſculpturam ejus, dictum Jehovæ exercituum, & amoturus iniquitatem terræ illius ᵉdie uno.

10 Die illo, dictum Jehovæ exercituum; ᵉvocabitis quiſq; amicum ſuum ſub vitem, & ſub ficum.

CAPUT IIII.

1 ᵉDEINDE ᵉreverſus angelus ille qui alloquebatur me, excitavit me ut virum qui excitatur a ſomno ſuo:

2 Dixitq́; ad me, quid tu vides? cui dixi, video quòd ecce ᵉlychnuchus aureus totus, cujus lecythus ſupra ſummitatem ejus *eſt*; & ſeptem lucernæ ejus in eo, ᵉſeptemq́; infundibula ſeptem illis lucernis quæ *ſunt* in ſummitate illius:

ᵉ *Heb.* ſeptẽ ſeprẽq́; infundibula lucernis: σύγχυσις verborum, quam tractatione verborũ fecimus evidentiorem.

3 Et duæ oleæ ad illũ; una a dextera lecythi, & altera ad ſiniſtrã ejus.

4 ᵉCumq́; reſpondiſſem, loquutus ſum ad angelum qui alloquebatur me dicendo; quid iſta *ſibi volunt*, domine mi?

5 Reſpondens autem angelus qui alloquebatur me, dixit ad me, an neſcis quid ſibi velint iſta? cui dixi, non, Domine mi.

6 ᵉReſpondens itaq; alloquutus eſt me, dicendo, hoc *eſt* ᵉverbum Jehovæ ᵉad Zerubbabelem, dicendo; ᵉnon virtute, neque vi, ſed ſpiritu meo, ait Jehova exercituum.

7 ᵉCujus es, ô mons magne? coram Zerubbabele ᵉin planitiem es: ᵉnã proferet lapidem ſummum; ᵉ*cum* ᵇfragoſis acclamationibus, gratia gratia *acclamatis* ei.

ᵇ *Heb.* fragoribus.

9 ᵉFuit

8 "Fuit enim verbum Jehovæ ad me, dicendo,
9 Manus Zerubbabelis fundaverunt domum istam; & manus ejus perfecturæ sunt, ut agnoscas Jehovam exercituum "misisse me ad vos.
10 "Nam quis spreverit diem "parvorum *operum*, cùm lætentur aspicientes "ad lapidem illum [c] perpendiculum in manu Zerubbabelis "septem isti? "oculi *inquam* Jehovæ, ipsi peragrantes terram?
11 "Ampliùs respondens dixi ad illum; quid *sibi volunt* duæ oleæ istæ, ad dexteram lychnuchi, & ad sinistram ipsius?
12 Et respondens "denuò dixi ad eum; quid duæ baccæ olivarum, quæ *sunt* in spatio duorum tuborum auri effundentium ex se [d] aureum liquorem?
13 Qui cùm alloquutus esset me, dicendo, "an nescis quid sibi velint ista? dixi, non Domine mi.
14 Itaq; dixit, hæ *sunt* duæ [e] oleosæ; "quæ permanent apud Dominum totius terræ.

[c] *Heb.* stannū: metonymia.
[d] *Heb.* aurū.
[e] *Heb.* filii oleæ.

Caput V.

1 DEINDE "rursus attollens oculos meos vidi, quòd ecce "volumen "volabat.
2 Cumq; diceret ad me, quid tu vides? dixi, video volumen volans, "longitudine viginti cubitorum, & latitudine decem cubitorum.
3 Tum dixit ad me, hanc exsecrationem processuram in superficiem totius terræ, quia "quisquis furatur, ex hoc *populo*, "ut illa, se [b] innocentem asserit; & quisquis jurat, ex hoc *populo*, ut illa, se innocentem asserit:
4 Hanc profero, dictum Jehovæ exercituum, ut invadat domum furis, & domum jurantis per nomen meum falsò: commoransq; in domo ejus consumat eam, "& ligna ejus, ac lapides ejus.
5 "Posteà progressus angelus qui alloquebatur me, dixit ad me; attolle jam oculos tuos, & vide quid sit hoc quod procedit.
6 Dicenti autem mihi, quid est? dixit, est Epha quæ progreditur; dixitq; "hic est oculus ipsorum in tota hac terra.
7 Ecce autem "massam plumbi allatam; deinde istud, "mulierem unã quæ fuit in medio illius Ephæ.
8 Dixitq; ille, "hæc est ipsa improbitas, cùm projiceret eam in mediũ Ephæ; projecitq; [c] massam illam plumbi "in os ipsius *Ephæ*.
9 "Tum attollens oculos meos vidi, quòd ecce "duæ mulieres prodibant habentes ventum in alis suis, quibus erant alæ similes alis ciconiæ; efferebantq; Epham illam "inter terram [d] & cœlum.
10 Me autem dicente ad angelum qui alloquebatur me, quò istæ deferunt Epham hanc?
11 Dixit ad me, "ut ædificet sibi domum in terra "Schinhharis; ubi stabiliatur & collocetur "in basi sua.

[a] *Heb.* reversus extuli.
[b] *Heb.* inhòcentẽ agit.
[c] *Heb.* lapidem.
[d] *Heb.* & inter cœlum.

CAPUT VI.

1 "DEINDE [a] rursus attollens oculos meos vidi, quòd ecce "quatuor currus prodibant e medio duorum montium; qui montes erant montes chalybei.

2 In curru primo equi "rufi erant, & in curru secundo equi nigri:

3 In curru autem tertio equi albi; & in curru quarto equi grandine guttati, "badii.

4 Itaque proloquens dixi ad angelum qui alloquebatur me, quid *sibi* hæc *volunt*, Domine mi?

5 Et respondens angelus dixit ad me; hi quatuor sunt "venti cœlorum procedentes [b] inde ubi constiterant, apud dominatorem totius terræ.

6 "Qui sunt in illo *curru*, *&* equi illi nigri egrediuntur "in terram Aquilonalem, & albi illi egrediuntur post eos; grandine verò guttati egrediuntur in "terram Meridianam.

7 "Badii enim egressi "quærebant eundo ut obambularent terram hanc; quapropter "edixit, ite, obambulate terram hanc: sic obambularunt "*equæ* terram.

8 "Et accersens me alloquutus est me, dicendo; vide, hi qui egressi sunt in terram Aquilonalem, "tranquillarunt spiritum meum in terra Aquilonali.

9 "Tum fuit verbum Jehovæ, edicendo mihi,

10 Accipe e [c] deportatis, a [d] Cheldaio, & a Tobija, & a Jedahhja; veniens tu die eodē, veniens inquam in domum [e] Joschijæ filii Tzephanjæ, "qui veniunt e Babylonia:

11 Accipe igitur argentum & aurum, ut facias coronas; ac impone capiti "Jehoschuhhæ filii Jehotzadaki, sacerdotis maximi:

12 Quem alloquêris, dicendo, sic ait Jehova exercituum dicendo, "ecce virum, cujus nomen est "GERMEN, qui e "loco suo germinabit, & ædificabit templum Jehovæ.

13 Is enim "ædificaturus est templum Jehovæ, idemq; reportaturus decorem, & sessurus ac dominaturus in solio suo; eritq; sacerdos in solio suo, & "consilium pacis erit inter utrosq;.

14 Quamobrem illarum coronarum quæq; esto "pro Chelemo, & pro Tobija, & pro Jedahhja, & pro Chene filio Tzephanjæ "in memoriale; in templo Jehovæ.

15 Nam longinqui advenient & ædificabunt in templo Jehovæ; ita cognoscetis Jehovam exercituum "misisse me ad vos: atq; hoc quidem futurum est, "cùm [f] omnino auscultaveritis voci Jehovæ Dei vestri.

[a] *Heb.* reversus sustuli.

[b] *Heb.* a consistendo.

[c] *Heb.* deportatione.

[d] qui etiam Chelem, infrà vers. 14.

[e] qui etiam dicitur Chē, inf. vers. 14.

[f] *Heb.* auscultando.

ANNOTATIO IN CAPVT I.

1 *Mense oct.*] Id est, altero post mēse quàm prophetare cœperat Chaggai: vide Hhezræ 5. Sex autem capita hæc placuit de industria conjungere, quia per Dei administrationem una fuit continens eorum visio, non autem seorsim ea hi binæ, &

hibita: & quia similiter unicum est & contineus argumentum, si primos sex versus exceperis: nam in eis quædam præfatio totius libri a Propheta præfixa est, quam nos brevitatis ergò non duximus esse a prophetia altera dividendam. Sunt itaque hic prophetiæ duæ: una, hortatoria ad resipiscentiam, sex primis versibus; altera, narrativa administrationis præteritæ, præsentis, & futuræ, qua Deus in Ecclesiam Judæorum usus est, usque dum regnum Christi in gentes propagatum est Evangelio. 2 *Efferbuit*] brevis hujus prophetiæ partes sunt, propositio, duobus versibus; & exornatio, tribus. Propositionis autem summa est hortatio ad resipiscentiam: argumenta verò illius duo, a minis majorum exemplo confirmatis, hoc versu: & a promissionibus Dei, versu sequente. 3 *Revertar ad vos*] id est, reconciliatus vobiscum, adero & benedicam vobis: ut Micæ 7. 19. 4 *Nestris similes*] exornatio (ut diximus versu secundo) primùm per interdictum antitheton, hoc versu; deinde per experimentum majorum, & confessionem ab ipsis vel invitissimis extortam, duobus sequentibus. 5 *Majores vestri*] lenius est, communem quidem istius vitæ exitum majores vestri & Prophetæ mei habuerunt: sed non propterea mortuis prophetis meis intermortua sunt verba mea; vixerunt plane, & in majoribus effectum suum consequuta sunt, adeò ut ipsi viventes videntesque coacti sint agnoscere stabilitatem verborum meorum, etiam sublatis Prophetis meis. 7 *Die*] tempus hoc (ut suprà diximus) demonstrat alteram esse prophetiam a superiore; sequentia verò omnia usque ad caput 7. inter se continuanda esse. Est autem prophetia hæc ὁραματικὴ, id est, tota ex visionibus constans, quibus suæ interpretationes suis locis subnectuntur. Continetur verò prophetia hæc tribus in universum partibus: prima est proleptis sive propositio summa visionum & prædictionum sequentium, toto hoc capite: secunda, narratio modi quem Deus ad illud usque tempus tenuerat in administratione sua ut præstaret consilium & promissiones suas, secundo capite; tertia, consiliorum Dei quæ inde ab eo tempore præstare cœpturus erat copiosa enarratio, usque ad caput 7. quæ partes singulæ suas visiones suis rebus conjunctas habent. *Schebat*] qui plurimùm respondet Januario. 8 *Vidi*] visio hæc proleptica (ut diximus præcedente versu) primùm figurat Christum inter pios in Ecclesia habitantem, angelosque, & res creatas ministrantes ei, hoc versu; & tribus sequent. deinde verò generalem administrationem Christi, inde ad finem capitis. *Nocte*] quod tempus ordinarium est habendis visionibus. *Vir*] Angelus Dei humana specie, nimirum Christus, qui Angelus Jehovæ deinceps appellatur, & inter Deum patrem genusque humanum intervenit tanquam verbum, sapientia, & potentia Dei. *Rufo*] id est, coloris ignei, quo prodest Ecclesiæ suæ, & consumit adversarios. *Myrtos*] adumbrantes Ecclesiam ipsius, quæ vivit, viret, floret, fructum edit, & odora est in ipso. *In profundo*] id est, in loco fluctibus & procellis exposito; quemadmodum tum erat Ecclesia Judæorum, gravissimas calamitates in Babylonia Judææque perferens: & communis est sors Ecclesiæ Dei. *Equos rufos*] cum equitibus synecdochicè; pro eo quod est, omnis generis administros, qui ut Regi cursores, ita Christo Domino suo parent fidelissimè, sive ad judicia ejus præstanda, sive ad beneficia, sive ad utrumque conjunctim; quod equis balis figuratur. *Balios*] sive varios: sic enim Hebræis appellantur a colore uvarum præstantissimarum, qui in eo tractu est varius. 9 *Angelus*] vir idem insidens equo rufo, de quo præcedente versu: sic deinceps. Quapropter in sequentibus Prophetas sic disertè ait, angelo qui alloquebatur me, versu 13. Angelus qui alloquebatur me, versu 14. eodemque modo in aliis capitibus, discretionis causa. 10 *Hi sunt*] id est, sunt nuntii & exploratores a Deo missi, per quos placuit cognoscere quid rerum agatur in terra: nam etsi Deo sunt omnia præsentissima expositaque ante oculos ejus, Hebr. 4. 13. tamen & angelos administros ac testes adhibet voluntatis suæ, & hac ratione in scripturis adumbrat majestatem suam; regum humanorum exemplo, quos frequens administrorum satellitumque comitatus stipare solet. *Jehova*] id est, Deus Pater per me: quamobrem etiam angeli ad Christum ipsum responsa sua perferunt; ut qui sit interpres Dei Patris apud res creatas omnes, & omnium Mediator apud Patrem. 11 *Perambulavimus*] hoc angelorum responso demonstratur absolutissima cognitio rerum omnium, qua præditus est Christus: non tantùm earum quæ in Ecclesia geruntur, sed etiam apud adversarios illius. Hic autem & duobus sequentibus narratur quo pacto Deus adductus sit ut misereretur Ecclesiæ Judæorum: deinde verò consilium ejus mirificum, quod jam cœptum erat aliqua ex parte præstari, exponitur. *Desidet*] id est, delicias agit Babylonius, & quisque adversarius Ecclesiæ, dum Ecclesia tua maximis tempestatibus agitatur. Nam hæc verba figurant illud tempus quo Judæi in Babylonia detinebantur, unde liberati dicuntur interventu Christi, versibus sequent. 12 *Angelus Jehova*] Christus intercessor pro Ecclesia apud Deum Patrem. *Jam septuaginta*] id est, jam toto tempore quod præfiniveras atque prædixeras, Jirmej. 25. & 29. sic demonstrat illud, quousque? non esse dubitantis, sed urgentis promissionum complementum. 13 *Verba bona*] videlicet de amore Dei erga Ecclesiam, ira in adversarios, & effectis earum, quæ deinceps exponuntur. Atque hactenus quidem typus est administrationis Christi, cùm Judæi detinerentur in Babylonia. 14 *Quamobrem*] jam Propheta transit ad præsentem constitutionem rerum. quasi dicat, quia jam ante annos triginta Deus Pater verbis bonis & Ecclesiæ salutaribus alloquutus est filium & sermonem suum æternum; ideò nunc filius ipse Dei vocavit me ut eadem bona verba confirmem vobis, tum de animo ipsius erga Ecclesiam, hoc versu; & contra hostes, versu sequent. tum de officiis ipsius, versu 16. & 17. quæ omnia ex ordine sequentibus enarrantur. 15 *Adjutrices fuer.*] id est, afflictis aggravaverunt afflictionem tota facultate sua: quod de Babyloniis dicitur, Jeschahh. 47. 6. de aliis verò gentibus, Jechezk. 25. 16 *Ædificabitur*] id est, perficietur inviris hostibus: sic populum in opere incepto confirmat, ut fecit Chaggai 1. 13. prior promissionum locus. *Regula extendetur* id est, urbs quoque ipsa ædificabitur, synecdochicè: prout post annos fermè viginti Nechemja duce effectum est, Nechem. 2. & sequentibus. 17 *Amplius*] alter promissionum locus. quasi dicat, non tantùm promissiones illas temporarias & aspectabiles effecturus sum, sed infinitas alias & inæstimabiles profusurus in Ecclesiam re ipsa & verbo, secundum electionem & consilium æternum meum in Christo. *Adhuc dispergentur*] id est, adeò Ecclesiam meam prosequar & cumulabo beneficiis, ut pii præ sua bonorumque suorum copia non capiantur angustiis Judææ finibus, sed in totum orbem terrarum diffusi propagent benedictiones suas: vide Jeschahh. 49. 18. & sequentibus. *Consolante*] id est, promissas suas consolationes, & præfinitam electionem præstante. Nam semel ab æterno suos elegit Deus: sed electionis suæ consilium perficiendo eligere quoque in scriptura dicitur, per metalepsin; id est, in electione semel facta pergere.

In Caput II.

1 *Et sublatis*] Secunda hæc pars, narratio (ut diximus suprà 1. 7.) exponit modum quo Deus usus est in præstandis promissionibus antecedentibus. Primùm enim adversariorum Ecclesiæ ruina exponitur, versibus quatuor; deinde

urbis ædificatio, versu 5. & 6. ac postremò Ecclesiæ Christi amplificatio per Evangelium, versu 7. & sequentibus quæ tria ex ordine posita fuerant, tribus versibus proximè præcedentibus. *Quatuor cornua*] quibus adumbrantur hostes qui populum Jisraëlis omnibus ex partibus infestaverant: videlicet Syri, Assyrii, & Babylonii a Septemtrione, Hhammonitæ & Moabitæ ab Oriente, Edomæi, Ægyptiique a Meridie, & Philischtæi ab Occidente: ut ex Jirmeja & Jechezkele constat. 3 *Quatuor fabr.*] id est, administros, artificesque judiciorum Dei, quos Deus undequaque congregaverat ad perdendos Babylonios, & congregaturus erat ad deturbandos hostes Ecclesiæ suæ, qui structuram templi & urbis impediebant. 5 *Iterum sublatis*] secundus typus de ædificatione urbis, ut diximus in versum 1. 6 *Ad mensurandum*] id est, dimetiendum & delineandum formam urbis quæ brevi instaurabitur: ut diximus suprà 1. 16. *Videant*] structores videlicet, quos adhibiturus erat Deus architectus Ecclesiæ. 7 *Ecce autem*] tertius narrationis locus, de promissionibus Evangelicis, quas perstrinxerat Propheta suprà 1. 17. *Procedente*] videlicet ut alloqueretur me propiùs, & promissiones sequentes exponeret. *Angelus alter*] qui præstò erat ad observandum & accipiendum mandatum Christi: sic figuratur voluntarium, studiosum, & promptum ministerium angelorum Dei, cùm hic obviam occurrit Christo, tanquam Regi, ut perficiat voluntatem ejus. 8 *Curre*] hoc verbo demonstratur quasi procul sterisse Zecarjam; ac proinde Christum voluisse ipsum accedere, ut quamprimùm notas faceret promissiones sequentes, nisi Angelus tanquam cursor operam suam Christo obtulisset. *Puerum*] Zecarjam. *Per pagos*] id est, innumera erit civium Ecclesiæ multitudo: ut suprà 1. 17. Tria autem hoc Christi sermone continentur: primum, promissionum summa, duobus versibus; secundum, hortatio ad Jisraëlitas, ut freti promissionibus ad Ecclesiam convolent, duobus alteris; tertium, promissionum ἐργασία, ad finem usque capitis. Promissionum autem loci sunt hi, ampliatio Ecclesiæ, hoc versu; protectio Dei, & sanctificationis gloriæque communicatio cum Ecclesia per præsentiam ipsius, sequente versu. 9 *Murus igneus*] id est, planè salutaris, ut Jeschahh. 26. 1. & 60. 18. Nam ut ignis res objectas consumit, ita Deus se tam terribilem & gravem ultorem fore adversus Ecclesiæ hostes pollicetur. 10 *Heus heus*] hortatio ad reliquos in Babylonia commorantes, ut promissiones Dei amplectantur, & bonorum ejus conscientia affecti accedant Ecclesiam ejus: quamobrem bona a Deo oblata mox narrantur, reliquo capite, & duobus sequentibus; maledictio verò iis denuntiatur qui gratiosè huic vocationi nō obsecundaverint, capite 5. *Fugite*] id est, tanquam fuga ex malis præsentibus & venturis (quæ commorantibus in Babylonia denuntiantur) vos eripientes, ad Ecclesiam advolate. *Cùm expanderim*] id est, cùm vobis, qui prius in servitute angustissima tanquam aviculæ in cavea detinebamini, copiam tam illustrem fecerim utendi cœlo libero, & extra Babylonicum ergastulum ex animi vestri sententia evolandi. 11 *Liberate*] quasi dicat, per te unam stabit, nisi feceris, tanta commoditate oblata. 12 *Nam sic ait*] toto hoc versu verba sunt angeli illius qui obviam Christo processisse dictus est, suprà versu 7. *Qui post indict.*] id est, qui duo significavit mihi & fieri per me imperavit: unum, ut gloriam quam in vobis collocaturus est indicem; alterum, ut in hostes immittam ignem judiciorum ipsius: quæ duo Christus dixerat suprà versu 9. & hic Angelus repetit, ὑς ἑφοτ ἀφέπεμψεν. *Tangit pupill.*] ut Deuter. 32. 10. & Psalm. 17. 8. 13 *Agitaturus*] id est, percussurus sum & cæsurus. Synecdoche. *Servis suis*] id est Judæis, qui servitutem ipsis servierant. Est autem hoc & sequente versu ἐργασία versus 9 ut contrà sequentibus per ὑς ἑρωσιν ἐργασία est octavi versus. *Jehovam exerc.*] id est, me filium & sermonem Dei Patris æternum, eum esse qui mittor ad vos, ut hæc jamque prænuntiem, & præstem suo tempore. 15 *Jehovam exerc.*] id est, me filium Dei a Patre missum esse ut habitem in medio vestri, & vos cum gentibus adjuncti mihi, suus mihi populus: sic demonstrat Christus se Jehovam esse; id est, verum & æternum Deum cum Patre & Spiritu sancto. 16 *Jehudam*] id est, Ecclesiam suam, typicè. *Eliget*] ut suprà 1. 17. 17 *Sile universa*] apostrophe ad hostes, gloriosè prædicans majestatem & amplitudinem regni Christi in Evangelio, cui nemo ausit obmurmurare, nedum obsistere. *Excitatus fuerit*] id est, processerit tanquam e cubili suo in publicum, ad regendam Ecclesiam suam Evangelio.

In Caput III.

1 *Postea*] Tertia pars prophetiæ, ut diximus suprà 1. 7. nimirum enarratio consiliorum Dei quæ ad gloriam suam erat præstiturus, duobus membris continetur: prius est de administratione Dei in Judæa, in qua agitur de beneficiis Dei erga suos, hoc & sequente capite; & de judiciis contra immorigeros, capite 5. quæ duo perstrinxerat Propheta præcedente capite: posterius, de servandis electis e media Babylonia, capite 6. Eorum autem quos Deus agnoscit pro suis in Ecclesia quam patres mysticam nominarunt, primas obtinet caput, nimirum Christus sacerdos summus, de quo hoc capite; secundas verò corpus Christi, id est, Ecclesia catholica ex electis Dei adunata, de qua sequente capite. Capitis autem Ecclesiæ, & sacerdotis summi ratio duplex est: una, typica in Jehoschuhha, usque ad versum 8. altera, simplex quam typus significabat, tribus versibus ultimis. In typo tria observanda sunt; defensio quam Christus suscipit pro servis suis adversus satanam, duobus versibus; remissio peccatorum & justificatio per idem, tribus sequentibus; & officii debiti restipulatio promissione conjuncta, versu 6. & 7. *Jehoschuhham*] de quo Chaggai 1. 1. & 12. & 2. 2. *Stantem coram*] id est, ministrantem Christo, & agentem typum ipsius in Ecclesia. *Satanam*] id est, adversarium: ut Jobi 1. 6. 2 *Jehova*] Christus, angelus Jehovæ, coram quo Jehoschuahh stabat. *Increpet*] id est, Deus Pater verbo suo potente depellat te a tribunali suo, & accusandi facultatem adimat tibi; justificans servum suum, & secundum eum pronuntians. *Qui eligit*] id est, propter electionem suam faciat. *Nonne hic est*] brevis contestatio evincens malitiam satanæ. quasi dicat, quid? nonne audis hoc esse consilium Dei? quin potius nonne vides ex liberatione mirifica jam antè præstita, & cognoscis Deum in hoc homine, quem ex incendio eripuit, statuisse efficere voluntatem suam? quid tu Jehovæ obniteris? 3 *Vestibus sord.*] infirmitatum suarum peccatorumque suorum symbolis. 4 *Respondens*] Christus, peccata remittens, & justificans impios. *Eos qui stab.*] id est, angelos, qui ministerii causa mittuntur propter eos qui hæredes salutis futuri sunt, Hebr. 1. 14. est autem hoc humanitus dictum: nam remissionem peccatorum & justificationem unius Christi est conferre per Spiritum. *Vide*] id est, ex hoc signo rei veritatem perspice: ut Jirmei. 1. 10. 5 *Imponunto*] id est, induatur hic rebus omnibus tum ad sacerdotium perfungendum pro Ecclesia, tum ad suam ipsius vitam sanctè traducendam & Deo probandam necessariis. Nam omnis sacerdos & minister Ecclesiæ Christi tum pro Ecclesia instruendus est a Christo donis suis publicis (quæ hic designantur cidari sacerdotali ornamento) tum etiam pro se ipso donis suis singularibus. Habent enim (ait Augustinus) duo quædam: unum, quòd Christiani sunt; alterum, quòd præpositi sunt. Illud quòd Christiani sunt, propter ipsos est; quòd autem præpositi sunt,

sunt, propter Ecclesiam est. In eo quòd Christiani sunt, attenditur ipsorum utilitas; in eo quòd præpositi sunt, non nisi Ecclesiæ. *Angelo Jehovæ*] id est illicò: dictum ac factum, quod ajunt. 6 *Tum contestatus*] tertius locus typi, restipulatio cum promissione, ut diximus in versum 1. 7 *Dabo tibi ambulat.*] id est, constituam te in eadem dignitate qua sunt angeli Dei in cœlo, & inter ipsorum myriadas in eadem Ecclesia cõversaberis: Matth. 22.30. & Hebr. 12.22. *Astantes*] id est angelos, ut suprà versu 4. 8 *Audi jam*] altera pars capitis, ut diximus suprà versu 1. qua Propheta instituto in Ecclesia typico Sacerdotio, transit ad complementum & veritatem illius in Christo, & tria illa membra typo attributa veritati accommodat. Primùm enim Christo, qui promittitur hoc versu, attribuit firmitatem administrationis & consiliorum omnium ad defensionem Ecclesiæ, deinde justitiam ad justificationem & sanctificationem illius, ac postremò redemptionem ad promissiones æternæ pacis præstandas: ut Christus nobis a Deo Patre factus est sapientia, justitia, sanctificatio, & redemptio, 1. Corinth. 1 30. *Amici viri*] id est, Sacerdotes omnes, quorum præpositus es administrationi, ut magister discipulis præest, & præses assessoribus. *Ostento sunt*] vide Psal. 71.7. *Germen*] id est, Christum Jehovam: ut Jeschahh. 4.1. Jirmej. 23.5. & 33.15. de quo etiam copiosiùs infra 6.12. & sequentib. 9 *Lapis ille est*] altera allegoria, significans firmitatem Christi, & Ecclesiæ superædificatæ Christo. *Coram Jehosch*] id est, in Ecclesia, ubi Jehoschuahh typum agit illius. *Apponens lapidi*] id est, perfectissimè adhibens ei absolutissimam providentiam meam, ut infrà 4. 20. & in eo collocans ipsam, ut perfungatur administratione sua ex voluntate Patris. Nam providentia Dei, oculis: perfectio septenario numero figuratur. De lapide autem vide Psal. 118.22. & Jeschahh. 28.16. *Sculpturus sum*] id est, eâdem operâ, & ornamenta omnia in eo depositurus sum, tradito sine mensura spiritu justitiæ, sanctificationis, & vitæ; & per eum remissionem peccatorum, ornamentáque omnia cum Ecclesia communicaturus: metaphora à structoribus lapides politos sculpentibus, rudes verò & impolitos cædentibus, ut apti sint ædificio. 10 *Vocabitis*] id est, agetis in pace, ut 1. Reg. 4.24.

In Caput IIII.

1 *Deinde*] Transitio ad descriptionem secundæ materiæ beneficiorum Dei, id est, Ecclesiæ catholicæ: ut diximus suprà 3. 1. ad cujus contemplationem Propheta se transtulisse dicit excitatione, tanquam si ad amplitudinem superioris visi infirmitate carnis suæ obdormivisset, hoc versu. Sunt autem in hac Ecclesiæ descriptione partes duæ: typus, versu 2. & 3. & interpretatio typi, sequentib. quæ duo toto hoc capite tractantur διαλογισικῶς. *Reversus*] id est, à Jehoschuhha conversus ad me, & mecum sermonem habens. 2 *Lychnuchus*] typus Ecclesiæ præstantissimæ coram Deo, cujus singula membra deinceps à Christo explicantur. 4 *Cumq; respondissem*] id est, petenti angelo narrassem visionem oblatam. Hic autem trãsitur ad interpretationem typi quam Propheta postulat, hoc versu; & angelus ad eam accipiendam Prophetam excitat, sequente ver. tum ad singularem interpretationem descendit. 6 *Respondens itaque*] quemadmodum typi duæ sunt partes duobus versib. distinctæ, ita etiam quæstiones Prophetæ & responsiones Christi in duas partes distinctæ sunt: prior respondet typo secundi versus, usque ad versum 11. posterior verò respondet typo versus tertii, quatuor versibus ultimis. In hoc autem priore responso ponitur primùm interpretatio κατ' ἀναίρεσιν καὶ θέσιν, hoc & sequente ver. deinde confirmatio, tribus alteris. *Verbum*] adumbratum hujus visionis typo. *Ad Zerubbabelem*] ducem populi Dei, ac proinde typum Christi Regis æterni nostri. *Non virtute*] q. d. quemadmodum lychnucho illi & instrumentis illis sive faciendis & constituendis, sive curandis, nulla ars humana, nullæque vires adhibentur; sed Deus spiritu fecit, & suo perpetuò curat per eundem spiritum: ita etiam populus meus & Ecclesia mea nullo consilio aut humanis viribus restituetur est; curabitúrque porrò & conservabitur ne sua quidem & ducum suorum opera, sed unica virtute spiritus mei. 7 *Cujus es*] apostrophe ad adversarios, qui sibi præ Zerubbabelis Judæorúmque tenuitate montes magni esse videbantur, & officiebant ei, ut narratur Hhezræ 4. & 5. q. d. putarísne vos vestri juris esse? aut populum meum esse in jure vestro? imò verò quicquid agatis, mei juris estis, neque potestis manus meas effugere. *In planitiem es*] id est, plana sunt virtute spiritus mei Zerubbabeli, & facilia omnia. *Nam proferet*] id est, exædificabit invitis vobis, & lapidem summum imponet ædificii. *Cum fragosis*] id est, favente & acclamante cum summa lætitia populo; cujus clamoris summa effingitur à Propheta, cùm dicit, gratia gratia. q. d gratia Dei domus perfecta est, non merito aut virtute nostra; & gratiâ Dei porrò curabitur, quod exoptamus ex animo. Sic jubet Propheta populum agnoscere & prædicare veritatem superioris typi. 8 *Fuit enim*] confirmatio, ut diximus versu 6. à testimonio Dei Patris consilium suum exponentis Christo, quod ipse Propheta narrat nudis & apertis verbis. 9 *Misisse me*] ut suprà 2. 13. 10 *Nam quis*] alterum argumentum, à providentia & studio Dei Patris. Deus (inquit Christus) non tantùm dixit, sed etiam procurat infinita providentia sua: quis ergo interverterit? Deus delectatur eo, quis spreverit? *Parvorum oper.*] id est, tenuium principiorum istorum, quæ ducta sunt in exstruenda domo. *Ad lapidem illum*] summum, de quo versu 7. *Septem isti*] de quibus suprà 3. 9. *Oculi ingenti*] id est, infinita Dei providentia. 11 *Amplius*] secunda pars anagoges, ut diximus in versum 6. qua Propheta scisciatur, duobus versib. & angelus respondet, duobus alteris. 12 *Denuò*] id est, accuratiùs & minutatim scisciatans: hic enim exprimuntur visionis partes quas antè Propheta reticuerat, versu 3. Nam utrimque adstabant lychnucho erectæ oleæ, quarum rami ad lecythum lychnucho impendentem spectabãt: supra lychnuchum duo erant tubi aurei, quorum os inferius lecytho oleum infundebat, superius verò (quod spatii majoris erat) accipiebat ex olearum baccis, quæ memorantur hoc versu. 13 *An nescis*] ut suprà versu 5. excitantis ad attentionem verba. 14 *Hæ sunt duæ*] hoc responso Angelus satis habuit demonstrasse interpretationis viam, cùm priorem tantùm quæstionem explicat. q. d. duæ istæ arbores figurant omnimoda spiritus dona à Deo in æternũ ad Ecclesiam perventura per Christum. Hinc autem facilè eruitur secundæ quæstionis interpretatio, nempe duas baccas tubósque significare demensum spiritus abundans, & in Ecclesiam à plenitudine Christi suis modis, tanquam rubulis, indesinenter defluens. *Quæ permanent*] id est, quæ in Christo sunt, & per Christum Ecclesiam perfundunt benedictionibus æternis.

In Caput V.

1 *Deinde*] Tertiam partem prophetiæ, diximus suprà 3. 1. enarrare duo genera consiliorum Dei. Ac de beneficiis quidem illius in suos dictum est duobus capitibus: nunc posterius consiliorum genus agitur, nempe judiciorum contra Judæos immorigeros, toto hoc capite. Tria autem typicè simul & anagogicè ad illud pertinentia hoc capite proponuntur: primum est, exsecratio descripta & quasi relata in acta Ecclesiæ ex consilio Dei, quatuor versib. secundum, improbitatis, scelerúmque gravissimorum quibus irritatus est Deus descriptio, & divini ordinis in eis observandis, quatuor alteris; tertium, sententiæ exsequutio, tribus versibus ultimis. *Volumen*] ubi descripta erat sententia exsecrationis. *Volabat*] id est, celerrimè obibat terram. 2 *Longitudine*] id est, volumen amplissimum, quo tum innumera peccata hominum, tum infinita maledictio continetur copiosissimè. 3 *Hanc exsecr.*] id est, quæ hoc volumine continetur: synecdoche. *Quisquis furatur*] id est, hujus voluminis scriptura sententiam fert in Judæos pervicaces qui hic in peccatis vivunt, & se nihilominus justitiæ alicujus specie innocentes planè confirmant esse; quamvis maximorum scelerum teneantur cùm in secundam legis tabulam, tum etiam in primam quæ duo synecdochicè designantur furti & juramenti nominibus. *Ut illa*] id est, æquè ac reliqua terra impudentes sunt in defendendo & probando peccato suo; haud secus ac si nunquam novissent Deum ampliùs quàm terra reliqua. 4 *Et ligna ejus*] id est, perdat eam funditus, ita ut ne vestigia quidem reserventur. 5 *Posteà*] secunda pars capitis, nempe communis improbitatis descriptio, & divini ordinis, ut diximus in versum 1. qua Propheta docet omnes improbos ex Judæis providentia Dei in acervum unum & quasi modium comportatum, & gravissimo decreto ejus ac ineluctabili obsignatum iri. 6 *Hic est oculus*] id est, hæc est cognitio illa verissima quam Deus habet in Ecclesia sua de toto sceleratorum corpore. Sic autem agit cum Propheta Deus, ut primùm è longinquo cernat, deinde specie illa appropinquante discernat tres illius partes quæ ponuntur sequente versu, & exponuntur versu 8. 7 *Massam plumbi*] typum firmitatis & immutabilitatis quæ futura erat in decreto Dei adversus Judæos, qui sanctum fœdus faciebant irritum, quasi pondus imponeretur, ne ligati judicio Dei & Ecclesiæ ipsius effugerent è suo carcere. *Mulierem*] figurantem corpus impiorum omnium Judæorum ejiciendorum ex Ecclesia. 8 *Hæc est ipsa improb.*] id est, hæc mulier typus est impiorum ex Judæis, qui in unum collecti asservantur & obsignantur, comparati ad illud judicium Dei subeundum quod sequentibus exponitur. *In os*] super fœminam videlicet, ut asservaretur inclusa & ligata velut firmo carcere, donec judicium efficeretur quod exhibuit Christus videndum, sequentibus. 9 *Tum attollens*] tertia pars capitis, de exsequutione sententiæ Dei, facta in Ecclesia post cognitionem legitimam: quod libri Hhezræ & Nechemjæ docent. In qua exsequutione duo sunt observanda; unum, evictos impietatis & improbitatis extra Ecclesiam deportari, hoc versu; alterum, in Babyloniam relegari, pro eo quod est, adjudicari atque implicari eodem judicio, quod manebat Judæos cæteros qui Babylonicam vitam piæ & sanctæ in Judæa vitæ prætulerant, versibus sequent. *Duæ mulieres*] quæ designant Ecclesiam duorum temporum: unum est cùm Hhezra ex Babylonia in Judæam missus Ecclesiam constituit, & ab impiis illis quibus commaculata erat Ecclesia repurgavit, Hhezræ 9. & 10. alterum, cùm Nechemja adhibito Sacerdotum consilio similiter fecit, ut legimus Nechem. 13. Quamobrem hæc tempora appellationem mulierum habent, quia ferè cum muliere comparatur Ecclesia, sive singularis aliqua sit, sive catholica: duæ verò ponuntur mulieres ad distinguenda duo illius tempora. *Habentes ventum*] id est, expeditissimæ ad exsequendum voluntatem Dei, ut Hhezræ 10. 8. quò spectat etiam alarum amplitudo sequentibus verbis expositæ. *Inter terram & cælum*] id est palàm, publica sententia & exsequutione illius; ut quæ efferuntur in aërem, oculis omnium quàm longissimè exponuntur. 11 *Ut ædificet*] id est, relegat foras extra Ecclesiam relegatione perpetua. Nam cùm perpetua habitatio aut certè diuturna in scripturis dicitur, figuratur sæpè domus ædificatione: ut Jirmej. 29. 5. & 28. *Schinhharis*] vide Genes. 10. 10. *In basi sua*] id est, in sede illa, ubi jam anteà fundati & radicati corruptissimos suos mores hauserant, & ubi fratres ipsorum neglectis Dei beneficiis sedes suas fixerant; ut narratur 1. Chronic. 4. 22. & 23.

In Caput VI.

1 *Deinde*] Posterius hoc tertiæ partis in prophetia membrum (ut diximus suprà 3. 1.) ostendit quamvis perdita & deplorata esse videantur omnia in Babylonia, electos tamen inde servatum iri per misericordiam ipsius: quamobrem primùm exponit ministerium quod Deus adhibet perficiendis suis consiliis, usque ad versum 7. deinde narrat singulare symbolum quo Deus Ecclesiam electorum cùm in Babylonia, tum in Judæa versantium de reconciliatione, gratia, & cura sua, promissionibúsque in Christo implendis confirmavit, ad finem usque capitis. *Quatuor currus*] hos currus plerique omnes numero decepti putarunt ad monarchias quatuor pertinere, & se ipsos plurimùm torserunt ad detorquendum contextum in varias interpretationes: nos missis præjudicatis omnibus vilionem ex verbo angeli interpretamur, & assensuros nobis confidimus qui ad argumentum bene attenderint. Sunt igitur quatuor currus, acies vel comitatus angelorum ex mandato Dei diligentissimè omnes orbis partes obeuntium, & cæpestentium jussa illius: montes duo chalybei sunt signa potentissimæ & impervestigabilis Dei providentiæ, ex cujus abdito firmissima & ineluctabilia consilia prodeunt: equi celeritatem significant: itaque summa est, Deum quidem tum ad superiora, tum etiam ad cætera sua consilia præstanda & perficienda (quæ in recessu latent providentia ejus) abundare administris, per quos omnia cognoscat verissimè, & perficiat justissimè ac fidelissimè; quemadmodum etiam Christo æterno Dei Patris Filio in eandem sententiam equi attributi sunt, suprà 1. 8. quia Christus est fapientia Dei & potentia Dei: sed in hoc singulari negotio angelis uti tanquam salutis bonorum administris, ad pios in media Babylonia regendos, reconciliandos sibi, & adducendos ad cultum suum; ne forte omnes qui extra Judæam erant excidisse aliis à salute Dei putarentur, aut ipsi in desperationem conjicerentur. 2 *Rufi*] vide suprà 1. 8. 3 *Badii*] id est, quorum præcipuus quidem color erat badius, sed ita ut quasi grandineæ guttæ interspersæ essent. 5 *Venti cælorum*] id est, angeli ex quatuor cœli partibus se sistentes Deo, & ab illo excurrentes ad exsequenda mandata illius; ut Ijobi 1. 6. & 1. Reg. 22. 19. 6 *Qui sunt in illo*] id est, equi illi rufi, nominati versu 2. quos digito indicabat Christus. Sensus est, istorum angelorum & administrorum Dei pars major in Babyloniam profecta est, ut curarent Judæos qui adhuc hærebant inter hostes: pars verò in Judæa fuit occupata, ut populo Dei in illa versanti ministraret. *In terram Aquil.*] id est Babyloniam, quæ respectu Judææ Aquilonalis

sonalis dicitur. *Terram Merid.*] id est, Judæam, quæ respectu Babyloniæ (ad quam angeli alii profecti erant) meridiana est. 7 *Badi*] altera pars capitis, narratio curæ quam Deus ministerio angelorum gerit tum in Judæa, hoc versu, tum in Babylonia, versib. seq. *Quærebant*] id est, deposcebant sibi ultrò Judææ procurationem. *Edixit*] Christus angelorum princeps. *Equa*] hanc vocem in contextum visum est inserere, quia verbum genere fœmininum est. Constat autem equabus celeritatem inesse maximam, quod Propheta genere innuit. 8 *Et accersens*] secundus narrationis locus; (de qua proximè præcedente versu) exponit primum efficacitatem Dei in suorum animis, hoc versu; deinde professionem publicam piorum erga Deum, & Dei vicissim erga ipsos, reliquo capite. *Tranquillarunt*] id est, & certos homines ad respiscentiam pietatemque adducendo, & alios in ea continendo effecerunt, ut Judæos omnes qui in Babylonia hærent non excludam gratiâ mea: sic Deus opus sui spiritus tribuit angelis administris honorificè. 9 *Tum fuit*] transitio ad narrationem publicæ illius professionis quam Judæi pii, quotquot in Babylonia supererant, fecerunt per legatos suos; & vicissim testimonii quod illis publicè perhibuit Deus facti coronis, hoc & sequente versu; promissionibus subjectis de regno Christi, versu 12. & 13. & donario palàm in Ecclesia ad documentum publicum proposito, duobus versibus ultimis. 10 *Qui veniunt*] religiosè oblationem facturi Domino. 11 *Jehoschuhha*] qui typus erat Christi: ac proinde coronis impositis regnum illius figurabat, de quo versu 12. & 13. 12 *Ecce Virum*] quasi dicat, ecce typus es viri illius, &c. *Germen*] de quo suprà 3. 8. *Loco suo*] id est, propriâ suâ gente ac sede, quam veteres Prophetæ designarunt. 13 *Ædificaturus*] prophetia & prædicatione Evangelii. *Consilium*] id est, evangelizabit pacem; atque iis qui procul sunt atque iis qui in Judæa sunt, utrosque in uno corpore reconcilians Deo per crucem, Ephes. 2. 13. & sequentibus. 14 *Pro Chelemo*] & longinquis omnibus, qui cum ipsis & ipsorum exemplo Deum accessuri sunt: synecdoche. *In memoriale*] id est, ut hoc monimento confirmentur pii longinqui se Deo acceptos fore, & propinqui intelligant jus longinquis esse cum ipsis ad Deum accedendi: quo consilio Reubenitæ, Gaditæ & Menaschitæ altare eis Jardenem olim exstruxerant, Jehoschuhh. 22. 15 *Misisse me*] ut suprà 2. 15. *Cùm omnino*] id est, post illud tempus quo ædificaveritis templum Dei, & prophetias singulares suprà enuntiatas feceritis; post illud, inquam, tempus regnum hoc Christi ad Ecclesiam venturum est.

CAPUT VII.

Deus Judæos de observatione jejunii propter eversum templum instituti consulentes ipsum, admonet de jejuniorum vanitate, nisi pietati justitiæq; studeatur, & majorum exemplo probat: itaque eos ad præsentis misericordiæ sensum, beneficiorumq; amplius promissorum revocans, ad pietatem & veritatem hortatur, jejuniumq; abolens lætitiam imperat propter præsentem gratiam, & futurorum in Ecclesia bonorum amplitudinem.

1 "ROSTEA fuit anno quarto "Darii Regis; fuit verbum
Jehovæ ad Zecarjam, quarto *die* mensis noni; "Cisle-
2 vo mense:
"Cùm misissent *populus* in domum Dei Scharetze-
rum & Regem-Melecum, "& viros suos; ad deprecan-
dum faciem Jehovæ,
3 Et alloquendum sacerdotes qui aderant domui Jehovæ exercituũ
& Prophetas, dicendo; an fleturus sum "mense quinto, "separando me,
quemadmodum feci jam "aliquot annis?
4 "Fuit igitur verbum Jehovæ exercituum, edicendo mihi,
5 Alloquere "totum populum hujus terræ, & sacerdotes, dicendo;
"cùm jejunatis & plangitis quinto & "septimo *mense*, ut jam "septuagin-
ta annis (an [a] ullo pacto mihi, mihi inquam jejunatis?) [a] Heb. jejunando.
6 Et cùm comeditis, aut cùm bibitis; nónne vos qui comeditis & vos
qui bibitis,
7 Nónne, *inquam, facturi fuistis* secundum verba illa quæ proclamavit Jehova per prophetas priores, cùm esset urbs Jeruschalaim orum de-
ses, & tranquilla, & civitates circumstantes eam; "cùm austral em locum
& humilem regionem *populus* inhabitaret?
8 "Fuitq; verbum Jehovæ ad Zecarjam, ut diceret:

9 Sic loquutus fuerat Jehova exercituum, edicendo; jus veritatis
b Heb. judicate. dicite, benignitatemque & misericordiam exercete b alter in al-
c Heb. vir cū fratre suo. terum:
10 Viduamque, aut pupillum, peregrinum, aut pauperem ne op-
d Heb. vir fratris sui. primitote: & malum d alter alterius ne cogitate cum e animo ve-
e Heb. corde. stro:
11 Sed renuerunt attendere, & præbuerunt humerum refractarium;
aureisq; suas aggravarunt ne audirent:
12 Et cor suum disposuerunt ut lapidem perdiuturnum, ne audiret
legem ipsam & verba quæ mittebat Jehova exercituum spiritu suo
f Heb. per manū Prophetarum. f per Prophetas illos priores: unde fuit fervor *iræ* magnus a Jehova ex-
ercituum.
13 Fuit enim quemadmodum clamantem ipsum non audiverant; ut
ita clamantes ipsos non audirem, ait Jehova exercituum:
14 Sed turbine dispicerem eos in omnes gentes quas non noverant,
& terra hæc desolaretur post eos, destituta transeunte & redeunte: ita
g Heb. desyderii. disposuerunt terram g desyderabilem in desolationem.

Caput VIII.

1 DEINDE fuit verbum Jehovæ exercituum, dicendo,
2 Sic ait Jehova exercituum; Zelotypus fui Tzijonis ze-
lotypia magna, & æstu magno zelotypus fui ipsius.
3 Sic ait Jehova, reversus sum ad Tzijonem; & habito in
medio Jeruschalaimorum; ut vocetur urbs Jeruschalaimorum civitas
veritatis, & mons Jehovæ exercituum mons sanctitatis.
4 Sic ait Jehova exercituum, adhuc sedebunt senes & anus in plateis
Jeruschalaimorum; habens quisque scipionem suum in manu sua præ
multitudine dierum:
5 Et plateæ civitatis replebuntur pueris & puellis, ludentibus in pla-
teis ejus.
6 Sic ait Jehova exercituum, si mirabile est in oculis reliquiarum po-
puli hujus diebus his; *an* etiam in oculis meis mirabile esset? dictum Je-
hovæ exercituum.
7 Sic ait Jehova exercituum, ecce ego servaturus sum populum me-
um; e terra Orientis, & e terra occasus solis.
a Heb. in medio Jeruschalaimorum. 8 Et reducturus eos ut habitent a Jeruschalaimis; eruntq; mihi popu-
lus, & ego ero eis Deus veritate & justitia.
9 Sic ait Jehova exercituum, confirmantor manus vestræ, qui audi-
stis diebus his verba ista; ex ore Prophetarum ipsorum ex quo die fun-
data est domus Jehovæ exercituum, templum ædificandum fuisse.
10 Nam ante dies hos merces hominis non efficiebatur, & merces
jumenti nulla erat; & exeunti ac egredienti nulla erat pax ab hoste, sed
commit-

committebam omnes homines[b] unum cum altero. *b Heb.* virũ cum amico suo: sic vers. 16. & 17.

11 "Nunc verò non sum ut diebus illis prioribus ego, reliquiis populi hujus; dictum Jehovæ exercituum.

12 Nam sementis "pacis est, vitis edit fructum suum, & terra edit proventum suum, cœliq; edunt rorem suum; deniq; facio ut possideant reliquiæ populi hujus omnia ista.

13 "Eritq; ut quemadmodum fuistis maledictioni in gentibus, ô domus Jehudæ, & domus Jisraëlis; ita servem vos & sitis benedictioni: ne timetote, confirmantor manus vestræ. Chaggai 2.19.

14 Sic enim ait Jehova exercituum; quemadmodum cogitaveram malo afficere vos, cùm fervefecissent me patres vestri, ait Jehova exercituum, neq; pœnituit me: Sup. 7.11. & sequentib.

15 Ita conversus cogito diebus his bono afficere Jerusehalaima & domum Jehudæ; ne timetote.

16 Hæ sunt res quas facturi estis: loquimini veritatem alter cum altero;[c] veritatis & pacis jus dicite in portis vestris: Suprà 7.9. *c Heb.* veritatis & jus pacis judicate: trajectio.

17 Et alter malum alterius ne cogitetis cum[d] animo vestro, & juramentum[e] falsum ne ametis: nam omnia hæc *sunt* quæ odi, dictum Jehovæ. *d Heb.* corde. *e Heb.* falsitatis.

18 "Fuit igitur verbum Jehovæ exercituum ad me, dicendo,

19 Sic ait Jehova exercituum, jejunium "quarti *mensis*, & jejunium "quinti, & jejunium septimi, jejuniumq; "decimi futurum est domui Jehudæ gaudio, & lætitiæ, & in solennitates[f] hilares; sed veritatem & pacem amate. *f Heb.* bonas.

20 "Sic ait Jehova exercituum; adhuc *erit* cùm venient populi, & habitatores civitatum multarum:

21 Et adibunt habitatores unius alteram, dicendo, eamus[g] continenter ad deprecandum faciem Jehovæ, & ad "quærendum Jehovam exercituum; eam ego quoq;. *g Heb.* eundo.

22 Ita venient populi multi, & gentes numerosæ; ad quærendum Jehovam exercituum Jerusehalaimis, & ad deprecandum faciem Jehovæ.

23 Sic ait Jehova exercituum, erit diebus illis "cùm prehendent decem homines ex omnibus linguis gentium; prehendent inquam alam viri Jehudæi, dicendo, ituri sumus vobiscum, quia audimus Deum esse vobiscum.

ANNOTATIO IN CAPVT VII.

1 *Postea*] Duo hæc capita unius concionis esse res ipsa indicat. Continentur autẽ illis hæc in universum duo: quæstio de ratione victus a Judæis proposita, his tribus versibus: deinde verò responsum propheticum, utroque capite. *Darit*] de quo sup. 1.1. *Cisleo*] qui plurimùm respondet Novembri nostro. 2 *Cum misisset pop.*] occasio hujus prophetiæ hoc & sequente versu exponitur brevissimè, ac propterea variè ab interpretibus accepta est. Nam alii homines a Scharetzero & Regem-Meleco e Babylonia missos esse, alii Scharetzerum ipsum & Regem-Melecum a deportata multitudine putaverunt: omnes uno ore legationem hanc e Babylonia docuerunt advenisse. Sed nos occasionem & argumentum ipsum postulati spectantes, confirmamus fuisse legationem a populo ipso reduce & in Judæa versante; ut moris erat per legatos viros honestissimos cum sacerdotibus & Prophetis agere. Nam occasio fuit, quòd templum eo tempore absolutum esset; jejunium autem quinti mensis observatum fuerat propter eversio-

nem templi eo menſe per Nebuzar-adanem factam, 2. Reg. 25. 8. **Argumentum itaque** poſtulati a populo qui in Judæa agebat fuit hujuſmodi: cùm jejunium menſis quinti propter everſionem illam fuerit a majoribus conſtitutum, utrum hoc ipſo tempore & jam inſtaurato templo, teneantur Judæi in eodem jejunio pergere, & luctum celebrare prioris templi nomine. Quam quæſtionem non minus, atque adeò magis ad Judæos reduces pertinere conſtat, quàm ad illos qui in deportatione Babylonica deſidebant. *Et viros ſuos*] id eſt, reliquam legationem ſuam; ut propter ordinem & honeſtatem convenit a cœtu magno certos homines conſiliis capiendis, & rebus gerendis delegari. 3 *Menſe quinto*] id eſt, Quintili ſive Julio, die decimo menſis, quo everſum eſt templum, Jirm. 52. 12. quod jejunium in diem nonum Judæi retulerunt. *Separando me*] id eſt, abſtinendo a perſonarum conſortio, & rerum omnium uſu quæ ad lætitiam facerent, ut quàm ſtudioſiſſimè poſſum affligam animam meam. Hujus cautionis in jejuniis obſervandæ exemplum vide Joël. 2. 15. & ſequentibus. *Aliquot annis*] nimirum quinquaginta novem annis in Babylonia a tempore everſi templi, & triginta tribus ab edicto Cyri ad quartum Darii Regis, quo anno hæc demum geſta ſunt. 4 *Fuit igitur*] reſponſum hoc propheticum duobus membris continetur: unum eſt theſis ſive propoſitio generalis documentorum ad pietatem & fidem pertinentium; quam deinduſtria adhibuit Deus, ut oſtenderet populo regnum ſuum in cibo & potu minimè conſiſtere, ut Jeſchahh. 58. ſed in pietate & juſtitia, uſque ad verſum 18. capitis ſeq. alterum eſt hypotheſis ſive reſponſum ſingulare ad quæſtionem propoſitam, temperatum θέσεως antegreſſæ documentis, ad finem uſque capitis. In theſi autem partes ſunt hæ; redargutio præcedentis illorum doctrinæ & vitæ, tribus verſibus ſequent. confirmata per brevem majorum hiſtoriam, reliquo capite: deinde propoſitio gratiæ præſentis, & promiſſionum futurarum Dei, octo primis verſib. capitis 8. poſtremò hortatio ad fidem & obedientiam ex antecedentium locorum argumento, ad verſum 18. uſque. 5 *Totum pop.*] id eſt, & conſulentes, & conſultos admone. *Cùm jejunatis*] redargutionis ſumma eſt, jejunia hæc vobis non imperavit Deus: ſi jejunatis, nihil accedit; ſi comeditis & bibitis, nihil decedit ipſi: videndum fuit vobis, ut ſive jejunaretis, ſive comederetis, viveretis Domino ex præſcripto legis formaque documentorum quam priſci Prophetæ patribus tradiderant. An verò ita ſenſiſtis? an ita feciſtis? hic ergo redargutionis locus. *Septimo*] propter interfectum Gedaljam jejunio inſtituto, 2. Reg. 25. 28. & Jirm. 41. *Septuaginta annis*] & iis amplius ex quo Judæi fuerant deportati: ut demonſtravimus ſupra in verſum 1. ſynecdoche. 7 *Cùm auſtralem loc.*] id eſt, cùm ſtaret regnum Jehudæ & tribus integra, cujus poſſeſſio in his verſabatur maximè, Jehoſchuhh. 15. 8 *Fuit ἡ*] exornatio confirmans redargutionem præcedentem per enarrationem verborum quæ Jehova proclamaverat per Prophetas ſuos majoribus, verſ. 9. & 10. immorigeri majorum animi & obfirmati in Deum, ac poſtremò pœnarum quas Deus ſumpſit de immorigeris, verſibus binis a verſ. 11. 11 *Humerum refract.*] metaphora a bobus obnitentibus jugo. 12 *Ut lapidem*] ſic Jechezk. 11. 19. & 36. 26. de hoc autem lapide vide Jirm. 17. 1. 14 *Poſt eos*] id eſt, eis deportatis. *Diſpoſuerunt*] id eſt, ipſi ſuis peccatis effecerunt: ut confitetur Daniel 9. 16.

In Caput VIII.

1 *Deinde*] Secundus locus θέσεως, ut diximus in verſum 4. propoſitio cauſæ qua Deus ad benefaciendum populo ſuo adducitur, (ea autem eſt ſola ipſius zelotypia ex gratuito fœdere aſſerens & vindicans Eccleſiam ſuam) verſu 2. & 3. & promiſſionum conſequentium, ad verſum uſq; 9. 3 *Veritatis*] id eſt, in qua veritatem ſuam Deus exhibet, & quam ſanctificat ex promiſſionibus. 4 *Adhuc ſedebunt*] id eſt, longævi & tranquilli erunt, fœcundabuntque benedictione mea: nam temporarias promiſſiones ad bona ſpiritualia regni Chriſti referendas eſſe nemo eſt qui neſciat. 6 *Sic ait Jehova*] occupatio, qua Deus titubanti reliquiarum fidei gratioſè proſpicit, oſtendens non eſſe cur ex præſente ſua tenuitate diffidant tam magnificis promiſſionibus: ac propterea efficiendarum illarum rationem exponit, ſequentibus. *Mirabile eſſet*] ac proinde mihi factu impoſſibile. 7 *E terra Orientis*] id eſt, inde ab omnibus extremitatibus terræ, ſynecdochicè. 9 *Sic ait Jehova*] tertia pars θέσεως, hortatio ad pietatem & fidem, ut diximus ſuprà 7. 4. quam Propheta προληπτικῶς exponens hoc verſu, explanat ſequentibus. Nam hortationis primùm documentum affert, deinde verò exemplum præſens: quæ duo per ὑποφοραν ſequentibus exponuntur; exemplum, tribus verſibus; & hortationis documentum, reliquis. *Confirmantor manus*] ut Jeſchahh. 35. 3. *Exore Prophet.*] nempe Chaggai & Zecarjæ, Hhezræ 5. 2. amplificatio hortationis a perſona prophetarum, quorum fides jam ſpectata & explorata erat antecedentibus prophetiis & eventis earum. *Templum æd.*] id eſt, fuiſſe pergendum in ædificatione. 10 *Dies hos*] quibus incubuiſtis in abſolutionem templi. *Merces hom.*] id eſt, quemadmodum non operabamini pro Domino, ita mercedem per Prophetas promiſſam non præſtabat Dominus, ſed rerum omnium penuria afficiebamini, & ab hoſte vexabamini: vide Chaggai 1. 6. & 2. 15. & ſequentibus. 11 *Nunc verò*] poſtquam incubuiſtis in ædificationem templi Dei. 12 *Pacis*] id eſt, tranquilla eſt ab hoſte. 13 *Eritq;*] transitio ad prius membrum, ut diximus in verſum 9. per propoſitionem ſummam tum beneficiorum Dei, quæ exponuntur verſu 14. & 15. tum officiorum populi, verſu 16. & 17. 18 *Fuit igitur*] altera pars prophetiæ, ut diximus ſuprà 7. 4. qua poſtquàm Propheta θέσιν ſubſtruxit de jejuniorum inanitate, & veritatis, juſtitiæ, pietatiſque colendæ neceſſitate; nunc demum oſtendit expreſſis verbis non eſſe tantoperè de jejuniis laborandum: ſed lætandum in Domino de præſente beneficio, pacem veritatemque colendam, hoc verſu; & promiſſiones fide amplectendas, ſequentibus. Quamobrem copulam Hhebraicam interpretati ſumus igitur, ut oſtenderemus hoc membrum eſſe propriè quæſtionis propoſitæ ſuprà 7. 3. ἀναλυτικόν. 19 *Quarti menſis*] quo perrupta fuit civitas Jeruſchalaim orum; ut Jirm. 52. 6. & 7. *Quinti*] de hoc & ſequente ſuprà 7. 3. & 5. *Decimi*] quo menſe inſtituta & cœpta eſt obſidio Jeruſchalaimorum, Jirm. 52. 4. 20 *Sic ait*] amplificatio lætitiæ quam Deus populo ſuo imperat, a promiſſionibus Evangelicis de regno Chriſti ex Judæis & gentibus adunando. 21 *Quærendum*] id eſt, conſulendum: hic verſu ſeq. nam hæc duo ſunt piorum officia coram Deo, orare & conſulere. 23 *Cùm prehend.*] id eſt, pii ex gentibus acceleratim ſe adjungent Eccleſiæ Dei ſtudioſiſſimè: numerus finitus pro infinito: ut Jeſchahh. 3. 28.

Caput IX.

Deus gentibus Judææ conterminis, adeóque exteris ſupplicia prædicit graviſſima, donec Eccleſiæ adunentur & ſe recipiant ad protectionem Dei: itaque Eccleſiæ piorum quæſti

digito

digito commonstrans Christum, redemptionem, pacem, salutem, & bona omnia prænuntiat; Judæosq; omnes hortatur ut à Deo potius fortissimo quàm ab inanibus idolis pendeant, restitutionem Ecclesiæ magnificè præfigurans illis: ac postremò non resipiscentibus ruinam prænuntiat propter oppressos fratres & repudiatum Christum; qui gratiam Dei & pacem Ecclesiæ, quam Judæis obtulerat, sublaturus esse ab eis ostenditur, ut mali perdantur malè.

1 PROPHETIA [a] onerosa *est* verbi Jehovæ [b] in terrã circumstantem te, [c] & Damascus requies erit illius: [d] quia Jehovæ est oculus *spectator* hominum, ut omnium tribuum Jisraëlis.

2 [e] Quin etiam Chamatham [f] terminabit [g] illâ; Tyrũ & Tzidonem, quamvis [h] sapiens sit valde,

3 Et ædificaverit Tyrus munitionem sibi; coacervaveritq; argẽtum quasi pulverem, & effossum aurum quasi lutum platearum.

4 Ecce Dominus expellet eam, & percutiens *deturbabit* in mare præmunitionem ejus; & ipsa igne absumetur.

5 [i] Videns Aschkelon timebit; & Hhazza dolebit quoque valde; etiam Hhekron, quòd pudefecerit *ipsam* exspectatio sua: peribitq; Rex è Hhazza, & Aschkelon non [k] permanebit:

6 Et habitabit [l] nothus Aschdòdi, denique exscindam fastum Pelischtæorum.

7 Cumq; amovero cædes cujusque ab ore ipsius, & detestationes ejus [m] è dentibus ejus, [n] relinquetur etiam ipse Deo nostro; [o] ut sit tanquam dux in Jehuda, & Hhekron ut [p] Jebusæus:

8 Et [q] castra habebo ad domum meam [r] propter exercitum, propter transeuntes, & propter redeuntes, ut nõ pervadat eos amplius [s] exactor: [t] quia jam [u] visum est mihi in oculis meis.

9 [v] Exulta valde filia Tzijonis, clange filia Jeruschalaimorum, ecce Rex tuus adveniet tibi, justus & salute præditus est: pauper, & insidens asino, idq; pullo nato [w] asinabus.

10 [x] Nam exscindam currus ex Ephrajimo, & equos è Jeruschalaimis, exscindetur etiam arcus bellicus: quia eloquetur pacem gentibus, & dominatus ejus [y] à mari uno ad alterũ, & à flumine usque ad fines terræ *protendetur*.

11 [z] Tu autem [aa] infecta sanguine fœderis tui, cùm emisi vinctos tuos è [bb] cisterna, in qua nullæ *sunt* aquæ,

12 *Dicens*, revertimini [cc] ad munitionem, [dd] vincti [ee] sperantes: tum [ff] illo die, [gg] *quod* indico duplum, restituam tibi:

13 [hh] Cùm tetendero mihi Jehudam, arcum implevero Ephrajimo, & excitavero filios tuos, ô Tzijon, contra filios tuos, ô Javan; disponens te tanquam gladium potentis.

14 [ii] Nam Jehova contra hos conspicuus erit, prodeunte velut fulgure sagitta ejus: & Dominus Jehova [kk] buccina clanget, & progredietur procellis meridianis.

15 Jehova

[a] *Heb.* onus: ut Jeschahh. 13.1.
[b] *Heb.* sedebit.
[c] *Heb.* ab inter dentes.
[d] *Heb.* yidis: ut Deut. 12.13.
[e] *Heb.* à mari ad mare.
[f] *Heb.* in sanguine.
[g] *Heb.* spei.

15 Jehova exercituum proteget illos ut comedãt, postquam subegerint lapides fundæ, & bibant strepentes quasi vino, implebuntq; tum cratera, tum angulos altaris.

16 Denique servabit eos Jehova Deus ipsorum die illa, tanquam gregem populi sui; cùm lapides [b] coronarii pro vexillis erunt in terra illius.

b Heb. coronamenti vexillabunt.

17 Nam quantum erit bonum ejus? & quãta pulchritudo ejus? frumentum juvenes, & mustum facundas faciet virgines.

Caput X.

1 PETITE à Jehova pluviam tempore serotinæ; Jehova effecturus est nimbos, & pluviam [a] imbriferam editurus eis, cuique herbam in suo agro.

a Heb. imbris.

2 Nam imagines loquuntur vanitatem, & divini vident falsum, & somnia vana loquuntur, vanitate consolantur: idcircò proficiscentes velut grex, telli-

ficati sunt nullum fuisse pastorem.

3 Contra pastores istos accẽsa est ira mea, & in istos hircos animadverti: nam visitavit Jehova exercituum gregem suum, domum Jehudæ, & dispositit illos velut equum decoris sui in bello.

b Heb. belli.

4 Ab ipso fuit angulus, ab ipso clavus, ab ipso arcus [b] bellicus; ab ipso processit omnis exactor pariter:

5 Fueruntq; similes potentibus conculcantibus lutum platearum in bello, cùm præliabantur: quia Jehova cum ipsis erat, & pudefecerunt eos qui insidebant equis.

6 Corroborabo autem domum Jehudæ, & domũ Josephi servabo, & tranquillè collocabo eos, quia misereor eorum, eruntq; ac si non abjecissem eos: quia ego sum Jehova Deus eorum, & exaudiam eos.

c Heb. cor: sic deinceps.

7 Eruntq; similes potenti Ephrajimitæ, & lætabitur [c] animus eorum quasi vino; & filii eorum videntes lætabuntur, exultabit animus eorum in Jehova.

8 Sibilans ad eos congregabo eos, cùm redimam eos: & multiplicabuntur sicut multiplicati fuerant:

9 Et disseminabo eos in populos, ut in longinquis locis recordentur mei; & viventes cum filiis suis revertentur.

10 Ita reducam eos è terra Ægypti, & ab Assyria congregabo eos, & in terram Gilhhadis, Libaniq; adducam eos: sed non sufficiet eis.

11 Quamobrem transiens per mare angustiâ, percutiet in mari fluctus, arescentq; omnia profunda rivi; & dejicietur fastus Assyriæ, sceptrumq; Ægypti amovebitur.

12 Roborabo autem illos in Jehova; ut in nomine ejus continenter ambulent, dictum Jehovæ.

CAPUT XI.

1 APERI Libane ᵉjanuas tuas, ut consumat ignis ᵉcedros
2 tuas.

Ejula ᵉabies, quia corruit cedrus, quia magnifici vastantur: ejulate ᵉrobora Baschanis, quia concidit
3 ᵉsylva vindemiæ.

Vox ejulatus ᵉpastorum, eo quòd vastetur ᵉmagnificentia eorum; vox ᵉrugitus leonum, eo quòd vastetur ᵉfastus Jordanis.

4 ᵉSic ait Jehova Deus meus, pasce ᵉoves has interfectionis,
5 Quas possessores earum interficiunt, ᵉneque habentur rei, & eorum ᵉqui vendunt ipsas quisque dicit benedictus Jehova, quòd ditatus
sum; & pascentium eas nemo clementia utitur erga eas.
6 ᵉNam non utar clementia amplius erga ᵉhabitatores hujus terræ, dictum Jehovæ: sed ecce ego ᵉfaciam ut præstò sint homines ᵃ alter in manu alterius & in manu Regis sui, quibus contundentibus terrã hanc non eripiam e manu eorum.

ᵃ Heb. vir in manu amici sui.

7 ᵉItaq; pavi oves interfectionis, vos, *inquam*, ô pauperes gregis; & accipiens mihi duos baculos, quorum unum vocavi amœnitatis & alterum vocavi ᵉdevincientium, pavi oves illas.
8 ᵉEt excidi ᵉtres pastores ᵉmense uno: ᵉimminuto animo meo propterillos, quòd etiam animus eorum odisset me:
9 ᵉEt dixi, non sum pasturus vos; ᵉquæ moritura est moriatur, & quæ excindenda est excindatur, & reliquæ comedant ᵇ altera carnem alterius.

ᵇ Heb. mulier carnem amicæ suæ.

10 ᵉItaque accipiens baculum meum, *baculum* jucunditatis, succidi ipsum; irritum faciendo fœdus meum quod pepigeram cum omnibus
populis istis.
11 Irritoq; facto die illa; agnoverunt rectè ᵉpauperes illius gregis qui observabant me, verbum Jehovæ esse.
12 ᵉDixeram enim ad illos, si bonum *videtur* in oculis vestris, date mercedem meam; sin minus, desistite: qui appenderunt mercedem meam triginta argenteos.

Matt. 26. 3. & sequentibus.

13 Edixit autem Jehova mihi, ᵉprojice eos *conferendos* in figulũ, ᶜ ᵉmagnificum pretium quo pretiosè æstimatus sum ab illis: ita accipiens triginta argenteos projeci eos in domum Jehovæ, *conferendos* in figulum.

ᶜ Heb. magnificentiã pretii.

14 Posteà succidi baculum meum secundum, *baculum* devincientiũ; irritam faciendo fraternitatem inter Jehudam ᵈ & Jisraëlem.

ᵈ Heb. & inter Jisraëlẽ.

15 ᵉTandem edixit Jehova mihi, ampliùs ᵉsume tibi instrumentum pastoris stulti.
16 ᵉNam ecce ego suscitaturus sum pastorem in hac terra *qui* ᵉ errati-
cas non visitabit, ᶠ ætate teneram non requiret, & fractam non curabit,

ᵉ Heb. celatas.
ᶠ Heb. puerum.

restitantem non portabit: sed carnem pinguioris comedet, & ungulas earum perrumpet.

17 Væ pastori nihili, derelinquenti gregem: gladius imminet brachio ejus, & oculo dextero ejus; brachium ejus [g] prorsus arescet, & oculus dexter ejus [h] omnino caligabit.

[g] *Heb.* arescendo.
[h] *Heb.* caligando.

ANNOTATIO IN CAPVT IX.

1 *Prophetiæ oner.*] Hujus prophetiæ (quæ tribus capitibus comprehenditur) partes in universum sunt quatuor; prima est prophetia de hostibus Ecclesiæ frangendis & domandis, octo primis versibus; secunda, de Ecclesiæ per adventum Christi pace, salute, gloriaque decoranda ad gloriam ipsius, reliquo hoc capite; tertia, confirmatio est & exornatio utriusque loci per hortationem, capite 10. quarta denique prophetia est de judicio Dei horrendo adversus gentem Judæorum obstinatè reluctantem administrationi Christi, capite 11. Hanc autem inscriptionem ad totam prophetiam pertinere minimè putandum est; sed tantùm ad primam illius partem, prout modo a nobis distincta est, quæ hostibus Ecclesiæ universè exitium denuntiat una voce; tum verò Damascenos primùm, hoc verbi deinde Chamathæos, Tyrios, Tzidonioisque, tribus sequentibus; ac postremò Philistæos nominat, tribus alteris finemque judiciorum subjicit, octavo versu, qui versus est ad prophetiam secundam *μεταβατικὸς*. *Interpretatio circumst.* id est, Deus gravia illis regionibus mala prænuntiat quæ sunt in circuitu tuo, Judæa, & quæ per vicinatem impia sævaque odia & bella in Judæos exercuerunt. Aliter quidem interpretantur omnes illud vocabulum, quo Zecarja utitur; perinde ac si Chadrac nomen esset proprium loci, regionis, aut Regis in Damasco regnantis: sed cùm nihil horum aut in scripturis, aut in historiis fide dignis exstet, quod meminerimus; maluimus vocem hanc ex Syrica lingua interpretari, tum quia Propheta de illis gentibus agit apud quas lingua Syrica obtinebat, tum quia sic interdum Prophetæ ludificantur gentes ex ipsorum linguis venustatis ergò, ut Jeschahh. 14. 4. & Jirmi. 25. 26. & 51. 41. Hunc autem sermonem Propheta habet ad promissam terram, quæ temporaria fuit Ecclesiæ species. *Et Damascus*] id est, regno Damasceno insidebit & incumbet onus hac prophetia denuntiatum, ac in eo conquiesceret. *Quia Jehovæ*] id est, quia Deus infinita majestate sua tam bene perlustrat homines reliquos, quàm populum suum Israëlem; & quemadmodum in populum suum animadvertit, ita etiam de aliis cogitat, & in eos animadversurus est pro officio suo, Genes. 18. 25. 2 *Quinetiam*] secundus locus in regnum Chamathæ, Tyrum, & Tzidonem, ut diximus versu præcedente. De regno autem Chamathæ vide 2. Chron. 8. 15. & 16. *Terminabit*] terminos ejus deintegro disponet oculus sive providentia Dei arbitratu suo: pro eo quod est, edomabit & reget ad Ecclesiæ bonum. *Illâ*] videlicet requie onerosæ prophetiæ, hoc est, onerosæ hac & gravi prophetia, quæ suo tempore incumbet ipsi: sic sequentibus. *Sapiens sit*] vide Jechezk. 28. 3. & sequentibus. In omnibus autem his prædicit Propheta res gerendas ab Alexandro Macedone, & porrò prosequendas ad regnum usque Christi; ut priores cùm evenissent, populum de venturis posterioribus confirmarent: quod summopere fuit necesse in maximis rerum difficultatibus quibus Judæi oppressi sunt, usque ad adventum Christi. 5 *Videns Aschkelon*] tertius locus in Philistæos, ut diximus in versum 1. 6 *Nothus*] id est, non suus ac legitimus hæres, sed infamis extraneus Philistæam obtinebit. 7 *Amovero cædes*] id est, remisero peccata præcedentia & expiavero: promissiones Evangelicæ de vocatione gentium, quæ cùm inimicæ essent reconciliatæ sunt Deo per mortem filii ejus, Rom. 5. 10. *Relinquetur*] id est, reliquiæ ex ipsis servabuntur per electionem gratiæ. *Ut sit tanquam*] id est, eodem loco habeatur cooptatus in populum Dei, ac si una tribus Judæorum esset: quæ tribus ducis nomine designatur synecdochicè, ut Judic. 6. 15. *Jebusæus*] Aravna, qui honorabilem obtinuit locum in populo Dei, 2. Schem. 24. 16. & sequentibus. 8 *Castra habebo*] id est, protegam ab omnibus impressionibus & periculis hostium, allegoricè. *Propter exerc.*] hostium irrumpentium. *Exactor*] id est, ullus qui opprimat, ut infrà 10. 4. *Quia jam visum*] id est, hæc faciam addictus solo beneplacito meo. 9 *Exulta*] secunda pars prophetiæ, hortatio ad lætitiam propter adventum Christi, hoc versu; & constitutionem Ecclesiæ futuram per adventum ejus, sequentibus. Hoc autem versu etsi in genere Prophetæ lætitiam imperat Ecclesiæ propter regnum adveniens Christi; tamen non dubium est quin Propheta actus spiritu Dei illum diem quasi digito commonstraverit quo Christus (apud quem justitia & salus latebant in infirmitate carnis) ingressus est Jeruschalaima, paupercula & abjecta specie ac mansuetissima insidens asello: vide Matth. 21. 1. & sequentibus, & Joann. 12. 14. *Asinabus*] id est, ex asina subjugi, ut interpretatur Matth. 21. 5. quæ quia abjugari non solet, pullus natus asinarum, id est, paris unius subjugis dicitur. 10 *Nam excindam*] secunda exultationis causa, quòd non tantùm Rex adventurus est, sed optimam Ecclesiæ constitutionem effecturus collata pace maxima & gentibus ad eamdem pacem convocatis in Ecclesia ipsius; quæ beneficia conferendi rationem & viam Propheta exponit sequentibus, nempe remissionem peccatorum & liberationem in sanguine Christi, versu 11. & 12. eversionem omnis altitudinis & potestatis adversantis Deo, ac protectionem piorum, versu 13. 14. & 15. salutemque & omnis boni gloriosam communicationem cum Ecclesia, duobus versibus ultimis. *Excindam*] id est, faciam ut omnis curruum, equorum, instrumentorumque militarium usus cesset in Ecclesia mea, gentibus reconciliatis cum Deo & Ecclesia per sanguinem Christi, verbo Evangelii pacis, ut narrat Petrus Actor. 10. 34. & sequentibus, & Paulus Ephes. 2. 17. 11 *Tu autem in sectâ fœd.*] id est, tu Ecclesia Judæorum, ex reliquiis constituta quæ integrum in animis suis & intemeratum servarunt sanguinem inspersum fœdere in Christo, quod fœdus olim fuerat initum Exod. 24. His autem verbis confirmat Deus & amplificat liberationem futuram Evangelio Christi, a recente illa liberatione quæ Judæis divinitus obtigerat. *Cisterna*] id est, carcere Babylonico: periphrasis. 12 *Ad munitionem*] id est, Jeruschalaima, quæ urbs munitionum Judæis fuerat. *Vinctis per.*] id est, vos pii & fideles, qui acquievistis promissionibus Dei per Prophetas factis cùm ad vincula raperemini, & stetistis fide. *Illo die*] nimirum quò Rex tuus advenerit. bi, versu 9. *Quod indico dupl.*] id est, beneficium illud infinitum & hoc antecedente longè augustius, quod jam expono promissionibus, præstabo gloriosissimè. 13 *Cùm tetendero*] id est, cum populum meum bellis adquamdiu exercuero & confirmavero contra vires Regum Asiæ & Syriæ: quod gestum est Machabæorum temporibus. Est autem allegorica loquendi forma, quasi Jehuda arcus esset, & Ephrajim sagittarum pharetra. 14 *Jehova ἐφανεία* præcedentis promissi, a magnifica eversione hostiũ, hoc versu; & defensione Ecclesiæ, versu sequenti. *Buccina clang.*] id est, intonabit in illos, ut cùm procellas Notus excitat qui a meridie spirat. 15 *Ut comedant*] id est,

id est, tranquillè fruantur rebus suis, hostiúmque spoliis. *Lapides fundæ*] id est hostes, in quibus olim erant multa funditorum agmina, qui fundis & cestrosphendonis utebantur. *Strepentes*] id est, hilares & gratulabundi; animo ipsorum ita effervescente in laudem Dei, ut si ferverent vino. *Implebuntq́*] id est, gratias agent Deo pro beneficiis acceptis prolixissimè; ut olim solebat Ecclesia sacrificiis; quorum sanguis indebatur crateribus, & angulis altaris infundebatur ex præscripto legis. 16 *Lapides coron.*] i. tropæa coronario opere cincta & lemniscata posita fuerint, & statura grato animo monumenta liberationum acceptarum à Deo. 17 *Nam quantum*] conclusio felicitatis ad Ecclesiam pertinentis in regno Christi, quam Propheta velut in admirationem abreptus duobus modis amplificat: primùm quòd tantum futurum est bonum & tanta pulchritudo Ecclesiæ ut nequeat explicari; deinde quòd tàtopere abundabit, ut juvenes ipsi & puellæ (quorum ætas lubrica faciliùs indormiscit in luxu) ad gloriam Dei prædicandam excitentur.

In Caput X.

1 *Petite*] Tertia pars prophetiæ, hortatio altera confirmans & exornans locos præcedentes, ut diximus suprà 9. 1. qua posita Propheta primùm cõfirmat quæ pro Ecclesia & contra adversarios illius dixerat, quinque primis versib. deinde exornat promissiones, reliquo capite. Confirmat autem Ecclesiam tum à recẽte documento benedictionis Dei in terram, postquam Judæi in opus Dei incumbentes oraverunt ipsum; quod beneficium præstò esse affirmatipsis si in officio perrexerint, hoc versu; tum à malis quæ impiis & inobsequentibus evenire solent judicio Dei; quæ demonstrantur primùm ab idolorum & idololatrarum vanitate, versu 2. deinde ab antecedente experimento deportationis, versu 3. 4. & 5. *Jehova effecit.*] ex promissione Chaggai 1. 6. & 2. 15. cui eventus jam cœperat respondere, suprà 8. 9. & sequentib. 2 *Nam imagines*] ætiologia cur Ecclesia à Jehova petat quæ sibi sunt opus, nempe à vanitate idolorum & idololatrarum miseriis μεταβατικὴ ad secundum hortationis argumentum. *Proficiscentes*] Judæi in deportationem Babylonicam: vide Jirmej. 23. 1. & Jechezk. 34. *Testificati sunt*] ut palatæ oves solent balatum edere, ita vociferantes propter miseriam suam. 3 *Contra pastor.*] id est, duces & principes populi in utroque ordine, de quibus Jirmeja & Jechezkel ibidem. *Disposuit illos*] id est, hostes magnificavit, & quasi habenis duxit ad exsequendum volũtatem suam. 4 *Angulus*] id est, turris oppugnatoria, quam adhibuit Nebucadnetzar: sic autem turres dicuntur synecdochicè, ut Tzephan. 1. 16. *Clavus*] id est, tentoria militaria quæ panguntur clavis. *Exactor*] ut suprà 9. 8. 5 *Eos qui insideb.*] id est, non tantùm vos, sed etiam Ægyptios auxiliares vestros: vide 2. Reg. 24. 9. & Jeschahh. 31. 1. 6 *Corroborabo autem*] exornatio prioris causæ in hortatione positæ, id est, promissionum Dei, quarum complementum pertinet ad regnum Christi. *Exaudiam*] ut pollicitus est suprà versu 1. 9 *Recordentur mei*] id est, annuntient Evangelium, & discipulos cõparent Christo. *Filiis suis*] quos genuerint Evangelio, sive recordatione mei. 10 *Non sufficiet*] vide Jeschahh. 49. 20. & sequentibus. 11 *Quambrem*] id est, eo quòd tam numerosa & copiosa erit Dei benedictio in Ecclesia, amplificabit populus Dei sedes suas, & quasi missis coloniis Assyrios, Ægyptios, & gentes omnes subdet imperio Christi. *Percutiet*] id est, superabit omnes fluctus, nec illis detinebitur quin propagẽt imperium Christi. *Arescentq́*] id est, tam commodè prætervigabunt Nilum, quàm si arefactus esset, ut olim fuit mare rubrum & Jarden. 12 *In Jehovâ*] id est, in Christo capite Ecclesiæ.

In Caput XI.

1 *Aperi Libane*] Quarta hæc pars prophetiæ (ut diximus suprà 9. 1.) exponit judicium Dei horrendum Judæis superventurum propter repudiatum Christum & Evangelium ipsius: quod judicium primùm allegoricè proponitur summatim, tribus versibus; deinde verò minutatim explicatur cum causis antegressis suis, altera allegoria, ad finem usque capitis. Est autem prior hæc allegoria per prosopopœiam enuntiata Libano, & regioni toti; cujus summis, infimis, nobilibus, obscuris, potentibus tenuibúsque incolis ultimum judicium prædicitur. *Januas tuas*] id est, claustra tua & aditus quibus circumunitus es: nam Libano præfectus erat à regibus Persidis saltuarius, Nechem. 2. 8. & observati aditus. Ita demonstrat Propheta, nihil fore tam firmum, quin perrumpatur potente judicio Dei, ut Jordæa tota cum incolis suis, quicunque tandem fuerint, velut accenso igne consumatur. *Cedros*] id est proceres, magnificos, & potentes quosque; sic deinceps, ut exponitur sequente versu. 2 *Abies*] id est, populares quique. *Robora Basch.*] id est, potentes quique. *Sylva vind.*] id est, promiscuus ille numerus tenuium è populo: sic convertitur propositio, ut infimi de summis lugeant, summi de infimis, omnes denique de communi malo: quod sequens versus altera allegoria ostendit, quæ est ad sequentem locum μεταβατικὴ. 3 *Pastorum*] id est, eorum quibus in Republica & Ecclesia cura populi commissa est. *Magnificentia eor.*] id est, tota multitudo populi, in qua est decor principũ, Proverb. 14. 28. & ex cujus spoliis isti se ipsos magnificabant, non ut pastores studiosi; sed ut leones; quemadmodum eos hoc versu nominat, & exponit sequentibus. *Rugitus*] ex desolatione & fame. *Fastus Jard.*] id est, hastus Judææ, quam definit Jarden: qui fluvius propterea hîc nominatur, quòd leones ferè versabantur in solitudinibus ejus. 4 *Sic ait*] fusa hæc judiciorum Dei explicatio (ut diximus in versum 1.) enarrat primùm quidem vocationem & institutionem Christi in pascendo populo, usque ad versum 7. deinde officia ejus, versu 7. ac postremò judicia, ad finem usque capitis. In vocatione duo statuuntur Judæorum genera; quorum uni pascendi committuntur Christo, alteri verò propter impietatem & inhumanitatem suam abdicantur. *Oves has*] id est, tenuem hunc populum qui expositus est pastorum suorum violentiæ, cúmque ab illis vindica. Christus enim revera post ea tempora quæsiturus oves Jisraëlis amissas venit, quibus temporibus fuerant diu à suis pastoribus excarnificatæ inde a Joannis Hyrcani temporibus per Aristobulum priorem, Alexandrum, Hyrcanum & Aristobulum posteriorem, Antipatrũ, Herodem, Sacerdotes, Pharisæos, & Sadducæos, ut veteres historiæ docent. 5 *Neque habentur*] id est, his sceleribus perpetratis impunè abeunt. *Qui venduntur*] id est, ita cum illis agunt, quasi justum in illos dominium obtinerent: quæ mala vide apud Josephum inde à 19. capite libri 13. Antiquit. 6 *Nam*] ætiologia, cur Deus Pater solas oves interfectionis commendet Christo, alias morti adjudicet. *Habitatores hujus*] id est, corpus & universitatem hujus populi, exceptis illis ovibus quæ modò dictæ sunt. *Faciam ut præstò*] id est, tradam alios aliis perdendos interfectionis motibus, ac postremò prodendos regibus ipsorum, postquam ipsi se vulneribus mutuis cõfoderint. Primùm enim ferbuit Judæa tota seditionibus domesticis, ex quibus innumera multitudo potentium cecidit; ac postremò per Romanos Alexandri & Hyrcani discidio provocatos venerunt in manus Antipatri & Herodis magni, qui omnem operam in potentioribus perdendis studiosissimè consumpserunt. 7 *Itaque*] secũdus locus de officio Christi quod ovibus suis exhibuit, nimirum pastione, & ductu, qui ratione pastoritia figuratur duobus baculis pastoralibus: horũ autem prior, qui amœnitatis dicitur, figuravit gratiam & beneplacitũ Dei conquiescens in populo ipsius per Chri-

ſtum prædicatione verbi: posterior verò, qui devincientium baculus appellatur, significat Ecclesiam ex Jehudæ & Jisraëlis reliquis adunatam; quod præcessurum erat ante vocationem gentium, ut prædictum fuerat per Prophetas, & ipse Christus ostendit Matth. 10. 5. & 6. *Devincientium*] supple inter se Judæorum & Jisraëlitarum, ut communi opera serviant Domino: alias interpretationes novimus quidē, sed quod magis probamus & confirmatur infrà versu 14. illud adduximus. 8 *Et excidi*] tertius locus, ut diximus suprà in versum 4. duo judicia per Christū in Judæos effecta narrat: unum, quòd omnem benedictionem sustulit & curam eorum salutarem abjecit, usque ad versum 15. alterum, quòd omnia malorum genera importavit donec consumerentur illi, reliquo capite. Bona autem quæ fuerint diximus præcedente versu: jam eadem bona ademptum Judæis iri ostendit Christus eodem ordine qui superiore versu positus est, & causæ istorum judiciorum attexuntur. *Tres pastores*] id est, omnes doctores, qui Judæis supererant ut instituerentur in cognitione verbi Dei. Nam tria erant summa inter Judæos doctorum genera; Pharisæi, Sadducæi, & Esseni: è quibus quamvis Pharisæi essent probatissimi, si ad legem respexeris, tamen apertissimè primùm reprehenduntur Evangelio, deinde reprobantur planè sententia Christi, ut legimus Matth. 23. *Mense uno*] id est, eodem tempore atque brevissimo. *Imminuto*] id est, non tantùm alienato, sed etiam exacerbato & ad indignationem provocato: μείωσις. 9 *Et dixi*] nempe toti populo, ut videmus factum Matth. 23. 37. *Quæ morituræ*] id est, sublata virga & curatione mea (ut typus ponitur sequente versu) estote deinceps expositi malis omnibus exteris & domesticis ad internecionem. 10 *Itaque*] typus superioris abdicationis. *Populis*] id est, tribubus Jisraëlitarum; ut Judic. 5. 14. 11 *Pauperes illius greg.*] ut vocavit suprà versu 7. reliquias electas & commissas Christo, nimirum Apostolos & discipulos illius. 12 *Dixeram enim*] ætiologia, cur Christus curam pascendi Judæos abjecerit, & pastores repudiaverit. Nam (inquit) jusseram illos mihi conferre mercedem suam, & ad efferendos fructus dignos resipiscentia fueram hortatus: illi verò contrà insensissimo odio persequuti me appenderunt mercedem proditori meo, ut me illo administro perderent. 13 *Projice*] id est, prophetia tua ostēde sic futurum esse: nempe proditorem Judam tactum indignatione facti sui mercedem istam reportaturum esse, quæ Sacerdotibus reddita collocabitur in agro figuli comparando, ut narratur Matth. 27. *Magnificum pretium*] ironicè dictum. 14 *Irritam fac.* id est, testificando à specie typi illos nō amplius inter se adunatos esse, sed dissipatos, & porrò ad extremum usque dissipandos judicio Dei, ut sequens typus demonstrat. 15 *Tandem*] alterius judicii typus, de quo diximus in versum 8. ostendens fore ut tota Judææ administratio sublato Christo sit stulta, ac proinde exitialis populo. *Sume tibi*] id est, hæc sumens demonstra typo, & verbo prænuntia. 16 *Nam ecce*] explicatio typi est bimembris; fore ut Judæa per Reges, administratores, & procuratores sceleratos exhauriatur atque cōsumatur, hoc versu: deinde etiam futurum, ut qui pastores inutiles in Judæa superfuerint, maledictione obruantur: quæ omnia quàm verè gesta sint demonstrāt planè Josephus libris de bello Judaico, atque Hegesippus.

CAPUT XII.

Deus hostibus Ecclesiæ suæ perniciem ab illa, suis verò protectionem à se & salutem prænuntiat, si resipuerint & ad Christum propter peccata nostra transfixum reverterint: deinde remissione peccatorum in sanguine illius, sanctificatione, & illustratione Evangelii promissa, prædicit Christum quidem percussum iri; sed non propterea minus eventuras promissiones ipsius: ac perituram quidem maximam Judæorum partem, verùm reliquias adveniente majestate Dei luce, & gratia, bonisq; omnibus in regno Christi fruituras, & gentes quoque perituras, exceptis illis reliquiis quas Deus Ecclesiæ suæ donaverit, & cultui suo cū rebus ipsarum consecraverit.

1 [a] ONEROSA prophetia verbi Jehovæ pro Jisraële: dictum Jehovæ, qui extendit cœlos, & fundat terram, formatq; spiritū hominis [b] in eo.

2 Ecce ego dispositurus sum Jeruschalaima ut pelvem [c] soporiferā omnibus populis circumquaque; nempe tum contra Jehudam futuro in obsidione, *tum* contra Jeruschalaima.

3 Quin futurum est die illo, ut disponam Jeruschalaima *velut* lapidem onerosissimum omnibus populis, quo quicunque onerant se [d] omnino cęduntur; etiamsi congregentur contra illa omnes gentes terræ.

4 Die illo, dictum Jehovæ, percutiam omnem equum stupore, & sessorem ejus amentia: & super domum Jehudę aperiens oculos meos, omnes equos populorum percutiam cæcitate:

5 Adeò ut dicant duces Jehudæ cum [e] animo suo; fortitudo est mihi, & habitatoribus Jeruschalaimorum, in Jehova exercituum Deo ipsorum.

6 Die

[a] *Heb.* onus: ut Jeschahh. 13. 1.
[b] *Heb.* in medio ejus.
[c] *Heb.* soporis.
[d] *Heb.* cædendo.
[e] *Heb.* corde.

6 Die illo disponam duces Jehudæ tãquam ″ foculum ignis [f] invadentis ligna, & ut tædam ignis [g] invadentis manipulum, qui consumant ad dexteram & ad siniſtrã omnes populos circumquaque: ut permaneant Jeruſchalaima adhuc loco ſuo, Jeruſchalaimis.

[f] *Heb.* in lignis.
[g] *Heb.* in manipulo.

7 ″Ita ſervans Jehova ″ tentoria Jehudæ ″ primùm; ut non magnificet ſe ″ ornatus domus Davidis, & ornatus habitantiũ Jeruſchalaimis ſupra Jehudam,

8 Die illo proteget Jehova habitãtes Jeruſchalaimis: eritq; [h] abjectiſſimus ex eis, die illo ″ ſimilis Davidi; & domus Davidis ut ″ dii, ut angelus Jehovæ coram illis.

[h] *Heb.* collapſus.

9 ″Erit enim die illo, ″ *cùm* quæram perdere omnes gentes quæ invaſerint Jeruſchalaima,

10 Ut ″ effundam ſuper domum Davidis, & ſuper habitatores Jeruſchalaimorum ″ ſpiritum gratiæ & deprecationum, ″ reſpiciéntque ad me quem transfixerint: clangéntque ſuper hoc, tanquam planctu de unigenito; [i] amarè plangent de eo ut amarè quis plangit de primogenito.

[i] *Heb.* amaricãdo *plangere* de eo ſecundũ amaricare *plangere* de primo, &c. ut ita loquamur.

11 Die illo magnus erit planctus Jeruſchalaimis, ut planctus ″ Hhadadrimonis in convalle Megidduntis.

12 Planget enim terra, [k] quæque familiæ ſeorſim; familia ″ domus Davidis ſeorſim, & fœminæ eorum ſeorſim, familia ″ domus Nathanis ſeorſim, & fœminæ eorum ſeorſim:

[k] *Heb.* familiæ familiæ: ſic ver. 14.

13 Familia ″ domus Levi ſeorſim, & fœminæ eorum ſeorſim; familia ″ Schimhhitica ſeorſim, & fœminæ eorum ſeorſim:

14 Omnes familiæ reliquæ; familiæ ſingulæ ſeorſim, & fœminæ eorum ſeorſim.

Caput XIII.

1 ″ Die illo erit ″ fons apertus domui Davidis, & habitatoribus Jeruſchalaimorum; ″ pro peccato, & pro ſeparatione ex immunditia.

2 ″Erit etiam die illo, dictum Jehovæ exercituum, ut exſcindam nomina ″ terriculorum è terra, adeò ut non commemorentur amplius: quin etiam eorum Prophetas & ″ ſpiritum impuritatis ″ amoturus ſum à terra.

3 Erítque cùm prophetaverit quiſpiam ampliùs, ut dicant ad eum pater ejus & mater ejus qui genuerint eum, non es victurus, quia falſitatem loquutus es nomine Jehovæ: & ″ transfigẽt eum pater ejus & mater ejus qui genuerint eum, cùm prophetaverit.

4 Ita erit die illo, ut erubeſcant iſti prophetæ quiſque à viſione ſua cùm prophetaverit; neque induant ″ togam [a] villoſam ″ ut mentiantur:

[a] *Heb.* pilifive villi.

5 Sed dicat, ″ non ſum Propheta, vir agricola ſum; nam inſtituit me
b Heb. homo. ᵇ aliquis à pueritia mea.
c Heb. inter manus tuas. 6 Quòd ſi dixerit ad eũ *quiſquam*, ″ quid plagæ iſtæ ᶜ in manibus tuis? dicet, *plagæ ſunt* quibus percuſſus fui in domo amantium me.
7 ″ Gladie, evigila contra paſtorem meum, & contra ″ virum proximũ meum, dictum Jehovæ exercituum, percute paſtorem, & diſpergentur oves; at ″ reducam manum meam ad parvulos.
8 ″ Nam erit in tota terra, dictum Jehovę, ut partibus duabus in ea exciſis & exſpirantibus; tertia relinquatur in ea:
9 Et inducam tertiam iſtam ″ in ignem, conflánſque eos ut conflatur argẽtum, probabo eos quemadmodum probatur aurum: horum quiſque invocabit nomen meum, & ego exaudiam eum; dicam, populus meus eſt, & ipſe dicet, Jehova eſt Deus meus.

Caput XIIII.

1 ″ ECce dies ventura eſt Jehovæ, cùm dividetur ″ ſpoliũ tuum in medio tui.
2 Recipiam enim omnes gentes contra Jeruſchalaima ad bellum, & capietur civitas, diripientúrque domus, & fœminæ comprimentur; & exeunte parte civitatis in deportationem, ″ reſiduum populi non exſcindetur ″ à civitate.
3 ″ Nam procedens Jehova pugnabit contra gentes illas; ″ ut quo die pugnavit, die conflictus.
4 ″ Et ″ ſtantibus pedibus ejus die illo ſuper montem olivarum, qui eſt in conſpectu Jeruſchalaim orum ab Oriente, ſcindetur mons olivarum
a Heb. à medio ipſius. ᵃ medius Orientem & Occidentem verſus, *in* vallem magnam valde: & recedet pars ipſius montis ad Aquilonem, & pars ejus ad Auſtrum.
5 Tum fugientes ″ vallem montium, ″ cùm pertinget vallem mõtium, ″ ad *montem contendetis quem* ſelegit: & fugietis quemadmodum fugiebatis metu ″ terræ motus diebus Hhuzzijæ Regis Jehudæ, veniente Jehova Deo meo, omnibúſque ″ ſanctis ᵇ adſtituris tibi.
b Heb. tecũ. *c Heb.* pretiorum & denſitatis. 6 Et erit die illo, ″ ut non ſit lux ᶜ pretioſa & denſa:
7 Sed erit dies unus ″ qui agnoſcetur à Jehova, non ex die & nocte; nã erit ut ″ tempore veſpertino ſit lux.
8 Erit etiam die illo, prodeuntibus ″ aquis ″ vivis è Jeruſchalaimis ″ parte ſui ad ″ mare Orientale, & parte ſui ad mare ″ poſterum (quod æſtate & hyeme futurum eſt)
d Heb. in regem. 9 Erit, inquam, Jehova ᵈ Rex ſuper totam terram; die illo ″ erit Jehova unus, & nomen ejus unum.

10 ″ Redigetur

10 "Redigetur tota hæc terra quasi cãpestria, "a Gebahho ad Rimmonem in Australi parte Jeruschalaimorum; & exaltata *urbs* manebit "in loco suo à "porta Binjaminis usque ad locum portæ primę, usque ad portam angulorum, & "à turri Chananeelis usque ad lacus torcularium Regis:

a Heb. reverteur.

11 Et habitabunt in ea, & anathema non erit ampliùs; nam residebit urbs Jeruschalaimorum securè.

12 "Hæc verò erit plaga qua afficiet Jehova omnes populos qui turmatim convenerint contra Jeruschalaima: tabefaciet carnem cujusque "ipso stante super pedes suos, & oculi cujusque tabefient in foraminibus suis, & lingua cujusque tabefiet in ore ipsorum.

13 "Erit etiam die illo, ut sit vexatio Jehovæ magna in illis; adeò ut prehendant [f]alter manum alterius, & ascẽdat manus unius in manum alterius.

f Heb. vir manũ amici sui, & ascendat manus ejus ad manum amici sui.

14 Tu quoque, Jehuda, pugnabis Jeruschalaimis; & recipientur opes omnium gentium circumquaque, aurum, & argentum, vestesq; [g] multę admodum.

g Heb. in multitudinem.

15 Et similiter futura est plaga equorum, mulorum, camelorum, asinorúmque, & omnium jumentorum quæ erunt in castris illis; similis "plagæ illi.

16 "Erítque ut quisquis residuus fuerit ex omnibus gentibus quæ venerint contra Jeruschalaima, ascendant de anno in annum "ut incurvent se Regi Jehovæ exercituum; & ut celebrent festum tabernaculorum.

17 Et erit *si* qui non ascenderint ex familiis terræ Jeruschalaima ad incurvandum se Regi Jehovæ exercituum, " ut non sit super eos imber:

18 Quòd si familia Ægypti non ascenderit, neque advenerit, "super quos non est *imber*; " erit illa plaga qua affecturus est Jehova gentes quæ non ascenderint ad celebrandum festum tabernaculorum.

19 Hæc erit peccati pœna Ægypti; & peccati pœna omnium gentium quæ non ascenderint ad celebrandum festum tabernaculorum.

20 "Die illo erit inscriptum " tintinnabulis equorum, sanctitas Jehovæ; ut sint ollæ in domo Jehovæ "quasi crateres coram altari:

21 Imò erit omnis olla Jeruschalaimis & in Jehuda sanctitas Jehovæ exercituum, & venientes omnes sacrificaturi accipient ex eis, & coquẽt in eis: neque erit " Cenahhanæus ampliùs in domo Jehovæ exercituum die illo.

ANNOTATIO IN CAP. XII.

1 *Onerosa proph.*]Hujus prophetię (quæ tota ad Ecclesiam Evangelio per Christum collectam pertinet) partes omnes sunt allegoricę, sumptæ ex typo Ecclesiæ veteris. Sunt autē partes prēter inscriptionem his paucis verbis comprehensam, Exordium, hoc versu; prolepsis sive propositio summa cùm judiciorum Dei contra adversarios Ecclesię, tum beneficiorū in Ecclesiam ipsius, usque ad versum 9. & enarratio prolepseos, ad finem usque prophetiæ. Hac autem inscriptione non tantùm exponit Propheta de more quis quid denuntiet, verùm etiam quamobrem: nempe finem esse hujus prophetiæ bonū & salutem Ecclesiæ, propter quam omnes adversarii, sive exteri sive domestici, dicuntur fore infesti gravissimis Dei judiciis; quæ vocabulo onerosæ prophetiæ designari solent. *Israele*]id est, pro germana Ecclesia Christi ex Judæis & gentibus adunata, ut Galat. 6. 16. *Dictum Jehovæ*] exordium audientiam faciens à natura operibúsque Dei. 2 *Ecce ego*]secunda hæc pars, prolepsis sive propositio duo summatim cōplectitur; judicium Dei contra adversarios Ecclesię ipsius, usque ad versum 7. & salutem Ecclesiæ conferendam, versu 7. & 8. quæ duo posteà per ὑστέρωσιν explicantur. Judiciorum autem, quæ tum Deus ipse per se, tum per servos suos Ecclesiámque effecturus est, descriptio fit triplice allegoria: prima est, potionis soporiferę, versu 2. quæ exornatur versu 4. & 5. secunda est lapidis gravissimi adversarios corrituri, versu 3. tertia denique ignis adversarios pervasuri atque consumpturi, ver. 6. *Jeruschalaima*]id est Ecclesiam: sic deinceps. *Pelvem*]id est, vas ingens, quo populi omnes potl ita soporentur ut dicitur ver. 4. *Nempe*]epexegesis nominis Jeruschalaimorum quo antè usus est, non simpliciter ell locum, sed Ecclesiam totam quam adversarii prosturi sint hac voce intelligendam esse. 4 *Percutiam*]id est, consiliū & mentem adimam, ut subjiciantur, & ipsi corruant in exitium gravissimum. *Super domum*] id est, Ecclesiæ miser- tus: humanitus dictum. 5 *Deo ipsorum*]id est, qui Deus est piorum omnium in Ecclesia habitantium. 6 *Foculum*] sive (ut Græci vocant) ἰσχαρίδιον, quod Hhebræi appellāt à forma labri vasis, de quo Exod. 30. 18. sensus est, utcunque tenues sint in speciem Ecclesiæ vires, tamen eas esse obvia & adversa omnia consumpturas, ut ignis facit. 7 *Ita servans*]altera pars prolepseos, ut diximus in versum 2. de salute communi totius Ecclesiæ, hoc versu; & protectione Dei gloriáque ad Ecclesiam perventura, sequente versu. *Tentoria Jehudæ*]sensus est, salutem ex æquo omnibus Ecclesiæ membris daturus est, eáque ad defensionem sui armaturus, ne alter alterius salutem sibi vel tantillum arrogent, sed gloriam salutis suæ ex æquo omnes concedant Domino. *Primùm*] nempe quia illos priùs invadebant hostes quàm pertingere possent Jeruschalaima: hæc enim pro ratione typi dicta sunt; ut ostendatur non potentia humana, sed per minimos etiam Deum salutem effecturum; quod illustratur sequente ver. *Ornatus domus*]id est, familia regis & civitas regia, quæ & ipsæ sunt ornatissimæ, & se toti regno ornamento esse putant, ac proinde ferè sibi arrogāt protectionem & salutem illius. 8 *Similis Davidi*]id est robustissimus, & inprimis strenuus: ut 2. Schem. 17. 8. hanc autem virium causa redditur sequentibus. *Dis*]id est angeli: ut Psal. 8. 6. 9 *Erit enim*]tertia pars prophetiæ (ut diximus in versum 1.) videlicet enarratio proximè antecedētis prolepseos duo ejus membra exponit ὑστεραν προτερον primùm enim salutem Ecclesiæ & rationem illius enarrat copiosissimè, usque ad versum 12. capitis 14. deinde verò exitium adversariorum, sequentibus. Ad salutem autem Ecclesię ex ordine ponuntur ista: primùm resipiscentia vera animis piorum à Deo indita per Spiritum, toto hoc capite; deinde remissio peccatorum resipiscentibus attributa in Christo per fidem, versu 1. capitis 13. tertiò doctrinæ Evāgelii vindicatio ab omni corruptione ut pura & syncera sit, deinde ad versum 7. ac postremò reliquiarum ad electionem pertinentium separatio, in fine sequentis capitis: cujus demum separationis ratio explicatur undecim versib. capitis 14. *Cùm quæram perd.*]id est, cum erit mihi in animo perdendi planè, & dabo operam ut profligem eos. 10 *Effundam*]ut Joël. 2. 28. *Spiritum grat.*]id est, gratiosum spiritum regenerationis, qui ex gratia Dei & in gratia Dei est, ac proinde resipiscentes à peccato suo adducit ut deprecentur ipsum & implorent ipsius misericordiam: sic Actor. 2. 37. *Respicient ad*]fide amplectentes Christum: ut Apocalypſ. 1. 7. 11 *Hhadadrimmonis*] loci in convalle Megidduntis siti, tribu Menaschis, ubi Rex Joschija occubuit: fuit enim luctus publicus omnibus pro statuto in Jisraële imperatus, 2. Chronic. 35. 24. & sequentibus, quò spectant sequētes versus. 12 *Domus David.*]id est, reliquæ familiæ è regia stirpe ortæ. *Domus Nathan.*]ad quam exstincto Schelomonis genere jus regni pervenerat: ac propterea hîc seorsim à reliquis familiis numeratur. 13 *Domus Levi*] id est Sacerdotum, κατ' ἐξοχήν. *Schimhhitica*] una è posteris Gerschonis, qui primus numeratur in filiis Levi, 1. Chron. 6. 1. hoc autem exempli causa ponitur, ut de cæteris idem judicium fiat ex sequente versu.

IN CAPUT XIII.

1 *Die illo*]Secundus locus, de remissione peccatorum ad salutem in Christo pertinēte, ut diximus suprà 12. 9. *Fons apertus*]id est, facilis erit & expositus omnibus accessus gratiæ Dei abluentis peccata & sordes nostras, velut in fonte purissimo, in sanguine Christi, cujus aspersio peremnis pios sanctificat. *Pro peccato*]id est, quo abluantur peccata, sordésque omnes vanitatis ex peccato contractę, quas Propheta adūbrat legali typo, de quo Levit. 12. & 15. 2 *Erit etiam*]tertius locus rerum ad salutem pertinentium, ut diximus suprà 12. 9. de puritate doctrinæ Evangelii vindicata ab omni idololatria, hoc versu; & item à falsitate, versibus seq. *Terriculorum*]vide 1. Schem. 31. 9. *Spiritum impuri.*]id est, doctrinam impuram ab impuro diaboli spiritu in animos suorum inspiratam, ut impurati impurent alios, & seducant seducti. *Amoturus sum*] aut perdendo ipsos, ex lege Deut. 13. quod ostenditur sequente versu; aut ad abjurationem fallæ doctrinæ suæ compellendo, sive pudore sive suppliciis, versibus tribus seq. 3 *Pater ejus*]auxesis. q. d. ne ipsi quidem parentes parcent; adeò studium naturale in liberos subjicient pietatis studio, ex lege Deut. 13. 8. *Transfigent*]perciti zelo, ut fuit Pinchas, Numer. 25. 4 *Togam villosam*] qui cōmunis erat amictus prophetarū, ut de Elija legitur 2. Reg. 1. 8. & de Joanne Baptista, Matth. 3. 4. vide in Jeschahh. 20. 2. *Ut mentiantur*]id est, prophetias mendaces enuntient. 5 *Non sum Propheta*]videlicet amplius. q. d. discessi ab illo vivēdi genere, & me ad justum laborem contuli quem Deus imperavit, & me amici antè docuerunt. 6 *Quid plagæ istæ*] sensus est, recentes hæ plagæ quæ exstant in corpore tuo videntur ostendere te adhuc pseudopropheram esse: quæ objectio in responso unica voce diluitur, cùm eos qui ipsum à malo instituto ad bonum avocaverint agnoscit & prædicat esse amantes sui. 7 *Gladie*]postremus locus rerum ad salutem pertinentium, ut diximus suprà 12. 9. de separatione electarum reliquiarum per Christum. Ad hunc autem locum Propheta transit occupatione, hoc modo: videbitur fortasse inanis esse tota superiorum bonorum promissio, cùm pastor meus Christus opprimendus vi & percutiendus sit tam graviter atque si pseudopropheta esset: quo ex scandalo tam graviter ipsæ oves, hoc est, discipulorum grex afficietur, ut momento uno diffugiant, Matth. 26. sed, inquit Deus, hoc saltem pii recordari debent à me ante tot secula illud ipsum scandalum prædici atque imperari, ne cùm eveniet ipsorum animi conturbentur: ut ipse Christus admonuit, Matth. 26. 31. & Joan. 14. & 16. & 18. deinde verò hoc cogitādum est me nullis vinculis distineri posse, quominus in electis meis efficiam promissiones meas; quæ ponuntur duobus versibus, & enarrantur principio sequentis capitis. *Virum proxim.*]hoc nomine Deus Pater honorificè appellat Christum, quia Christus est alter idem, imago Dei invisibilis, character hypostaseos Patris, & splendor gloriæ illius tanquam ex adverso micans in conspectu rerū creatarum omnium. Nam Hhebræa vox proximum aut amicum sonat, qui stat è regione alterius, & præstò est ad omnia amici officia comparatus: quamobrem idem in suo Patris esse, & ad dexteram illius sedere dicitur intercedens pro nobis.

Caput XIIII.

pro nobis. *Reducam manu.*]Id est, recuperabo manu mea, & recuperatos conservabo meos in æternum: qui parvuli ea de causa dicuntur quam exponit Christus Matth. 18. 8 *Nam erit*] expositio promissionis præcedentis de manu Dei ad parvulos reditura; qua prædicit Deus excidium maximæ Judæorum partis, hoc versu; & perpetuam illorum curationem qui ad salutem pertinebunt, versu seq. 9 *In ignem*] afflictionum & crucis, in qua tanquam in caeino tum conflantur & formantur, tum etiam reformati probantur pii.

In Caput XIIII.

1 *Ecce dies*] Enarratio promissionis quę modò summatim dicta est: qua Propheta ostendit, primùm quomodo futurum sit ut duæ Judæorum partes exscindantur, duobus versib. quod dixerat versu 8. deinde quomodo sit servaturus tertiam partem, eámque recturus paterna administratione sua, sequentibus. *Spolium tuum*] apostrophe est ad Judęã & urbem Jeruschalaimorum, quæ per Romanos hæc omnia perpessa est. 2 *Residuum populi*] id est, minimam illã partem quæ nominata est tertia suprà 13.8.& 9. sic transitur ad secundam promissionis partem. *A civitate*] id est, quominus sit civitas, & constituatur Ecclesia Dei ex ea parte Judæorum quam Deus servaverit & gentibus adunaverit. Jam enim Propheta omisso urbis Jeruschalaimorum typo agit de Ecclesia, quæ est civitas, domus, & templum spirituale Dei. 3 *Nam proced.*] secundus hic promissionum locus duas formas explicat quibus salutem suis Deus collaturus est; una est adversariorum profligatio, hoc versu; altera, rerum omnium ad salutem populi commodarũ subministratio, versibus seq. *Ut quo die*] id est, omnibus modis quibus unquam usus est ad debellandum & perdendum hostes suos, iis inquã omnibus utetur armáque omnia expediet, ac copias exponet quibus illos fundat deleátque. 4 *Et stantibus*] formas quibus Deus suorum commoda subministraturus est exponit Propheta magnificis allegoriis. Est autem primum commodum, adventus Dei cum sanctis suis ut in æternum Ecclesiam inhabitet, duobus versibus; secundum, lux perpetua per illustrationem Evangelii gloriæ in spiritu, ver. 6.& 7. tertium, fluxus perennis aquarum salutarium in regno Christi, ver. 8.& 9. quartum, impedimentorum omnium sublatio ad Ecclesiæ Dei securitatem, versu 10.& 11. *Stantibus ped.*] q.d cum primùm appropinquaverit conspicuè & gloriosè ad Ecclesiam suam, dissilient montes ipsi, & ipsa quoque membra Ecclesiæ perculsa tanta Dei majestate trepidabunt, denique nihil non commovebitur: sic ostendit Propheta typis gloriosiorem fore Dei adventum ad Ecclesiam in regno Christi, quàm olim fuerit in tradenda lege, Exod. 19.& 20. 5 *Vallem montium*] id est, quam Deus adveniens effidiet ex monte olivarum dissiliente in partes. *Cum pertinget*] Deus adveniens. *Ad montem*] id est, recipietis vos domum Dei versus attoniti, & obstupefacti novitate & majestate appropinquantis Dei. *Terræ motus*] de quo Hhamos 1.1. *Sanctis*] angelis, administris Dei & eorum qui hæredes salutis instituri sunt: ut Danijel. 8.13. 6 *Ut non sit lux*] id est, dies non sit varius & instabilis, modò serenus, modò nubilus. 7 *Qui agnoscetur*] id est, quem curabit & conservabit Deus. *Tempore vespertino*] id est, quo tempore advesperascere & nox esse solet. q. d. dies semper erit, & nulla nox: Sol tunc non occidet; ut Jeschahh. 60.20. 8 *Aquis vivis*] ut Jechezk. 47.1.& Joël. 3.18. *Vivis*] ut Genes. 26. 19. *Parte sui*] id est, Ecclesiam totam irrigantibus, quam Judææ typo Propheta adumbrat, mari mediterraneo circumclusæ, & Alphaltite lacu. *Mare Orient.*] de quo Jechezk. 47.18. *Posterum*] de quo Deuteron. 11.24.& 34.2; 9 *Erit Jehova unus*] id est, unicus & solus in Ecclesia agnoscetur, prædicabitur, & invocabitur. 10 *Redigetur*] q. d æquabuntur in Ecclesia & plana erunt omnia, eminente sola statione Dei, Jeschahh. 2.2.& 40.4. *A Gebahho*] id est, ab extremitate una Jehudę ad alteram: nam Gebahh limitaneum erat oppidum Binjaminitarum ad Septentrionem in finibus regni Jehudæ, 1. Reg. 15.27. Rimmon verò, Jehudæ & Schimhhonis Meridiem versus, Jehoschuhh. 15.32.& 19.7. *In loco suo*] ut suprà 12.6. *Porta Binjam.*] quà ibatur in agrum Binjaminitarum, ut Jirmej. 37.13. Erat autem porta illa ad Septentrionem sita inter duas portas quæ proximè nominantur: e quibus una (quæ porta prima dicitur, aut etiam vetus Nechem. 3.6.) erat in parte occasus; altera, quæ angulorum dicitur, spectabat ortum, de qua 2. Chron. 25.24. *A turri Chan.*] id est, a Meridie ad Septentrionem. Nam turris Chananeelis Meridiem, rotolaria Regis Septentrionem spectabant: vide Nechem. 3.1. 12 *Hæc verò erit*] altera pars enarrationis, ut diximus suprà 12. 9. quam perstrinxerat Propheta, tertio versu hujus capitis, de judiciis Dei contra adversarios. Sunt autem duo judiciorum genera quæ hîc enarrantur: unum, perditum ipsos divinitus & à Judæis mancipatum iri, omnésque opes & instrumenta ipsorum, usque ad versum 16. alterum, reliquias tum ex ipsis, tum ex rebus ipsorum conservatas Deo consecratum iri, ad finem usque capitis: quæ omnia typis Ecclesiæ veteris delineantur. *Ipso stante*] id est, momento uno, antequàm sedere aut recumbere ex infirmitate possit. 13 *Erit etiam*] id est, nèque tãtùm Deus perdet illos manu sua, præcedente versu; sed etiam per ipsos inter se, hoc versu; & per Ecclesiam quoque suam, versu seq. ut Prophetæ in Gogum Jechezk. 38.21. *Prehendant*] id est, invadãt alter alterum. 15 *Plagæ illi*] quam homines experturi dicuntur, tribus versib. antecedentibus. 16 *Eritq;*] alterum genus judiciorum, de perdomandis reliquiis gentium & offerendis Domino usque ad versum 20. (ut diximus in versum 12.) & rebus ipsarum consecrandis, versu 20.& 21. *Ut incurvent se*] id est, colant legitimè, synecdoche. 17 *Ut non sit super eos*] id est, ut maledictæ sint; quod malum difficultate quadam ad vitam prælentem pertinente effingitur. 18 *Super quos*] videlicet Ægyptios: nam Ægyptum ferè non perpluit historiæ docent, & testatur Mosche Deut. 11.10. *Erit illa plaga*] id est, nihilominus eadem difficultates divinitus perferent quas aliis gentibus solet afferre inopia imbrium, & maledicentur à Deo. 20 *Die illo*] secundum membrum, de rerum consecratione, ut diximus in versum 16. *Tintinnabulis*] quæ ferè in regionibus montosis appenduntur equis. q. d. illa omnia metallica describẽtur & referentur in erarium domus Dei, ut dein cepsin sacros usus occupentur: allegoria, ut sæpè diximus. *Quasi crateres*] id est, ut sint ollæ copiosissimæ; quemadmodum crateribus ad ministerium abundat altare Dei: pro eo quod est, ut sit maxima ministrorum omniũ in Ecclesia commoditas, quod ostenditur sequente versu. 21 *Cenahhanæus*] id est, extraneus aut impurus ullus, synecdochicè: quod prædictum fuerat Jeschahh. 35.8.& Joël. 3.17. ubi hic locus apertissimè exponitur.

MALEACI.

CAPUT I.

Deus expoſito beneficio electionis ſuæ collato in poſteros Jahhakobi, & reprobatione Hheſavi, Judæos omnes, ac inprimis Sacerdotes arguit polluti cultus ſui; quem vocatis ad Evangelium gentibus ſe confirmat aſſerturum, & abjecto ſacerdotio Levitico: deinde connubia cum infidelibus, polygamiam, divortiorumq; licentiam, ludibria in Deum contumelioſa, ſacrilegia, & blaſphemam omnium contumaciam reprehendit, ſubjectis promiſſionibus erga bonos, & interminationibus contra improbos; quos omnes ad reſipiſcentiam hortatur, & fidem in venturum Chriſtum.

1 ROPHETIA [a] oneroſa verbi Jehovæ [a] ad Jiſraëlem [b] per [a] Maleacin.

2 [a] Diligo vos, ait Jehova; & [a] dicitis, [a] in quo diligis nos? [a] nónne frater *fuit* Hheſav Jahhakobo? dictum Jehovæ; dilexi autem Jahhakobum,

3 Hheſavum verò odio habui; [a] ideò diſposui mõtes ejus deſolationi, & poſſeſſionem ejus draconibus deſerti.

4 [a] Quod dicit Edomæa, depauperati ſumus *quidem*, at revertemur & ædificabimus vaſtata loca: ſic ait Jehova exercituum, ipſi ædificent, at ego deſtruam; & [c] vocabuntur terminus improbitatis, & populus cui indignatur Jehova, uſque in ſeculum:

5 Quod oculi veſtri viſuri ſunt [a] ex termino Jiſraëlis; & vos dicturi, magnificatſe Jehova.

6 [a] Filius honorat patrem, & ſervus [d] dominum ſuum: quòd ſi pater ſum, ubi eſt honor meus? & ſi [e] dominus ſum, ubi reverentia mei? ait Jehova exercituum, vobis ô Sacerdotes contemptores nominis mei, qui dicitis, qua in re contemnimus nomen tuum?

7 Qui afferentes ſuper altare meum cibum [a] pollutum, dicitis, qua in re polluimus te? in eo [a] quòd dicitis menſam Jehovæ contemptibilem eſſe.

8 [a] Nam

[a] *Heb.* onus: ut Jeſchahh. 13.1.
[b] *Heb.* per manum Maleaci.
[c] *Heb.* vocabunt eos.
[d] *Heb.* dominos ſuos.
[e] *Heb.* domini.

8 "Nam cùm affertis *animal* cæcum ad ſacrificandum, nihíl*ne* eſt mali? & cùm affertis claudum aut ægrotũ, nihílne eſt mali? offer illud jam duci tuo, an acceptũ habiturus ſit te, aut an ſuſcepturus vultum tuum, ait Jehova exercituum.

9 "Nunc itaque deprecamini jam faciem Dei fortis, ut gratiam faciat nobis; "*dum* e manu veſtra eſt hoc, an ſuſcepturus eſt *ullius* ex vobis vultum? ait Jehova exercituum.

10 "Quis etiam inter vos eſt qui claudat fores gratis? aut num illuſtratis altare meum gratis? nulla eſt mihi delectatio " in vobis, ait Jehova exercituum, & munus acceptum non habebo è manu veſtra:

11 "Sed ab ortu Solis uſque ad occaſum ejus magnũ erit nomen meũ in gentibus: & in omni loco "ſuffimentũ afferetur nomini meo, & munus purum, quia magnum nomen meum erit in gẽtibus, ait Jehova exercituum.

12 "Etenim vos profanatis illud; "in eo quod dicitis, menſam Jehovæ pollutam eſſe, & proventus ejus "contemptibilem eſſe cibum:

13 Et dicitis, "ecce quantum fatigationis, cùm exſufflare poſſetis illud, ait Jehova exercituum; affertis etiam "raptum, & claudum, & ægrotum, afferentes munus: an acceptum habebo illud è manu veſtra? ait Jehova.

14 Imò maledictus eſt machinator, qui cùm ſit in grege ipſius maſculus, vovet & ſacrificat corruptum Domino: nam "Rex magnus ſum, ait Jehova exercituum, & nomen meum eſt reverendum in gentibus.

Caput II.

1 "Nunc itaque ad vos *ſpectat*[e] præceptũ iſtud, ô Sacerdotes;

2 Niſi auſcultaveritis, & niſi[a] indideritis animo tribuendo gloriam nomini meo, ait Jehova exercituum, utique immittam in vos maledictionem, & maledicã benedictionibus veſtris: quin etiam maledixi earum cuique, quia minimè inditis animo.

3 Ecce ego corrupturus ſum vobis ſementem, & ſparſurus fimum in facies veſtras, fimum[b] ſacrificiorum veſtrorum: "adeò ut[c] abripiat vos ad ſe.

4 "Noſtis enim me miſiſſe ad vos præceptum iſtud; ut ſit fœdus meũ cum *tribu* Levi, ait Jehova exercituum:

5 Fœdus meum fuiſſe cum illa vitæ & pacis, & "dediſſe eas ipſi *propter*

[a] *Heb.* poſueritis in corde: ſic in fine verſus.

[b] *Heb.* feſtorũ: ut Exod. 23.18.

[c] *Heb.* tollat.

reverentiam qua reveritus est me; & propter nomen meum ″ contritam fuisse:

6 Cùm lex veritatis fuit in ore ejus, & iniquitas non est inventa in labiis ejus; in pace & in æquitate ambulavisse mecum, & multos avertisse ab iniquitate:

d Heb. legē requirerent: impersonaliter.

7 Cùm labia Sacerdotis observarent scientiam, & [d] lex requireretur ex ore ipsius: nam ″ angelus Jehovæ exercituum est.

8 At vos recessistis ab illa via, fecistis ut impingerent multi in legem; corrupistis fœdus Leviticum, ait Jehova exercituum.

9 Ideoq; etiam ego reddidi vos contemptos & abjectos toti populo; prout minimè vos observatis vias meas, sed ″ attollitis faciem contra legem.

e Heb. vir in fratrē suum.

10 ″ Nónne pater unus omnibus nobis est? nónne Deus fortis unicus creavit nos? quare ″ perfidi essemus [e] alter in alterum, profanando fœdus majorum nostrorum?

11 ″ Perfidè agit Jehuda, & abominatio fit in Jisraële & Jeruschalaimis: profanat enim Jehuda sanctitatem Jehovæ ″ quam amaturus fuerat, ″ ducens filiam Dei alieni.

12 Exscindet Jehova ″ vigilantem & respondentem viro qui fecerit ″ illam è tentoriis Jahhakobi, etiam offerentem munus Jehovæ exercituum.

13 ″ Atque hoc secundum facitis, ″ operiendo lachrymis altare Jehovę fletu, & exclamatione; adeò ut minimè ampliùs respiciat Deus ad munus, & recipiat oblationem acceptam è manu vestra.

f Heb. & inter uxorem. *g Heb.* fœderis tui.

14 Dicitis autem, propter quid? propterea quòd Jehova testificatus est inter te [f] & uxorem adolescentiæ tuæ, contra quam tu perfidè agis, cùm sit socia tua & uxor [g] fœderata tibi.

15 ″ Nam nónne unum effecit, cùm reliqui spiritus penes ipsum *essent*? quid autem unum? quæsiturum semen Dei: ideò cavete spiritui vestro, & in uxorem adolescentiæ tuæ ne perfidè *spiritus tuus* agito.

16 ″ Sibi odio esse dimissionem ait Jehova Deus Jisraëlis, nam eum operire violētiam pallio ipsius ait Jehova exercituum: quare cavete spiritui vestro ut non perfidè agatis.

17 ″ Fatigatis Jehovam verbis vestris, & dicitis, qua in re fatigamus? in eo quòd dicitis, quisquis facit malum bonus videtur in oculis Jehovæ, & istis ipse delectatur; aut, ubi est Deus judicii?

Caput III.

1 ″ Ecce ego mittam angelum meum, qui expediat viam ante me: & ″ repentè veniet in tēplum suum ″ Dominus quem vos

vos quæritis, & angelus fœderis quo vos delectamini ecce vēturus est, ait Jehova exercituum.

2 Quis autem sustineat diem adventus ejus? aut quis consistat cùm apparuerit? nam ipse quasi ignis conflatoris, & ut smegma fullonum est.

3 Ut sedet conflans & purgans argentum, ita purgabit filios Levi, defæcans eos velut aurum & argentum; ut sint Jehovæ, qui offerant munus justè:

4 Et suave sit Jehovę munus Jehudę & Jeruschalaimorum; ut diebus priscis, & ut annis antiquis.

5 Accedam autem ad vos in judicium, & ero testis festinantissimus contra præstigiatores & contra adulteros, & contra jurantes falsò; & contra oppressione detinentes mercedem mercenarii, viduam & pupillum ac peregrinum pervertentes, neque timentes mei, ait Jehova exercituum.

6 Quia ego Jehova non mutor; ideò vos, filii Jahhakobi, non consumpti estis.

7 Inde a diebus majorum vestrorum recessistis à statutis meis, neq; observastis: revertimini ad me, & revertar ad vos, ait Jehova exercituū; sed dicitis, qua in re reverteremur?

8 An spoliet homo Deum, quod vos spoliatis me? & dicitis, qua in re spoliamus te? decimis & oblatione.

9 Maledictione estis maledicti, eo quòd me spoliatis; gens ipsa tota.

10 Afferte omnes decimas in thesaurum, ut sit cibus in domo mea: & probate me jam in hoc, ait Jehova exercituum, si non aperuero vobis cataractas cœlorum, & proferam vobis benedictionem, adeò ut non sufficiatis:

11 Et increpabo vestri causa exedentem; ut non corrumpat vobis fructum terræ, neque orbet vos vitis in agro, ait Jehova exercituum.

12 Itaque beatos prædicabūt vos omnes Gentes, quia eritis terra oblectationis, ait Jehova exercituum.

13 Invaluerunt contra me verba vestra, ait Jehova; sed dicitis, quid obloquuti sumus contra te?

14 Dixistis, vanum est colere Deum; & quod lucrum erit, cùm observaverîmus observationē ejus, & cùm ambulaverîmus atratè metu Jehovæ exercituum?

15 Imò nunc felices prædicamus superbos: etiam ædificantur qui faciunt improbitatem; & qui probant Deum, liberantur:

16 Tunc timentes Jehovæ *qui* frequenter prædicant alter apud alterum, dicentes; enimverò attendit Jehova & audit, atque conscriptū est in

a *Heb.* in justitia.

b *Heb.* seculi.

c *Heb.* opprimentes mercedem.

d *Heb.* locū thesauri.

e *Heb.* evacuem.

f *Heb.* vir apud amicū suum.

est in libro commentarii coram eo pro timentibus Jehovę & cogitantibus de nomine ejus.

17 Hi erunt mei, ait Jehova exercituum, quo die ego confecturus sum peculium: & clemētia utar erga ipsos, quemadmodum quis utitur clementia erga filium suum qui colit ipsum.

18 Tunc conversi videbitis inter justum & improbum quid interst; inter colentem Deum, & eum qui non colit ipsum.

19 Nam ecce dies ille adveniet ardens tanquam fornax; quo erunt omnes superbi, & omnes facientes improbitatem stipula, & inflammabit eos dies ille venturus, ait Jehova exercituū, adeò ut non derelinquat eis radicem aut ramum.

20 Exorietur autem vobis, ô timentes nominis mei, sol justitiæ cum curatione in alis ipsius; & procedetis, augescetisq; ut viculi saginarii:

21 Et conculcabitis improbos; nam futuri sunt cinis sub plantis pedum vestrorum, quo die ego effecturus sum, ait Jehova exercituum.

Exod. 20. & Deut. 5. 22 Recordamini legis Moschis servi mei, cui præcepi in Chorebo *perferenda* ad totum Jisraëlem statuta & jura.

23 Ecce ego missurus sum vobis Elijam Prophetam, antequàm veniat dies Jehovæ maximus & reverendus:

24 Ut convertat cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres ipsorum; ne veniens percutiam terram anathemate.

ANNOTATIO IN CAP. I.

1 *Prophetia oner.*] Hanc prophetiam unicam esse toto hoc libello res ipsa indicat; quamobrem tria hæc capita unà conjungimus. Continentur autem hoc libello primùm inscriptio, hoc versu; deinde exordium à gratuita electione Dei & beneficiis in Jisraëlitas, versibus quatuor sequentibus; tum propositio rerum de quibus populum & nominatim Sacerdotes custodes legis contestatur Deus ex lege, usque ad versum 2. capitis 3. postremò, hortatio ad resipiscentiam propter adventum Christi & promissiones Evangelicas illius: quæ omnia διαλογισικῶς ad majorem emphasin à Propheta exponuntur. *Ad Jisrael.*] id est, populum totum à captivitate reducem. *Maleachi*] ultimum Prophetarum qui habetur in vetere Testamento: non enim hortatur populum ad ædificationem templi, ut Chaggai & Zecarja fecerunt; sed exstructo jam templo & instituto cultu turpissimas ejus depravationes reprehendit, de quibus habentur in libris Hhezræ & Nechemjæ multa. 2 *Diligo vos*] exordium hoc Judæos docilesfacit à Dei amore, electione gratuita, & beneficiis erga illos: quæ Deus ab ipso primorum parentum Jahhakobi & Hhesavi exemplo confirmat, hoc versu; & in posteritatem continuata fuisse ostendit versu 3. & continuatum iri, ver. 4. & 5. Quod autem dicit, diligo vos, in eo comprehendit Deus non tantùm amorem suum & electionem gratuitam, verùm etiam omnia ex electione beneficia. *Dicistis*] cùm infirmitate, tum contemptu malitioso: ut exponitur posteà inde à versu 6. *In quo diligis*] id est, qua in re demonstras nos tibi curę esse? qui æquè ac aliæ gentes affligimur & nulla singularia nobis videmur percipere aut cernere dilectionis tuæ erga nos documenta. *Nonne frater*] primum dilectionis documentum; quòd Deus ex solo beneplacito voluntatis suæ horum parentem jam olim elegerit, illorum verò reprobaverit, cùm nondum nati fuissent, & nihil fecissent boni vel mali, Roman. 9. 11. 3 *Ideò*] secundū dilectionis documentū à præsente gentis utriusque statu: dilectionem meā (inquit) ad illos nihil pertinere cernitis ex eo quòd regio illorū permanet desolata, ut prædixerat Jirmej. 49. 7. & sequentib. & Jechez. 25. 12. & seq. Vos autē in possessionē vestrā me authore rediistis: quod secundū membrū hoc loco subintelligēdū est, quia oratio (ut ferè fit in contentionibus & contrariorum oppositionibus) est ἀναπαλόδοτος. 4 *Quod dicit*] tertium electionis documentum, quòd Deus reducem Jisraëlem deinceps confirmaturus, terram defensurus, & seminaturus in versum 1. gravissimas contestationes cōtinet adversus plurima Jisraëlitarum peccata. Est autem prima contestatio adversus contemptum & prophanationem cultus Dei, cujus oportuerat esse vindices Sacerdotes, ac proinde gravius in ipsos Dominus invehitur, usque ad versum 10. capitis seq. secunda contestatio est adversus connubia cum infidelibus inita & polygamias, inde ad versum 17. tertia est adversus proterviam & certam malitiam qua plerique reduces ludificabantur justitiam & judicium Dei, inde usque ad versum 7. capitis tert i: quarta est adversus sacrilegas detentiones earum rerum quæ ad Deum ex lege erant perventuræ, usque ad versum 13. postrema denique adversus contumaciam ἄθεον & nequissimum contemptum cultus Dei ac resipiscentiæ, versibus seq. In primam autem hanc

tem hanc contestationem ingreditur, præposita sententia elegantissima. 7 *Pollutum*] id est, illegitimum, cujusmodi exempla aliquot deinceps adducuntur interdicta lege, Leviticí 22.20. & sequentib. & Deuteron. 15.21. *Quòd dicitis*] id est, existimatis cum animis vestris non esse tanti faciendum ministerium Jehovæ, ut magnopere sit de lectissimis oblationibus laborandum. 8 *Nam cùm offer.*] ἐργασία contestationis primùm per comparationem tenuis alicujus præfecti cum summa majestate Dei, duobus versib. deinde per beneficentiam Dei antè speciatam erga eos qui colunt ipsum, versu 10. postremò per comparationem cultus in futurum apud omnes gentes Evangelio propagandi, versu 11. rejectis Judæis & eorum cultu. 9 *Nunc itaque*] concessio ironica: quandoquidem placet vobis (inquit) ita affectis animo & reprobato sacrificio instructis, agite, experimini damno vestro: sacerdotium vestrum ingratum est Domino, ac proinde neque vobis, neque nobis utile ad conciliandam gratiam. *Dum è manu vestra*] id est, tantisper dum vos ita in Deum geritis. 10 *Quis etiam*] secundum ἐργασίας argumentum, ut diximus in versum 8. non esse cur Judæi se excusent quasi Deus honorantes se non honoraret, cùm ne inter Levitas quidem ostiarios aut sacrorum administros ullus non exstiterit cui piè officium perfungenti Deus non benefecerit, ut repetit Deus infrà 3.10. *In vobis*] id est, universitate gentis vestræ: nam reliquiæ servatæ sunt ex ea secundum electionem gratiæ. 11 *Sed ab ortu*] ex denuntiatione Deuter. 32.21. *Sacrificium*] id est, cultus meus apud omnes populos instituetur legitimè: qui spiritualis quidem est in Evangelio, sed legalibus olim typis per Prophetas adumbratus. 12 *Etenim*] ætiologia præcedētis reprobationis, ad finem usque capitis. *In eo quod*] ut suprà versu 7. *Contemptibilem*] id est, nihil referre ut usque adeò accurata sint quæ offeruntur Domino. 13 *Ecce quantum fatig.*] hypocritarum verba, qui cùm res levissimas & quæ solo propemodum flatu dispelli potuissent præ macie, offerebant Domino, prædicabant tamen se supra modum defessos esse, & omnem suam operam in cultu Dei consumpsisse. *Exsufflare posset*] id est, solo flatu ut plumam dispellere: hyperbole. *Raptum*] id est, oblationem quamque illegitimam: ut ostendimus suprà in versum 7. 14 *Rex magnus*] ac proinde cuilibet duci & præfecto anteponendus, cujus meminerat versu 8. sic appellatur Psal. 47.3.

In Caput II.

1 *Nunc itaque*] Amplificatio præcedentis contestationis adversus sacerdotes, ab interminationibus Dei, tribus versib. quæ interminationes posteà confirmantur primùm documentis legis, versu 4. exemplísque contrariis beneficiorum in Sacerdotes morigeros, tribus versibus; deinde præsente rerum constitutione, quòd jámque Sacerdotes propter contemptum Dei in contemptum populi abiissent, versu 8. & 9. *Præceptum*] de curando cultu Dei, & everlanda contaminatione. 3 *Adeò ut abripiat*] id est, tanta copia stercorabo vos sementis loco, ut simo humanati planè obruamini. 4 *Nostis enim*] primus confirmationis locus, à Sacerdotum ipsorum conscientia in cognitione legis & vocationis suæ institutorum à Deo, tum documentis legis, tum exemplis: ut diximus in versum 1. 5 *Dedisse eas*] id est, præstitisse vitam & pacem ex fœdere. *Contritam fuisse*] id est, vita & pace promissa fuisse destitutam, eo quòd non sanctificasset nomen Dei ex fœdere. 7 *Angelus*] sive nuntius & interpres voluntatis Dei: ut Judic. 2.1. & Chaggai 1.3. 9 *Attollitis faciem*] id est, protervè & pervicaciter legem à Deo datam infringitis, ut demonstratur sequentibus contestationum locis. 10 *Nónne Pater*] secunda contestatio, ut diximus suprà 1.6. illegitima Judæorum connubia damnat, tum propterea quòd contra fœdus Dei cum infidelibus inibantur, tribus versib. tum etiam quòd contra fidem justæ uxori datam, versu 13. & sequentib. Est autem hoc versu illorum objectio qui illegitima matrimonia defendebant, & illis utebantur: quid? inquiunt: nónne gentiles quoque Deum creatorem habent communem, & Adamum communem patrem? an verò homines creatione & natura conjunctos nobis possumus justè dedignari? aut si cum illis connubia jungimus, an propterea justè possumus perfidiæ accusari? nam accersere alios ad fœdus & eos in communionem ejus cooptare est justissimum; horum abest ut his connubiis nos perfidè agere, & profanare fœdus possimus. *Perfidi essem.*] id est, habereatur & diceremur perfidè agere aut in fratres nostros quibuscum jungimus matrimonia, aut in Deum autorem fœderis: quæ duæ partes ὑστερονπρότερον in sequentibus explicantur. 11 *Perfidè agit*] ὑποφορὰ sive subjectio ad occupationem præcedentem; qua demonstratur primùm injuriam fieri Deo, hoc versu; ac proinde ulterum ipsum, sequen. versu; deinde injuriam fieri uxori, versu 13. & 14. ac postremò naturæ ipsi & naturali connubiorum legi, versu 15. & 16. *Quam amatur.*] id est, quam sanctitatem adeò debuerat amare quisque, ut illius studio omnibus aliis amoribus renuntiaret, & ab eis diligentissimè abstineret: exaggeratio criminis. *Ducens filiam*] ut historia docet Hhezræ 9. & 10. & Nechem. 13.12. 12 *Vigilantem &*] id est, non tantùm ipsum perfidum, verùm etiam defensorem omnem, adjutorémque & patronum perfidiæ; etiam cùm muneribus oblatis Deum sibi placare videbitur. *Illam*] abominationem, de qua præcedente versu. 13 *Atque hoc secund.*] alterum perfidiæ crimen, ut diximus in versum 11. quòd justa uxor altera uxore superinducta non possit non angi, indignari, & ejus altare Jehovæ complere propter indignitatem facti: vide Levit. 18.18. *Operiendo lachrym.*] id est, efficiendo ut justa uxor prorumpat in lachrymas, & de injuria sibi facta conqueratur coram Deo. 15 *Nam nónne*] exegesis proximè præcedentis dicti, uxorem sociam viri & fœderatam esse communibus legibus matrimonii. Nam (inquit) Deus instituens matrimonium fecit ut duo tantùm essent una caro; & quamvis esset reliquorum spirituum pater, tamen unum tantùm par conjugavit, quod semen Dei, id est justos liberos, progigneret: quicquid fūpræ est, perfidiæ vestræ acceptum ferendum est: sic Matth. 19.4. & sequentib. 16 *Sibi odio esse*] occupatio defensionis Judæorum: atqui dimittetur uxor ex lege, Deuteron. 24. ut adducitur Matth. 5.31. Respondet Prophetā, hoc verò odit Deus, neque passurus est ut legem suam adhibeatis tanquam pallium ad tegendam & defendendam injuriam quam veritati ipsius facitis & vestris ipsorum uxoribus: neque enim Deus dimissionem probavit, sed odio habet; ut ipsa legis verba ostendunt Deuteron. 24.4. 17 *Fatigatis*] tertia contestatio, ut diximus suprà 1.6. qua objicit Propheta indignissimas Judæorum blasphemias, quasi Deus aut justitia vacaret, aut judicio ad justitiam asserendam, hoc versu; deinde verò tantis blasphemiis respondet sex primis versib. sequētis capitis. Est autem hoc humanitus dictum: ut Jeschahh. 43.24.

In Caput III.

1 *Ecce ego*] Responsio ad præcedentes blasphemias, asserens judicium & justitiam Dei à prædicatione Joannis Baptistæ

ptiſtæ & Chriſti, hoc verſu; cujus potentia exponitur verſu 2. effecta verò primùm in pios ſalutaria, verſu 3. & 4. deinde in impios exitialia, verſu 5. & 6. *Angelum meum*] Joannem Baptiſtam prænuntium & præcurſorem Chriſti, Matth. 11. 10. & Marci 1. 2. *Repente*] id eſt, eodem tempore ſubſequuturus eſt. *Dominus*] Jeſus Chriſtus. *Angelus fœd.*] nimirum idem Chriſtus, in quo Deus mundum conciliavit ſibi, 2. Corinth. 5. 19. *Quo vos delect.*] id eſt, in cujus ludificatione delicias agitis, ut dictum eſt præcedente verſu: ſic Jeſchahh. 5. 19. & Hhamos 5. 18. 2 *Quaſi ignis*] cujus effecta ſequentibus verſibus exponuntur. 3 *Qui offerant munus*] vide Rom. 12. 1. 6 *Non mutor*] ac proinde conſilium meum quod promiſeram præſtabo. *Non conſumpti*] tantis calamitatibus, ſed adhuc ſervati benignitate mea, Lament. 3. 22. 7 *Inde à diebus*] hortatio ad reſipiſcentiam, μεταβατικὴ ad conteſtationem quartam, de qua diximus ſuprà 1. 6. *Qua in re revert.*] q. d. quid commiſimus? aut quando averſi fuimus à te? quòd nos reverti imperes. 8 *Decimis & oblat.*] vide Neehem. 13. 10. & ſequentib. 9 *Gens ipſa tota*] id eſt, non tantùm vos, ô Sacerdotes; ſed etiam populares omnes. 10 *Cataractas*] ut Geneſ. 7. 11. & 2. Reg. 6. 35. 11 *Exedentem*] id eſt, quicquid abſumit fructus veſtros. 13 *Invalluerunt*] ultimus conteſtationis locus adverſus ἄθεον Judæorum contumaciam, ut diximus ſuprà 1. 6. quorum impia & blaſphema dicta proponuntur verſu 14. & 15. deinde verò evincuntur contrariis Dei promiſſionibus erga bonos, & minis contra malos; quæ generatim enuntiatæ, uſque ad verſum 19. per ὑςέρωσιν deinde exornantur, uſque ad verſum 22. 14 *Atratè*] id eſt, in luctu, ſynecdochicè. 15 *Ædificantur*] id eſt, aſſurgunt feliciſſimè, & augentur bonis atque honoribus: metaphora à ſtructuris. *Probant Deum*] ut Pſal. 95. 9. *Liberantur*] id eſt, liberi ſunt ab omni malo: antitheſis. 16 *Timentes Jehovæ*] id eſt, pii qui reverentia Dei continentur in cultu ejus per fidem, alter alterum conſolantur, & exſpectant glorioſum adventum Chriſti patientia. *In libro comment.*] humanitus dictum, à re forenſi; cujus exemplum eſt Eſter 6. 1. 19 *Nam ecce*] exornatio præcedentis dicti ὕςερον πρότερον, de diſcrimine piorum impiorúmque; ut diximus in verſum 13. idque comparationibus evidentiſſimis. 20 *Sol juſtitiæ*] Chriſtus ſervator Eccleſiæ ſuæ, juſtitiam Dei contra improbos aſſerens, & electos juſtificans ab injuſtitia ipſorum. *In alis ipſius*] id eſt, tanquam radiis juſtitiâ ſua perfundens electos, & curans eos à peccatis ipſorum. 22 *Recordamini*] ultima pars prophetiæ, hortatio ad reſipiſcentiam ex lege, hoc verſu; ut certa fiducia exſpectetur adventus Chriſti, cujus præcurſor dicitur fore Joannes Baptiſta ad expediendum viam coram Domino: ut Jeſchahh. 40. 3. & ſuprà ver. 1. 23 *Ecce ego*] ſenſus eſt, utimini lege tanquam pædagogo, qui vos deducat ad Chriſtum; & adventum ipſius hoc ſigno agnoſcite, quòd Joannes præcurſurus eſt, ut Dominum advenientem indicet. *Eliam Propher.*] id eſt, Joannem Baptiſtam inſtructum ſpiritu & virtute Elijæ, ut exponit angelus Lucæ 1. 17. & Chriſtus Matth. 11. 14. 24 *Ut convertat*] id eſt, miniſterio ſuo Evangelico electos ad reſipiſcentiam & fidem charitatemque revocet in vinculo pacis: quod Judæi ſub adventum Chriſti ignorabant planè, ferventes ſchiſmatis & diſcidiis infidelitatis; ut obſervavimus Zecarjæ 11. 8. *Ne percutiens*] id eſt, ut ſaltem aliquos reſipiſcentes ſervem, qui antè ordinati fuerint ad vitam æternam.

Quartæ partis Bibliorum finis.

παντὸς δόξα Θεῷ.

FRANCOFURTI AD MOENUM
EXCUDEBAT ANDREAS WECHELUS,
ANNO SALUTIS M D LXXIX.

Errata sic restituenda.

Pag. 4. *in ver.* 7. *pro* Nhathalja, *lege* Hhathalja. *pag.* 9. *in ver.* 18. *pro* [dolorúmque, *lege* idolorúmque] *in ver.* 10. *pro* consensum, *lege* consensu. *p.* 10. *in ver.* 17. *pro* nec modulis, *lege* donec modulis. *p.* 27. *in ver.* 2. *ante* Populus *pone* 2. *p.* 29. *in ver.* 6. *pro* conversatio, *lege* conservatio. *p.* 35. *in ver.* 5. *pro* reciperentur, *lege* recipiantur. *p.* 43. *in ver.* 15. *pro* obsidendo, *lege* obsidenda. *p.* 51. *in ver.* 1. *pro* Appionem, *lege* Apionem. *p.* 63. *ver.* 3. *pro* testatione, *lege* te statione. *p.* 70. *ver.* 8. *post* jus *pone:* *p.* 72. *ver.* 4. *pro* discursantis, *pone* discursantium. *p.* 73. *ver.* 23. *pro* suum, *lege* suam. *p.* 106. *ver.* 10. *pro* miseratur, *lege* miseretur. *p.* 111. *in ver.* 11. *pro* Levit. 13. *lege* Levit. 10. *p.* 152. *in ver.* 1. *post* incipit *dele*, *p.* 166. *ver.* 14. *pro* inclamarer, *lege* inclamarēt ipsi, *& de margine Hebraismum tolle.* *p.* 327. *ver.* 23. *pro* Pecodæos, *lege* Pekodæos. *p.* 345. *in ver.* 10. *pro* Nigirmi, *lege* Nigirim. *p.* 383. *in ver.* 13. *pro* cubitus, *lege* ambitus. *p.* 389. *ver.* 16. *pro* Chavramis, *lege* Chavranis. *p.* 401. *in ver.* 15. *pro* Arjoki, *lege* Arjoci. *p.* 417. *in ver.* 5. *pro* domino, *lege* dominio. *p.* 433. *in ver.* 45 *pro* ad Elymaida nobile, *lege* in Elymaida ad nobile. *p.* 437. *in ver.* 2. *pro* firmari, *lege* cōfirmari. *p.* 482. *ver.* 20. *pro* Tzarphathan, *lege* Tzarphatham. *p.* 486. *in ver.* 2. *pro* cap. 13. *pone* capite 3.